Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

HERODOTI MUSÆ,

SIVE

HISTORIARUM LIBRI IX.

HERODOTI MUSÆ,

SIVE

HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM DENUO RECENSUIT,

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA,

ADNOTATIONIBUS WESSELINGII ET VALCKENARII

ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER,

IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRÆC. PROF. ACADEMIÆ REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

ACCEDUNT

GEOGRAPHIÆ ET URANOLOGIÆ HERODOTEÆ SPECIMINA A G. G. BREDOW; —T. C. BREIGER COMMENTATIO DE DIFFICILIORIBUS QUIBUSDAM ASIÆ HERODOTEÆ;—ASIÆ HERODOTEÆ DIFFICILIORA, AUCTORE C. G. H. FRÖMMICHEN;—J. F. HENNICKE COMMENTATIO DE GEOGRAPHIA AFRICÆ HERODOTEA:

ITEMQUE

SUMMARIA, SCHOLIA, VARIÆQUE LECTIONES E CODICE PALATINO;—CANON CHRONOLOGICUS LARCHERIANUS, AUCTUS ET EMENDATUS;—COLLATIO EDITIONUM SCHWEIGHÆUSERI, REIZII ET SCHÆFERI, AC WESSELINGII:

NEC NON

M. ÆMILII PORTI

DICTIONARIUM IONICUM GRÆCO-LATINUM,

CUM APPENDICE

TRACTATUS QUOSDAM COMPLECTENTE DE DIALECTO IONICA,

NEMPE,

MICHAELIS MAITTAIRE, GREGORII CORINTHII, GRAMMATICI LEIDENSIS, GRAMMATICI MEERMANNIANI, GRAMMATICI AUGUSTANI.

TOMUS TERTIUS.


LONDINI

EXCUDIT T. DAVISON;

VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY.

1824.

PA4002
.A2S4
1824
v.3



1605004

ADNOTATIONES

IN

HERODOTI MUSAS

SIVE HISTORIAS.

ADNOTATIONES

IN

HERODOTI MUSAS

SIVE HISTORIAS,

SCRIPTORIBUS

WESSELINGIO, VALCKENARIO,

ALIISQUE,

EDIDIT, ET SUAS ADDIDIT

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER,

IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRÆC. PROF. ACADEMIÆ REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI

EXCUDIT T. DAVISON;

VENEUNT APUD RICARDUM PRIESTLEY.

1824.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM PRIMUM.

PROŒM. Lin. 1. Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος) Aristotelis ætate (in nonnullis certe Historiarum Herodoti apographis) Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδιξις legebatur, Rhetor. lib. III. 9. (aliis cap. 5. sect. 1. sic in ed. Oxon.) neque deinceps defuerunt, qui, inducto Ἁλικαρνασσέως titulo, Θουρίου maluerunt apud Plutarchum de Exil. p. 604. et de Malign. Herodoti, p. 868. Addiderat se Herodotus colonis, qui Thurios in magnam Græciam abierant: qua in urbe cum hoc opus absolverit, Θούριον nominare se potuit, sicuti haud pauci adpellarunt, Strabone teste lib. XIV. p. 970. (p. 656. ed. Casaub.) In his Imp. Julianus, cujus λογογράφων Θουρίων, (i. e. Historiarum Scriptorem Thurium) Oratorem Thurium cum inprudenter Bourdelotius explicuisset, pœnas doctis viris dedit ad Lucian. Quom. Scrib. Histor. c. 29. Scripti libri, quorum quidem notitia est, Halicarnasseum summa consensione vocant, ancipites tamen in vocabuli scriptione. Ἁλικαρνησσοῦς, Ἁλικαρνησσοῖς, Ἁλικαρνησσεῦσι, Ἁλικαρνασσεῦσι, Ἁλικαρνησεῦσι, reperiuntur lib. I. 144. II. 178. III. 4. VII. 99. Par etiam discordia alibi. Vid. Wasse in Thucyd. lib. VIII. 42. Equidem Ἁλικαρνησσὸν et Ἁλικαρνησσᾶ, uti in MSS. Archiepiscopi Cantuariensis et Vindobonensi sæpe numero, præferrem, nisi ipsimet Halicarnassenses obsisterent, geminatam sibilantem litteram in numis ostentantes. At quid ἱστορίης ἀπόδιξις, et quo vertendum modo? D. Heinsius ad Hesiodi Interpr. p. 108. nihil esse aliud censuit ac ἱστορίην sive historiam, cui ego sententiæ non accedo. L. Küsterus in Bibl. Vet. et Recente Jo. Clerici p. 386. Tom. V. Gronovianum curæ demonstratio acerbissime taxavit, rejectisque Vallæ et Stephani opinionibus, rerum curiose observatarum specimen hoc est, vertit. Est sane ἱστορίη rerum inquisitio. Ἱστορίησι φάμενοι εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω, adfirmantes inquirendo sese ex Menelao intellexisse lib. II. 118. Et 119. τούτων δὲ τὰ μὲν ἱστορίησι ἔφασαν ἐπίστασθαι. Est ἀπόδιξις ἔργων operum, quæ absoluta fuerunt, specimen lib. II. 101. et 148. Ἀπόδιξις itaque ἱστορίης inquisitionis rerum, ab Herodoto institutæ, specimen erit atque argumentum. Cura, nisi accuratum in

quærendo vir clarissimus, quod opinor, intellexerit, *ἱστορίης* vim non æquiparat, nec digna tamen acerbiore exprobratione erat, neque erit fortasse historicæ inquisitionis, specimen, quod malui. Plutarchi *ἱστορικὸν ἀποδεικτικὸν*, T. II. p. 243. paullo diversius abit. Wess.—*Ἱστορία*, sive Ionico idiomate *ἱστορίη*, non modo inquisitio rerum est, ut ait vir doctissimus; verum etiam (per metonymiam antecedentis pro conseq.) intelligitur notitia vel doctrina, contemplando, percunctando, inquirendo comparata; II. 29. 4. VII. 96, 6. qua notione id vocab. h. l. accipiendum, sicut in titulis librorum Aristotelis et Theophrasti, qui *Ζώων ἱστορία* et *Φυτῶν ἱστορία* inscribuntur: quo pertinet quod etiam geometria a Pythagora (teste Jamblicho in ejus Vita, p. 74.) *ἱστορία* vocata est. Tum vero *ἀπόδειξις* sive (ut Iones efferunt) *ἀπόδ[illegible]ξις*, non specimen significat; quod Græce *ὑπόδειξις*, *δεῖγμα* aut *ὑπόδειγμα* sonat: quo modo Archestratus apud Athen. lib. I. cap. 7. *ἱστορίης ὑπόδειγμα*, doctrinæ specimen, dixit. Quænam autem vis sit vocabuli *ἀπόδειξις*, ex usu verbi *ἀποδείκνυσθαι* vel *ἀποδείξασθαι* intelligitur, quo nullum in Herodoti Musis frequentius. Atqui *γνώμην ἀποδείξασθαι* ut hoc utar, non significat specimen edere suæ sententiæ, sed sententiam suam edere, promere, exponere. *μεγάλα ἀποδείξασθαι ἔργα*, non est specimen edere præclare factorum, sed præclara facta ostendere, id est, edere: qua notione ipsum etiam nomen *ἀπόδειξις ἔργων μεγάλων*, I. 207, 35. occurrit. Similiterque in locis a Wesselingio citatis, II. 101, 1. et 148, 7 seq. *ἀπόδειξις ἔργων* non est specimen operum, sed sunt ipsa opera et monumenta prodita, in publicum edita, nempe publice exstructa et oculis hominum exposita. Denique, quod hic ait Herodotus, *ἱστορίης ἀπόδειξις ἥδε*, haud dubie hoc dicit, se hisce libris ea, quæ inquirendo cognovit, IN PUBLICUM EDERE. Quam fere in sententiam jam olim Laur. Valla locum hunc interpretatus erat, "Herodoti Halicarnassei historiæ EXPLICATIO "hæc est." Et H. Stephanus in ora suæ editionis Latino-Græcæ: "Historia ab "Herodoto Halicarnasseo EDITA, hæc "est." Cæterum consuluisse juvabit quæ in hunc locum erudite, ut solet, Wyttenbachius commentatus est in Selectis Principum Historicor. p. 338. seqq. *S.*

l. 1. *ὡς μήτε τὰ γενόμενα*, etc.] In his adquiescunt scripti editique omnes, et longe omnibus priores. Dionysius Halic., Aristides, Lucianus Quom. Scrib. Histor. c. 54. Tamen St. Berglerus in Act. Lipsiens. MDCCXVI. pag. 379. levi ad speciem mutatione, *τὰ λεγόμενα ἐξ ἀνθρώπων* quæ ab hominibus dicuntur, ne *δὶς ταυτὸν ἡμῖν ἐσοφὸς Ἡρόδοτος*, corrigit: esse enim *τὰ γενόμενα* nihil aliud ac *ἔργα*, et *τὰ ἔργα* ac *γενόμενα*. Ego vero id scriptum nollem. [illegible]nt, fateor, *ἔργα μεγάλα τε καὶ θωμαστὰ* ingentia atque admiranda opera *γενόμενα*; vicissim minime. Memini quoque *γένεσθαι ἐξ ἀνθρώπων* homines perhiberi, cum mortalium numero eximuntur, nec propterea *τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων* res dici, quæ ex hominibus evanuerunt. Namque Herodoti more hominum facta exprimunt, ut pulcre Tan. Faber lib. I. Epist. 8. *Ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον*, quod Samii designarant, lib. III. 48. quemadmodum *τὰ περισσόμενα ἐκ Πυτληναίων*, lib. I. 160. Hoc amplius, si *τὰ λεγόμενα* scripsisset, vulgi fabulas et rumores operis principio spectasset, quod merito inconcinnum atque absurdum I. Ph. D'Orvillius, nuper nobis litterisque ereptus, arbitratus est ad Chariton. lib. I. p. 9. (p. 202 seq. ed. Lips.) Bergleri audaciam strenue retundens. Ceterum Herodotea hæc quodam modo æmulatus est Basilius Seleuc. Vit. S. Theclæ lib. I.

p. 4. Wess.—Conf. III. 14, 30. VI. 13, 1. *S.*

[l. 4. seq. *τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.*] Ad verbum: et reliqua, et qua de caussa inter se (Græci et Barbari) bella gesserunt. Quæ verba non debere ad proxime præcedentia referri in aprico est: nam ea, quæ caussam mutuis Græcorum et Barbarorum bellis præbuerunt, non erant profecto magna et admiranda facinora, quæ merita non fraudari laude voluit Herodotus. Itaque aut ad ista paullo remotiora, ne oblivione deleantur, referenda erunt; aut, quod mihi visum erat, ad prima illa *Ἡροδότου Ἁλικ. ἱστορίης ἀπόδειξις ἥδε*, ut hæc sit scriptoris sententia: quum reliqua, quæ de rebus inter homines gestis, ac præsertim de bellis inter Græcos et Barbaros gestis, hisce in libris traduntur, tum quæ de caussa illorum bellorum disputantur, sunt expositio eorum quæ Herodotus inquirendo cognovit. Quæ autem verba ista in fine periodi posuit, id eo fecit, quo his ipsis verbis transitum sibi ad ipsam argumenti sui tractationem pararet: est enim perinde ac si dixisset, et primum quidem exponam quænam fuerit dissidii inter Græcos Barbarosque caussa. Scilicet Homeri æmulator Herodotus, quemadmodum universum suum opus, quo et multas alias res memorabiles exponere, et victorias maxime Græcorum de potentissima lateque dominante Persarum gente celebrare voluerat, velut unum aliquod et illustre drama, multis quidem interspersis episodiis, pertexuit: sic et in hoc Poëtam est imitatus, ut, quemadmodum ille in ipso carminis principio, iram Achillis caussamque dissidii Pelidæ cum Atrida se expediturum, professus est, sic et Historicus noster in ipso operis exordio profiteatur, se, quum propositum habeat bella exponere Græcos inter et Barbaros gesta, ab eo facturum esse initium, ut dissidiorum primam caussam et originem declaret. Itaque postquam statim e vetustiorum temporum memoria (cap. 1—4.) semina quædam dissidiorum inter Græcos Barbarosque, et Persicorum Historicorum persona, repetiit; mox c. 5. suo nomine Crœsum tamquam primum injuriarum Græcis inlatarum auctorem designat. Cæterum, quod Ptolemæus Hephæst. ait, (lib. III. p. 314. ed. Galei) totum istud exordium non ab ipso Herodota, sed ab ejus amasio et bonorum hærede Plesirrhoo esse adjectum, id et per se lubrico nititur fundamento, et ob arctam Exordii hujus cum ipso narrationis principio connexionem neutiquam probabile est, denique ab homine profectum videri debet priscæ illius simplicitatis ignaro, qua librorum auctores in ipso principio et nomen suum et scribendi argumentum simillima ratione profiteri solitos esse novimus Hecatæi exemplo, (referente Demetrio *περὶ Ἑρμῆν.* sect. 12.) tum Thucydidis, Timæi Locri, aliorumque. *S.*]

Cap. I. lin. 1. *Περσέων μὲν νῦν οἱ λόγιοι*] Quod Th. Gale *τοὺς λόγους* Plutarchum hic olim legisse monuit, id vero foret simile, si liber de Herodoti Malignit. (in cujus cap. 10. locum hunc excussit, T. XII. ed. Hutt. pag. 290. seq. Edit. Wechel. p. 856.) semper bonæ fidei esset, quod longe secus habet. Legerit tamen; vulgatum valide adserunt Ptolemæus Hephæst. in Codic. Photii CXC. p. 478. (lib. III. p. 314. ed. Gal.) Pollux lib. II. 122. et Thomas Magister. Οἱ *Περσέων* quoque *λογιώτατοι* et *μάλιστα λογιώτατοι* his in libris frequentes. Vid. Jac. Gronov. in lib. II. 3. et adnotationes meas ad Diodori Siculi lib. II. 4. Alia vir doctus in Miscell. Observ. Vol. II. p. 152. Wess.

l. 2. *ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης*, etc.] De Phœnicibus a Rubro

mari in Palæstinam transgressis iterum lib. VII. 89. et Dionysius Perieges. v. 906. Herodoti, ut sæpe, vestigia legens. Wess.—Eamdem rem ex aliis auctoribus Trogus Pompeius accepisse videtur; ex quo Justinus lib. XVIII. c. 3. hæc habet: Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt. Conf. Michaëlis Spicilegium Geographiæ Hebræorum exteræ. (Gött. 1769.) p. 168. et quæ ad Hesych. voc. Σιδόνιοι a viris doctis adnotata sunt. Herodoti in hac re fidem labefactare frustra conatus erat Bochartus, Geogr. Sacr. P. II. lib. I. cap. 43. ἥδε ἡ θάλασσα, Mediterraneum mare, familiaris Herodoto formula; de qua consuli possunt quæ olim ad Appianum adnotavimus, T. III. p. 110. S.

l. 14. κατὰ ταυτὰ, τὰ καὶ Ἕλληνες] Jac. Gronovius, vir clarissimus, deque Herodoto præclare meritus, cum legem sibi de schedis Mediceis sequendis dixisset, immutavit quod Aldus dederat et MSS. plures præ se ferebant; neque consilio defuerunt exempla, sed ejusmodi, quæ librariis, Herodoti dictionem toties totiesque invertentibus, transcribi pleraque debent. Satis mihi quidem exploratum est, nullum usquam Herodoti exemplar exstare, ab hac labe immune; quamquam sparsim Ionici commatis plura latent, quæ revocari possunt et postliminio reddi scriptori debent. Erat is quondam τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών, Dionysio, optimo hujus rei arbitro, teste. (in Epist. ad Cn. Pompei. T. VI. ed. Reisk. p. 775. Ed. Wechel. p. 130. med.) Nunc vero, quantum mutatus ab illo Hectore. Wess.

l. 14. Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου] Vide quæ dixi ad secundum Apollodori. Vide et Parthenium, cap. 1. Sed Iasi filiam fuisse veri est similius. Vide Strabonem lib. 14. et 16. Th. Gale.—Scripsisse videtur Herodotus, Ἰοῦν: sciolus adjecisse postea, τὴν Ἰνάχου. Iasi fuerit, an Inachi filia, nihil huc faciebat: Regis Argivi filiam fuisse noverant Πιερίων οἱ λόγιοι, (Polluci quoque memorati II. 122. παλίστροφοι Mœridi, et Thomæ:) ad Phœnicum naves venisse narrantes, præter ceteras, τοῦ βασιλέως θυγατέρα· τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι (κατὰ ταὐτὰ τὰ καὶ Ἕλληνες λέγουσι) Ἰοῦν: addi non potuit ab Herodoto τὴν Ἰνάχου. Similiter ex eorumdem narratione memorat cap. seq. τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα Εὐρώπην, et τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα Μηδείην. Europam rapuisse dicebant Ἑλλήνων τινές· οὐ γὰρ ἴσχυσε (sic scribit Herod.) τοῦνομα ἀκηγήσασθαι. Valck.—Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου vidit hic Plutarchus de Malign. Herod. p. 856. D. et Libanius, T. I. p. 207. A. Wess.—Pluribus argumentis Larcherus in Chronol. Herod. cap. 10. sect. 2. probatum ivit, non fuisse Jo. Inachi filiam, sed Iasi, unius ex Inachi posteris. Verumtamen vulgo a Græcis, atque etiam a tragicis poëtis, Inachi filiam dictam fuisse satis notum est. cf. Apollodor. II. 1, 3. Quidquid vero sit, non satis idonea caussa fuit, cur duo verba, quæ Herodotei libri et hodie omnes agnoscunt, et jam olim agnoverunt, a recentioribus editoribus ejicerentur. Miram vero hujus loci scripturam nuper Creuzerus noster (in Præpar. ad Plotin. de Pulcro, p. LXXXII.) ex Hortis Adon. excitavit; ubi memoratur, Herodianum Grammaticum τὴν Ἰναχοῦν hic scriptum legisse, tamquam a recto casu ἡ Ἰναχώ. Nempe corrupta et mutilata Grammatici verba sunt, qui monuerat legi apud Herodotum Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου, a recto casu ἡ Ἰώ; sicut apud eumdem Βουτοῦν, a recto casu ἡ Βουτώ. S.

Cap. II. 2. οὐκ ὡς Ἕλληνες] Aldinum οὐκ ὡς Φοίνικες, quod præter Ve-

netum schedæ Britannicæ, mihi spectatum missæ, adfirmant, St. Berglerus, cujus ad Herodotum collectanea inter manus habeo, vulgato longe præponit, nec, uti opinor, injuria. Duæ nobis de jûs in Ægyptum accessu exponuntur sententiæ: Persæ a Phœnicibus raptam, Phœnices sponte se avehendam dedisse adseverabant: quibus uberius explanatis, ταῦτα μέν νυν, inquit cap. 5. Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. De Græcis nihil; neque necesse erat in re tota gentis regione decantatissima. Haud equidem ignoro, Pausaniam a Th. Galeo patronum receptæ lectioni advocari, cujus si lib. II. 16. evolveris, in alia omnia ibis. Sed suum cuique judicium. Ἕλληνας sedibus evertere nolui; neque enim omnia Herodoti editori licent. Wess.—Ex Pausaniæ verbis, II. 16. quid h. l. Herodotus scripserit, in neutram partem certo definiri potest. Recte vero H. Stephanus scripturam Ἕλληνες, in quam cum Valla meliores omnes codices consentiunt, in contextum recepit, altera ad oram rejecta. Dixerat modo Scriptor, in nomine cum Græcis Persas consensisse; nunc illos in reliqua narratione ab eisdem dissentire ait. In aprico res est; quo magis miror in diversa abiisse doctos viros. *S.*

6. *Ἴσα πρὸς ἴσα σφι*] Fortasse non satis consulto unis ex membranis hæc mutata fuerunt, indigna tamen, cum plures suffragentur, quæ turbas cierent. Rever. Pet. Horreus Observat. Herodot. cap. 1. verborum ordinem commutatum indignatur. Sæpe tamen numero, ut Gronovius maluit, seu metro postulante, seu scribentium arbitrio, hujuscemodi structura placuit. Herodotus IX. 48. *Ἴσοι πρὸς ἴσους ἀριθμὸν μαχεσόμεσθα*. Sophocles Antig. v. 146. *ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους*. et Philoct. v. 695. *ἀλλ' ἴσος ἴσοις ἐν ἴσοις ἀνήρ*. Mitto Lycophronem Alex. v. 1302. hæc Herodotea imitatum. Wess.

[10. *ἀπίκατο*] Monuerat Reiskius, Animadv. ad Græcos Auctores Tom. III. p. 81. aut servandum vulgare *ἀπίκοντο*, aut *ἀπικίατο* scribendum pro *ἀφιγμένοι ἦσαν*. At *ἀπικίατο* est Ionica forma aoristi aut imperfecti, idem valens ac *ἀπίκοντο*. I. 15, 4. 152, 1. 169, 3. *ἀπίκατο* autem est ipsum plusquamperf. cui hic proprius locus erat. cf. IV. 140, 15. VII. 155, 1. ibique Var. Lect. VII. 157, 1. VIII. 46, 11. *S.*]

11. Τὸν Κόλχον] Profiteor, non alienum me a probanda futurum lectione, quam Archiep. et Vindobon. habent, *πίμψαντα δὲ τὸν Κόλχον ἐς τὴν Ἑλλάδα*, si comites alii accederent. Adsolet *τὸν Λυδὸν, τὸν Ἀράβιον, τὸν Πέρσην*, lib. I. 80. III. 7. VII. 117. (et frequenter alibi.) Lydorum, Arabum, Persarumque regem adpellitare. Τὰς δίκας τῆς ἁρπαγῆς hinc sumtas explicat Eustathius in Homer. p. 415, 43. Wess.—Eustath. Iliad. p. 351, 21. ed. Bas. Vocab. *βασιλῆα* ad *τὸν Κόλχον* ex glossa olim accessisse, non modo reliquus Herodot. usus, sed h. l. etiam lectionis varietas et idem vocab. pauca ante verba suo loco recte positum evincit. *S.*

Cap. III. 7. *τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, πρεσφέρειν*] H. Stephano *προϊσχομένοις* inputatur, (in Gronovii Notis,) sed invito: *προϊσχομένους* margini adlevit, adsentientibus MSS. quamquam paucis, ipso quoque Eustathio, p. 405, 18. (p. 307, 16. ed. Bas.) ut docti viri significarunt. Vulgatum haud male post Gronovium tuetur Rev. Horreus, inplicatius, quam vellem, conmentatus, observat. Herodot. c. 1. Philostratum addo, quantumvis haud parili verborum serie, *ὡς ἡ τῶν Μισηνίων ἀπολογία κατὰ ξυγγνώμην ἵσταται τὸν Ἀλέξανδρον προϊσχομένων καὶ τὸν ἐκείνου φόβον*. de Vit.

Soph. II. 15. Wess.—Tales ἀναπαλαιΘίας in sermonis structura, ac præsertim in participiorum usu, non modo non repudiavit Herodotus, verum etiam amasse videtur. Simillimum huic exemplum Gronovius ex III. 31, 13. citavit, Εἰρομένου οὖν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεμίμνησκε αὐτὸν. Cf. I. 90, 4. seqq. IX. 51, 13. 58, 14. etc. Similiter h. l. in proxime sequentibus ἐνδόντες ἀπαιτεόντων ait, ubi ex Latini sermonis norma ἀπαιτέουσι, in tertio casu, dicendum erat. Quo et pertinet I. 91, 7. et 9. ex codicum Arch. et Vind. scriptura, quam haud præter rationem ibi secuti sunt Schæf. et Borh. *S.*

Cap. IV. 7. εἰ μὴ αὗται ἐβουλίατο] Mallem αὐταὶ, ipsæ, cum Berglero. (Vide Var. Lect.) Plutarchus non sine quadam loligine hæc tradidit de Malign. Herod. p. 856. Nolentibus Leuctri filiabus et Cassandræ vim oblatam ait. Quis negat? Raptas plerumque rapi gestiisse, in dubio non est. Nostra certe ætas plures vidit, quæ εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλίατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. Valet in hoc genere, in fraudem licet sanctissimarum legum, Euripideum:

Ἐξὸν ἐξεῖναν ὅχτ' ἐξαναστάσας.

Iphigen. in Aulid. v. 75. Wess.—Poterat Plutarcho responderi, ex Persarum sententia hæc tradere Herodotum: sed fere non est dubium, (quod etiam Plutarchus innuit) ex Persarum persona suam illam sententiam dixisse. *S.*

14. ἴδια βάρβαρα οἰκειοῦνται οἱ Πέρσαι] L. Valla verterat, sibi necessitudine conjunctas putant, pro quibus, sibi junctas tenent maluit Gronovius. Aliud voluit: τούτων γὰρ οὐ τὴν ἐξεύρεσιν οὐκ οἰκειοῦνται Λυδοὶ, horum inventionem sibi non vindicant Lydi, hujus libri c. 94. Persæ suum esse ferebant, sibique omnem Asiam, armorum jure a majoribus occupatam, vindicabant. τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζοντες Πέρσαι ἰωϋτῶν εἶναι, lib. IX. Confer doctissimum Abresch. Dilucidat. Thucydid. p. 146. Wess.

Cap. V. 3. In οὐκ ἐμολογέοσι, Πέρσησι οὕτω excidisse arbitratur diligentissimus Reiskius λέγουσι, quod nescio, an Herodotus admissurus sit. Solet aliter lib. IV. 154, etc. Wess.—Nempe Πέρσησι οὕτω λέγουσι, Reiskius desideraverat, Persis ita dicentibus. Equidem οὕτω γινέσθαι malueram: at potest γινέσθαι e superioribus h. l. subintelligi. *S.*

10. οὐκ ἔχομαι ἰρίων] Per quidem hoc frequens. At ἰρίων hic esse ἐρευνήσεων, ζητήσεων, in opinionem venit Jo. Jac. Reiskio, legi etiam posse ἐρετίνων. De posteriore dicam nihil. ἰρίων inquisitionem notare posse, haud inficior, eorum non oblitus, quæ Schol. Apollonii Rhod. I. 1354. Herodotum vero id spectasse, dubito: minime certe homo Lucianeus, bellum Romanorum et Parthorum stilo Herodoteo scripturus, ἔχομαι ἰρίων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων Quom. Scrib. Histor. c. 18. Inepte quidem ille, sed a vocabuli usu minime aberrans. Bene Lucian. Dea Syr. c. 1. Lege P. Victorii Var. Lect. IX. 4. Mox idem vir clarissimus, τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς ἀκούσας, ut I. 19. II. 52. Verum id haud perpetuum. Exsequitur præterea non ea duntaxat hac scriptione, quæ auditione accepit, sed et aliunde intellecta. Add. Lucian. Dea Syr. c. 49. Wess.

Cap. VI. 3. μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων] Demiror conjurasse MSS. in Σύρων titulo, neque Strabonem, Dionysium, atque alios hilum discrepare. Solet hoc Συρίους nuncupare. Docte Jac. Gronovius in lib. II. 104. In Schol. Apollon. Rhodii II. 948, quibus Herodoti nomen, prorsus ad sententiam necessarium, abest, omnia eadem. De amnis Syrios hos sive Cappadocas, et Paphlagonas distinguentis cursu lis est.

Arrianus Peripl. Pont. Euxini, p. 17. οὐκ ἀπὸ μεσαμβρίας, ἀλλ' ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου, non a meridie, ut Herodotus, sed ab ortu solis labi perhibet. At quid si ille ortum solis hibernum in animo habuerit? Wess.—Duos fuisse cognominis fluvios, alterum influentem in alterum, et alterum quidem ab oriente decurrentem, alterum vero a meridie, post Danvillium monuit Larcher ad h. l. De Syris sive Syriis, qui hic memorantur, conf. I. 72. ubi ipse docet Herodotus, eosdem esse qui alias Cappadoces nominantur. *S.*

[3. ἰξίει] Scil. ἑαυτὸν, vel potius, τὸ ἰξίειν, usitata in hoc verbo ellipsi. *S.*]

10. τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα] Strabo, lib. I. p. 12. et III. p. 222. (p. 6. et p. 149. ed. Casaub.) multo priorem, et circa Homeri ætatem, aut citius paullo, Cimmericum hunc incursum facit. Potior Herodoti sententia, quippe antiquioris et expeditionem eam suis temporibus accuratissime dividentis atque adligantis, I. 15. IV. 12, etc. Mecum sentit amplissimus Bouherius Dissert. Herodot. c. 5. p. 55. Wess.

Cap. VII. 4. Ἄγχων μὲν γὰρ ὁ Νίσου, etc.] Vere Henr. Valesius ad Nicol. Damascenum, p. 68. et Gronovius ex Mediceo, cui tot MSS. cum suppetias ferant, (vide Var. Lect.) quis obluctabitur? Si tamen, quod vix opinor; auxilio occurret, Pollux IX. 12. opportune a Berglero in Actis Lipsiens. MDCCXVI. p. 417. excitatus, nec minus defensurus, (quibus citra caussam Ill. Scaliger [Can. Isag. lib. III. p. 327.] offensus fuit, et librariorum nonnulli.) Agronis patrem avumque, origine Heraclidas, sed ἐκ δούλης Ἰαρδάνου ex Iardani ancilla, non Omphale, ejus sive uxore seu filia potius, proseminatos. Abeunt ab ea Herodoti sententia, quod Palmerius principio Exercitat. in Gr. Auctor. commonefecit, recentiorum plures, quibus cur ille concedere debeat, caussa defit: Herculi, Omphalæ servienti, ex ancilla natum filium fuisse, adgnoscit Diodorus lib. IV. 32. nec negat Hellanicus, etsi in filii nomine, quemadmodum et Diodorus, discors, in Stephani Ἀκίλη. Optime omnium Dio Chrysostomus, qui Berglerum non fugit, Orat. XV. p. 236. de Hercule, regii generis inter Lydos auctore, ὃς οὐδὲ τῇ Ἰαρδάνου δούλῃ συγγενίσθαι ἀπηξίωσεν, ἐξ ἧς ἐγένοντο οἱ Σαρδίων βασιλῆς. Nati ergo ex Iardani ancilla reges sunt, qui Sardibus deinde imperarunt, neque adeo opus erit, ut aut cum Tan. Fabro lib. I. Epist. 13. ἐκ Ὀμφάλης τῆς Ἰαρδάνου, aut ἐκ Λυδῆς τινὸς τῆς Ἰαρδάνου cum amico corrigamus. Wess.

[12. ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν] Loco duarum et viginti generationum, quas libri omnes præferunt, præter jus et fas, quum nulla satis idonea corrigendi caussa subesset, circumspectior alioqui Larcherus non nisi *quindecim* posuit; castigatus eo nomine a Volneyo, in Chronol. d'Herodote, Paris. 1808. p. 76. seqq. *S.*

Cap. VIII. [3. ἦν γάρ οἱ, etc. Vide Adnot. ad. I. 24, 15. *S.*]

7. χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι παντῶς] Placuit dicendi genus Scriptori II. 161. IV. 79. V. 92, 4. IX. 109. ejusque æmulatori in Lucian. Q. Scrib. Hist. c. 18. tum Procopio Belli Goth. I. 4. et Persici I. 26. Quo magis miror, adhæsisse doctos interpretes ad hæc Lucii de Asino, c. 28. ἐχρῆν δὲ ἄρα κἀνταῦθα ὥσπερ τῷ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι. Adde, quod ille voluit intellectum, παντῶς, et expedita omnia erunt. Agathiæ Epigr. χρῆν γὰρ Κανδαύλην ταθέντα παντῶς belle Opsopæus correxit Anthol. III. 7. (Anal. Brunckii, T. III. p. 63. n. 79.) Τὰ στενδαίστατα τῶν πραγμάτων (lin 5.) bene habent, stabilita testimonio Eustathii in Odyss. p. 1441, 16.

(p. 89, 45. ed. Bas.) Nam σπουδίστερα Archiep. erranti librario debentur, neque sunt Atticæ aut Ionicæ formationis, quod in opinionem venisse Th. Gale demiror. Tu vide Etymologum, p. 31. et Gronov. I. 133. (vid. Var. Lect. I. 133, 15.) In Heliodori Æthiop. VII. 1. dederant Basileenses τῆς ἐπὶ τὴν Μέμφιν ὁδοῦ σπουδίστερον εἶχοντο. Xylandri et Falkoburgii schedæ σπουδαιότερον, non male, nec pulcrius tamen prisco, si σπουδαίστερον (ut habet doctissimi Corayi editio) scribatur. Wess.

10. ὥτα γὰρ τυγχάνει, etc.] Et huic, ex populari usu derivato, sua gratia. Laudat Philo Jud. de Judic. p. 719. D. Auctorque Homiliæ inter Chrysostomi Oper. T. VIII. p. 209. B. Sitne vero generatim et semper verum, in controversia versatur. Strabo, lib. II. p. 178. (p. 117. D. ed. Casaub.) judicium aurium ad scientiam parandam oculis longe præstare censuit: ἔστι γὰρ ἐπιστήμην, inquit, ὀφθαλμοῦ πολὺ κριτέρων ἐστί. Ab Herodoto plures stant; utrimque, quod Casaubonus docuit, haud absurde. Quæ oculis subjecta fidelibus sunt, adgnoscuntur clarissime; sed non admodum ea multa sunt. πρὸς ἐπιστήμην, seu ad adquirendam rerum variarum notitiam, aptior sæpe commodiorque ἀκοή. Quod quidem ad animum si revocasset Theodoretus, Orat. X. ad Græc. p. 151. parcior in Herodoto taxando fuisset: in cultu sane religioso suum auribus est officium, suum quoque oculis, Jobo indice c. XLII. 5. Wess.—Dicto isto Herodoti usum etiam esse Lucianum, de Saltat. c. 78. monuit ad h. l. Gronovius. *S.*

12. ὁ δὲ μίγα ἀμβώσας codicum consensu tutum est et Scholiastæ Hermogenis, p. 407. cui Æolicæ videtur monetæ. Wess.—Cf. III. 38, 19. VII. 18, 3. II. 121, 64. *S.*

14. ὅμα δὲ πιθῶν ἐνθυμέηφ, etc.] Spectavit hæc Clemens Alex. Pædag. II. 10. III. 5. neque Græcos ejus Scholiastas latuit: tetigit etiam Theodoretus Or. ad Græc. IX. p. 130. memoriæ tamen peccato lapsus. Si Plutarchum audis, T. II. p. 139. c. οὐκ ἐρθῶς Ἡρόδοτος εἶπεν, ὅτι ἡ γυνὴ ἅμα τῷ χιτῶνι ἐνδύεται καὶ τὴν αἰδώ· τοὐναντίον γὰρ ἡ σώφρων ἀντενδύεται τὴν αἰδώ. Cui quidem de casta et modesta femina nullam fortasse litem Herodotus movebit, de procace merito, similibusque aliis. Bene Ennius, etsi de maribus:

Flagiti principium est nudare inter civis corpora,

in Ciceronis Quæst. Tusc. IV. 33. Melius idem Plutarchus, p. 37. c. Porro σκοπίαν τινὰ τὰ ἐωϋτοῦ non moveo, quamtumvis Georgius Raphelius σκοπιάν magis Ionicum habuerit in Paulli Ep. ad Philipp. II. 4. Vide cap. 32. et Musonium in Stobæi Serm. 67. p. 425. Wess.

Cap. IX. 2. ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε] Ita præstat, ut c. 35. et 38. atque alibi; nec dissentit Dionysius, qui et ὡς πυρέσσοντος λίγα λόγον, egregie concors cum vetustis Codd. quibus Archiep. schedas Th. Gale accensens lectores frustratur: πυρέσσοντον λίγα præferunt clarissime. Verum istis vir doctus non usus semper est, uti opportuit. Wess.

6. ἴγὼ γάρ σε - - - ἔστισθι τῆς Θύρης θήσω] Legendum arbitror: ἀγαγὼν γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ ποιμώμεθα, ἔστισθι τῆς Θύρης στήσω: collocabo, ex Dionys. Halic. II. p. 6, 25. Ionica quidem ille convertit in Atticam loquendi formam; verba quoque σκοπίαν in ἐρῆν· παρίξει in παρίσταται· στίχῃ in ποριύνται. Sed ista sic scripta legerat, ni fallor, Dionysius. Herodotus infra, c. 10, 3. ἤγαγε τὸν Γύγια ἐς τὸ οἴκημα. lib. I. c. 132. ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος καλέει τὸν Δία. III. 85. ταύτην ἀγαγὼν ἐς τὸ πρόσταιον κατίδησι. Valck.—

—Imprudens H. Stephanus Aldinum scriptorumque Codicum στήσω mutavit atque aliis exemplum, quod inconsulte imitarentur, præbuit, Kustero haud injuria indignante in Jo. Clerici Bibl. Vet. et Rec. T. V. p. 388. Non dissimile negligentiæ indicium erit VII. 214. Nunc inspice hoc Sophoclis Œdip. Colon. v. 1407.

Ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων,
στήσω δ' ἐμαυτόν.

Mox ἐς κοῖτον servavi. Noti sunt οἱ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος sive cubiculi præfecti ex Arrian. Diss. Epict. IV. 7. et Artabanus εἰσαχθεὶς εἰς τὸν κοιτῶνα apud Diodorum XI. 69. At illud Herodotus maluit VII. 17. Tale et Parthenii Erotic. c. 8. ὡς δὲ ἐς κοιτὸν ποτε ἀπεστρέφετο. Wess.—Verbo ἀγαγὼν, quod hic desideraverat Valckenarius, nil erat opus. S.

11. ἐπιὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου στιλίχῃ] Haud repugno membranis, στίχῃ Med. defendi alio debuit modo, ac factum a Gronovio est: a στιχάω non venit, nec formari potest. Solent στιλίχοντας et στίχοντας amanuenses conmutare III. 76. IX. 11. Legitimum præterea est, indice Dionysio, μή σε ὄψεται. Quo de genere argutam et uberem disputationem dabit Horreus Observat. Herod. cap. 3. Wess.

Cap. X. 1. ἦν ἐτοῖμος] Quia nihil interserit Herodoteis, præter dialectum οὐδὲν ἄλλο περιεργασάμενος, hic quoque legisse videtur Dionysius ἐτοῖμος ἦν ποιέειν ταῦτα, vel saltem, ποιέειν ἦν ἐτοῖμος. Verbum sic collocatum a præcedenti facilius potuit absorberi. Nuspiam apud Herodotum ἦν ἐτοῖμος simpliciter invenietur; semper ποιέειν vel simile quid adjectum: Gronovii, quam sequor, editio præbebit exempla: p. 16, 26. (I. 42, 7.) ποιέειν εἰμὶ ἐτοῖμος ταῦτα. p. 190, 21. (III. 75, 1.) φαμένου δὲ ταῦτα ἑτοίμου εἶναι ποιέειν. Simillima p. 328, 37. 428, 22. 528, 1. Valck.—At nude ἔσαν ἑτοῖμοι habes I. 70, 3. ἑτοῖμοι ἔσονται, V. 31, 19. et simillima alibi. S.

4. ἰθηεῖτο] Ἐθηῆτο in ἰθηεῖτο mutat Mediceus: ego non muto, ubi mutare non opus. Θηῆσθαι, Θεωρεῖσθαι est in Suida: in Herodoto, lib. IV. 85. ἐξόμενος ἰθηεῖτο τὸν πόντον. quod non nego expulsum esse; sed quo jure? Θηητὴρ est in fragmento Perictionæ apud Stob. Serm. LXXXIII. p. 488. Vide lib. III. 24. Wess.—At IV. 85. 5. ἰθηεῖτο, tamquam a themate Θηέομαι, optimi quique præferunt libri; in eamdemque verbi formam I. 68, 4. et VII. 56, 1. ad unum omnes consentiunt: quo et pertinent ἰθηεῦντο, et Θηεύμενος, et similia conjugata. Nec obstat locus III. 42, 2. ad quem Vir doctus provocavit: nam ἰθηήσαντο, quod ibi legitur, quemadmodum etiam nomen Θηητὴς, ab eodem themate Θηέομαι legitime formatur. conf. mox c. 11, 13. Inanem autem falsamque Suidæ subtilitatem, docentis Θηεῖσθαι valere Θαυμάζεσθαι Θηῆσθαι vero Θεωρεῖσθαι, ignorat Herodotus. S.

10. ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει] Haud refert addatur an auferatur præpositio. Adstruxit eandem vir doctissimus (Gronov.) lib. III. 133. ex membranis Florentinis, ubi aliæ τῶν ὅσα αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα. (conferri jussit Gron. I. 120. 12. et IX. 33, 13. quæ tamen, nonnihil differunt.) Tale Sophoclis Trachin. v. 65. τὸ μὴ πυθέσθαι σοῦ 'στιν, αἰσχύνη φέρει. Tale Platonis Sympos. p. 184. E. ἐπὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι—καὶ τῷ ἐξαπατωμένῳ αἰσχύνην φέρει. Quod vero Vindob. et Archiep. significarunt, omnibus barbaris, si mares nudarentur, turpe visum, in eo nimii fuerunt: de plerisque verum fuit. Recte Plato Politic. lib. V. p. 452. c. haud multum, inquit, temporis præteriit, ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει

αἰσχρὰ καὶ γιλοῖα, ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἀνδρας ἐρᾶσθαι. Adjunge Philostrati lib. I. Icon. c. 30. p. 818. Wess.

Cap. XI. 10. [οὕτω, sic. Videtur digito monstrasse satellites, ad obtruncandum, si conditionem recusaret, paratos. S.]

14. ἀπιθώυμαζις] Invitus cum Cl. Gronovio dissentio: sed parendum codicum imperio est, tum certe, si nihil a sermonis ingenio alienum præ se ferunt. Nolo θωμάζιν et θῶμα, si illi conspirent, in exilium mittere: nec alteri, pari lege, bellum indicere. Sæpe illud, quod pristinam sedem reciperavit, recurret. Tuetur et Luciani Dea Syria, et verissimum istud Eusebii philosophi εἰ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς μιγάλα χρήματα ἔχοντας—τιμῶσι τι καὶ τιθωϋμάναι in Stobæi Serm. IV. p. 58. Wess. —τιθωυμάκασι absque punctis diæreticis apud Stobæum scribitur, sicut equidem adsuevi: sic et θῶυμα et θώυματα apud Lucian. Cæterum passim in sequentibus θῶμα et θωμάζω simplici vocali edidi, ubi plures, quorum notitiam habui, codices præiverunt. S.

[18. αἰρέισται αὐτὸς πειρῶναι.] Nisi supra ἀλλ' ὡς ἄρα legatur, h. l. saltem conjunctivam particulam exspectasses, αἱρέισται ἄν. Sed amat subinde ita ἀσυνδέτως loqui Scriptor noster. Vide ad c. 59, 13. S.]

Cap. XII. 2. οὐ γὰρ μιστίστο ὁ τύγης] Solæ, et sine fulcro, schedæ Mediceæ: nam ἐμιστίθη, c. 114. quod proscribunt, auxilio esse non potest. Memini pulcre, in hujus verbi formationibus varium videri Herodotum; nec tutum tamen existimo, uni libro, nisi sermonis indoles expostulet, ita se addicere, ut ceteri tanquam umbræ volitent. Vide quæ Cl. Abresch. conmentatur Dilucid. Thucyd. p. 666. Id quærere libet, vero-ne simile sit, quod de Gyge, reginæ artibus post mariti necem, ad regnum evecto perscriptum est: non enim constat inter veteres. Plato lib. II. de Rep. p. 259. si pastoralem Gygis conditionem (quamquam Crœsus in Xenophontis Cyropæd. lib. VII. p. 183. c. servilem agnoscit) et fabulosum annulum, ut oportet, secernas, in Candaulis nece conspirare poterit. Longius abeunt Plutarchi Quæst. Græcæ, p. 302. de civili bello, copiis auxiliaribus Arselis regis, interemtoque armorum jure Candaule memorantes: quæ quidem cum sine locuplete testimonio tradantur, Herodoto priores non nego, in Lydiæ vicinia nato. Consistit pro ejusdem partibus Abbas Sevinus in Conment. Acad. Inscript. T. VII. p. 400. Wess.

7. τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος, etc.] Omnia hæc de Archilocho in rationes librarii transscribo. Herodotus hujusmodi scriptorum testimoniis uti recusavit. Constat præterea atque egregie inter se apta oratio est, his amotis. Augent opinionem membranæ Venetæ, eorum plura negligentes. Sint tamen Herodoti; minime propter ea reprehendi debuerat, uti taxatus est ad Eusebii Chron. p. 57. Ed. Opt. ab illustri viro, ac si futili argumento conjecisset, Archilochum floruisse sub Gyge, quia in trimetris suis ejus regis meminisset. Nihil simile in his scriptoris verbis. Archilochi trimetra nota sunt, et leguntur ibidem. Wess.—De Archilochi ætate consuli possunt quæ ad h. l. Larcherus congessit testimonia veterum. Cur vero νοθείας damnarem hæc, quæ de hoc poëta obiter hic memorantur, caussam equidem nullam prorsus vidi. Qui Homeri, Hesiodi, aliorum poëtarum testimonia passim refert Scriptor noster, (vide II. 53. II. 116. III. 38. IV. 29. IV. 35. VI. 52, 1. VII. 6. VIII. 77. etc.) cur idem dedignetur Archilochum testem advocare? Sed ne testem qui-

dem illum advocat: nil ait aliud, nisi Gygem, de quo hic agitur, eumdem esse cujus Archilochus in suis senariis mentionem fecit. Pari certe ratione idem Noster, lib. V. c. 102. postquam in Eualcidæ mentionem incidit, monet esse hunc eum quem Simonides carmine illustravit: et V. 113. mentione Philocypri facta, Solensium regis, monet hunc esse quem versibus suis Solon celebravit. Senarium Archilochi:

Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει,

habes in Analect. Brunckii, T. I. p. 42. n. x. ad quem conf. quæ notavit Jacobs, Animadv. T. I. p. 155. Cæterum imprudenti mihi, quum Var. Lect. ad h. l. conscriberem, accidit, ut cum Reizio (Præf. p. xvi.) adnotationem istam, quæ Wesselingii est, Valckenario tribuerem. Nempe alioqui Valckenarius is erat, qui multas Scriptoris nostri pericopas, haud satis idonea semper ratione usus, in *νεθείας* suspicionem conatus est adducere. S.

Cap. XIII. 3. *καὶ ἐν ὅπλοισι ἦσαν*] Optime hoc instauratum est. Heliodorus lib. IX. p. 428. *καὶ γυμνῶν τοὺς ἐν ὅπλοις καλύων ἀδυνατούντων*: ubi itidem *τοὺς ἐνόπλους* MSS. Palatinus et Xylandri. Simile est Sophocleum Œdip. Tyr. 570. *τόν' οὖν ὁ μάντις οὗτος ἦν ἐν τῇ τέχνῃ.* Mitto *ἥκειν ἐν τοῖς ὅπλοις*, apud Procopium aliosque frequens: potius erit addere, Salmasium multis ante T. Fabrum lib. I. Ep. 39. annis Jungermanno, *τεῦ Γύγου στασιῶται* scriptum olim fuisse, probasse, idemque Palatino Codice stabiliri, ad Pollucem lib. VIII. 153. illo teste. Wess.

9. *ἐς τὸν πίμπτον ἀπόγονον*] Crœsum, ut lib. I. 91. Wess.

Cap. XIV. 3. *ὅσα μὲν—πλεῖστα*] Errantem Vallam comiter vir clarissimus (Gronov.) in viam reduxit. Nihil dictione tritius. Lucius in Asino, c. 21. *νομίζοντες σκεύη πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ.* Quo de genere docte Rittershusius in Oppiani Halieut. IV. 191. Wess.

9. *οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου*] Strabo de opibus templi Delphici, *δηλοῦσι δ' οἵ τε Θησαυροὶ, οὓς καὶ δῆμοι καὶ δυνάσται κατεσκεύασαν*, lib. IX. p. 641. (p. 419. ed. Cas.) Pravum-ne ergo *Κορινθίων τοῦ δήμου*? (vide Var. Lect. ed. S.) Equidem non adseveravero: præsertim Herodoto in usu posterioris sibi quodammodo placente. Nec moveo tamen receptum. Tangit eandem hanc rem Plutarchus in Sapient. Conviv. p. 168. Ceterum *Κυψέλλου*, quod scripti sæpe dabunt, (cf. c. 20. et 23.) dudum proscripserunt viri præclari, Casaubonus et Menagius ad Diogen. Laërt. I. 94. Wess.

12. *μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω.*] Fortasse Midas est, quem Eusebius Olymp. X. 4. Phrygiæ regnum obtinuisse adfirmat. Vidit ea regio plures Midas et Gordios, quos præter Henr. Dodwellum de Cyclis, p. 909. certiore serie descripsit Ampl. Bouherius Diss. Herodot. c. 8. Primum autem barbarorum Gygem Delphis dona aurea et argentea dedicasse, agnoscit Athenæus: ante eum regem pauper Pythius erat, sive *ἀνάργυρος καὶ ἄχρυσος*, lib. VI. p. 231. Wess. —Athen. T. II. p. 390. nostræ edit. S.

16. *καλέεται Γυγάδας*] Illustravit P. Leopardus lib. XIII. Emendat. c. 9. ex Pollucis III. 87. et VII. 98. Himerius in Excerpt. p. 63. Edit. Steph. *ὁ δὲ ἡμέτερος πλοῦτος, οὐ χρυσός τις Γυγάδας ἢ Λύδιος*: quorum duo postrema, nisi Scholion sint, quod opinor, redundanti Rhetoris orationi tribuenda erunt. Wess.

20. *δυῶν δέοντα*] Non præopto Suidæ *δυοῖν*, quamtumvis liber Archiep. suffragetur. Herodotus I. 94. *ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι.* IV. 89. *ἀναπλώσας — δυῶν ἡμερέων πλόον.* Adde Gronovium, lib.

III. 131. Wess.—Nempe etiam III. 131. 9. δυῶν dabant meliores libri, et IV. 1, 7, quem locum ibi Gronov. citavit. S.

Cap. XV. 3. Κιμμέριοι ἐξ ἤθιων — ἐξαναστάντες, etc.] De Cimmeriis gemina Arrianus, forte in Bithynicis, apud Eustath. in Homer. p. 1671. 26. (Odyss. p. 416. 14. ed. Bas.) hæc Herodotea non oblitum. Strabo testimonio Callisthenis, Sardes primum a Cimmeriis, deinde a Treribus, gente Cimmerica, occupatas docet, lib. XIII. p. 930. (p. 627. et dein, p. 647. seq. ed. Cas.) sequente vero libro, p. 958. illis non dissimilia ex Archilocho et Callino; qui cum pæne pares fuerint et Gygi æquales, meminisse, videre etiam potuerunt provectiore ætate, Sardes a Cimmeriis interceptas: ut necesse haud videatur, inpressionem Cimmericæ nationis, contra ac Herodoto placet, multo antiquiorem perhibere. De Callino vise Clementem Alex. Stromat. lib. I. p. 398. Wess.

Cap. XVI. 3. Οὗτος δὴ Κυαξάρῃ, etc.] Vide I. 74. Ætas conpetit. Phraortes, Cyaxaris pater, Ardyis, avi Alyattæ, tempore in Media regno præfuit apud Pausaniam I. 24. Wess.

5. τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν] Clariss. Reiskius, τὴν ἄνω Κολοφῶνος, quod Herodoto Halicarnasseo Smyrna ultra Colophonem Boream versus posita fuerit: id si displiceat, atque ἀπὸ aut ὑπὸ bene habeat, Colophonem non urbis, sed viri, et conditoris quidem, nomen videri. Par Corn. de Pauw opinio. Melius Palmerius, finita, qua tenebatur, hæsitatione Exercit. p. 3. Si tamen scripsit Herodotus Κολοφῶνος, intellexit credo, Colophonem fuisse Smyrnæ metropolin, et urbem ipsam pro incolis posuit synecdochice. Justum profecto est ἀπὸ Κολοφῶνος. Colophonii Smyrnam colonis suis, exactis Æolensibus, occuparunt, ut est I. 150. et in Strabone XIV. p. 940. (p. 634. Cas.) Nec morari consensum poterit κτισθῆναι, in deductis coloniis vulgatissimum, I. 149. 167, etc. Wess. — In vocabulis ἀποικία, ἄποικος, et in verbo ἀποικίζω, præpositioni ἀπὸ eadem vis inest, quæ hic in illa phrasi, ἀπὸ Κολοφ. κτισθ. S.

Cap. XVII. 4. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων, etc.] Reprehendit Alyattæ luxum barbaricum, quod, præter concinentes fistulatores et fidicines, *feminas* etiam *tibicinas* in exercitu atque in procinctu habuerit, A. Gellius Noct. Att. I. 11. At de feminis Herodotus, quem testem advocavit, nihil, nisi αὐλοῦ γυναικηίου vocibus inclusas censueris. Dictionis genus passim obvium in Arriani, Ind. c. 5. Plutarch. Is. et Osir. p. 364. F. Tale Sophocleum Elect. v. 633. Οὔκουν ἰάσεις οὐδ' ὑπ' αὐφήμου βοῆς Θῦναί μι. Alii sæpe ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνῳ, de quibus Cl. Reitzius ad Lucian. de Saltat. c. 16. Ego vero ex Suida Herodoto suum, hoc est Ionicum, reddidi. Wess. — Nempe muliebres tibiæ non sunt quæ a mulieribus inflantur, sed quæ molliorem quemdam et acutiorem sonum edunt. In variis tibiarum generibus, quæ ab Athenæo lib. IV. c. 79. et lib. XIV. c. 36. itemque a Polluce IV. 80. seq. recensentur, γυναικῖοι, non memorantur αὐλοὶ, sed παρθένιοι, virginales; nempe, quarum ad cantum virgines saltabant, ut Pollux ipse interpretatur. Conf. Aristoxenum, Harmon. p. 20. S.

8. ἵνα δὲ κατὰ χώρην ἱστάναι] Nolo diffiteri, Aldi totque MSS. ἱστάμεναι me ferme expugnasse, ut bonis avibus revocaretur. Scio simile infinitum, ut vocant, nunc libris Herodoti negari: at habent ejuscemodi Aretæus Cappadox, Lucianus atque alii, qui Herodoteam, sive Ionicam dialectum, probarunt. Putabimus-ne, tot exempla casu in unum

conspiratum ivisse, indoctosque, ut plerique adprime erant, librarios Ionicum istud hic deposuisse? Mihi quidem vero non fit simile: reliqui tamen ex Mediceo et Suida derivatum, criminationem de mutandi pruritu veritus. Id adjungo, dare Aldum c. 76. similis monetæ ἐπιμεῖξαι — ἀφιστάμεναι, ubi alii omnes ἀφιστέναι: et Pausaniam, ut sæpe numero solet, Herodotea hæc culte æmulatum fuisse in simili Spartanorum negotio, lib. IV. 7. Wess.— In Gronovii honorem multa passim tenuit Wess. quæ alioqui mutaturus fuerat. Nos et hîc et cap. 76. 12. priscam formam, quam ibi cum Aldo quatuor etiam e nostris MSS. servarunt, auctori restituimus. Quod paulo ante legitur, οὕτι θύρας ἀπίσω, conf. III. 159. 3. S.

Cap. XVIII. 2. ἴν τι Λιμενηΐῳ] Large Celeb. Gronovius pro Mediceo ἴν τι ἐν Λιμενηΐῳ disputavit, sed locis haud profecto adsimilibus, ut bene Rev. Horreus Observ. Herod. c. 4. Differunt usu sermonis ἐν δὲ et ἴν τε: illud absolute et sine casu locari solet, non item hoc. Noster lib. III. 38. πολλοῖσί τε καὶ ἄλλοισι τιμωρίοισι πάρισι σταθμώσασθαι, ἐν δὲ δὴ καί τῷδε. Inculcatur his (a Gronov. in Notis ad locum in quo versamur) et iteratur ex conjectura, præpositio: at ipse Herodotus c. 15. ejusdem libri πολλοῖσι μὲν νυν καὶ ἄλλοισί ἐστι σταθμώσασθαι - - - ἐνδὲ δὴ καί τῷδε: quibus si odiosam (nescio an otiosam scribere voluerit) vocem inserueris, debilitabitur loquendi bellum genus. Tale, ut uno utar lib. VII. 214. τοῦτο μὲν γὰρ τῷδε χρὴ σταθμώσασθαι. Sic enim legi oportuerat ex scriptis. Itaque, nisi librarii culpa in Florentinis membranis repetita sit præpositio, quod suspicari licet, refingi posset, ἴν τι ἐν Λιμενηΐῳ - - - καὶ ἐν (aut ἴν ἐν) Μαιάνδρου πεδίῳ, quod Latina Vallæ exprimunt: quæ doctissimorum virorum J. Jac. Reiskii et Pet. Horrei, quamquam in ea non constantis, opinio. Mihi tutius visum codicibus adhærescere. Wess.—Quum vero in aliis etiam libris nonnullis (ut in Var. Lect. (ed. S.) dictum) eadem scriptura, quæ in Mediceo, occurrat; poterit ἐν λιμενηΐῳ ex prisco scribendi usu idem valere ac ἐλλιμενηΐῳ ut ἐλλιμενήϊον intelligatur fuisse loci nomen, (sive proprium, sive commune) ubi pugnata illa pugna est; quam in cogitationem ante me, Reiskium video incidisse, Animadv. ad Græcos auctores T. III. p. 82. S.

Cap. XIX. 4. Ἀθηναίης, ἐπίκλησιν Ἀσσησίης] Laudat, ut Th. Gale admonuit, Stephanus in Ἀσσησοί. In Polyæno lib. VI. 47. optimo jure docti viri Minervæ titulum restituerunt. Haud vero decerno, viri-ne an oppidi nomen sit in isto Alexandri Ætoli, Ἀσσησοῦ βασιλῆος ἐλεύσεται ἔκγονος Ἀνθεύς, inter Erotic. Parthenii c. 14. (p. 372 in Galei Historiæ poëticæ Scriptorib.) Wess.

9. καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα, etc.] Confer Gronov. in lib. IV. 81. (ubi ille ad V. 81, 20. de hoc struct turæ genere, Nostro familiari, monuit.) Supra lib. I. 3. τοῖσιν Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους ἀπαιτέειν. Apollonius Rhod. I. 440. Τμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε πιρῆσαι Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας: ubi Critici veteres alia, et Raphelius ex Nostro in Act. Ap. xv. 22. et Epist. ad Galat. ii. 6. Wess.— Simile est quod Gronov. I. c. ex V. 109. 6. adfert, ὥρη ἂν εἴη ὑμῶν, ἐκβάντας, etc. Cujus quidem structuræ ratio haud ægre intelligitur. S.

Cap. XXI. 4. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν] In motu significando πάρειμι quidem adhibetur aliquoties, sed quantum commemini, non item εἰμί. Corrigendum itaque suspicor ἐς τὴν Μίλητον ἦϊε, Miletum abiit. Hac quoque structura frequentatur ἦϊα Herodoto: p. 47, 26. ἦϊε ἐς πόλιν: p. 85, 22.

ἦλθε ἐς Πέρσας: p. 304, 25. ἦλθε ἐς τὰ οἰκία: p. 297, 22. ἀφήκε ἐς Μίλητον. (Leguntur ista lib. I. 113. I. 210. V. 50. V. 32.) Potuit et ab Herod. scribi: ἐς τὴν Μίλητον παρῆν, venerat Miletum: quod verbum sic usurpavit lib. VI. c. 24. ἐπὶ δὲ ταύτης παρῆν ἐς τὴν Ἀσίην, advenerat in Asiam: lib. I. c. 9. παρίσταί - - - ἐς κοιτῶνα. Thucydides VI. c. 62, 20. c. 88, 58. παρῆσαν ἐς τὴν Λακεδαίμονα. VII. c. 50. init. παρῆσαν ἐς τὰς Συρακούσας. In Xenophontis Κύρου Ἀναβ. I. p. 145, 28. Parisini Codicis est lectio, παρῆσαν εἰς Σάρδεις: qua ratione legitur in ejusdem Ἑλλ. III. p. 294, 38. παρεῖναι ἐς Ἀλίαρτον. et VII. p. 373, 21. Valck. —Non displicet elegans junctissimi viri conjectura. Vide tamen, etsi nonnihil diversum, hoc de Phidippide lib. VI. 106. δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ: secundo die, postquam Athenis exierat, Spartam pervenit. Tum de Aristagora V. 38. δεύτερα αὐτὸς ἐς Λακεδαίμονα τριήρεϊ ἀπόστολος ἐγίνετο: quo quidem loco navigando eum Lacedæmonem delatum, docemur: de Alyattæ nuncio ejusque itinere maritimo, quod Gronovius opinatus fuit, nihil hic simile. Scio τὸν ἀπόστολον de classe, τὸ ἀπόστολον de navi poni, idque alibi opportunum videri. Confer elegantes Ruhnkenii adnotationes in Timæi Lexic. p. 31. Wess.—In constanti librorum consensu lubrica res est, talia (quale istud ἦν) ire mutatum. Recte utique Valckenarius fecit, quod dubitationem suam in Adnotatione significavit: an idem vir doctissimus, si Herodotum edidisset, refragantibus codicibus omnibus, conjecturam in contextum fuerit recepturus, etiam atque etiam dubito. Cæterum videndum, ne ἐς h. l. idem ac ἐν valeat; quemadmodum IX. 6, 5. pro ἐν τῇ Βοιωτίῃ εἶναι, plures iique probati codices ἐς τὴν Βοιωτίην præferunt: et omnes III. 80, 12. στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, pro ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ: similiaque alia. Ruhnkenii adnotatio, quam laudavit Wess. legitur, p. 43. edit. sec. nec tamen ad hunc Herodoti locum spectat. S.

9. κώμῳ χρέεσθαι] Sequor libros, Ionicum hoc amplexos. Noster I. 187. σῆσι σύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι. Eusebius Philosophus in Stobæi Serm. XVI. p. 154. οἵῳ τι ἐὼν αὐτοῖς χρέεσθαι. Esse in Plutarcho ἐχρῶντο κώμοις καὶ παννυχίσι. T. II. p. 77. E. vere adscripsit St. Berglerus. Non addo, neque enim obscurum est, de Biante et Prieneis paria ferme a Diogene Laërtio tradi lib. I. 83. Wess.

Cap. XXII. 6. ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο, etc.] Luxata hæc et egregie prava doctissimo Reiskio, in cujus ad me litteris οὐδὲν μᾶλλον ἐγένετο ἡ διαλλαγή. Namque Herodotum velle, tunc temporis quidem et protinus pacem inter Alyatten et Milesios haud coiisse; nihilo tamen magis animorum reconciliationem deinde contigisse. Contra ea Fr. L. Abreschio Diluc. Thucyd. p. 672. copula deficere videtur, καὶ ὡς πυνθάνομαι, ut in Vallæ Latinis, aut ὥς τε ἐγὼ πυνθάνομαι. Sic certe mollius oratio labetur, nisi tu malueris majore inciso ab anterioribus hæc avellere. Wess.—Nodum in scirpo quæsiverunt doctissimi viri. In plano sunt omnia; nec ulla mutatione est opus. ὡς - - - ὁ κήρυξ - - - ἀπῆλθε ἐς τὰς Σάρδις, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἡ διαλλαγὴ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι. Inducias solummodo in tempus aliquod pacisci Alyattes voluerat, nempe exactis induciis bellum instauraturus: nunc vero, postquam nuncius, quæ Mileti viderat, ei renunciavit, illam ipsam ob caussam amicitiam etiam et societatem cum Thrasybulo contraxit. S.

Cap. XXIII. (l. Περίανδρος) De Periandro plura infra, III. 48. seqq. et V. 92. Nunc paullo ante (cap. 20.) eo tantum consilio mentionem ejus injecisse Scriptor noster videtur, quo sibi aditum

pararet ad hanc de Arione fabulam, antiquitus celebratam, narra dum; cui fabulæ etiam monumentum aliquod, quod Herodoti adhuc ætate visebatur, (cap. 24. extr.) fidem in vulgus faciebat. S.

5. Ἀρίωνα τὸν Μηθυμναῖον, etc.] Cui non dictus Hylas, inter delphinas Arion? (Virg. Eccl. VIII. 56. et Georg. III. 6.) Id monuisse satis erit, Dionem Chrysostomum Or. XXXVII. p. 455. hæc Herodoti planissime expressisse; nec de dithyrambo, quod Galei editioni adpositum, (scil. ab Arione inventum esse,) dissentire Criticos veteres ad Pindari Olympion. XIII. 25. Wess.—De dithyrambo et poëtis dithyrambicis, præter viros doctos qui ex professo de poësi veterum scripsere, consuli possunt quæ ad hunc locum a Larchero disputata sunt. De Arione, Delphini dorso per mare transvecto, confer A. Gellium XVI. 19. aliosque quos laudavit Harduinus ad Plin. IX. 8, 8 extr. quibus adde Plutarch. in Sept. Sap. Conviv. p. 160. et. seq. S.

[8. διδάξαντα] Sicut dicunt δρᾶμα διδάσκειν, VI. 21, 9. seq. fabulam docere, id est, agere, peragere, exsequi. S.]

Cap. XXIV. 8. τὸν δὴ, συνίντα τοῦτο] Nihil novant Codices. Alibi συνίντα, VI. 2. συνιεῖσα, I. 205. ex Medic. συνιὶς, V. 92, 7. et συνιέναι, V. 80. e Florentino. At συνίντες, V. 92, 3. et συνιὶς ejusdem lib. cap. 19. quamquam ibi MSS. συνιίς. Par discordia apud alios. Equidem συνίντα melius opinor. Vide Jo. Davisium ad Justin. Mart. Apol. I. p. 441. Wess.—Ego vero, cur præsentis. temporis participium aoristo nunc maxime præferrem, nullam potui caussam exputare. S.

11. ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ] Salebrosa hæc atque intellectu difficilia viro docto (Reiskio) in Miscell. Lips. Nov. Vol. VII. p. 612. mihi satis expedita. Spem nautæ Arioni, si ipse sibi manus consciscceret, sepulturæ fecerunt: hoc verba præ se ferunt. Non dissimilia Fr. L. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 430. Wess.

14. et 19. στάντα ἐν τοῖσι ἰδωλίοισι] Animi pendeo, Herodotus-ne ἰδώλοισι, an ἰδωλίοισι dederit, at Æschylus VII. c. Theb. 461. Choëph. 69. tum Euripid. Helen. 1587. Sophocles Ajac. 1295. atque alii de hac officina; quorum quidem auctoritate scriptorumque numero librorum standum si fuerit, id profecto maluit: nam singulare quiddam atque exquisitius in altero spectasse, unde noverimus? Favet ἰδώλοισι, neque diffiteor, Lexicon Herodoteum. At Suidas eodem usus, transscripsit enim pæne universum, ἰδωλίοισι, neque dissentit Hesychius. Wess.—ἰδώλοισι ex Mediceo, pro more suo, adoptaverat defenderatque Gronov. Pro vulgata vocabuli forma (quam revocavit Wess.) cum aliis facit etiam Etymologus, quem vide p. 317. l. 5. seqq. Denique Harpocrationem si inspicias, vix dubitabis mendosam ibi esse vocem ἰδωλία, et ἰδώλια scripsisse lexicographum. S.

[15. καὶ, τοῖσι ἐστιλθῖν γὰρ ἡδονὴν, etc.] Quum vulgo in omnibus editionibus continuo tenore, nulla post καὶ distinctione interposita, καὶ τοῖσι ἐστιλθῖν γὰρ scriberetur, vitii suspectum hunc locum habuit Hemsterhusius, in Adnot. ad Luciani Dial. Mort. XXV. 1. Nempe non recordatus erat vir longe doctissimus loquendi genus, quum aliis priscis scriptoribus, tum Herodoto inprimis familiare; cujus exempla apud Nostrum habemus I. 8, 3, 82, 35. 85, 11. 114, 11. 119, 4. 121, 2. 124, 4. etc. apud Homer. Iliad. β'. 803. η'. 328. etc. apud Thucyd. III. 70. III. 107. etc. Sed propriam generis hujus vim rationemque aliis etiam viris, in Græcarum notitia literarum consummatissimis, haud satis

perceptam fuisse video. Nec enim Clarkius probari potest, (Not. ad Homeri loca cit.) in ejusmodi locutionibus ellipsin quamdam statuens: cum quo Hermannus facit, (Not. 301. ad Viger. Nostri locum I. 124, 5. respiciens; ubi idem vir doctus haud immerito quidem, sed justo durius, Wesselingium reprehendit, particulam γὰρ pro οὖν, certe, cum Abreschio accipientem. Nec Ernestus facit satis, ad Iliad. η'. 328.) abundare γὰρ particulam, aut pro μὲν positam, censens: cum quo hactenus Heynius sentiebat, (Observ. ad Homer.) quod γὰρ in ejusmodi locutionibus tantumdem ac μὲν, δὴ, et similia, valere censuit. Denique, quid ad explicandum Herodoteum istud et Homericum structuræ genus valeat Platonica formula τί γάρ; cum qua illud Wyttenbachius contulit, (Annot. ad Herodot. I. 121. 3. in Selectis princip. Historicor. p. 352.) haud adparet. Quanto fuerat simplicius, cum Dion. Longino περὶ Ὕψ. sect. 22. et cum Eustathio ad Iliad. β'. 803. (p. 264, 36. ed. Bas. p. 394. ed. Rom.) particulæ γὰρ in ejusmodi locutionibus propriam notionem caussalem vindicare; et hyperbaton, ut grammatici vocant, id est trajectionem agnoscere; nempe caussam enunciatam, ante rem cujus redditur ratio. Ita nempe fit, ut in hujusmodi sermonis constructione particula γὰρ eamdem vim ac ἐπεὶ vel ἐπειδὴ, quum, quia, quoniam, habeat: de quo præter Eustath. l. c. uterque etiam Poëtæ Scholiastes a Villoisono editus monuit. Possis vero etiam usitatissimam voculæ γὰρ vim, nam, namque, tenere; et id quidem duobus modis. Primo, si cogitando permutes inter se duarum propositionum sedes; quod ex professo Longinus l. c. in exemplo ex Herodoti lib. VI. c. 11. 4. seqq. petito ostendit. Altero, modo si eam propositionem, quæ caussam continet particula γὰρ indicatam, tamquam in parenthesi positam cogites: qua ratione subinde Editores, adpositis parentheseos signis, difficultatem omnem, quæ videri poterat orationi inesse, sustulerunt. Nos promiscue, vel parentheseos signis adpositis, vel idoneo loco nonnisi commate incisa oratione, levavimus difficultatem. Valckenarium quidem non præterierat structuræ hujus ratio; cujus vide Adnot. ad Nostri lib. VIII. 137, 8. De eademque commode monuit Damm, in Lexico Græco Etymologico, p. 316. nec neglexit eam Aug. Matthiæ, in uberiore Grammatica Græca, Lipsiæ, 1807, edita, p. 906. Hoc loco, in quo versamur, magis usitata sermonis structura hæc foret, καὶ τούτους ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρώμνης, ἐσελθεῖν γὰρ αὐτοῖς ἡδονὴν, etc. Sed, verum si quærimus, naturæ convenientiorem eam structuram reperiemus qua usus est Scriptor noster, quoniam per rerum naturam caussa præcedit effectum. S.]

27. ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτοὺς] Vir doctiss. (Reiskius) ὡς δὲ ἄρα, quum autem videret, aut ὡς δὲ εὗρε, quum autem comperisset, offensus fortasse infinitivo, quo capitur delectaturque Herodotus. (nempe in oratione obliqua quæ vocatur.) Sic II. 139. ὡς δ' ἄρα οἴχεσθαι τὸν Αἰθίοπα ἐξ Αἰγύπτου ut Æthiops ex Ægypto abiit. et VIII. 94. ὡς δὲ ἄρα φεύγοντας γίνεσθαι κατὰ τὸ ἱρόν. Mitto lib. I. 86. Wess.

27. ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν] Ἱστορέειν frequentanti Herodoto nuspiam alibi fuit adhibitum ἱστορέεσθαι: fortasse ne hic quidem, ubi, si quis Codex antiquus faveret conjecturæ, præoptarem εἰρωτέεσθαι, verbum certe Herodoteum, obvium VI. 3. et lib. II. c. 32. εἰρωτωμένους, εἴ τι ἴσχυσει πλέον λέγειν περὶ τῶν ἐρήμων τῆς Λιβύης, φάναι. qua structura hoc in loco posuisset; ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι, αὐτοὺς πληθύνας εἰρωτέεσθαι, εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. Gellio, scribenti XVI. c. 19. na-

vitas requisitos—dissimulanter interrogasse, ecquid audissent—super Arione, verbum *εἰρωτᾶσθαι* videri posset obversatum; nisi sua quædam reliquis etiam Herodoteis immiscuisset: nihil juvat, ubi hac etiam in historia Herodoti vestigia premit, Dion Chrys. Or. XXXVII. p. 455. c. Sed Gellii paraphrasin felicior forte conjector utiliter comparabit ad ista, quæ supra leguntur (l. 15. seq. hujus cap.) *καὶ τοῖσι ἱστιλθῖν γὰρ ἡδονὴν*, vitii suspecta Ti. Hemsterhusio ad Lucian. p. 432. VALCK.—Verbum *ἱστορέεσθαι* activa notione usurpatum nusquam utique, nec apud Nostrum, nec apud alium Scriptorem reperiri arbitror. Sed quidni, quemadmodum *εἰρωτᾶσθαι* in locis a Viro docto citatis, sic et h. l. *ἱστορέεσθαι* passiva notione accipi possit? Nihil certe, quod impediat, adparet: nec adjecto pronomine *αὐτοὺς* erat opus. Passivum *τὰ ἱστορημένα*, paullo quidem diversa notione, habes II. 44, 17. De ista loquendi forma, *καὶ τοῦσι ἱστιλθῖν γὰρ ἡδονὴν*, paullo ante suo loco dictum est. S.

33. seq. *ἀνάθημα χάλκιον οὐ μέγα*, etc.] Meminerunt donarii Pausan. Lacon. c. 25. Ælianus Nat. Anim. XII. 45. sed nihil de ejus magnitudine, quam Codicum quidam, deleta negatione, adaugent: non item Dio Chrysostom. Or. XXXVII. p. 455. 'Αρίων δὲ· οὐ γὰρ Περίανδρος, ἀλλ' 'Αρίων ποιησάμενος μίμημα χαλκοῦν οὐ μέγα ἀνέθηκεν ἐν Ταινάρῳ: Nostro prorsus conspirans, atque epigramma explodens, quo Periandro doni dedicatio contribuitur Florileg. (Anthol. ed Wech.) lib. IV. 16. p. 488. (Anal. Brunck. T. II. p. 154.) Dat aliud, et verum, ut opinor, melius certe, Ælianus:

Ἀθανάτων σωτῆρα θέην 'Αρίονα, Κύκλωπος υἱὸν,
ἐκ Σικελοῦ πελάγους σῶον ἔχημα τίθει. WESS.

Vide Ælian l. c. et Analecta Brunckii, Vol. III. p. 328. num. 2. Carmen, quod cecinisse fingitur ipse Arion, ex Æliani loco cit. exhibet idem Brunck. T. III. p. 327. de quo conf. Jacobs Animadv. Vol. I. P. I. p. 179. seqq. Pro scriptura *μίγα*, absque negatione, stat utique plurium probatorum codicum consensus: facile tamen patiar, si cui probabilius videtur, temere ab his omissam esse negantem particulam, quam ab aliis adjectam. S.

CAP. XXV. 5. *ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον*] Sic Hegesander apud Athen. lib. V. 13. (T. II. nostr. ed. p. 309.) ex Herodoto, et Philostratus VI. Vit. Apoll. c. 11. p. 247. In Plutarcho Defect. Orac. p. 436. nunc *ὑπικρατηρίδιον*, sed olim, ut in Herodoto, teste Turnebiano libro. *Ὑποκρατήριον* in Eusebio lib. I. adv. Marcellum c. 3. cujus ex verbis Th. Reinesius, vir longe doctissimus, lib. III. Observ. c. 6. non citra rationem conficit, vocabulum injuria a doctis interpretibus in diminutivorum numero censeri: nam haud exiguum hoc *ὑπόθημα τοῦ Αλυάττου κρατῆρος* fuisse ex Pausan. X. 16. et Hegesandro abunde liquere. ΚΡΗΤΗΡΑ ΚΑΙ ΥΠΟΚΡΗΤΗΡΙΟΝ, craterem cum sua basi, habet quoque Sigea inscriptio, p. 34. WESS.

7. *σιδήρου κόλλησιν ἰξεῦες*] Ferri inter se glutinum excogitavit vertit Hieronymus in Eusebii Chron. Olymp. XXV. 4. Id vero quale fuerit, an simile ferruminationi, qua adhibito æris genere fabri ferrarii defunguntur, finire non puto necesse. Pausanias tamen innuit: *μίνη δὲ κόλλα συνέχει τε καὶ ἔστιν αὕτη τῷ σιδήρῳ δεσμός*. Solum glutinum basin, sive *τὸ ὑπόθημα τοῦ κρατῆρος*, ligat, estque hoc ferro vinculum. De Glauco plura Fr. Junius in Catalogo Artific. p. 92. WESS.—De Glaci arte hæc REISKIUS adnotavit: "Κόλλητὸν est quod Latini cœlatum seu stellatum appellant; hoc est, ejusmodi opus, quo diversi generis metallum in alio infixum est, et quod maculis quasi aut stellulis, ad cœli

instar, nitet: ἰμβλεματικόν. Livius (IX. 40.) arma, ait, auro argentoque cœlata, hoc est, interstincta. "—Hæc ille, cum quibus conferri possunt quæ Larcherus ad h. l. disputavit. Sic nempe λυθοκόλλητον opus, est gemmis distinctum; χρυσοκόλλητον, auro (adglutinato) distinctum, auro cœlatum. Istud autem ὑποκρηπηρίδιον sua adhuc ætate Delphis extitisse, ait Athenæus l. c. vere dignum spectatu propter cœlatas in eo varias animantium figuras, et alias insectorum plantarumque. S.

Cap. XXVI. 6. ἔστι δὲ μεταξὺ——ἑπτὰ σταδίων] T. Fabri conjecturam (ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ legendum suspicantis) Jac. Gronovius valere jussit; ἑπτασταδίων, ut oratio constet, refingens: stabit eadem, si ἑπτὰ σταδία cum St. Berglero malueris; neque incondita erit, si εἰσὶ δὲ reperiatur. Noster VI. 36. εἰσὶ δὲ οὗτοι σταδίων ἴξ τι καὶ τριήκοντα τοῦ ἰσθμοῦ. Tum, de ipso hoc templi ab Epheso intervallo, Xenoph. Ephes. I. p. 2. ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν σταδίων δέ εἰσιν ἑπτά. Itaque optio est. De belli hujus occasione atque eventu Ælian. V. H. III. 26. et Polyæn. Strateg. V. 50. Wess.—Nil opus erat constantem sollicitare librorum scripturam: satis sibi oratio constat, subintellecto nomine τὸ διάστημα, quod menti Scriptoris obversabatur. S.

11. αὐτίων] Nullum sine patrocinio vitium, in re diversi generis Seneca ait. Αὐτίων, τουτίων, etc. Ionum sunt, hujus dialecti scriptoribus frequentata. Jensium vide in Luciani Astrol. c. 1. Mediceæ membranæ in horum usu variæ: modo probant, modo inprobant, ut I. 135. 142. 143. etc. quæ mihi mobilitas non adridet. Suum Herodoto reddam, quoties occasio feret. Wess.—Nempe αὐτῶν h. l. Gronovius suo e codice, quem ipsius Herodoti genuinam repræsentare scripturam putaverat, adscivit. Noster cod. F. in masc. et neutr. gen. tantum non constantissime αὐτῶν et τούτων, in fœm. vero αὐτίων, τουτίων præfert. Herodotum ipsum in masc. et neutro gen. constanter αὐτίων, τουτίων, scripsisse nec negare equidem nec adfirmare ausim. Illud profiteor, sæpe mihi obortam esse suspicionem, a viro docto qui Aldinæ præfuit editioni, multis locis invectas esse Ionicas verborum formas, quas nullus codex MS. exhibebat: quibus in locis ex silentio eorum hominum, qui in gratiam editorum alios codices conferunt, et multa sæpe, quæ ipsis minutiæ esse videntur, negligere solent, non continuo colligi potest, codices illos cum Aldina scriptura consentire. S.

Cap. XXVII. 14. εἰκότα ἱλπίζων] Sic lib. V. 10. VII. 5. etc. Medicei ἐικότα melius non est: adplauderem si οἰκότα foret, quod I. 137. 155. etc. rectissime edit. Cl. Reiskius ante hæc existimat deesse, ἵνα ῥᾳδίως ὑπαγάγῃ αὐτούς: modo tamen certum sit, Herodotum Isocrateo more cola sibi æqualia et respondentia voluisse fingere, quod ego certum esse minime mihi persuadeo. Wess.—Vide Var. Lect. Scripturam εἰκότα, quæ in nostris excerptis Parisiensibus non nisi ex uno Pb. enotata est, perinde in codd. Pa. Pb. et Pd. reperiri docuit Larcher in Notis ad h. l. S.

16. λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν Θαλάσσῃ] Quod Steph. vulgavit, λαβεῖν ἀρᾶσθαι Λυδοὺς, id Codd. auctoritatem secutus fecit: tueri quoque factum potest, quod ἀρώμενοι lenem orationem nonnihil turbent. Quare tollendum ἀρᾶσθαι Cor. de Pauw. decrevit. Reiskius revocandum censuit, aut in ἀράμενοι, (?) quod Ionum ore idem, vertendum. Equidem consensui tot MSS. non obnitar. Vide Gronovium. Wess.—Monuerat Gron. speciosum esse Stephani ἀρᾶσθαι, sed obluctari MSS. Jam compertum quidem habemus, sic scriptum in codd. nonnullis: sed utique speciem hoc habet

correctionis ex conjectura docti cujusdam hominis profectæ, qui corruptum esse intellexisset, ἀρώμενοι, quod in vetustis codd. hic legebatur. Blandiri egregie posset, ni a librorum scriptura nimis recederet, ingeniosa Toupii (Epist. Crit. p. 64. seq. ed. Lips. p. 79. ed. Lond.) conjectura αἰωρεομένους, qua lepide opposita forent ista duo, ἱστιεομένους λαβεῖν ἐν ἠπείρῳ, et λαβεῖν αἰωρεομένους ἐν θαλάσσῃ. conf. Herod. VI. 116, 6. Quam conjecturam secutus, sed simul a veteris scripturæ vestigiis minus discedens Werferus in Actis Philologor. Monac. T. I. p. 74. αἰωρεύμενοι corrigit, intelligens insulanos scientia navali αἰωρευμένους (id est elatos, confidentes, coll. VIII. 100, 7.) superaturos se sperasse imperitos adversarios. Equidem suspicatus sum, ἀειρόμενοι scripsisse Herodotum, (coll. VIII. 56, 5. 94, 3. et I. 165, 18. 170, 5.) quod primum in ἀράμενοι, ac dein in ἀρώμενοι fuisset mutatum. Reiskius ἀράμενοι ea notione conjectaverat, qua λαβεῖν ἀράμενος dicitur ille qui medium sublatum, sublimem gerens, tenet, eumque ad solum adfligere minatur. Ne quem vero turbet permutatio casus, ἀειρόμενοι, quod ad præcedens νησιώτας referri debebat; opportune Werferus l. c. simillimas ἀνακολουθίας adnotavit apud Nostrum occurrentes, I. 56, 2. seq. IV. 15, 8-10. IV. 137—6. seq. Ejusdem generis est. I. 63, 12. S.

Cap. XXVIII. 4. Λυδοὶ, Φεύγες, etc.) Lydorum minime opportuna hic ponitur mentio, siquidem eos non domuit, sed a majoribus accepit, imperio subditos: reliquas nationes Lydis rex addidit, προσεπικταμένου Κροίσου Λυδοῖσι, uti sequitur. Vidit et hoc Corn. de Pauw. Thraces Europæos Crœsus non subegit, sed Asiæ incolas, Thynos et Bithynos, ex Thracia progressos. Bene Claudianus II. in Eutrop. v. 247.

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Adde infra VII. 75. Wess.—Lydorum nomen, quod ad unum omnes libri hic præferunt, delere equidem non sum ausus. Lydos non κατεστρέψατο quidem Crœsus, sed eos tamen ὑπ' ἑαυτῷ εἶχε, nempe a majoribus accepto imperio: quare hos ante cæteros nominavit Scriptor. S.

Cap. XXIX. 3. ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς, etc.) Cur, obsecro, οἱ πάντες σοφισταί? aptius equidem hac in sede judicarem ἐπιφανίες: ut Sardes isto tempore venisse dicerentur ἄλλοι τε ἐπιφανίες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ, —— καὶ δὴ καὶ Σόλων. Valck.—membranæ conjecturæ robur negant. Videtur Herodotus illos, qui uno tempore et habiti et vocati Sapientes sunt, innuere. Nihil sane erat, cur Plut. de Malign. Herod. p. 857. F. σοφιστὰς eos nuncupari indigneretur, cum Solonem Isocrates, Themistius atque alii, quibus testimonium Jo. Meursius in Solone c. 4. denuntiavit, non alio ornarint titulo, nec in contemtum tamen, uti neque Herodotus, cui Pythagoras σοφιστὴς IV. 95. et σοφισταὶ quotquot tota Græcia sapientiæ fama illustres II. 49. Belle Aristides T. III. p. 517. οὐχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν κέκληκεν; οὐ Πυθαγόραν πάλιν; οὐκ Ἀνδροτίωνα τοὺς ἐπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε; λέγω δὲ τοὺς σοφούς. Demosthenes (nisi Androtion fuerit, de quo Aristides,) in Erotic. p. 757. de Solone, ἐφ' οἷσιν μᾶλλον ἐσπούδασεν, ἢ τῶν ἐπτὰ σοφιστῶν ὅπως γένηται. (Demosth. ed. Reisk. Vol. II. p. 1416.) Verum ea turbato animo Plutarchus; pacatior Chilonem τὸν σοφιστὴν T. II. p. 96. et reliquos de hoc numero σοφιστὰς salutavit. Wess.

Cap. XXX. 1. Αὐτῶν δὲ ὧν τούτων καὶ τῆς θεωρίης, etc.] Adsentitur in decennali peregrinatione, Crœsique et Solonis congressu Plut. in Solon. p. 92. non infitiatus fuisse qui eum τοῖς χρόνοις ὡς πεπλασμένον, sive temporum ratione con-

mentitium, haberent: neque nostra ætate deficiunt eadem illis opinati, Solonisque cum Crœso colloquium fabulis adnumerantes, in quis Jac. Bruckerus, Histor. Philosoph. T. I. p. 444. et Freretus Conment. Acad. Inscript. T. VII. p. 433. Solonem aiunt Olymp. XLVI. 3. leges Atheniensibus tulisse; obiisse, nec in Lydia tamen, tyrannidis Pisistrateæ anno secundo sub Olymp. LIV. qua regnare Crœsus inter Lydos cœperit: itaque pergula pictorum, veri nihil. Sed fac certum ratumque esse, quod ex Heraclide Pontico Plut. in Solon. p. 96. F. perhibet, Solonem συχνὸν χρόνον [complures annos post occupatam a Pisistrato tyrannidem superstitem fuisse; quid impediet, quo minus in Lydiam, gemente sub unius dominatione civitate, peregre abire potuerit, quorsum et ea ducunt, quæ Diogen. Laërt. lib. I. 90. 99. habet, tum Libanius T. II. p. 297. A. Atque hoc secutus est Jo. Meursius in Solone suo c. 28. At tum Herodotus et Plutarchus cum Proclo in Timæum Platon. p. 29. quibus illud iter et colloquium ante Pisistrati tyrannidem figere libuit, in errore, quem et illis exprobravit Jo. Meursius, manifesto erunt. Fac tamen, (et quid morabitur, quo minus ponatur,) Solonem non statim a latis legibus, sed illis annorum lapsu stabilitis, itineri se tradidisse: porro Crœsum Alyattæ patri regni consortem fuisse, quod Noster significare videtur I. 92. ejusdemque auspiciis bella gessisse, ut apud Suidam in Κροῖσος: quo quidem tempore, si juvenem principem et fortunæ successibus ebrium, Sardibus Solon convenerit, nihil profecto erit, cur fabulosum hoc colloquium censeatur, ne ipsa quidem Amasis, Ægyptiorum regis, mentio. At hæ conjecturæ sunt; tales tamen, quæ scriptoris fidem ex tanta volutatione extrahere queant. Vide et Ampl. Bouherii Diss. Herodot. c. 16. WESS.—Cum his contulisse juvabit quæ de Solonis ætate Larcherus ad h. l. disputavit. S.

10. φιλοσοφίων γῆν πολλὴν θεωρίης, etc.] Vulgatum τῆς πολλῆς justissime Gronovius, quippe in sermonis indolem arietans, in exilium ire jussit; qui si et γῆν correxisset, ut in Homer. Iliad. ο'. 80. ὅς τ' ἐπὶ πολλὴν γαῖαν ἐληλούθῃς, locum persanasset. Amplexi id merito sunt, trium MSS. auctoritate probe munitum, Küsterus in Cler. Bibl. N. et V. T. V. p. 389. D'Orvilius ad Chariton. lib. II. pag. 160. (pag. 297. ed. Lips.) Abbas Geinoz, Conment. Acad. Inscript. T. XVI. p. 58. et Reiskius. Ipse Herodotus, quod sedulitatem Gronovii haud latuit, IV. 76. ἐπί τι γῆν πολλὴν θεωρήσας, in re non dissimili. Tale quoque hoc Democriti apud Euseb. Pr. Evang. X. 4. p. 472. ἐγὼ δὲ τῶν καθ' ἑμαυτὸν πλείστην γῆν ἐπελαυνομένην ἱστορίων τὰ μήκιστα. Neque dubium mihi est, quin Medic. scriptura et similis ferme Vatic. ex frequenti T. et Γ confusione progenita fuerit: ferri tamen potuerat, si Crœsus Ἀσίης τὴν πολλὴν, quemadmodum in Arriani Indic. c. 5. memorasset, uti Λιβύης τὴν πολλὴν Joseph. c. Apion. I. 19. et Καρίης τὴν πολλὴν Noster V. 103. At τὴν πολλὴν, nullo regionis adposito vocabulo, quis plurimam mundi partem jure explicuerit? WESS.

18. Τίλλῳ, τοῦτο μὲν τῆς πόλιος, etc.] Demiratus sæpe sum, nemini leve, quod hæc occupaverat vitium (vid. Var. Lect. ed. S.) suboluisse, præsertim sequentibus id manifesto prodentibus. Medicei quidem ope ἐς τοῦτο δὲ aliam faciem induit, nec speciosam tamen: meliorem putabat Cl. Reiskius οὕτω δέ. Mihi scripsisse semper visus, quod editum cum maxime est. Auctorem opinionis S. Remigii codicem habeo, ipsumque Herodotum τοῦτο μὲν et τοῦτο δὲ toties totiesque iterantem: exemplorum affatim est in Porti

Lex. nec Herodoti studiosum fugere possunt. Quem autem Τίλλον adpellat, is Τίλλος Tzetzæ Chil. I. 30. et VIII. 197. Vide T. Hemsterhusii, longo mihi usu junctissimi, adnotationes in Luciani Contemplant. cap. 10. Wess.—Quod Wyttenbachius malit, (Select. princ. Historic. p. 346.) τῆς πόλιος εὖ ἥκοντι, potuerat utique sic scribere Herodotus: at tunc sententia hæc foret, felicem fuisse Tellum quod ad civitatem spectat, scil. hanc ei felicitatem contigisse ut patria fuerit Atheniensis. Nunc consentientibus libris omnibus, iisque etiam vetustissimis, πόλιος εὖ ἠκούσης ait, quum prosper et florens esset civitatis status; quæ nimirum haud minima pars felicitatis boni civis est, si ad vitæ usque finem constanter florentem videt suam civitatem. Neque caussam video, cur εὖ ἥκειν (quod idem fere ac εὖ ἔχειν significat) non possit absolute poni; quum præsertim genitivus casus, si quis adjicitur, (veluti εὖ ἥκειν τοῦ βίου) non a verbo εὖ ἥκειν regatur, sed a subintellecta præpositione ἴσιμα. S.

Cap. XXXI. 1. Ὡς δὲ τὰ κατὰ Τίλλον προσεσχέψατο] Mutavit vir doctissimus [Reisk.] Miscell. Lips. Vol. VII. p. 613. ultimum in προσεσχέψατο, neque aliud in scripto ad me, nisi προσεσχέσθαι esse aliquem ad se convertere, attentum sibi facere: itaque, nam cetera consulto omitto, verborum sententiam videri: postquam dixisset res Telli valde beatas, eoque attentum et animi suspensum fecisset Crœsum Solon. Quin credidisse olim se, τοῖς κατὰ Τίλλον præstare. Quo quidem molimine, adjumentis codicum deserto, non opus erit, modo ex consequenti ad sententiam cum Cl. Abreschio Dilucc. Thucyd. p. 332. adsciscatur προσεσχέψατο ἐπειρωτῶν, incitavit ad porro interrogandum. In Parthenii Erotic. cap. 1. ἐκεῖνος αὐτὸν ὑποδεχόμενος εἰς πόλιν ἕνα προσεσχέψατο, ille hospitio exceptum multo vino provocavit. Herodoti mentem Valla bene adsecutus est. Wess.—Mihi hæc visa erat sententia fuisse Herodoti, dictis illis admonitum Crœsum voluisse Solonem, ut de beatitudine hominis rectius judicare disceret. Quod Reiskius τοῖς κατὰ Τίλλ. maluerat, idem fere valet τὰ κατὰ Τίλλον. S.

4. Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα] Creberrima utriusque mentio; sed, quemadmodum Archiep. Κλέοβιν adpellitant priorem. (cf. Var. Lect. ed. S. Opportune monuit Hemsterhusius, metri necessitate hunc scribendi modum Epigramma probare in Stobæi Serm. CXIX. p. 603. Οὔθ' Βίτων Κλεόβις θ' ὑπὸ σώμασιν οἰκείοισι Ζεύγλαν ζευξάμενοι, etc. Sic ergo præstat. Adde Jo. Alb. Fabricium ad Sexti Hypotyp. lib. III. 24. p. 186. ubi pars hæc Musæ Herodoteæ λόγος περὶ τῆς Ἀργείας ἱερείας, et Jo. Davisium ad Cicer. Tusc. Disp. I. 47. recte Stobæi μητρὸς αὐτῶν δεξαμένης corrigentem: quod tamen non Stobæi, sed Gesneri videtur peccatum: nam in Veneta editione ὑξαμένης vulgatum primitus fuit. Wess.—Epigramma istud in Cleobin et Bitonem Latinis versibus reddidit Grotius, Floril. p. 494. Græcum habes ibid. p. 495. et in Brunckii Analectis T. III. in Lectionib. et Emend. p. 274. T. IV. p. 123. ed. Lips. S.

8. ἴδοις πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγει κομισθῆναι] Junonis Argivæ sacerdotio fungebatur, nec sacris per legem abesse poterat. De ea, præter Æschin. Socrat. Dial. III. 10. Choricium Or. in Procop. Gazæum, c. 33. Palæphat. Incredib. cap. ult. Servius ad Georgic. III. 532. Herodoti Historiam primam laudans. Wess.—Ut hic Argivæ, sic et Athenienses mulieres ad celebranda magna Eleusinia curribus vehi solitas esse docet Schol. ad Aristoph. Plut. 1015. S.

10. ἐκπλησσόμενοι] De iisdem Cicero,

Tusc. I. 47. Juvenes hi,—veste posita corpora oleo perunxerunt, ad jugum accesserunt: ita sacerdos advecta in fanum. Ciceronem in Herodoto legisse suspicor: ἐκδυόμενοι δὲ (veste posita) τῇ ἄρῃ οἱ νεηνίαι, ὑποδύντες αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην, εἵλκυσον τὴν ἅμαξαν. Atque illud ἐκδυόμενοι antepono lectionibus vulgatis, ceterisque, quas ad istum Ciceronis locum excogitavit Ampliss. Bouhierii solertia. VALCK.—Liberior Ciceronis narratio neminem morari debet; quum præsertim ipse non unius Herodoti, sed plurium etiam aliorum auctorum invocet testimonium. Bene Valla, ad verbum, tempore exclusi; nempe, urgente tempore prohibiti exspectare jumentorum adventum, coactique ad templum properare. Simillima formula, in re quidem diversa, Polybius usus est, XVII. 8, 2. βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τὴν κατηγορίαν. Conf. Epictet. Diss. III. 22, 70. et Indicem nostrum Græcitatis in Epictet. p. 306. S.

17. τῶν νεηνίων τὴν ῥώμην] In MSS. dissensu eligendi arbitrium est: ego γνώμην præferrem. Juvenum ῥώμην supra adtigerat, fuitque in Bitone sane quam eximia: ὁ Βίτων ὑπὸ ῥώμης τε καὶ ἰσχύος ταῦρον ἀράμενος ἤνεγκε in Pausaniæ lib. II. 29. At pium hoc juvenum in matrem studium supra omne corporis robur conspectius erat et laudabilius. Imaginem, de qua mox, vidit et Argis Pausanias, an huic plane similem non dixero. Refert huc vetus marmor L. Begerus Spicileg. Antiq. p. 146. WESS.—Numeri testium si ratio habenda, utique præferri debebat scriptura γνώμην, quam et Larcher et Wyttenbach unice probarunt, et Schæfer revocavit. Mihi vero hoc ipsum γνώμην bono quidem consilio olim a probo quodam viro huc invectum, ῥώμην autem visum erat ab Herodoto profectum; qui haud obscure innuere videtur, aliud quidpiam Argivos, aliud Argivas laudasse. Jam Argivæ, matrem beatam prædicantes quod tales filios haberet, quid aliud spectarunt, nisi filiorum τὴν γνώμην, pium in matrem animum? At viri τὴν ῥώμην laudarunt, robur juvenum. Nec obstat, quod robur eorum supra (l. 6. et 12—14.) jam significaverat Scriptor; quin potius id, quod hic ait, ad ipsum istud quod supra dixerat, manifeste referri mihi videbatur. S.

CAP. XXXII. 5. τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τι καὶ, etc.] Similia his Amasis ad Polycratem III. 40. et Artabanus ad Xerxem VII. 46. Verius et de summo numine honestius Plato, ὁ φθόνος ἔξω τοῦ θείου χορεῦ ἵσταται, quod ejus ex Phædro dictum merito prædicant Philo Jud. Q. Omn. Prob. Lib. tom. II. p. 447. et Maximus Tyr. Dissert. XLI. 3. Haud ægre itaque fero Plutarchi castigationem Herodoteam de Malign. p. 857. F. Scio, Homeri exemplo, modo inpia in Deum male dicta excusationem admittant, excusari ab Eustath. p. 444, 38. 946, 44. (p. 338, 15. et 922, 52. ed. Bas.) Alios præterea de Deo nihilo prudentius ac reverentius opinatos, quos Olearius dabit ad Philostrat. Vit. Soph. lib. II. p. 575.; neque ab hac labe immunes Christianorum esse plures, quorum inprudentiam magnus Casaubonus haud dissimulavit in Gregorii Nysseni Epist. ad Eustath. p. 70. Præclarius Plutarchus de Deo Opt. Max. T. II. p. 1102. D. Ἀγαθὸς γάρ ἐστι, ἀγαθῷ δὲ περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος, οὔτε φόβος, οὔτε ὀργὴ ἢ μῖσος. Alia pro Herodoto in Apologia adversus Plutarchi criminationes Abbas Geinoz, Comment. Acad. Inscript. T. XIX. p. 117, etc. sed quibus non utor. WESS.—Multa multi Viri docti huc spectantia disputarunt, quæ cum fructu consuli poterunt. Lectoribus harum Adnotationum, instar omnium esse queant quæ ad Nostri lib.

III. c. 40, 7. Valckenarius commentatus est. Adjiciamus, quod inter alia ad h. l. Larcherus adnotavit, sententiam hanc, quam hic Solonem dicentem inducit Noster, eamdem esse, quam idem Scriptor VII. 10, 55. Artabani persona, postquam dixit ἰσχίαν σφι ὁ Θεὸς φοιτήσας, etc. his verbis declarat, οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέιν μέγα ὁ Θεὸς ἄλλον ἢ ἑωυτόν: et ibid. paullo ante dixerat, φιλέει γὰρ ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. Scilicet, solere Deum immissis gravibus calamitatibus arrogantiam castigare eorum, qui ob felicitatem, quam Ipsius benignitati debent, altos sibi spiritus sumunt et insolenter de sese gloriantur. Conf. c. 34, 1-3. S.

10. παρέχονται ἡμέρας διπλοσίας, etc.] Constat ratio, si annus fuerit dierum CCCLX. et menses tricenarii sive τριακονθήμερα. Sequetur tamen, ut, facta alternis intercalatione, XV. dies anno adcesserint, atque ita evaserit annus dierum CCCLXXV., denis auctior, quam annuo cursu sol absolvit: sequetur præterea, ut brevi temporum lapsu æstas in autumnum, hiems in ver incurrerit, et prorsus anni modus fuerit conturbatus. Atqui intercalabatur alternis annis, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον: ut anni tempestates opportune recurrerent sibique responderent. Hoc vero quid aliud erit, quam vineta sua cædere, et ipso remedio malum adaugere. Joseph. Scaliger ejusmodi id esse scribit, ut non solum propter absurditatem explodendum sit, sed etiam tanquam temere pronunciatum prætereundum, extremo lib. I. de Emend. Tempor. Vehementer id displicuit, cui raro Scaligerana placent, D. Petavio lib. I. Doctr. Temp. cap. 38. Nec probare se potuit L. Allatio de Mens. temp. c. 15. Et hic quidem veteres, dum hac intercalatione cursum solis exæquare studerent, mirum quantum ab eo exorbitasse agnoscit: qua quidem confessione id, quod in Scaligero damnabat, admittit ultro. Ille vero auctiori per intercalationem anno dierum aliquot exemtione atque omissione fortasse intercalarium, ut ad metas suas revocetur, succurrit. At nihil de dierum exemtione Herodotus; qua quoque recepta, quod neglectum demiror, summa dierum in annis LXX. et intercalaribus XXXV. mensibus minime congruet. Durant proinde anni hujus inconmoda, quibus mederi conatur Vignolius, Chronolog. lib. VI. 5. p. 838. sed manu minime leni et Herodoto noxia. Salubrius auxilium paravit Stanisl. Grsepsius de Multipl. Siclo, etc. in Fasciculo secundo Rotterodam. p. 452.; annum, quo de agitur, dierum fuisse ait CCCL., cui alternis intercalationibus dies XV. adjecti fuerint, ut cursui solis adconmodaretur, sic æquasse dies CCCLXV. Paria Julius Pontedera, Rom. et Græc. Antiq. Epist. XV. p. 176. Sed valide refragatur utrique adgregata dierum summa: neque negant docti viri, utramque a sciolo et harum rerum inperito, cum solam CCCLX. dierum anni formam recordaretur, inmutatam videri et corruptam: fuisse olim ἡμέρας πεντακοσίας καὶ τετρακισχιλίας καὶ δισμυρίας, viginti quatuor millia et quingentos dies ex annis LXX.; tum additis intercalariis, πεντήκοντα καὶ πεντακοσίων καὶ πενταχισχιλίων καὶ δισμυρίων viginti quinque millium, quingentorum et quinquaginta. Quæ, si Lydis anni dierum CCCL. ratio probata fuerit, et Solon, posthabitis suæ civitatis moribus, eam spectarit, haud mala erunt. Vellem tamen liquidius conprobatum, talem anni habitum in Lydorum fuisse usu. Herodotus nonnisi dierum CCCLX. memorat lib. III. 90. Vellem quoque aliquid ex MSS. præsidii; quamquam de eo facile transigerem, si prius planissime liqueret: salva tum Herodoti, quem enormiter in

re satis obvia aberrasse, ad credendum difficile est, fides. Wess.—Quod ad firmandam sententiam sibi probatam desideraverat Wesselingius, id non modo ipsum, sed aliquanto etiam amplius et magis ad rem pertinens, repertum hodie confectumque haberemus, si in plano istud esset quod haud ita pridem a nescio quo viro docto in Novellis Literariis Halensibus monitum legere memini; nempe, ex Plutarchi libello De Animæ procreatione quæ in Timæo Platonis describitur intelligi, prisco ævo ex ipsorum etiam Græcorum ratione annum nonnisi CCCL. dierum fuisse; eamdemque rationem firmari quoque Ovidii versibus illis, "Jupiter antiqui contraxit "tempora veris," etc. Metamorph. I. 116. seqq. Mihi vero, quamquam nondum contigit vel apud Plut. vel apud Ovidium id quod ibi Vir doctus vidit, liquido reperire, tamen etiam nunc nulla probabilior ratio solvendæ Herodotei hujus loci difficultatis occurrit, quam ea ipsa quæ Wesselingio se probaverat: nisi plane statuere velimus, crassiore quadam ratione hæc Solonem Lydo Cræso dicentem induci ab Herodoto. Nec enim Wyttenbachii probare possum rationem; qui, tenens id quod in vulgata hujus loci scriptura primum ponitur, nempe LXX. annos conficere dies XXVM. CC. intelligensque adeo singulos annos CCCLX. dierum, deinde in sequentium numerorum notatione suspicatur multiplices errores esse invectos. Igitur, ne funditus turbentur tempestatum rationes, quarum conservandarum caussa inventos esse menses intercalares significat Herodotus, vulgatam scripturam ex ipsius Herodoti mente sic corrigendam Vir doctissimus censet, ut mox pro τοὔνεκεν τῶν ἐνίων, (l. 12.) τοὔνεκεν τῶν ἐνίων legatur, id est, sextum quemque annum, tum ut loco intercalarium mensium XXXV. ponantur XL cum $\frac{2}{3}$, nempe διὰ τὸ εἶναι τετραμοίρου: porro, loco dierum MI, dies CCCL; denique, in universa summa, loco dierum XXVIM. CCI, dies XXVM. DL. Quæ quidem ratio, quantumvis et erudita et ingeniosa, Larcheri etiam suffragio comprobata, fieri tamen non potest quin nimis violenta debeat videri. Taceo, quod, quemadmodum hoc loco, sic et lib. II. 4. 6. diserte Scriptor noster docet, Græcos *tertio* quoque anno mensem intercalarem adjecisse. S.

21. πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή.] Si πᾶς malueris, quo modo Aldinum emendavit Chytræus in Adnotat. Herodoteis, et Codicum nonnulli cum Clemente Alex. et Theone legerunt, nihil est, quod offendat: omnis utique homo ærumnosus est. Tale Alexandrinorum Interpretum Jobi XXV. 6. πᾶς ἄνθρωπος σαπρία. et Scythæ cujusdam πᾶς γὰρ μύστωκός εἰμι in Æliani Var. VII. 6. tum Democriti in Hippocratis Epist. ad Damagetum, p. 229. Ed. Ald. ὅλος ἄνθρωπος ἐν γενετῇ νούσου ἐστίν. At plures cum Stobæo MSS. πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. Pro quo vir quidam doctus, citra causssam tamen, ad marginem Aldinæ meæ πᾶν ἐστι ἀνθρώπωι συμφορή. Idem in opinionem venit Cl. Reiskio, fatenti tamen, omnia stare posse, modo κατὰ ad structuram adsciscatur: tendit et huc desiderium Cel. Gesneri ad Luciani Asin. c. 56. neque longe deflectit in larga disputatione P. Horreus, Obs. Herod. c. 6., varius tamen, ut solet. Lud, Küsterus versionem Gronovii et distinctionem, igitur, universum est, homo calamitas, taxat, suffectis his, ita igitur, O Cræse, homo totum casus est: neque enim verum esse, omnes homines calamitosos esse; ipsum fateri Solonem in hac adlocutione, quosdam felices videri. Quod equidem non infitior, nec συμφορὴν contra scriptoris morem casum puto. Gaudemus mortales prospero sæpe rerum

successu; at quot non incurrunt, quæ felicitati isti frena injiciunt, manifestantque, ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν Εἴδωλ', ὅσπερ ζῶμεν, ἢ κουφὴν σκιάν, ut in Sophocl. Ajac. 125. Sive ergo universum Gronovii, sive totum Küsteri præstuleris, ad summam res eodem deveniet. Mihi tamen, ne dicam dolo, æquius meliusque videtur, omnino homo calamitas est, sive calamitosus, uti Valla.

Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά·

alia in re Euripid. Alcest. 802. Wess. — In istam sententiam calamitatem mortalium deplorat apud Nostrum Artabanus, VII. 46, 10. seqq. et ipse Jupiter apud Poëtam, Iliad. ϱ'. 445. Sed hoc quidem loco, si connexionem spectes disputationis, videtur utique συμφορὴ in eam sententiam intelligenda, quam in Latina versione expressi. Quod si constanter in malam partem acceptum vocab. συμφορὴ posuisset Herodotus, non opus fuerat adjecto epitheto ἄχαρις συμφορὴ, quo utitur, I. 41, 3. VII. 190, 10. Bene habet πᾶν adverbialiter accipiendum, ut supra l. 21. quemadmodum vulgo compositum πάμπαν. S.

23. πλουτίειν μὲν μέγα φαίνεται] Voculam μὲν, elisam a vicina, Stobæi præbet Florilegium, pag. 564. 47. πλουτίειν μὲν μέγα φαίνεται: necessariam monstrant sequentia, ἐκεῖνο δέ. In vicinis nonnulla quoque Stobæus habet vulgatis meliora: τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον, (l. 26.) quod Codices firmant Anglicani. δυοῖσι προέχει τοῦ εὐτυχίος μούνοισι, (l. 29.) pro μοῦνον. ὦ βασιλεῦ. (l. 46.) Ibidem ἄπειρος male vulgatum, ut hic, (l. 34.) ante alios dudum correxit Dan. Heinsius. Valck.

26. πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον] Rectissime Gronov. ἔχοντα recepit, a quo vellicando consultius fuerat manus abstinere. Structuræ exempla si requirantur, sumi ex lib. VI. 7. et 13. VIII. 100. et 111. etc. possunt. Ego vero εὖ, quod Valla in suo habuit, Stobæusque et Britannici libri edunt, sua in sede collocavi: postulabant iteratæ locutiones καλῶς, εὖ et εὐχαρίστως τὸν βίον τελευτῆσαι, tum orationis habitus. Neque enim ad perfectam felicitatem satis est jucundus bonorum cumulus, si molesta decessio accedat. De Polycrate Amasis lib. III. 43. ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλει εὐτυχίων τὰ πάντα· Hæc, quæ sub manu sunt, imitatus est Dionysius tyrannus in Stobæi Serm. XCIII. p. 560. Wess.

34. ἄπηρος δέ ἐστι] Quod olim ex conjectura D. Heinsius, indice Jungermanno ad Polluc. II. 61. tum Küsterus, Abbas Geinozius, et Reiskius, id certum præstat Vaticanus codex. Ἄπειρος, quidquid dicatur, valere non potest: addi debuerat, cujus rei expers esset, ut infra I. 207; nec latuit hoc H. Stephanum, qui expers autem est malorum: at ita ἄπειρος idem erit ac ἀπαθὴς κακῶν, quod et ille propterea in Latinis neglectui habuit: perperam profecto. Natum ἄπειρος est ex soni adfinitate, quæ in Aldino, c. 196. ἴμπειρος ex ἴμπηρος progenuit: Reiskius admonuit, ἄπηρον membris omnibus integrum dixisse Gregor. Nyssen. Epist. ad Eustath. p. 10; vocarunt et alii. Nævus plane similis vitiavit hæc Libanii, T. II. p. 665. D. ἢ γὰρ οὐδὲν ἐγίγνετο ἄν, ἢ κομιδῇ τινα ὀλιγίμηνα, αὐτὰ οὐδὲ ἄπειρα. Sententia oratoris postulat ἄπηρα. Wess.

46. ὦ βασιλεῦ] Difficiles habere explicatus ὡς βασιλεῦς et longe arcessitos, doctissimorum Virorum Gronovii et Horrei defensiones ostendunt. Si ex Stoa Solon loqueretur, cui dives, qui sapiens est, Et sutor bonus, et solus formosus et est Rex, non abnuerem. Planissima Stephani est pluriumque aliorum conjectatio, quam Stobæi patrocinio protectam, non repudiavi. Ipse plus vice simplici in hac oratione, ὦ βα-

σιλεῦ. In celeberrimo, quod consequitur, dicto (σκοπέειν δὲ χρὴ, etc.) Aristoteles hæsitat Ethic. Eudem. II. 1. et Nicomachic. I. 10; non item Sophocles Euripidesque, ad cujus Andromach. v. 100. Jos. Barnesium vide. Wess.

Cap. XXXIII. 1. Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ, etc.] Scabra hæc et salebrosa Abbati Geinozio, cui ex scriptura Paris. et Remig. adlubuit ταῦτα λέγοντι Κροῖσος οὐκως οὔτι ἰχαρίζιτο, hæc dicenti Crœsus nihil neque gratificabatur, etc. At satis tum inportunum ἀποπέμπεται, transeunte, ut aiunt, potestate, et sine suo casu, ne de nimia mutatione memorem. Reiskius, nisi mox ἀμαθὴς legatur, pro ουκως mallet οὔτος ultro agnoscens, minime Herodoteæ facilitati respondere omnia: contra ea Vallæ Latina, saneque est visus indoctus, laudat St. Berglerus, ἀμαθὴς ad eorum exemplum refingens; quod et mihi, auctoritate libri Britannici munitum, se probavit. Sic certe omnia plana. Plutarchus eundem ferme in modum ἤδη μὲν ἀλλόκοτος (Solon) ἰδόκει εἶναι τῷ Κροίσῳ καὶ ἄγροικος in Solon. p. 93. E. Wess.—Locum istum cum Valla (cujus in Latina versione nihil hic vel ab H. Steph. vel Gronov. vel a Wess. mutatum est,) sic vulgo interpretantur: Hæc Solon, neque assentando Crœso, neque ullius eum momenti faciendo, loquutus dimittitur: saneque visus est indoctus, etc. A qua sententia, ne Larcherus quidem, quamquam meliora a populari suo Geinozio edoctus, vel latum unguem discessit. Jam pridem vero Jo. Matth. Gesnerus (in Chrestom. Græca, p. 9.) perspecte viderat, longe commodiorem huic loco inesse sententiam hujusmodi: Hæc cum diceret Crœso Solon, neque benigne illum tractavit Crœsus, neque ullo eum loco habens a se dimisit, vehementer inscitum hominem ratus, etc. Jamque olim in eamdem sententiam locum hunc Æm. Portus in Lexic. Ion. voce λόγος, interpretatus erat. Nempe hi ambo δέξας ἀμαθέα εἶναι cum edd. ante Wess. et MSS. tantum non omnibus recte legebant: nam ἀμαθὴς, quod ex uno Arch. Wesselingius recepit, et post eum alii tenuerunt, vix dubitari potest quin ex imprudente correctione natum sit. Quod autem importunum Wesselingio visum est verbum ἀποπέμπεσθαι activa notione (dimittere, a se dimittere) accipiendum; non recordatus erat vir doctissimus vel ex Xenophonte notum hunc verbi usum, Cycrop. I. 3. extr. et Memor. III. 1. extr. Jam iidem, quos paullo ante nominavi, Portus atque Gesnerus, quo sententia ista, quam dixi, verbis Herodoti inesse intelligatur, nihil prorsus mutandum censuerunt: nempe in illa dictione, Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ, aliquod ἀνακολουθίας genus agnoscentes, non alienum ab Herodoti stylo, quum nominativus participii absolute ac veluti pendens ponitur, cui in reliqua verborum structura nihil ad amussim respondet; cujus generis exempla et alibi passim apud Nostrum et VIII. 83, 3. et 87, 7. coll. v. 9. exstant. Et in hac ratione adquiescere forsan poteramus, ni duo codd. MSS. Wesselingio etiam citati, vestigia prodere nobis visi essent veteris scripturæ λέγοντι Κροῖσος, quam partim ex his ipsis codicibus partim ex Geinozii conjectura, (Hist. de l'Acad. des Inscript. T. XVI. p. 59. seq.) adoptavimus. Cæterum in editis a nobis Herodoti Græcis commodius post σὺδενὸς delebitur comma; quo clarius adpareat, pronomen μιν non minus ad verbum ποιησάμενος, quam ad ἀποπέμπεται, referri. S.

Cap. XXXIV. 6. ἦν γὰρ δὴ παφός] Vide infra c. 85. et Diodor. Sicul. T. II. p. 553. ubi Maximi Tyrii μνημονικὸν ἀμάρτημα tetigimus, et Valer. Maxim. somnium Crœsi hinc describentem lib.

I. 7. ext. 4. Wess.—Monuit Eustathius, (ad Od. ι'. p. 290, 8 seq. ed. Bas. p. 1589 extr. Rom.) prisco sermone Græco κωφὸν mutum intelligi, recentiore surdum. conf. Nostrum I. 47, 13. et Adnot. ad c. 38, 9. Hippocrati κωφοὶ omnino dicuntur οἱ ἀμαυροὶ καὶ ἀσθενεῖς (hebetes et debiles) interprete Galeno in Glossar. S.

10. *κατορῤῥωδήσας*] Semper Herodotus *καταῤῥωδήσας* et *καταῤῥωδῆσαι*: quod et hic olim fuisse existimo. In Luciani Dea Syr. c. 19, 21. etc. *ὀῤῥωδίειν* et c. 29. *ὀῤῥωδίη*, quæ nisi librariis accepta referantur. Nostri Ionismus proscribet. Wess.—Nempe, quod in Var. Lect. adnotare neglexi, scripturam *κατορῥωδ.* cum superioribus edd. tenuerat Wesselingius, præter librorum auctoritatem non ausus Ionicam formam auctori restituere. *καταῤῥωδ.* primus edidit Reiz. eamque scripturam nostri codd. Pa. Pc. firmant. S.

Cap. XXXV. 6. *ἔστι δὲ παραπλησίη ἡ πάθαρσις*, etc.] Vide de lustrandi consceleratos Græcorum ritu Eurip. Orest. 511. et Iphig. Taur. 950. et Schol. ad Iliad. Ω. 480. Wess.

9. *ἐπίστιος ἐμοὶ ἐγένετο*] Scholiastes Apollon. Rhod. *ἐφέστιον, ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ ὄντα*, recte: IV. 747. Supplex est, ad focum pro more adsidens. Vide Des. Heraldum in Tertullian. Apolog. I. Digression. 26. p. 252. Iterum Apollon. IV. 703. *βίζε θυηπολίην, οἵη τ' ἀπολυμαίνονται Νηλῆϊς ἐκέται, ὅτ' ἐφέστιοι ἀντιόωσιν.* Æschylus Eumenid. 580. *ἔστι γὰρ δόμων ἑκέτης ὃδ' ἀνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος ἐμῶν.* Scio et domesticum adsignificare ex Criticis ad Apollon. I. 909. non hic. Wess.

11. *Γορδίεω μὲν τοῦ Μίδεω εἰμὶ παῖς*] Errantem Vallam bene in ordinem coëgit Gronovius. Gordius ejus Midæ filius fuisse videtur, de quo supra c. 14. Neque opinari absurdum erit, Phrygiæ, sed Cræso tributariæ, [regno præfuisse. Conf. Ampl. Bouherii Dissert. Herodot. cap. 8. p. 85. Wess.

16. *μίνων ἐν ἡμιτρίτου*] Sic VII. 8, 4. *τὰ τιμιώτατα νομίζεται ἐν ἡμιτρίτου*, nec sine MSS. discordia, quæ et in his Heliodori lib. VI. p. 265. *ὦν, ὡς οἶμαι, φιλανθρώπων ἐν ἡμιτρίτου τετιμῆσθαι*: namque Xylandri scriptus *ἐν ἡμιτρίτῳ*. Paullo diversum, obportunum tamen, uti admonuit St. Berglerus, Poëtæ H. in Mercur. v. 370. *ἦλθεν ἐς ἡμιτρίτου διζήμενος εἰλίποδας βοῦς.* Barnesii certe audacia, corrigentis *ἡμιτρίτου*, excusari non debet. Wess.

Cap. XXXVI. 2. *συὸς χρῆμα γένεται μέγα*] *Φαίνεται*, quod olim docto viro adriserat, spretum recte fuit. Imitatur Athenæus in leone, quem Imp. Adrianus confecerat, *μέγα χρῆμα ὄντα καὶ πολλῷ χρόνῳ κατανεμηθέντα πᾶσαν τὴν Λιβύην*, lib. VIII. p. 677. E. et Schol. Homeri Iliad. ι'. 525. Haud vero scio an adscribenda sint Heliodori loca, satis cognita, quæ St. Berglerus male conversa animadvertit. Æthiop. lib. VIII. p. 364. ubi *βασιλείου αὐλῆς* præoptat. lib. V. p. 233. et p. 246. de Chariclea, *ἔστι γάρ τι χρῆμα σοφώτατον, καὶ καιρὸν διαβίβασαι δραστήριος*: est enim sapientissima, et sollers ad utendum occasione. Copulam de suo, nec male, addidit. Copiose et erudite de hoc genere Valckenarius ad Euripid. Phœniss. p. 71. Wess.—Notum illud Xenophontis, Cyrop. I. 4, 8. de cervo, *καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα*. S.

14. *ταῦτά οἱ νῦν μέλλει*] Proxime præcessere, *νύγαμός τε γάρ ἐστι*. Phidippidem lib. VI. c. 105. dicit *ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μιλιτεύοντα*. Nonnihil hinc distant in Luciani Prom. (c. 5.) T. I. p. 189. *ῥήτωρ ἐστὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ παρέργως μεμελέτηται αὐτῷ*: quæque dantur similia. Valck.—*ταῦτα*, sc. *τὰ τοῦ γάμου*. S.

Cap. XXXVII. 6. *νῦν δὲ ἀμφοτέρων μοι τούτων ἀπεπλήσας ἴσχεις*] Vallæ ex-

clusum me tenes necessarium negat Berglerus: satis fuisse exclusisti me, ut in Aristophan. Eccles. 355. ἀχρεάς τις ἐγκλείσασ' ἔχει τὰ σιτία, pyrum quoddam silvestre inclusit in alvo cibum, Atticos sic solere, præterque ceteros Sophoclem. Quod verissimum. Exempla olim dedi Observ. Var. I. 24. Nec multum referet tamen, Laurentium-ne sequaris, an Berglerum. Wess.—Nec vero prorsus perinde est. Periphrastico tali præterito (cujus generis plura ex Herodoto exempla Portus in Lexic. Ion. voce Ἔχω collegit) majorem quamdam, quam simplici, vim inesse, facile intelligitur. Vide modo, ex. gr. I. 27, 18. 41, 4. 73, 7. etc. S.

7. οὕστι τινὰ διελίην μοι παρεδώκεν, etc.] His Herodoteis respondet quodam modo Sophocleum, Œdip. Tyr. 544. διελίαν ἢ μορίαν ἰδὼν τίν' ἐν ἐμοὶ, ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν; Confer. lib. I. 108. et Paull. Leopardum Emend. VII. 11. Wess.

8. νῦν τι τοιοῖσί μι χρὴ ὄμμασι, etc.] Scribendum puto: νῦν τοι τίσι μι χρὴ ὄμμασι —— φαίνεσθαι; Te (patrem) quibus me oculis oportet intueri? Sophocles Ajac. 462. Καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς Τελαμῶνι; Plurima hujus generis ad Ciceron. Or. pro Rabir. sub finem congessit Nic Abramus. Valck.

Ibid. νῦν τι τίσιν, etc.] Sic (pro eo, quod olim scribebatur) Portus, Berglerus, Reiskius, quibus auscultavi. Noster II. 82. τίσιν ἐγκυρήσει ex Florentino, hoc est τίσι, quibus? et IV. 155. τίφ δυνάμει, κοίῃ χειρί; *qua* copia? quave manu? Homerus Iliad. Ω. 387. τίων δ' ἐξ ἐσσι τοκήων; qui te genuere parentes? Wess.

Cap. XXXVIII. 6. ἐπὶ τὰ παραλαμβανόμενα] Non male Laurentius, ad ea quæ suspiciuntur, sive quæ Mysi urgent, ut te duce in manus sumantur et peragantur. Conjecturæ doctorum virorum παραβαλλόμενα, παρεμβαλλόμενα, παρακαλούμενα nimiæ sunt. Plato, sed alia forma, in Critia, p. 109. D. τὰ δὲ ἔργα, διὰ τὰς τῶν παραλαμβανόντων φθορὰς καὶ τῷ μήκει τῶν χρόνων, ἠφανίσθη. Adi Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 665. et 679. Wess.—Ut παραλαμβάνειν ἀρχὴν est suscipere magistratum, et παραλαμβ. λόγον sermonem suscipere; (cf. Lexic. nostrum Polybian.) sic haud incommode παραλαμβ. ἔργον dixeris, opus vel negotium suscipere. S.

[9. τὸν γὰρ δὴ ἕτερον, διεφθαρμένον τὴν ἀκοὴν] Duo postrema verba primus non modo in suspicionem νοθείας adduxit, sed omnino tollenda censuit Reizius in Præfat. ad Herodot. p. xxii. seq. "Si "non tantum (inquit) mutus, ut I. 85. "dicitur, verum etiam, ut h. l. signifi- "catur, surdus erat ille Crœsi filius, "quo modo unquam fieri potuit, ut is "loqui disceret? Annon Herodotus I. "85, 2. diserte ait eum duntaxat mu- "tum, ceteroquin autem integrum fu- "isse? Verba τὴν ἀκοὴν adscripserat lec- "tor aliquis, notare sibi volens quonam "sensus vitio Crœsi filius laborasset: "qui lector, cum esset recordatus illum "dici ab Herodoto I. 34, 6. κωφὸν, id "vocabulum ea significatione accepe- "rat, non qua id scriptores antiquiores "adhibuerunt, sed qua recentiores." Eodem argumento inductus Larcherus verba ista e Gallica Herodoti versione exsulare jussit. Et speciosa utique ratio est, quæ dubitationem quidem gravem poterat injicere: nec tamen ita certa, ut spreto librorum omnium communi consensu prorsus eliminari verba ista debuerint. Denique nihil impedit, quo minus credamus utroque vitio laborasse hunc juvenem; et quoniam surdum, idcirco mutum fuisse; nec tamen prorsus aurium usu caruisse, aut successu temporis ita levatum fuisse id vitium, ut vocem loquentium percipere aliquatenus

ille potuerit, nec tamen prius ipsum articulatam vocem edidisse, quam ea occasione quæ infra cap. 85. refertur. Nec vero usquam Herodotus ait, præterquam quod mutus puer fuerit, cæterum sensus omnes integros habuisse: nam vocab. ἰσηκοὴς, quo c. 85, 2. utitur, haud dubie non ad corporis facultates, sed ad ingenium et ad mores refertur. S.

Cap. XXXIX. 3. ἀλλὰ λίληθί σε τὸ ὄνειρον] Offendit et legentem moratur τὸ ὄνειρον hoc quidem loco: si abesset, revocandi nulla foret caussa gravis; vix certe locum tuebitur, nisi adscita ad sententiam vocula κατά. Mecum sentit Corn. de Pauw opinio, conjectantis insuper τοῦ ὀνείρου, nec dissidet Reiskius. Wess.—In τὸ ὄνειρον consentiunt libri omnes; nec adparet quid inducere quempiam olim potuisset, ut ista verba, si abfuissent libris, adjiceret. Potest vero aut κατὰ τὸ ὄνειρον intelligi, aut (quod mihi magis adridet) καὶ κατὰ τὸ (*i. e.* κεῖ ὅ) λίληθί σε τὸ ὄνειρον. S.

[7. ὑπὸ ὀδόντος τοι ἴπτι. Fœdum erratum h. l. Græca a nobis edita invasisse video, quod nescio an omnia hujus editionis exempla occuparit: ἴϊχι, pro ἴπτι. S.]

Cap. XL. 3. μιτίημί τί σε ἴϊναι] Galeus μίτημι ex Cod. Arch. vero propius ait: mihi in excerptis ejus libri, quæ adcuratissima inter manus sunt, nihil simile obfertur. Fuerit tamen; genio sermonis non congruit; clarum errantis librarii specimen. Nam πολλὰς ἴϊχε ἐλπίδας μιτήτιτθαι ἐπὶ θάλασσαν, V. 35. quo vir eximius male descripto nititur, præsidio non est. Id enim legitimum, μιτήσασθαι futile. Wess.

Cap. XLI. 3. ἐγώ σοι συμφορῇ πεπλημμένον ἀχάριτι, τήν τοι οὐκ, etc.] Aldinum ἄχαρί τι τοι οὐκ ὀνειδίζων ἐκάθηρα, ego te procul obprobriis amaris lustravi, mutatum noluerunt Berglerus, in Act. Lips. MDCCXVI. pag. 419. Horreus, Reiskius, alii; quibus quo minus calculum addam, consensu schedarum MSS. inpedior. Pleræque omnes συμφορῇ ἄχαρι, τὴν τοι οὐκ ὀνειδίζω: et si quæ ἀχαρίστην edunt; gemino tono, ut secandam innuant in duas vocem, ornant. Ita Paris. B. fors quoque Mediceus. Namque ἀχαρίστην ea notione, quam viri doctissimi (Gronovii) voluntate adeptum est vocabulum, haberi posse, vereor ut inpetretur. Quid ergo? Abbas Geinoz T. XVI. Acad. Inscript. p. 61. de schedarum lectione nihil demutat, συμφορῇ πεπλημμ. ἄχαρι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, ἐκάθηρα, ego te calamitate percussum ingrata, quam tibi non exprobro, purgavi: per utique conmode, si ἄχαρι eo casu Ionum ore usurparetur. Malui, uti mos fert, συμφορῇ πεπλ. ἀχάριτι, secutus ex parte quadam Aldum. Qua quidem in re audacior si videar, non deerit venia. Συμφορὴ ἄχαρις, τιμὴ ἄχαρις recurrent VII. 36. et 190. Obportune Euripides Alcest. 855.

Ὅς μ' ὡς δόμους ἐδέξατ', οὐδ' ἀπήλασε,
καίτοι βαρείᾳ συμφορᾷ πεπλημμένον.

Per vero humaniter, atque uti oportet, addit rex τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω. Namque, uti vere Plutarch. de Adul. p. 64. πᾶσα ὀνειδιζομένη χάρις ἐπαχθὴς καὶ ἄχαρις. Wess.—Vide Var. Lect. (ed. S.) Merito vero Wess. dubitaverat, ἄχαρι dativo casu usurpari Ionum more: at nec ἀχάριτι scriptum oportebat. Unice verum erat ἀχάρι, tono in penult. posito, ob ultimam syllabam productam. Sic ἀπόλι VIII. 61, 3. ultima syllaba ex ἀπόλει contracta, quod Ionicum est, pro communi ἀπόλλυδι: item Ἴσι II. 40, 5. ex complurium librorum scriptura, ex Ἴσιι contractum, quo Iones utebantur pro communi Ἴσιδι, sicut Ἴσιος, II. 41, 3. pro Ἴσιδος, et Θίμιος, II. 50, 6. pro Θίμιδος vel Θίμιτος, et id genus alia. S.

Ibid. ἄχαρί τί τοι οὐκ ὀνειδίζων] Triste quid tibi non exprobrans, sive calamitatem, in quam invitus incidisti: quodvis

malum ἄχαρι dicitur Herodoto, apud quem οὐδὲν παθεῖν ἄχαρι sæpe recurrit: non equidem dubito, quin olim vulgata lectio melior sit Medicea: ἀχαρίστην τοι οὔκ ὀνειδίζω. Ista tamen si sic scripta Codex exhiberet antiquus: ἐγώ σε συμφορῇ πεπλημμένον ἀχαρίστῳ, τήν τοι οὔκ ὀνειδίζω ἐκαθῆρα· ego te tristi pressum calamitate, quam tibi non exprobro, lustratum expiavi, hæc genuina judicarem: ἀχάριτι ponere non ausim; ἀχαρίστῳ scribatur an ἀχαρίστῳ nihil interest; nisi quod Codices Herodotei præbent ἀχαριτα παθήματα, p 83, 36. (I. 207, 5.) et ἀχαριτώτατον, p. 431, 31. (VII. 156, 18.) Utrumque fuit in usu, sicut ἀθίμιστος et ἀθέμιτος. Tristis calamitas, Herodoto dicitur ἄχαρις συμφορὴ, VII. 190. Alterum illud, τήν τοι οὔκ ὀνειδίζω, harum rerum peritis facile posset adprobari: Andocides, p. 20, 18. τὰς ἐμὰς συμφορὰς ἐπὶ παντὶ ὀνειδίζειν. Demosthenes c. Androt. p. 397. §. 108. (ed. Dion. Lambini.) τὰς ἰδίας συμφορὰς ὀνειδίζειν καὶ προφέρειν ἑκάστῳ: quod homine indignum facinus merito judicabat in Or. pro Cor. p. 182. §. 431. ἐγὼ δ' ὅλως μὲν, ὅστις ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ τύχην προφέρει, παντελῶς ἀνόητον ἡγοῦμαι. Æschines c. Ctesiph. p. 64, 40. οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω. VALCK.

9. πρὸς δὲ τοῦτο] Nuspiam alibi reperietur apud Herodotum; nonnunquam legitur, πρὸς τούτοισι: quinquagies minimum πρὸς δὲ. Corrigo: πρὸς δὲ, ἐς τοῦτο καὶ σέ τοι χρειὼν ἐστὶ εἶναι, ἵνα ἀπολαμπρύνηαι τοῖσι ἔργοισι: in quibus ἀπολαμπρύνηαι haud equidem mutaverim multo deteriore Codicum lectione Galeo probata. Demaratus inter Lacedæmonios dicitur ἔργοισί τι καὶ γνώμῃσι ἀπολαμπρυνθεὶς, lib. VI. c. 70. Ἔργοισι ἀπολαμπρύνεσθαι perparum distat a locutione obvia III. 134. φαίνεσθαί τι ἀποδεικνύμενον. ἐς τοῦτο—εἶναι dixerit Crœsus: respondet Adrastus, (c. 42, 2.) ἄλλως —οὐκ ἂν ἥκιε ἐς ἄεθλον τοιόνδε. Lib. II. c. 15. ἐς διάπειραν εἶναι, Tandem πρὸς δὲ, præterea, Herodoti certe lector sibi non postulabit exemplis adfirmari. VALCK. —Ni πρὸς δὲ τούτῳ cum Reiskio scripseris, certissima erit superior conjectura. WESS. —Reiskii conjecturam librorum nostrorum auctoritate firmatam in Var. Lect. vidimus. S.

CAP. XLII. 4. πολλαχῇ τι ἀνίσχον ἰμεωυτόν] Ἂν ἴσχυν ex Aldo et Remig. instauravi. Multis me, inquit, modis continuissem. WESS.—Mihi plane id dicere voluisse visus erat, quod in versione Lat. expressi, sæpe me (scil. in hujus modi occasionibus) continui. Nunc, ubi animadverti, quod ineunte cap. 35. refertur, nuperrime demum hominem hunc Sardes venisse, intelligo minus commodam esse istam interpretationem, et Wesselingii sententiæ ultro accedens, corrigi in Græcis nostris ἂν ἴσχον velim. S.

CAP. XLIII. 5. καθαρθεὶς] Bene Arch. liber. Neque enim dialecti indoles, ut καταρθεὶς scribatur, permittit. καθάρσιος, κάθαρσις, ἑκάθηρα, quæ passim hic reperiuntur, scripturam firmant. Contra peccatur c. 46. ἐν πίνθει μεγάλῳ καθῆστο, quod κατῆστο fuisse, κατήμενος et hoc de genere alia ostendunt. Vide III. 83. Quæ vero de infelice Adrasto produntur, in Luciani animo fuerunt Jovem Confut. exhibentis c. 12. WESS.

8. τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην] Eustathius in Homer. p. 1965, 62. (immo p. 1956. ed. Rom. et p. 828, 38. ed. Bas.) ἐν δὲ τῷ, χαλεπὴν φῆμιν ἔπεφνε, (Odyss. Ω. 200.) φανερῶς ἡ φῆμις ἐστὶν Ἰωνικῶς, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ. Confer in Iliad. p. 799, 10. (p. 716, 38. ed. Bas.) Cujus decreto si obtemperamus, nihil verius Arch. τοῦ ὀνείρου τὴν φῆμιν. Idem III. 153. πρὸς ταύτην τὴν φῆμιν Ζωπύρῳ ἰδόκει ἀλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλὼν, sed solus. Discrimen exiguum, non negligendum ta-

men. Wess.—Optandi cuique liber potestas: et longe equidem absum, ut Ionicam formam φῆμιν asperner. Sed et communi φήμην uti licuit Herodoto, sicut V. 72, 13. φήμη habemus, nulla codicum discrepantia. S.

Cap. XLIV. 4. et 5. Καθάρσιον—Ἐστίστιόν τι, etc.] Tetigit et hæc Eustath. in Odyss. p. 1562, 33. (ed. Bas. p. 262. sub fin.) Notissimi Jovis tituli sunt, expliciti a Dione Chrys. Or. I. p. 8. D. et XII. p. 226. A. uberiusque a Cl. Joann. Taylor ad Lysiæ Or. Parental. p. 35. Wess.—Conf. veteres Interpretes ad Aristoph. Eq. 498. et ad Euripid. Hec. 345. quos ad h. l. Larcherus laudavit. S.

Cap. XLV. [11. Ξεῶν νου τις.] Sic accentum signat noster cod. F. Editi vulgo omnes, Ξεῶν νοῦ τις. Commode Ξεῶν νού τις codd. Pa. et Pe. Ξεῶν νου τὶς Pc. S.]

12. Κροῖσος μέν νυν ἴθαψις ὡς ἱκὸς ἦν, etc.] Nolui MSS. reniti; quibus εἰκὸς, quorsum Medic. ducit, si placuisset, cupide adsensus fuissem. Haud scio vero, sperni-ne oporteat Arch. Κρ. μέν νυν ἴθαψις, ὡς εἰκὸς ἦν Ξάψαι τὸν ἰωϋτοῦ παῖδα. Convenit scribentis mori abundans illa repetitio, ut VI. 109. IX. 11. etc. Wess.—Vide Var. Lect. S.

15. ἐπεί τε ἡσυχίη—περὶ τὸ σῆμα] Et hoc, et mox ἡιδῖ servo. Posterius ob Homeri Iliad. χ'. 280. Ἐκ Διὸς ἠείδεις τὸν ἐμὸν μόρον. et Odyss. ι'. 205. οὐδέ τις αὐτὸν ἠείδει δμώων. (At, ob hoc ipsum ἠείδει, videtur apud Nostrum ἠείδεε scriptum oportuisse, quomodo Schæferus edidit.) Illud, quoniam sententiæ reique ordini melius congruit. Non bene mihi apta nexaque videntur παρὰ τὸ σῆμα—ἰωϋτὸν ἐπικατασφάξει τῇ πύμῃ. Ita enim δὶς ταυτόν. Verum in frequentissima harum præpositionum commutatione suum cuique, sine acerbitate tamen, judicium esse debet. De Adrasto Diodorus T. II. p. 553. (in Excerpt. Peiresc.) ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον κατ' ἰδίαν ἐπὶ τὸν Ἄτυος τάφον προιὼν ἑαυτὸν κατέσφαξεν. Plutarchus de Stratone Narrat. Amat. p. 772. ὁ δὲ φανερῶς ἐπικατέσφαξεν ἑαυτὸν τῇ παρθένῳ. Wess.

19. ἐν πείθοι μεγάλῳ καθῆστο] Citasse hæc Eustathium monuit Portus. Tristitiæ indicium, et apud alios pœnitentiæ, habitus iste erat. Josephus Antiq. Jud. XIX. 8, 2. ἡ πληθὺς αὐτίκα—ἐπὶ σάκκου καθισθεῖσα τῷ παιρίῳ νόμῳ τὸν Ξεὸν ἱκέτευεν. Verum hoc illi nationi Syrisque pæne sollemne. Male certe mutat Arch. cum Vind. Wess.—Nusquam hunc Herodoti locum citavit Eustathius; nec hoc Portus ait. Sed respexerat Portus (in Lex. Ion. voce Καθῆστο) ea quæ de hoc verbo Eustathius disputavit ad Iliad. α'. 569. p. 113. ed. Bas. et quæ idem Eustath. ad Iliad. δ'. 412. p. 374, 13. adnotavit, ubi ἧσο ait idem valere ac δίαγε καὶ μίνε. Scripturam κατῆστο, quam et h. l. cum Schæf. et III. 83, 13. cum eodem et cum Reizio adoptavi, commendaverat Wess. ad c. 43, 5. iterumque ad III. 83, 13. Vereor autem, ne cauti Wesselingii potius, quam audaciorum aliorum doctorum virorum, sequi vestigia debuerim. Nam in κάτησαι quidem per τ scriptum III. 134, 4. consentiunt libri omnes, itemque in κατήμενος, VIII. 90, 18. IX. 56, 3. et alibi. At in καθῆστο scrupulum injicere debebat, quod et h. l. et III. 83, 13. ne unus quidem ex omnibus codicibus, qui adhuc excussi sunt, κατῆστο præferat, communi consensu omnes scripturam per θ teneant. Nam quod in Var. Lect. ad III. 83. (ed. S.) scripturam καθῆστο ita adposui, ut videri possit solum cod. F. illam exhibere, oblitus eram ibi diserte adjicere F. cum aliis MSS. omnibus et edd. ante Reiz. Quare, ut quidem nunc stat sententia, sicut veterem scripturam in contextu mutare Wesselingius non consultum duxit, sic

et ego utroque loco καθῆσσο rescriptum velim. Nam, quod in Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. de scriptura dixi, quam cod. F. lib. III. c. 83. exhibeat, id incauto excide-rat. Delcta ibi (p. 42. l. 5.) velim ista: " Sed quoniam III. 83. et quæ se-" quuntur; eorumque loco adscripta hæc; " Adhibui tamen cum Schæf. formam " verbi, quæ reliquo Herodoti usui con-" sentanea videbatur. Sed vide Adno-" tat. ad h. l." S.

Cap. XLVI. 1. 'Αστυάγιοι] Melius fortasse 'Αστυάγιω, quo modo Archiep. plerumque semper, rarius Ask. et Vin-dob. semel Aldus I, 111. quod ex Me-diceo 'Αστυάγιος constanter edente, mu-tatum fuit. Ego Ionum consuetudini, cui Κυαξάρεω, Καμβύσεω et hujus formæ plura debentur, adscribo. Wess.

5. καταλαβεῖν] Male Gronovius audit ob Medicei καταλαβεῖν probatum, quod tamen aliæ schedæ ratum habent atque obportunum est. Nondum id animo rex versabat, ut gliscentem Persarum potentiam obprimeret ac prorsus everte-ret: accisam et coërcitam desiderabat. Itaque legatis, ut sciscitarentur, injunx-it, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο, an in Persas expeditionem susciperet et aliquem vi-rorum exercitum adsciscerct; c. 53. Quod utique omnibus in more est, qui ex aucto vicinorum et magis crescente imperio rebus suis formidant, ut bene S. Pufendorfius VIII. 6, 5. Jur. Nat. et Gent. Ut vero intellexit ex oraculo, in fatis sibi esse ῥιγάλην ἀρχὴν καταλῦ-σαι. tum demum cupido incessit et spes evertendi Persarum Cyrique regni, καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληίην. Hæc Noster clarissime. Καταλαβεῖν coërcen-di et compescendi notionem non recu-sat. Suidas, καταλαβεῖν· ἐπιλαβεῖν, ἐπέχειν τῆς ὁρμῆς, additis Herodoti verbis V. 21. quibus respondent III. 56. et 52. VII. 9. ne alia adnumerem. Conf. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 509. Wess.

Cap. XLVII. 4. ἑκαστοσῦ ἡμέρῃ χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι] H. Stepha-nus vulgatæ lectionis (ἕκαστον τῇ) faber est, parens schedis suis. Offendit eum, neque inmerito, ἕκαστος hac vocum in serie: ἕκαστον maluit: nec quidquam de vitio suspicatus, rejectis prioris inter-pretis Latinis, vertit, singuli eodem die oraculum consulerent, τῇ ἡμέρῃ inter-pretatus ac si esset τῇ αὐτῇ vel ταυτῇ ἡμέρῃ. Placuit hoc doctis viris, Horreo Obs. Herodot. c. 12. Elsnero Schedi-asm. Critic. c. 6. et aliis. At finitus a rege dies fuit, κυρίη τῶν ἡμιρίων, c. 48. quo legati omnes, postquam Sardibus profecti erant, oracula sciscitarentur. Itaque, clanculum a Cœso illis dic-tum constitutumque fuisse, ne ad ora-culorum præsides ejus notitia manaret, Elsnerus adseverat, tametsi finitionis ejus in scriptore et re ipsa vestigium nullum, vola nulla. Cui enim bono clandestina ista diei determinatio? Sa-tis utique regi erat, ne nuncii, illive, ad quos amandabantur, rei, quam ani-mo agitabat, scientiam haberent. A Stephani opinione nonnihil deflectit D. Heinsius, ἕκαστον ἐῇ ἡμέρῃ, id est, eodem die, corrigens monente, Junger-manno ad Polluc. I. 67. Verum, quæ supra posita sunt de constituto ab rege consultationis signatoque die, et hanc suspicionem urguent, sicuti quoque Georg. Arnaldi Animadv. in Herodot. c. 29. μίῃ ἡμέρῃ. Non addo, ἐῇν usur-passe Herodotum nusquam, atque ab ejus loquendi more discrepare. Longi-us abit Cl. Reiskii ἑκάστους ῥητῇ ἡμέρῃ, quasi singulis statutus consulendi dies fuerit; non, quorsum Nostri oratio per-tinet, omnibus unus atque idem. Ῥητὴν ἡμέρην sive κυρίην fuisse adgnosco, ne-que improbo Scholiasten Luciani Jov. Trag. § 30. ἵναξεν αὐτοῖς ῥητὴν ἡμέραν

μετὰ τὸ ἀφικέσθαι. Sed quotus ille fuerit, in controversia manet. Gronovius ex Medic. ἕκαστος τῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι, quique ista die oraculis uterentur. Qua quæso? Eane, qua legati Sardibus proficiscebantur? Id quidem, si nunciis alas aptasset Crœsus, inpetrari haud potuit. Solœcum præterea, ut lenissime dicam, ἡμερολογίοντας —— ἕκαστος —— ἐπειρωτῶντας, cui similem bonæ notæ scriptores structuram ignorant. Habet, nec me fugit, vir eximius gemina, uti opinatur, exempla, quæ, si sedulo excusseris, aliena adparebunt. Abstineo cum maxime ab ea opera, quod otium mihi fecerit Küsteri diligentia in Clerici Biblioth. Vet et Rec. T. V. p. 396. Küsterus ipse, Stephani versionem sententiamque collaudans, excidisse conjicit notam numeralem Κ'. vel Λ'. aut aliam quamvis, qua Herodotus τὴν κυρίην τῶν ἡμερίων designaverit: cui facile adstipulor in numerato die et clare a rege expresso: miror tamen, neque eum, nec quemquam, quod sciam, præter St. Berglerum in Herodoteis illum animadvertisse. Aldi, Medic. Paris. C. ἕκαστος τῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι signant adnumeratum diem liquidissime, modo una omissa litera ἑκατοστῇ ἡμέρῃ centesima die reponatur. Hæc κυρίη τῶν ἡμερίων, qua legati deorum ingrederentur templa, Crœsus culinam. Ἑκατοστὴν dixisse et statuisse videtur, quod eorum alii in Græciæ ultimos fines, alii in intimas Libyæ arenas oraculorum caussa penetrare deberent. Ut ut illud fuit, gloriam instaurati feliciterque sanati loci Steph. Berglerus aufert. Vide Act. Lipsiens. anni MDCCXVI. p. 421. WESS.

13. καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω] Docta Grammaticorum natio uno fere ore καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω. Ammonius, Suidas, Eustathius, atque alii, a Valckenario laudati ad Eranium Philon. cum Ammonio editum,) p. 170. Constitit Apollonius in Glossis Herodoti apud Etymolog. (v. Κωφός.) p. 552, 7. tum Aristides, Œnomaus in Eusebii Præp. Evang. (V. 39.) et Porphyrius Vit. Plotini c. 22. (item Lucian. de Salt. c. 62.) Scripti codices in vulgato adquiescunt, nec non et lapidis monumentum, Delphis a Cyriaco Anconitano visum, Inscript. p. 28. Neque ego obluctor. Grammaticorum οὐ λαλέοντος ex interpretamento venit. WESS.

14. Ὀδμὴ —— κρεαταιρίνοιο χιλώνης Fr. Vigerii (ad Euseb. Præp. Evang. lib. V. c. 21.) et Gronovii præsidio munita satis est. Testudo oraculi κρεαταίρινος, ex duriore testa, λιθόρρινος Empedocli est in Plutarchi Sympos. I. p. 618. de quo ejus titulo docte Piersonus Verosimil. lib. II. 2. Id dissimulare nefas, inclementius H. Stephanum (a Gronovio) exagitari. Auctor non fuit spretæ scripturæ κρατιρὴ οἷα χιλώνης. Dedit quod in Codice repererat, et in marmore Cyriaci legitur. Adde Muratorium Thesaur. T. II. p. 587, 3. sed memoriæ peccato errantem. WESS.—Κρατιρήνοιο, quod nullis machinis tuearis, relictum fuit in Schol. ad Lucian. II. p. 676. (ad Jov. Trag. c. 30.) licet et in eisdem Scholiis p. 637. (ad Jov. confut. c. 14.) alterum genuinum legeretur. Quod alibi reperitur Ὀσμὴ δ' ἐς φρένας ἦλυθέ μευ, positum a tali videtur, cui fuit ignota vetus et Homerica loquendi ratio, Alcæo restituenda apud Athen. III. p. 85. F. ἰαίνοι σι φρένας ἀ θαλασσία λιπάς. Æschyl. Pers. 161. καί μι καρδίαν ἀμύσσει φροντίς. Suppl. 384. φόβος μ' ἴσχει φρένας. Eurip. Or. 606. ὥστι μ' ἀλγῆσαι φρένας. Grammaticis ista scribendi figura vocatur ὅλον κατὰ μέρος. VALCK.

16. χαλκὸν δ' ἐπίσσαι] In Suidæ Κροῖσος, χαλκὸς δ' ἐπίσσαι, cui Galeus, Pauw, alii, primas dant contra tabulas et marmor. Non ego. Portus ex ἐπιέω sive ἐπιέννυμι recte propagavit. Cui tes-

tudini substratum quidem æs, verum æs quoque induta est; χάλκεον ἐπίθημα mox adpellat. Wess.—ἐπιίσσαι penacute, ut nos membranas secuti edidimus, sic et apud Suidam l. c. scribitur, recte, secundum Grammaticorum canonem ab Eustathio traditum ad Iliad. α'. p. 113, 32. ed. Bas. (p. 150. ed. Rom.) nempe a prima pers. ἵσμαι, ἐπίσμαι; ut ἥσμαι, καθῆσμαι; ἧσμην, καθήσμην, unde καθῆστο. S.

Cap. XLVIII. 5. τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσίετό μιν] Latina (Gronovii), quorum quidem nullum admittebat eum, non intelligo: quanto clarius prior interpres, quorum quidem nullum probavit. Positum est καθ' ὑπαλλαγήν. Vulgus dixisset τῶν μὲν δὴ οὐδὲν αὐτὸς προσίετο, uti Portus admonuit. Sic Aristophanes Equit. 358. ἢν δ' οὐ προσίηταί μα τῶν πραγμάτων. Quod his subditur, ὁ δὲ —— αὐτίκα προσιύχετό τε καὶ προσεδίξατο, Reiskio olim vitii reum fuit ac mutandum: nunc minime, ob c. 60. προσιύχοντο τὴν ἄνθρωπον. Esse enim idem atque εὔλογα πρὸς αὐτὸ εἶναι, præclara et honorifica de eo dicebat. Non opinor. Uterque Nostri locus adorationem ponit. Crœsus, turpi superstitione dementatus, oraculi responsum, ut vidit, adoravit, prorsus ac Ciliciæ præfectus accepto oraculo: ὁ δ' ἡγεμὼν ἐκεῖνο ἐξεπλάγη καὶ προσεκύνησε, in Plutarcho de Defect. Oracul. p. 434. E. Wess.

Cap. XLIX. 5. μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι] Eustath. in Homer. p. 759, 41. (Iliad. p. 662, 39.) τὸ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἐστι καὶ αὐτὸ, καὶ Ἰωνικὸν δὲ, ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αἰξήσεως. Itaque non repudio. Florentinus liber inconstantia laborat; mutat hic et cap. 155. 170. retinet III. 100. IV. 190, etc. Proxime (l. 4.) οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τοῦτο λέγεσαι, reponit vir doctus οὐδὲ τούτου vel οὐδὲ περὶ τούτου. Non sequor. Λέγειν utraque in forma id locutionis genus non renuit. Wess.

Cap. L. 2. κτήνεα —— πάντα τριςχίλια] Gronovium vide. Qui veri fidem hunc victimarum numerum excedere decernunt, non recordantur liberalissimæ Salomonis pietatis in templi Hierosolymitani dedicatione l. Reg. VIII. 63. nec Græcanicæ superstitionis, qua sæpe, uti Theodoretus ait Orat. VII. ad Græc. p. 104. καὶ ἑκατόμβας καὶ χιλιόμβας κατέθυον, καὶ τοίμνια κατέσφαττον καὶ βουκόλια. Genio Crœsi prodigum id non fuit. Wess.—Post Is. Casaubonum docuerat Gronov. ad h. l. πάντα idem valere ac ἑκάστου γένους, de quoque genere. Conf. Wess. et Valck. ad Nostri lib. IV. c. 88, 3. S.

4. νήσας πυρὴν μιγάλην] Fui in ambiguo, refingerem-ne νηήσας ex S. Remigii schedis; sed præstat parco esse. Περινηῆσαι bis obvium est II. 107. Apollonius Rhod. III. 1033. αὐτῷ πυρκαϊὴν εὖ νηήσας, et v. 1207. νήησι σχίζας. Adde Eustath. Homer. p. 741, 59. (Iliad. p. 638, 10. seqq. ed. Bas.) Quod additur de Lydis (l. 6.) θύειν —— ὅ τι ἔχοι ἕκαστος, victimas utique spectat atque ad sententiam verborum requirit, ut intelligas τιμιώτατον, ut Reiskius, sive θύσιμον, ut ego malo. Quis enim putet, imperatum fuisse, ut quidquid haberent, inmolarent? Wess.—Quod adjicitur τούτῳ, facile intelligitur τούτῳ τῷ θεῷ. Sed et, si abesset τούτῳ, per se intelligebatur, sacra ista Delphico deo fieri voluisse Crœsum. Mori autem Scriptoris nostri convenire videtur id quod noster cod. F. præfert, τοῦτο ὅ τι, etc. quod videndum ne et alii dent libri, neglectum ab his qui illos excusserunt. Vallam certe in suo exemplari vocem τούτῳ non reperisse, ex illius versione colligitur. S.

[8. ἡμικλίνθια, etc.] Diodorus Sicul. XVI. 56. aliique auctores, qui ad Hem-

sterhusio ad Luciani Contempl. c. 12. nominantur, πλίνθους, lateres vocant, quos Noster dimidiatos lateres, ἡμιπλίνθια: quasi Latine semilateres vel semilateria dicas. Nempe illi latiore quadam notione voc. πλίνθος acceperunt; Herodotus vero, quum πλίνθοι plerumque intelligerentur lateres formam exacte quadratam et quatuor latera æqualia habentes, satis declarat cur ipse ἡμιπλίνθια nominet; mode rationem illius recte interpreteris. Nam, quod ait ἐστὶ μὲν τὰ μαυρότερα, πυίων ἐξαπάλαιστα, etc. id qui (ut vulgo ab interpretibus factum video) sic interpretantur, ut alios lateres fuisse longiores intelligant, alios breviores; hi profecto egregie falluntur. Lateres sive semilateres, quos dicit Scriptor, pari figura mensuraque omnes fuere, nempe forma non usquequaque quadrata, sed oblonga: et quidem in longiorem partem, ἐστὶ τὰ μαυρότερα, (scilicet μέρη; sicut in illis dictionibus ἐστὶ τάδε, ἐστὶ θάτερα, ἐστὶ δεξιὰ, ἐσ' ἀριστερὰ) sex palmas metiebantur, in breviorem tres palmas; ita ut duo talia ἡμιπλίνθια, alterum juxta alterum posita, unius integræ πλίνθου figuram referrent. Præclare etiam olim (ut ex Larcheri ad h. l. adnotatione discimus) illustris Itinerum minoris Anacharsidis Auctor viderat, de triplici dimensione, in longum, latum, et profundum, quod aiunt, hic agi: sed idem, difficultate ea impeditus, de qua mox dicam, in Larcheri aliorumque interpretum sententiam concedens, longiora alia ἡμιπλίνθια, alia breviora, statuit; longiora nempe ea, quæ ex albido auro confecta fuisse Herodotus ait; breviora quatuor illa, quæ ex auro perpurgato. Vide Voyage du jeune Anacharsis, T. II. p. 431. ed. in form. oct. S.

9. ἐξαπάλαιστα] Habuisse Nostrum ex doctrina, vel more patriæ, aut alia consuetudine, ἐξαπάλαστα, τριπάλαστα etc. fallax (Gronovii) suspicio est. Τῶν ποδῶν μὲν scribit ipse II. 149. τετραπαλαίστων ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου, nulla Codicum discordia. Minime παλαστὴν damno. Phrynichus, (p. 130. ed. Nunnesii,) παλαστὴ τὸ μέτρον καὶ θηλυκῶς λέγεται καὶ ἄνευ τοῦ ι. Neque nescio criticorum veterum contentiones de Homerico τὸν δὲ παλαστήσασα, Odyss. A. 252. Sed amo, haberi si possit, scriptionis in Herodoto consensionem. Wess.—Monuit Schneiderus in Lexico critico Linguæ Græcæ, etiam in Chandleri Inscript. Attic. p. 2. n. 1. plus semel παλαστὴν absque iota scribi. Suspicari vero licitum erit, scripturam istam nonnisi vulgari usu, brevitatis caussa, obtinuisse: nam quod apud Phrynichum legitur, homines indoctos παλαστὴν cum iota scribere, id quidem vel ipsius Grammatici culpa, vel librariorum, turbatum videtur. S.

11. ἀριθμὸν δὲ, ἑξαπαλαίδινα καὶ ἑπτανόν] In πλίνθων sive ἡμιπλινθίων numero Diodorum Sicul. ad Herodoto discrepare nota res est: adnumerat CXX. lib. XVI. 53. (immo cap. 56.) ubi in Adnotationibus plura. Wess.—Nempe rotundo numero usus est Diodorus; qui nec ita subtiliter, ut Noster, materiæ et ponderis diversitatem memoravit. S.

[12. ἀκίφθου χρυσοῦ] Consentiunt interpretes omnes, purissimum aurum hoc nomine intelligi: sed in explicanda nominis ratione in partes abeunt contrarias. Larcherus cum Salmasio (Exercit. Plin. p. m. 762 et 791. cui etiam Niclas suffragatur in Notis ad Aristot. Mirab. Auscult. p. 88.) ἄκιφθον aurum idem intelligit quod alias ἄπυρον vocatur, scilicet quod absque coctione statim perfectum et purum reperitur. At hanc interpretationem nec usus sermonis nec analogia admittit. ἄκιφθον enim aurum Græci dixere τὸ πολλάκις ἰφθὸν, ἅσσα γινέσθαι ἄβρυζον, sæpius exocctum, quo

fiat obryzum; ut perspicue Suidas cum vetere Thucydidis Interprete ad II. 13. docet. Quibus Etymologus adsentitur, loco a Wess. in Var. Lect. citato, monens ἄπιφθον, aurum ab Herodoto dici fere ut ab Hesiodo πάνιφθον, ἀπὸ τοῦ ἰφθός. Nempe non est hic τὸ ἄ στερητικὸν; sed ex ἀπὸ et ἰφθὸς compositum vocabulum ἄπιφθος, decoctus, percoctus; quemadmodum etiam a verbis ἴψω et ἰψίω fiunt composita ἀφίψω et ἀφιψίω. Itaque recte faciunt qui cum Laur. Valla ἄπιφθον χρυσὸν aurum intelligunt excoctum, id est, igne bene purgatum: quo de vocab. in eamdem sententiam diligenter Æm. Portus in Lexic. Ion. disputavit. conf. Pollucis Interpp. ad III. 87. Pari ratione in Alexidis versiculo apud Athen. III. 122. f. aqua decocta, quæ crudæ opponitur, ὕδωρ ἄπιφθον vocantur.

Jam ab excocto illo purioreque auro mox (l. 13.) distinguitur λευκὸς χρυσὸς, id est, candidum sive (ut commode Valla reddidit) albidum aurum; nempe, quod minus fuerit perpurgatum, multumque argenti habuerit immixtum: nam omni auro (ut Plinius ait, veteres auctores secutus, lib. XXXI. sect. 23.) inest argentum vario pondere. Et apud nullum quidem alium scriptorem λευκὸν χρυσὸν (hoc ipso nomine) memoratum legimus: sed, quoniam de CXVII. hemiplinthiis nonnisi quatuor ex puriore auro confecta ait Noster, reliqua omnia ex albido auro, consentaneum est ut albidum aurum minus purum intelligamus, quum præsertim nonnisi baseos vice fungi debuerint ista ἡμιστλίνθια, cui basi leo ex purissimo auro conflatus insisteret.

At quod de pondere hemiplinthiorum utriusque generis vulgo apud Nostrum adjicitur, ἀπίφθου χρυσοῦ τέσσαρα, τρία ἡμιτάλαντα ἕκαστον ἕλκοντα· τὰ δὲ ἄλλα — σταθμὸν δικάλαντα, id quidem, si verum illud est quod de pari omnium hemiplinthiorum mensura paullo ante diximus, mirum utique et absurdum debet videri; pondus hemiplinthiorum ex puro auro factorum quarta parte minus fuisse quam eorum quæ argentum auro mixtum habuerunt! Nam τρία ἡμιτάλαντα non, quod Valla in versione expressit, duo talenta cum dimidio significat, sed unum cum dimidio. (conf. Polluc. IX. 55. et Lexic. nostrum Polybianum, voc. ἡμιδαντύλιον, ex Polyb. VI. 23. 11. tum voc. ἡμιπέδιον, et ἡμιστάδιον.) Neque ignorasse Herodotum putabimus, gravius aurum esse argento. Quam difficultatem non aliter levari posse viri doctissimi existimarunt, nisi statuerunt, hemiplinthia ex puro auro facta multo breviora fuisse reliquis. At hoc quoniam non modo gratis sumitur, sed etiam superioribus Herodoti verbis manifeste repugnat, alia quærenda medela erat. Intelligi par erat, non τρία ἡμιτάλαντα h. l. scripsisse Herodotum, sed id ipsum quod Valla sive ex felici conjectura hic expressit, sive in suo Græco exemplari repererat; nempe τρίτον ἡμιτάλαντον, quod duo talenta cum dimidio significat, prorsus sicut apud eumdem Nostrum ἑβδόμου ἡμιτάλαντον sunt sex talenta cum dimidio, et τέταρτον ἡμιτάλαντον, tria talenta cum dimidio. Atque hæc pluribus abhinc annis ita in commentariis meis scripseram, quum eamdem hujus loci emendationem a viro de bonis literis præclare merito Fr. Chr. Matthiæ præpositam vidi in Programmate, Francofurti ad Mœnum anno 1810. vernaculo sermone edito. Eamdem vero, quam auctori restituimus, scripturam haud dubie olim in suis Herodoti codicibus veteres Grammatici repererant. Certe, quum Pollux IX. 54. ait, priscos auctores τρίτον ἡμιτάλαντον et ἕβδομον ἡμιτάλαντον ea quam dixi notione usurpasse, utique vi-

deri debet Herodoti hunc locum et paulo inferiorem (l. 18.) in animo habuisse: quodque idem adjicit πίμπτον ἡμιτάλαντον, fortasse memoriæ lapsu sic scripsit pro eo quod est τέταρτον apud Nostrum. Paria Etymologus habet p. 744. et Didymus apud Priscian. p. 1350. et p. 1347. diserte auctorem Herodotum citans. Adnotare obiter liceat, (quod et Priscianus et Didymus locis citatis monuerunt) ex simillima loquendi formula derivatum esse Latinum nomen Sestertius, quod idem valet ac semis tertius, scil. assis, id est, duo asses cum dimidio. S.]

[14. λίοντος εἰκόνα] Forsan in leonis illius memoriam, de quo Noster infra, cap. 84. Conf. Creuzeri Historicor. Græc. Fragm. p. 103. seq. Aliam hujus donarii rationem Pignorius, finxerat ad Tab. Isiac. p. 23. referente Gronovio ad h. l. S.]

15. κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός.] De templo Delphico Pisistratidarum tempore deflagrante, II. 180. Wess.

18. ἕλκων σταθμὸν ἑβδομον ἡμιτάλαντον] Vide Gronov. (at is quidem hic nihil docet) doctosque interpretes Pollucis IX. 54 seq. Usus præter alios his est Didymus, cujus in Prisciani de Ponder. Commentario p. 1350. (ed. Putsch.) verba sic scribenda videntur: Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ, ἥμισυ τρίτον φασὶ, καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα, ἑβδομον ἡμιτάλαντον, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος. Quæ adduntur, nihil ad Nostrum, nec vera omnia sunt, sed vitio temporum turbata. Lege Commentar. ad Marm. Sandvicense Clar. Jo. Taylor. p. 32. Wess.— De ista loquendi formula paullo ante dixi. Quod vero hic Wesselingius ait, Quæ apud Priscianum adduntur, nihil ad Nostrum, etc. in eo memoriam fefellisse doctissimum virum observavit nuper (de quo me per literas Boissonadus meus monuit) alius Vir doctus in Diario classico, quod in Britannia editur. (*Classical Journal*, No. 10. Vol. 5. p. 334.) Scilicet post verba ἑβδομον ἡμιτάλαντον a Wessel. relata, hæc vulgo leguntur: καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις. πίμπτην ἡμισπιθαμὴν, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος προθεὶς τὸ ἰνδικάτους. Ἰάδης ἐν τῷ περὶ Μουσικῆς. Ἐπιφέρει τρίτον ἡμιτόδιον. Quæ utique nonnihil corrupta sunt: nempe πίμπτην ἡμισπιθαμὴν, imperitus aliquis librarius sive etiam editor huc invexit, pro eo quod Didymus scripserat, πίμπτην σπιθαμὴν, respiciens Herodoti locum II. 106, 8. docensque πίμπτην σπιθαμὴν, idem valere ac τέσσαρας ἥμισυ πήχεις, id est, quatuor cubitos cum dimidio, sive (quod eodem redit) quatuor cubitos cum una spithama, ut equidem ibi in versione Latina posui priusquam Didymi auctoritas mihi innotuisset. Jam quæ deinde apud eumdem Didymum sequuntur verba, ea ad Herodotum utique non spectant, sed prava distinctione laborant. Post φησὶν Ἡρόδοτος interpungenda erat oratio, quæ dein sic procedit. Προθεὶς τὸ ἰνδικάτους Ἰάδης ἐν τῷ περὶ Μουσικῆς, ἐπιφέρει τρίτον ἡμιτόδιον. S.

Cap. LI. 2. μιγάδι] Movit controversiam vir celeberrimus τῷ μιγάδι, quod Florentiæ μιγίδι reperiatur et hic et alibi: nusquam ergo Herodotum videri μίγαδος scripsisse. Aliud visum Gr. Corintho; (Dialect. Ion. §. 59.) τὸ μίγιδος, ait, μίγαδος λίγουσιν Iones. Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἱστοριῶν II. 76. πρόσωπον — μίγαδος ὅσον πρίξ. Quo tamen loco Arch. μίγιδος. At is hoc in vocabulo varius est, sicuti et Vind. Sæpe hoc, sæpe illud probatur. Μιγάδια, μίγαδος I. 202. 203. II. 92. III. 107. IV. 52. etc. uterque. Par discordia in Remig. et Ask. Retineamus vulgatum, donec aliunde certius adfulgeat. Dictio ipsa tuta et protecta est. Μιγάδι σμικροὶ II. 74. IV. 52. μικκός γα μᾶλος

οὗτος Aristoph. Acharn. 909. κάλλει κακλῆς, μεγάθει μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς Theophilus in Athen. XII. 2. p. 563. A. Wess.

8. χωρίων ἀμφορέας ἑξακοσίους] Scythici aheni par capacitas, IV. 81. Wess.— Quod ait ἐκ τοῦ πρωτείου τῆς γωνίης, sic rursus VIII. 122, 7. Nescio vero cur τῆς γωνίης adjecto articulo dicat, nec tamen adjiciat ad dextram-ne, an ad sinistram. S.

9. Θεοφανίοισι] Dum scriberentur qui supersunt codices Herodotei, notissima fuerunt Θεοφάνια. Festum Delphicum hoc velut proprio nomine dictum fuisse, haud opinor. Fortasse scripserat Herodotus Θεοξενίοισι. Delphis Θεοξένια celebrata, quod Castellanus et Meursius ignorarunt, æstimare licet e Plutarcho T. II. p. 557. F. et Polemone apud Athen. IX. p. 372. A. Utrobique narratis congruit grandis ille Crœsi κρητὴρ, quo Delphos hoc die festo scribit usos Herodotus. Valck.

15. ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ, φαμένων εἶναι ἀνάθημα] Optime distinxit Gronovius. Prior interpres male verterat, dederatque occasionem I. Corn. de Pauw negligentiæ istius corripiendæ. Quod statim consequitur de homine, Delphis oriundo, qui gratificatus Lacedæmoniis fuerit, Ptolemæus Hephæstio adripuit, ut nugaretur, in Photii Biblioth. Cod. CXC. p. 481. (p. 321. ed. Gal.) Wess.

[21. ἀναθήματα οὐκ ἐστίσημα] Latinum interpretem secutus Larcherus, minoris pretii donaria intelligebat. Sane simulacrum aureum tricubitale, quod mox memoratur, non adeo vilis erat pretii. S.]

23. τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου—λέγουσι] Habet hinc Plutarchus, addita dedicationis caussa, T. II. p. 401. E. (Scil. quod per mulieris illius fidem servatus fuisset, quum venenato pane interfectum voluisset noverca.) Dedit et Crœsus τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς, sive monilia, collo uxoris detracta, ne quid Apollini negasse videretur: avarus enim ille et hominum credulitati illudens hoc genus dona captabat. Menelao anxio et sciscitanti

> Πάγχρυσον φίλε κόσμον ἑλὼν ἀπὸ σῆς ἀλόχοιο δειρῆς, —

propterea apud Athen. VI. p. 232. Eadem Eustath. Homer. p. 1697, 44. (Od. p. 453, 23. ed. Bas.) monente Berglero. Wess.

Cap. LII. 4. τὸ ξυστὸν τῆσι λόγχῃσι ἰὸν ἡμαίως χρύσιον] Ex Mediceo jure instauratum belleque explicitum est. Λόγχη hastæ spiculum est. Noster VII. 69. αἰχμὰς εἶχον, ἐπὶ δὲ πίρας δορυάδος ἐπῶν ὀξύν, περιπεμμένον τρόπον λόγχης: et cap. 77. εἶχον — αἰχμὰς σμικρὰς, λόγχας δὲ ἐπῶσαν μεγάλας. Quæ his ferme gemina sunt. Mitto itaque Bacchylidæ ἴογχια λογχωτὰ ex Stobæi Serm. LIII. p. 367. Strabonisque ἀκόντιον λελογχωμένον σιδήρῳ μικρῷ lib. III. p. 255. B. (p. 168. A. ed. Cas. Vocab. ξυστὸν ex h. l. citavit Ammonius p. 100. nec vero absque macula, de qua vide Valck. ibid. et in Animadv. p. 170. Conf. infra et II. 71, 7.) Potius erit inquirere, jure-ne C. Barthius, ad Papinii Statii Theb. I. 399. p. 137. reposuerit (l. 5.) πείμενα ἐν θήκῃσι Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος. Habet ex Stephani margine θήκῃσι, opinatus, uti arbitror, τὰς θήκας thesauros rerumque sacrarum esse favissas: hinc copula exulare quoque debuit. Non laudo. Aliud veteribus θήκη. Chrysothemis patris Agamemnonis loculum bustumque θήκην πατρὸς in Sophoclis Elect. v. 899. memorat: frequens Nostro θάψας ἐν ἱρῇσι θήκῃσι II. 67. 69. Dabit etiam τὴν θήκην τοῦ Ὀρέστεω I. 67. quam σορὸν loculum interpretatur. Cultius Reiskii καὶ Θηβίων, etsi non districte necessarium: passim scribentium audientiumque peccato Θη-

βαίων receptum, ubi Θηζίων verius fuerat. Vide II. 9. Wess. — De confusione literarum β et κ sæpius olim ad Polyb. et nuper ad Athenæum monui, quum alibi, tum Animadv. T. II. p. 395 seq. S.

Cap. LIII. 8. τῶν ἐξευρημάτων] Exputare non valeo, quamobrem (Gronovio judice) plebeium nimis sit, ἐξευρήματα inventa interpretari. Crœsus ut oraculi vires et divinationem periclitaretur, ea conmentus erat, quæ inventu ac cognitu per erant difficilia, ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι cap. 48. Invenit personatus Apollo atque explicuit, quod fieri posse rex ambigebat. Sed nolo in re clara operam abuti. Vallæ abesse deinde mentio debebit. Defuerunt ejus libro eadem omnia, quibus MSS. plures defectos esse indicavi. Wess.—De Valla vide mox extremam Adnot. ad cap. 54, 6. S.

13. μεγάλην ἀρχὴν μὲν καταλῦσαι] Potuisset καταλύσειν sedem tueri, sicuti c. 91. ni Codicibus placuisset aliud; neque illi tamen hoc in genere sibi constant, sæpissime in dubium vocantes, quid scriptor ipsemet voluerit. Hæc vero celeberrima illa sors est,

Crœsus Halym penetrans, magnam pervertet opum vim.

Qua de Cicero de Divin. II. 56. et Davisius ibidem. Wess.

Cap. LIV. 3. πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ, Δελφοὺς δωρέεται] Diu ante Gronovium, interpretis prioris lapsu damnato, locum expedivit Cl. Lamb. Bos, Obs. Critic. c. 2. Bene in Iliad. ι. 405. Πυθὼ, πόλις Φωκίδος, ἧς οἱ οἰκήτορες Δελφοὶ, Critici Græci. Wess.—Perperam olim neglexerant intercidere orationem inter voces Πυθὼ ei Δελφούς. S.

6. προμαντηΐην καὶ ἀτελείην] Ionice scripserat προμαντηΐην καὶ ἀτελητῆν, prouti recte legitur lib. III. c. 67. ἀτελείη τε καὶ πρόεδρίη iterum occurrit lib. IX. c. 72. Ista talia censerem equidem uno eodemque modo semper exaranda. Valck.—Ἀτελητῆν sermonis indoles postulat. Disputatur, utrumnam Valla ἀτελείην sive ἀτελίην, quod H. Stephanus adseveravit, hic legerit, idque ejus ex Latinis cognosci queat? De Valla, ut significavi, cessare lis debet. Prioris interpretis, sive is Pet. Phœnix seu Conr. Heresbachius fuerit, res enim liquida non est, Latina fuerunt: Delphi vicissim Crœso Lydisque donarunt primas in consulendo oraculo partes, primumque in sedendo locum, atque *immunitatem* et jus perpetuum cuique, etc. Quæ ἀτελείην, etsi vocabulum sedem migraverit, vertisse eum clamant, atque ex conjectura quidem: nam de membranis apud utrumque silentium. Lectio ipsa dubio caret, demirorque Corn. de Pauw προμαντηΐην καὶ προαγωγείην reposuisse. Delphorum in hoc genere gratum erga bene de oraculo meritos animum testantur formulæ conplures. Addo descriptis a Gronovio ex lapidibus Cyriaci Anconitani pag. 30. ΔΕΛΦΟΙ ΕΔΩΚΑΝ ΦΙΛΙΠΠΩι ΚΑΛΥΜΝΙΩι ΑΤΤΩι ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΠΡΟΔΙΚΙΑΝ ΑΣΤΑΙΑΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΠΑΝΤΩΝ. Aliam Cyriacus excerpsit ἐπιγραφὴν corruptissimam p. 27. iteravitque L. A. Muratorius Thes. p. DLXXXIX. facili opera, modo cura haud defuerit, ex priore sanabilem. Wess.—Simillimam ex Wheelero et Sponio inscriptionem adposuerat Gron. aliamque ex Marmoribus Oxoniensibus: conferrique jussit Nostri locum, IX. 73, 13. Quod ad scripturam vocabuli spectat, ἀτελητῆν utique III. 67, 8. editum est, ubi quidem ἀτελίην quatuor codices dabant; quo modo etiam h. l. in eis codicibus, qui in ἀγγελίην deflexerunt, scriptum olim fuisse videtur; sed IX. 73, 13. in ἀτελείη consentiunt om-

nes. Quarum formarum nulla est, qua non uti potuerit Herodotus: neque enim adhuc mihi persuaserunt viri docti, eadem constanter forma idem verbum ab illo scriptum fuisse. Sin certum etiam exploratumque esset hanc illum sibi legem scripsisse, tamen lubricum institutum foret Editoris, qui quoque in loco (quod Schæfero, Musas edenti, initio constitutum fuerat) expulsis verborum formis communibus, etiam tum cum codices tacerent, Ionicas sufficere vellet. Sed, quod idem Vir doctissimus, objecto mox illo consilio, professus est in Præf. ad suum Herodotum, id et ego diligenti observatione mihi videor intellexisse: Plane cognovi, inquit ille, Herodotum perinde, ac ceteros Scriptores Græcos, dialectum ad grammaticam ἀκρίβειαν non ea exegisse qua vulgo creditur constantia atque perpetuitate. Qua de re ut in Var. Lect. (ed. S.) sæpius a me monitum est, sic in Adnotationibus hisce semel monuisse sufficiat. Cæterum facile crediderim variandi studio Herodotum h. l. diversis duorum nominum terminationibus προμαντηΐην et ἀτελείην scripsisse. De Valla quod in Adnot. ad h. l. et ad 53, 8. Wesselingius monuit, errorem suum ipse in Addendis et Emendandis professus est. " Quæ de " Valla et Græco ejus codice dixi, a vero " abire serius deprehendi, nactus exem- " plar Venetum anni 1474. benevolen- " tia amplissimi Meermanni. In eo " nullus hic hiatus, qualis in cod. Arch. " cujus cum Valla in plerisque consensio " errandi hanc caussam præbuit. ἀτε- " λείην Laurentius immunitatem vertit." —Hoc verbum immunitatem dein H. Stephanus, licet cæteroquin Vallæ versionem ubique sine mutatione exhibens, e versione ejecit, in ora tamen monens ἀτελίην legere Vallam pro ἀγγελίην. Denique, quod et in eadem ad h. l. Adnot. et in Dissert. Herod. c. 8. p. 77. idem Wesselingius in dubitationem adduxerat, quisnam auctor esset veteris Latinæ versionis in eis sectionibus hujus primi libri, quæ codici Vallæ defuerant, etiam hunc errorem Vir egregius ingenue retractavit in Præf. p. v. interpretem istorum supplementorum non alium, nisi Conr. Heresbachium, agnoscens. S.

Cap. LV. 7. Λυδὶ ποδαβρῇ, πολυψηφίδα παρ' Ἕρμον] Hesychio ἁβρὰ βαίνων est τρυφερόβιος, neque discrepat ποδαβρός. Themistius recte Or. XIX. p. 226. D. ἀλλὰ τρυφῆς ἦν καὶ οὐκ ἀρετῆς ὁ ποδαβρὸς ἰωνυμία. Convenit etiam Euripideum ἄγειν ἁβρὸν πόδα, Troad. 506. De tono vocis πολυψηφίδα disquirit Eustath. Hom. p. 26, 35. et 1473, 53. (Iliad. pag. 20, 25. Od. . . . . ed. Bas.) atque utrobique πολυψήφιδα (conf. Var. Lect. ed. S.) παρ' ὅρμον φιύγειν, quasi fuga ad navium stationes commendaretur. Nihil simile MSS. Hermi quoque obportuna mentio. Vid. c. 80. Wess.—De mulo, quem dicit oraculum, vide c. 91. S.

Cap. LVI. 9. τὸ μὲν οὐδαμῇ κω ἐξιχώρησι] Supra, οὐδαμᾶ βασιλεύσιν, ubi Galeus οὐδαμῇ ex Arch. maluit, nullo successu; utrumque promiscue ponitur. (At οὐδαμᾶ numquam et neutiquam significat; οὐδαμῇ, nusquam, nullam in partem.) Verum leve hoc. Inquirendum est, qua de natione hæc prædicentur, Hellenica-ne, an Pelasgica? Cel. Gronovius ad Hellenicam transtulit, altera vertens Pelasgicæ, altera Hellenica, quarum hæc nunquam ex illo solo excessit, illa valde multumque est vagata; sed injuriâ, præterque scriptoris opinionem. Docet, Athenienses originis esse Pelasgicæ, Lacedæmonios Hellenicæ: illos sedibus suis non migrasse; Dores, quo cum genere Spartani mixti fuerunt, multum pervagatos et diu fuisse. Omnia quæ subjunguntur, hanc sententiam expostulant; inprimis καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθόν,

Δωριικὴν ἐκλήθη, innuunt Doriensem et Heraclidarum in Peloponnesum introitum. Atque hi πολυπλάνητοι: neque fugit H. Stephanum, sine caussa spretum. Stephanus Byz. (voc. Δώριον) clarissime: Ἡρόδοτος ἐν τῇ α'. περὶ τοῦ Δωριικοῦ γένους φησὶ, πολυπλάνητον αὐτὸ καλῶν καὶ δεικνὺς οὕτω, additis Nostri verbis. Par de Hellenibus aliorum narratio. Lesbonax Protrept. p. 173. (in Reiskii Oratorib. Græc. T. VIII. p. 22.) οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Ἕλληνες ἐκ τῆς σφετέρας αὐτῶν μεταστάντες οἰκοῦσιν ἕκαστος αὐτῶν, ἐξελάσαντες ἑτέρους καὶ αὐτοὶ ἐξελασθέντες ὑφ' ἑτέρων. Athenienses vero nunquam sua regione migrasse, neque alios inde expulisse: οὔτι γὰρ ἐξηλάθησι, addit, ὑπὸ (ἀπὸ) τῆς σφετέρας αὐτῶν ὑπ' οὐδαμῶν ἀνθρώπων κ. λ. Ipsi de se Athenienses gloriose ad Gelonem, (apud Nostrum) VII. 161. ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μούνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων. Non equidem nescio Pelasgorum vagationes, multifariam susceptas et absolutas: Straboni ea propter πολύπλανον esse ἔθνος καὶ ταχὺ πρὸς ἐπαναστάσεις lib XIII. p. 922. (pag. 625. ed. Cas.) neque dissimilia litteris mandasse Dionysium Ant. lib. I. pag. 14. At Herodotus de universa natione non loquitur, sed de Atheniensibus. inde genus suum ducentibus. Id porro memorabile accidit, doctam hanc de Pelasgis, Doribus, Atheniensibus, Spartanis, et Ionibus dissertationem, XIII. ferme sectionibus inclusam, pluribus ex schedis exulare, absentiæque ejus caussam a doctissimo inter Italos viro (Assemanno; conf. Wess. Diss. Herod. p. 76. et Gerbr. Bruining in Actis Soc. Traject. T. II. p. 160. et T. III. p. 310.) in scholio quæri: neque enim Herodoti esse: antiquum scholiasten nimia sedulitate adscripsisse suo exemplari; hinc illis abesse libris, his adesse. Non placet commentum. Herodoto, ne longius evager, Dionysius, Strabo, Plutarchus, Athenæus, Stephanus Byz., ut Grammaticos præteream, disquisitionem istam constanter adjudicant, estque doctior multo quam pro scholiastæ ingenio. Neglecta a librariis videtur, ut suavissima rerum Crœsi narratio lenissime decurreret atque inter se aptior cohæreret. Habetur adfine lacunæ exemplum c. 131. Wess.— Plura ad hanc et ad proximas duas sectiones spectantia dabit Larcher: multaque præsertim huc facientia erudite disputarunt Parisienses Academici in Actis Acad. Inscr. T. XIV. XVI. XXIII. et XXV. Atheniensium originem Pelasgicam rursus tangit Noster II. 51. VII. 94. VIII. 44. Fuisse vero Athenienses origine Pelasgos, præcise negat idem Larcher in Chronol. Herod. pag. 262 seqq. At nimirum cum priscis Ionibus Atticam incolentibus coaluerat olim numerosa stirps Pelasgica, et linguam eorum moresque adoptaverat, unumque cum illis populum confecerat: quod et ipse Herodotus c. 57. et seq. haud obscure significat. Conf. Heyne ad Iliad. N'. 625. p. 388. S.

Cap. LVII. 1. Ἦν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, etc.] Torsit hæc Nostri disputatio doctissimorum virorum ingenia. H. Stephani et Ph. Cluverii in arbitraria vocum transpositione audaciam, cui inprudenter adstipulatur Ampl. Bouherius Diss. Herod. c. IX. pag. 109., recte conpescuerunt Gronovius et Geinozius. Sunt quoque spectabiles et temerariæ Illust. Maffei in Origin. Etruscis Histor. Diplomat. pag. 242. machinationes. Interpunctio loci turbas dedit; cujus, uti opinor, hæc genuina sententia. De barbaro Pelasgorum sermone conjecturam, si fas sit, sumi posse ex eorum reliquiis, Crestonem supra Tyrrhenos incolentibus, qui quondam Doribus, Thessaliam tum temporis ha-

bitantibus, fuerant finitimi. Hæc aperta culvis. De Crestone et Tyrrhenis dubitatur. Cl. Reiskio probabile non fit, Pelasgos adeo fuisse evagatos, ut derepente ex Græciæ oris in Etruriam transmiserint; nedum Herodotum eam rem sic nude fuisse elocuturum: nusquam præterea tota Italia urbem Crestonem inveniri. Itaque, Τυρσηνῶν loco, Γυρτώνην reponendam, supra quam Macedoniæ urbem Crestonica Thraciæ regio fuit; cui quidem supicioni, MSS. nihil juvantibus, tanquam nimiæ, non adsurgo. Mihi Creston et regio Crestonica visa olim fuit satis hic obportuna. Tyrrheni, Pelasgicæ gentis propago, Lemnum olim Imbrumque insederunt, occuparunt dein varia Chersonesi atque ad Hellespontum loca; tum ad montem Atho, testibus Thucydide lib. IV. 109. et Conone XLI. Supra hos in Thraciæ finibus natio fuit Crestonica, forsan et urbs Creston, Thucydidis ætate pæne barbara et δίγλωσσος, cujus et Noster VII. 124. VIII. 116. meminit. Quæ cum bene habeant, possunt pro veris putari. Quoniam tamen Tyrrhenos Etruriæ passim Herodotus memorat, non intercedam valde, si ex Dionysii auctoritate (cf. Var. Lect. ed. S.) Corton seu Cortona Etruriæ intelligatur, modo ne Κρηστῶνα πόλιν moveant. Wess.

6. καὶ τὴν Πλακίην] Jungit hæc artissime Corn. de Pauw præcedentibus, omnia ab οἴκιον δὲ usque in μετέβαλε parenthesi includens: par Reiskii sententia, sed post Σκυλάκην terminum parenthesi statuentis. Quo modo barbari Pelasgorum sermonis in Placianis nullum argumentum, quod sequentia manifesto postulant. Arbitror articulum deesse, adsciscendum certe ad verborum structuram, καὶ τῶν τὴν Πλακίην, et ex illis Pelasgorum, qui Placiam et Scylacem in Hellesponto condiderunt, et quæ alia Pelasgica oppida sunt, quæ nomen mutarunt: his interseritur, isto ex eo Pelasgorum numero esse, qui Atheniensibus olim adfines fuerunt, de quibus VI. 137., sicuti de oppidis istis Thucydides IV. 109. Et hæc plana videntur. Prætuli cum Corn. de Pauw εἰκοστάντων. Caussam dabit Mela I. 16. (I. 19.) Post, Placia et Scylace, parvæ Pelasgorum *coloniæ*, quibus a tergo inminet mons Olympus. Quid nunc facies Illustri Maffeio, Placiam urbem ad Hellespontum Propontidemque nusquam fuisse adfirmante? Nostri verba Scholion aut redolere, quod fuerit καὶ τὴν Πακτύην κατὰ Σκύλακα, et Pactyen secundum Scylacem, scriptorem videlicet Peripli, aut in Placianis latere Picenos. Præclarius de Herodoteis meritus est doctissimus Abbas Geinoz, mihi in plerisque consentaneus, T. XVI. Comment. Acad. Inscript. p. 62. Wess.

[8. ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ, etc.] In Latina vers. scriptum oportebat, sive quæ sunt alia *Pelasgica* oppida. S.]

[13. οὗτοι οἱ Κρηστωνιῆται —— οὗτοι οἱ Πλακιηνοί.] Non sollicitantur a me Κρηστωνιῆται, tametsi in Dionysio Κρεστωνιῆται. Vulgavit Bouherius Diss. Herod. c. x. lapidis inscriptionem, Placiæ, ejus ex opinione, depositi, in qua τῆς μητρὸς Πλακιανῆς sive Cybeles memoria, barbari nihil. Fuerunt fortasse inscripti marmoris tempore Placiani, si tamen illorum ea ἐπιγραφὴ, ut Pelasgicæ gentis lapsu temporis plures, δίγλωσσοι. At non est. Venit Cyzico, quæ vicini oppidi matrem Placianam honoris cultu dignata fuit. Vide Comitis Caylus Antiq. T. II. p. 198. Wess.

Cap. LVIII. 5. καὶ ἄλλων ἰθνίων βαρβάρων] Delendam ἰθνίων vocem Corn. de Pauw censuit: sine caussa. Passim ἴθνεα βάρβαρα in hoc scriptore. Vocabuli iterationi punctione succursum est. Wess. —Nempe ante ed. Gronov. post πλῆθος et post αὐτῷ comma intersertum erat.

non post πολλῶν. Sed et, ut nunc distinguitur, scabra et vix sana oratio videri debet. Denique prope absum ut existimem recte olim distinctam fuisse orationem, hac sententia: Hellenica gens, quamdiu discreta fuit a Pelasgica, infirma fuerat: postquam vero major pars Pelasgicorum populorum, et multi alii populi barbari, cum illa coaluerunt, in magnitudinem crevit: contra illi ex Pelasgis, qui manserunt barbari, nulla incrementa fecerunt. S.

6. ὡς δὴ ὧν ἐμοί τι δοκέει οὐδὲ —— αὐξηθῆναι] Reiskius πρὸς ὧν δὴ aut᾽ πρὸς δὴ ὧν, a quibus nempe mihi videtur. Tu Gronovium adi. Wess.—Istam notulam Reiskius, cum multis aliis, privatim ad Wesselingium miserat. Deinde vero in editis ad h. l. Notis idem Reiskius hæc posuit: "Aut ὧν legendum "pro ὧν, —— aut standum a vetusta "lectione ὡς δὴ ὧν, id quod ego ma-"lim." Nempe facilitate quidem sua blanditur scriptura πρὸς, quam suo e codice (cui etiam alii suffragantur) adscivit Gron. aliique post eum Editores tenuerunt. Sed vulgatam olim scripturam, quæ difficiliorem videri poterat explicatum habere, tuetur Scriptoris nostri usus. Est autem elliptica locutio, in qua subintelligitur repetitum verbum δοκέει. Simillima exempla habes I. 65, 19. IV. 5, 1. VI. 137, 12. ubi repetitum intelligitur verbum λέγουσι, IV. 76, 23. ubi ἥκουσα repetendum. II. 8, 7 seq. repetendum ἐπυνθανόμην. Quod loquendi genus minus commode expedivit subtilissimus alioquin Hermannus, Not. 177. ad Viger. p. 737. et seq. S.

[Bothius πρὸς δὴ τῶν legit, et dein ἐμοί γε, hanc in sententiam. His vero (aliis populis barbaris) non magnopere aucti ne ipsi quidem mihi videntur Pelasgi, quamvis gens barbara. S.]

Cap. LIX. 2. καὶ διεπλασμένον] H. Stephanus, in Prolegomenis, in καὶ διεστενόμενον mutatum voluit. Satis audacter. Διστένους, διστενοῦν Græcorum usu valent; at quis διστενοῦσθαι dixit adhibuitque? Rectum est κατεχόμενον τε καὶ διεσπασμένον. Namque et Pisistrati dominatione continebantur premebanturque Athenienses, et divulsi in partes erant, Alcmæonidis, et quotquot ejusdem erant factionis, domo profugis, ut docetur cap. 64. et V. 62. Wess.

8. Χίλων] Ex Florentino, cui consentit Aldus, Χίλων receptus est. Alibi ex eodem Χείλων VII. 235., tum Χίλων VI. 65. Memini Pausaniæ ac Plutarcho Χίλωνα probari Χείλωνα Diogeni Laërt. In uno eodemque scriptore talis discordia cessare deberet. Wess.—In scribendo proprio nomine constare sibi Scriptor utique debet. Nos cum Wess. ubique Χίλων restituimus. Pro vocali ι, ubi producitur, frequenter υ poni a librariis nota res est. S.

9. συνεβούλευε] Verum hoc. In cod. Med. συνεβούλει lenitas Ionica frustra invenitur. Mox c. 71. συνεβούλευε Κροίσῳ τάδε. VIII. 101. νῦν τε συμβούλιόν: quibus locis Medic. a scribendi peccato sibi cavit. Quam vero (ibid.) γυναῖκα τεκνοποιὸν hic et V. 40. adpellat, ea aliis παιδοποιὸς et τεκνογόνος, Euripidi princ. Andromachæ, Æschylo VII. Theb. 935. Sophocli Elect. 590. Wess.

[12. seq. οὔκων, sive οὐκ ὧν, —— πείθεσθαι θείλευ] Intellige φασὶ, λέγουσι, vel λέγεται. Sic et alibi apud Nostrum, c. 86, 12. ac deinde in eodem cap. sæpius. Tum deinde γενέσθαι οἱ ex abrupto et per asyndeton dictum, cujus generis exemplum ad I. 11, 18. notavimus: simile habes c. 72, 11. conf. Var. Lect. (ed. S.) ad III. 12, 9. Expectasses καὶ γενέσθαι οἱ, etc. aut πείθεσθαι θείλευτε τῷ Ἰωνοκράτεϊ γενέσθαι μετὰ ταῦτα, etc. S.]

17. καταφρονήσας τὴν συμπλοκήν] Affectandi meditandique hinc in Lexicis

nova verbo καταφρονεῖν attributa fuit significatio, quam certe poscit hujus loci sententia. Pisistratus Athenis regnum appetens, qualis alias ἐραστὴς τυραννίδος Herodoto dicitur, et ἔρωτα σχὼν τύραννος γενέσθαι. Hic ex vulgari verbi notione potius dici potuisse videretur οὐ καταφρονήσας τὴν τυραννίδα: loquendi ratione satis usitata, qua οὐ καταφρονεῖν, non temnere, et Homereum οὐ φιλεῖν, detestari, sunt opposita. Sed secundum Æm. Portum apud Ionas peculiaris viguit in verbo καταφρονεῖν existimandi vel arbitrandi significatio: in duobus, quæ mihi quidem innotuerunt, Herodoti locis obtinet quidem opinionis potestas, vel arrogantis potius de se suisque viribus persuasionis, sed quam aliorum vel parit vel comitatur contemtus. Thucyd. II. 62. εἶναι τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσαι, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. Apud Herod. I. 66. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρείσσονες εἶναι prægnans est locutio: Arcadibus, quos contemnebant, se præstantiores arbitrati Lacedæmonii. VIII. 10. καταφρονήσαντες ταῦτα, ista cum contemtu considerantes. Dum liquido constiterit, nulla habita contemtus ratione, καταφρονεῖν pro φρονεῖν vel ἄγαν φρονεῖν a veteribus (recentiorum abusum corrigit Ammonius in voc. Φρονεῖν) usurpatum; suspicabor equidem pro καταφρονήσας leni mutatione corrigendum hoc in loco καὶ φρονήσας. Dum in Attica civitate Megacles et Lycurgus suæ quisque factioni, cujus erat caput, tantum studebat; Pisistratus, καὶ φρονήσας τὴν τυραννίδα, etiam tyrannidis occupandæ studiosus, τρίχηι ἤγειρε στάσιν. Aristophanes Vesp. v. 505. αἰτίαν ἔχω ταῦτα δρᾶν ξυνωμότης ὤν, καὶ φρονῶν τυραννίδα; vulgato ὢν voculam ὡς isto versu substituendam censeo. Valck.—At non satis caussæ fuit, cur constans librorum omnium scriptura, quæ etiam Prisciani testimonio firmatur, sollicitaretur. Quidni, quemadmodum καταδουλοῦν idem ac simplex δουλοῦν valet, sic et olim καταφρονεῖν eadem notione atque simplex φρονεῖν usurpari potuerit? Sane et VIII. 10, 7. καταφρονήσαντες ταῦτα nihil aliud, nisi hæc cogitantes sonat. Sic igitur hic ait, de regno cogitans, regnum meditans. Conf. Adnot. ad cap. 66, 5. S.

19. τῶν ὑπερακρίων πρώτους] Gronovium vide, et Marshami Can. Chronol. p. 647. edit. Franeq. Wess.—Servatum Græcum nomen Hyperacriorum voluerat Gronov. qui Διακρεῖς a Plut. nominantur, in Solone p. 85. et 94. et Διακρεῖς vel Διακριεῖς apud Steph. Byz. et Hesych. Intelligi autem montanos, et ipsum nomen, et oppositi litorales campestresque ostendunt, et Dionis. Halic. verba a Gron. citata ex Ant. Rom. I. 13. ἀρχαϊκὸν τὸ φιλοχωρεῖν ὄρεσιν· ὡς ὑπερακρίους τινὰς Ἀθήνησι. S.

24. Νίσαιάν τι λιλών] De hac Pisistrati in Megarenses expeditione Æneas Tactic. c. 4. Νίσαια an Νισαία rectius pingatur, Grammatici quærunt apud Cl. Dukerum in Thucyd. I. 104. Wess.

31. ἐπί τι τοῖσι κατεστεῶσι ἵνιμι τὴν πόλιν] Aldi ἵμιν longe præfert Reiskius. Favere videtur Plutarchus in Solon. pag. 96. ἐφύλαττε γὰρ τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος, ἐμμένων πρῶτος αὐτὸς καὶ τοὺς φίλους ἀναγκάζων: sed diversum longe est. Nostro illud placuit: adstruo exemplis, a Gronovio in unum conductis ex lib. V. 71. οἵστε ἵνιμεν τότε τὰς Ἀθήνας. Sic enim ibi Arch. et Vind. De intervallo temporis, quod abiit ab obpressis prima vice Athenis ad eversam priorem Pisistrati tyrannidem multa Bouherius, sed minime constituta, Diss. Herodot. c. XIV. Tu confer Eduardi Corsini Fastor. Attic. T. III. pag. 101. Wess.—Conf. Nostrum V. 29, 10. 71, 6. 92, 19. S.

Cap. LX. [6. περιελαυνόμενος] Pro-

prie, circumactus; id est, fatigatus, ut commode H. Steph. nec ita male Valla, astagens: poteras etiam vexatus intelligere, ut apud Basilium interpretatus est Budæus, Comment. Ling. Gr. p. 429. Nec enim Gronovianum obsessus placet, quod Wess etiam tenuit. S.]

11. τοῦ βαρβ ριικοῦ (βαρβάρου) ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν] Sive hoc, quod reposui, seu Medic. malueris, verum manebit, Hellenicum genus a barbaro fuisse sejunctum, et vicissim. At Aldum si sequare, oratio constabit pulcerrime, ex Florentino vehementer conturbata. Qua enim Ἑλληνικοῦ, ἰὸν, δεξιώτερον, ἀπηλλαγμένον, concordia coibunt, uti necesse est? Athenienses quidem συνίσει εἰκείᾳ τὸ Ἑλληνικὸν ὑπερεβάλοντο, uti scribit Pausanias IV. 35.; Barbari nunquam. Novi patrocinium Mediceo quæsitum sedulo fuisse, verum debile, et, si consideretur, alienum. Geminati genitivi ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβάρου ἔθνεος, ambiguitatem quandam parientes, librarios, ut mutarent, permoverunt. Mecum sentit Steph. Berglerus Act. Lips. MDCCXVI. p. 421. Wess.

16. τῇ οὔνομα ἦν Φύη] Qua ostentata cives decepit Pisistratus, fuisse dicitur (l. 17.) ἰνιδικῆς. Phylarchus Athenæi XIII. p. 609. c. τὴν κατάγουσαν Πεισίστρατον ἐπὶ τὴν τυραννίδα, ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδος ἔχουσαν, καλὴν φησι γεγονέναι. Insanabile Casaubono vulnus non attigit in Pisistr. c. IV. Meursius: meo quidem arbitratu commode corrigi poterit, ὡς Ἀθηνᾶς σωτείρας εἶδος ἔχουσαν. Ἀθηνᾶς τῆς σωτείρας meminit Lycurgus c. Leocr. p. 150, 5. (in Reiskii Or. Gr. Vol. IV. p. 148.) Locum adhibuerunt Meursius in Cecrop. c. 27. et plus una vice Ez. Spanhemius: ejusdem Minervæ et alibi fit mentio, et in Antipatri epigr. quod vulgavit L. Küster ad Suid. in Φυγοδίμιος. Phya tum ad habitum Deæ reducentis ipsum in arcem formata fuisse traditur Valerio Max. I. c. 2. Valck.— Nos nuper, Viri docti monitum secuti, Athenæo suum restituimus. Conf. Hesychii Interpp. ad voc. Σώτειρα. S.

18. προδίξαντες σχῆμα οἷόν τι, etc.] Fuit, qui προσάψαντες refingeret: ego olim προσδήσαντες ex IV. 195. VI. 119. Nunc repudio. Hesychius, προδίξαντες, προδιίξαντες haud dubie hoc ex loco. Ostentarunt ergo magnificam illam speciem, ut incautos fallerent. Polyænus hanc fraudem non neglexit lib. I. 21, 1. ubi καὶ τὴν τυραννίδα τῶν Ἀθηναίων κατίσχειν cum Berglero si scripseris, suum auferet iste. Wess.—Larcher vertit, "parée de tout ce qui pouvoit relever sa "beauté." Mihi persuasum est, eam esse Herodoti sententiam, quam in Lat. versione expressi. S.

26. καὶ (οἱ) ἐν τῷ ἄστει πειθόμενοι] Ut mulierem pro dea adorarent, incessere animos persuasio debuit divinitatis. Πειθόμενοι natum est ex eo, quod restitutum. Simile amanuensium delictum lib. III. 78. Δαρεῖος δὲ πειθόμενος ὥστε τὸ ἐγχωρίδιον, ubi cui Darius obtemperans, etc. vertit Valla, qui quidem πειθόμενος, quo modo Codd. plures, in suo habuit. Facit mecum Reiskius. De Phya Athenæus ex Clidemo lib. XIII. p. 609. et Critici in Comici Equit. v. 447. varie errantes. Vid. Jo. Meursii Pisistrat. c. 16. Wess.

Cap. LXI. 4. λιγομένων ἐναγίων εἶναι, etc.] Tituli caussam explanat Scriptor lib. V. c. 70. Wess.

10. τοῖσι στασιώτῃσι] Vide Paull. Leopard. Emend. VII. 7. ubi Aldinum στρατιώτῃσι prudenter corrigitur. Est in Herodoti scriptis Codd. frequentata harum vocum confusio, efficitque (interdum) ut electio in ambiguo sit. Sic I. 59. III. 144. V. 104. IX. 2. etc. Wess.

13. Ἱππίῃ δὲ γνώμην ποιήσαντος] Opinor ex schedis S. Remigii in marginem

Stephani venisse γνώμῃ: videor enim animadvertisse, mirum harum membranarum inter et Stephani excerpta consensum intercedere. Amplectuntur Galeus, Pavius, Reiskius, alii, eam Remig. lectionem, estque commoda satis. Αὐτὸς —βουλόμενος κερυφαῖος εἶναι, γνώμῃσί τι παῖ scribitur III. 82. Nec propterea tamen unice vera. Aristophan. Nub. 431. ὥστε τολμηρόν γ'——ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ. Æschines in Ctesiph. p. 63. ἐνταῦθα ἕτερον ψήφισμα νίκᾳ Δημοσθένης: et p. 80. ἂν μὲν γὰρ ὁ τὸ ψήφισμα γράψας καὶ νικήσας Ἀρχῖνος. (ed. Reisk. p. 457. et 576.) Hæc gemina sunt. Valet in præliis, νικᾶν μάχῃ et μάχην, πολίμους, etc. Conf. ad Diodori XI. 26. adscripta. Wzss.— Sic et νικᾶν Ὀλύμπια, et similia. S.

15. αἴ τινές σφι προγεδίκατό κού τι] Sic Regior. unus et Remig. consentiente fere Mediceo. Ex προδέδεμαι repetitum ivit Gronovius, additis Latinis, quæ ipsis nonnihil ante placuerant, sed verbo isti non respondentibus. Προαιδεῖσθαι Herodoteo sermone non aliud est, ac reverentiam, ob acceptum ante beneficium, et gratum animum testari; ut III. 40. καὶ τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, ᾧ ἐγὼ προαιδεῦμαι, νῦν τὴν ἀρχὴν ἔχων: cui ego reverentiam ante debeo, non male interpres. Certe ut ea exscripta hic sunt, ita MSS. conplures. De verbi formatione ut commenter, necesse non est; qui Herodotum novit, hanc non ignorat: addi oportet, doctissimum Geinozium eadem mecum fuisse opinione. Reiskius προεῖδοντο, aut προεῖδοντό κού τι: qui prospiciebant quodammodo et factum volebant: nisi malueris προειδίατο loco προεῖδίοντο, prius obligati beneficiis erant. Non muto sententiam. Wzss.

Cap. LXII. 4. τούτῳ τῷ χόρῳ] Nescio quos duo Codices, in quibus χόρῳ, Galeus designavit. Schedis Arch. omnia hæc desunt. Ergo-ne Etonensem, editumque Aldinum? quos quidem inprudenter duces legit, quippe errantes. Marathonis mentio reique series τῷ χόρῳ postulant. Similis menda vitiavit lib. IX. 69. alias detergenda. Id bene, quod οὕτω δὴ βαθέως infra (l. 10.) maluit ex Ionum more et specie. Equidem sine ullo offensionis metu, si vel unus Codex præiret, id reponerem. Nam, genuinum et Herodoteum esse, ex Eustathio in Homer. p. 288, 16. (Iliad. p. 218, 10. seq. ed. Bas.) atque aliunde demonstrabitur lib. VIII. 14. et 72. Wzss.

13. Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱρὸν] Δίας πάρουδι παρθένου Παλληνίδος cadaver suum humandum prædicit Eurystheus in Eurip. Heraclid. 1031. ubi v. 849. legunter ista: Παλληνίδος γὰρ σιμὸν ἱππείων πάγον Δίας Ἀθάνας. Templi forsan donaria, quæque illis inscripta fuerint cognosceremus, si Themisonis ad nos pervenisset ἡ Παλληνίς. vid. Athen. VI. pag. 234. f. 235. a. Polyænus I. 21. §. 1. Πεισίστρατος, inquit, ἀπ' Εὐβοίας ἐστράτευσεν εἰς Ἀττικὴν ἐπὶ Παλληνίδος. His in Pallenes demo locum dare potuisset Meursius. Valck.

15. Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν] Vates atque id genus hominum ferebat Acarnania et vicina Leucas. Qui sacros hos exercituum comites in primis studiosissime commemorat, ab ingenio Thucydidis hac etiam in parte multum diversus, Herodotus Μαγιστίῃ habet Ἀκαρνᾶνα VII. 221. et Hippomachum Λευκάδιον ἄνδρα, IX. 37. Acarnani quoque, quod fatendum est, non disconvenit Amphilyti nomen: Κύνητα τὸν Θεολύτου Acarnanis nominat Thucyd. II. cap. 102. Sed multo tamen plures Attici nobis, nec mirum, innotuerunt χρησμολόγοι. Quando itaque qui bene ominatus accessit Pisistratum Amphilytus, Platonis Socrati dicitur in Theage p. 124. d. (quod Paull. Leopardus jam

animadvertit Em. VII. c. 7. ὁ ἡμιδαπὸς Ἀμφίλυτος: Ἀθηναῖος autem Clem. Alex. Strom. I. p. 398, 21. ubi notat Hudsonus; his ego quidem testibus fidere malim, quam descriptoribus Codicum Herodoti; suspicatus Acharnensem fuisse Amphilytum, atque adeo dedisse Nostrum Ἀμφίλυτος ὁ Ἀχαρνιὺς, aut si quis illud ob morem præferat Ionicum, ὁ Ἀχαρνεύς. Inventum Eustathio et βάθραπος παρὰ τῷ Ἴωνι Ἡροδότῳ, ad Od. H'. p. 271, 46. (p. 1570. ed. Rom.) alia quædam idem habet hujus formæ rarissima. Ἀχαρνὰν et Ἀχαρνιὺς et alibi permutata sunt a librariis, et in Luciani Ἑταιρ. Διαλ. VII. T. III. p. 297. ubi conflatum e duplici lectione, quod libri præbent scripti, Ἀχαρνανιὺς et Ἀχαρνανεύς. Bene monenti Guieto debuerat obtemperari: vera enim est procul dubio lectio, ὁ γεωργὸς ὁ Ἀχαρνιὺς, qui Acharnis a patre missus in urbem ὄνου σιμὴν ἀπειλήφει: sic corrigo vulgatum οἴνου: noti sunt Ἀχαρνικοὶ ὄνοι. Valck.—Gronovium vide, et Themistium Or. III. p. 46. Wess.—Ἀχαρνὰν, sive Ionico idiomate Ἀκαρνὰν, perinde ac Ἀχάρνιὺς, de Atticæ populo olim dici solitum censuit Gronov. provocans etiam Senecæ Tragici Hippolyt. v. 22. S.

17. Ἐρέτριαι δ' ὁ βόλος, etc.] Responsum harioli Æliani se memoriæ obtulit, cum thynnorum piscationi, cultissime descriptæ, subderet Histor. Anim. XV. 5. οὐκοῦν —— καὶ Ἐρετριεῖς ἴσασι ταῦτα καὶ Νάξιοι, κατὰ κλέος τῆς θήρας τῆς τοιαύτης παθόντες, ὅσα Ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι λέγουσι. Norunt hæc et testantur tum Eretrienses, tum Naxii, hac piscatione insignes, ut Herodotus et alii testantur. Sic Gillius et Gesnerus, minime ejus sententiam, ut dicam lenissime, adsecuti. Eretriensibus, ait, Naxiisque et Atheniensibus ex fama ejusmodi thynnorum capturæ usu venisse, quæ Herodotus atque alii litteris prodiderint. Atheniensibus, inquam, qui excidisse videntur, nisi si scribentis oblivione sint neglecti. Hoc obiter. Wess.—Perspecte Schneiderus ad Æliani locum citatum monuit, respici verbum σαγηνεύειν, quod de populis dicitur, qui thynnorum instar quasi verriculo capiuntur. Conf. Valck. ad Herod. III. 149. S.

Cap. LXIII. 1. συλλαβὼν τὸ χρηστήριον] Συλλαβὼν optime vir clariss. (Gronov. contra Galeum, συμβαλὼν corrigentem) defendit, quem ad Arriani Exped. Alex I. 19. consulere opportunum erit. Wess.—Conf. Herod. III. 64, 20. ad quem locum Gron. provocavit. S.

4. τετραμμένοι ἦσαν] Leve videbitur, notandum tamen; sollemne Ionibus esse ἦσαν, idque hoc in libro nonnunquam, veluti c. 31, 71. etc. sed frequentius ἦσαν scribi; in aliis prius esse crebrius. Quæ mihi discrepantia amanuensium, non scriptoris arbitratu accidisse visa semper fuit. Wess.—At, quod Homero licitum fuit, augmenta verborum modo adjicere, modo negligere; eamdem, puto, veniam sibi sumere Herodotus potuit. S.

12. καὶ ἀστίνας ἕκαστος] H. Stephanus veterem scripturam, ut oratio lenior curreret, mutavit. In Parisino ἕκαστον librarius, supra scripto sigmate, idem fortasse atque ille arbitratus, aut certe scriptionis peccatum esse corrigendum. Salva res erit, modo infinitivi, quæ Gronovii opinio, imperantium vicem fungantur. Sæpissime hoc genus noster amavit, lib. IV. 126. σὺ δὲ στὰς καὶ σαυτὸν μείνας πλάνης μάχεσθαι: sic libri MSS. et Eustathius, e quibus et VII. 159. σὺ δὲ μὴ βοηθέειν refingendum erit. Küsterum in Clerici Bibliotheca, alia omnia amplexum, ardor obloquendi a vero avertit. Wess.—At adjectum h. l. verbum πειλέοντες non sinit nos nunc de infinitivo notione imperativi

posito cogitare. Quin potius agnoscamus hic idem ἀναπολουθίας sive enallages genus, de quo supra ad cap. 27. 17. diximus. S.

Cap. LXIV. [6 seqq. ἰς Νάξον· καὶ γὰς ταύτην, etc.] Commodius in hunc modum distinguetur oratio: ἰς Νάξον. καὶ γὰς ταύτην ὁ Πισίστρατος κατεστρέψατο — Λυγδάμι· πρός γε (sive πρός τε) ἔτι τούτοισι τὴν νῆσον Δῆλον, (scil. κατεστρέψατο, καθήρας (scil. αὐτὴν) ἐκ τῶν λογίων. Ad hæc etiam Delum insulam (subegerat,) quam ex oraculi responso purgavit. S.]

9. καθήρας δὲ ὧδε] Jo. Meurium correptum (a Gronov.) nollem: Eadem scripsit in Pisistrato cap. 8. quæ Noster. Eleganter atque ad hunc locum obportune Thucydides III. 104. ἐκάθηρε μὲν γὰς καὶ Πισίστρατος ὁ τύραννος πρότερον αὐτὴν, οὐχ ἅπασαν, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐφωρᾶτο τῆς νήσου. Verbis discrepat; in lustrandæ insulæ ritibus et modo discordia nulla. Wess.

13. μετὰ Ἀλκμαιωνίδων] Vetus interpres Ἀλκμαιωνιδῶν ex conjectura, quæ absurda minime est. Alcmæonidæ omnes Athenis ob Pisistratidarum tyrannidem excesserunt, civiumque plures secum traxere, sicuti lib. V. 62. uberius conmemorat. Ducem non nego Megaclem fuisse, universæ tamen gentis potior mentio. Præclare Plutarchus in Solone extremo: ὁ μὲν Μεγακλῆς εὐθὺς ἔφυγε μετὰ τῶν ἄλλων Ἀλκμαιωνιδῶν. Wess.

Cap. LXV. 4. ἐπὶ γὰς Λίσητος] Confer Pausaniam lib. III. 3. Nostrum æmulantem, nec dextre tamen suis partibus functum. Wess.— Quem Hegesiclen Herodotus nominat, is Spartanis Agesicles erat, pater Aristonis, qui c. 67, 3. memoratur. S.

9. ξείνοισι ἀπρόσμικτοι] Peregrinis intolerabiles interpres. Ἄμικτοι, ἀνεπίμικτοι, ἀπρόσμικτοι omnes illi, qui peregrinos jure conmercii excludunt, eorumque consociationem atque aditum recusant. De Britannia Diodorus V. 21. αὕτη δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ἀνεπίμικτος ἐγίνετο ξενικαῖς δυνάμεσι. Hinc ἄμικτοι ἀνθρωποι Lucian. H. V. II. 27. et ἄμικτα ἤθη καὶ θηριώδη Phil. Jud. Leg. ad Cai. p. 1013. c. homines gentesque, omne familiaritatis genus detrectantes. Polybii ἀνεπιμιξία τῶν ἐθνῶν de neglecto conmercii usu et accessu Excerpt. p. 1023. (lib. XVI. 29, 12. nostræ ed.) huc pertinet, sicuti ἀπιμιξία πρὸς τοὺς Τυγιήτας infra c. 68. et 185. in aliam partem. Wess.— Conf. Lexic. Polyb. in Ἀμιξία. S.

13. Λυκόεργε] Potuisset vir clariss. aliud robur Cod. Florentino addere ex Apollon. Rhod. I. 162. τὸν μέν ῥα πατὴρ Λυκόεργος ἔπεμπε: et ex principe Poëta, a criticis veteribus ibi laudato, Iliad. Η'. 144. ac Ζ'. 130. In oraculi versu tertio (l. 15.) ἢ ἄνδρωσιν justum est. Themistius sibi non constat, fortasse aliorum culpa. Tametsi Orat. XIX. principio, nunc quidem ἢ καὶ ἄνδρα scriptum inveniatur, in sequentibus bis terve εἰς ἄν ἰδίσασα, εἰ θεὸς ἢ ἄνθρωπος ἦν. Fuit autem Pythiæ id responsum multo celeberrimum, et, si Plutarcho adv. Colot. pag. 1116. F. fides, ἐν ταῖς παλαιστάταις ἀναγραφαῖς insertum apud Spartanos. Wess.

[18. ὡς δ' αὖσαι Λαπιθ. etc.] Vide Adn. ad c. 58, 6. S.]

19. ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτου] Laborant hæc premunturque insigni difficultate, etsi Pausanias, lib. III. 2. haud aliter, ac nos cum maxime, legerit. Labotas, sive Leobotes, ex regia Eurystenidarum familia, fratris Lycurgi (quippe Proclidæ, atque ex alia gente) filius non fuit: si sororis filium dixeris, oberit Labotæ ætas, qua suæ is tutelæ erat, cum hic nasceretur. Præterea Charilli, sive Charilai, fratris Polydectæ filii, tutelam Lycurgus, magno scriptorum con-

sensu, administravit. Hæc atque alia Jo. Meursius Herodoto, uti censet, manifeste erranti, objicit Regn. Laconici cap. 9. et Miscell. Lacon. II. 5. Sequitur Meursium et amplius centum annis inter Labotæ obitum et Lycurgi legislationem intercessisse contendit Bouherius, Diss. Herodot. c. 13. Cui equidem largiri debeo, si Apollodori, Clementis Alex., Africani, Eusebii rationes constent, id verum videri. Ergo-ne Noster erravit? Fieri potuit: quamquam si consideretur accurata utriusque regiæ familiæ recensio, VII. 204. VIII. 131. res ea ad credendum fit difficilis. An Χαρίλλου cum viro Amplissimo refingendum, culpaque in librarios, qui nimis scioli Λαβώτᾳ correxerint, est referenda? Sic profecto in vado res erit, et Herodotus ab errore inmunis: vitium vero antiquissimum et Pausania prius; neque id mirandum, cum suo jam tempore Philemon apud Porphyrium Quæst. Hom. VIII. (Vol. I. Homeri Barnes. p. XCII.) de corruptis Herodoti exemplaribus querelam moverit. Marshamus Can. Chronol. p. 452. aliam, et forte planiorem, ingressus medelæ viam fuit: mutata vocum sede fuisse censet Λυκ ἰωιτροκ. ἀδιλφιδίου μὶν ἰωυτοῦ, βασιλ. δὶ Σπαρτιητίων, Λαβώτιω, cum esset tutor filii fratris sui, Leobotas autem Spartanorum rex. Sunt sane hujuscemodi vocabulorum transpositiones non insolitæ, neque oberit multum Leobotæ Lycurgique ætas. Certum est, de tempore legum latarum vitæque Lycurgi vero principio antiquos scriptores discordiis distineri; id ne operosius ostendatur, otium Meursius fecit. Constat præterea, Eunomum, legislatoris patrem, et fratrem Polydectem breve regni spatium habuisse: vixisse Leobotam diutissime, Doryssum atque Agesilaum, filium nepotemque, exiguo intervallo, et rege Agesilao leges Spartanis perlatas ex Pausania III. 2. Quæ utique constare posse videntur: opus enim minime est, ut Apollodori temporum rationibus Noster adsentiatur, neque ut scripsisse censeatur, rege Leobota conponendis legibus operam inpendisse Lycurgum: ad ejus regnum tutela pertinet, quam Creticum iter excepit deinde, quo de præter alios Strabo. Wess.—Larcherus, in priore editione Herodoti in Gallicum sermonem conversi interpretationem Marshami secutus, in posteriore editione plane Charilli nomen in locum Leobotæ vel Labotæ substituere non dubitavit: cujus consilii rationes in Cronol. Herod. cap. XVII. p. 489. seqq. exposuit. S.

23. ἰνωμοτίας καὶ τριηκάδας] Utrumque Glossæ Herodoteæ explanant; unde Suidas, sed non sine peccato, descripsit, ut ad Glossatorem suo tempore docebitur. (Conf. Koen ad Gregor. Dial. Ion. §. 93.) Bene Polyænus de Lacedæmoniis κατὰ λόχους καὶ μοίρας, ἰνωμοτίας καὶ συσσίτια στρατοπεδεύοντες lib. II. 3, 11. Ephoros, a Lycurgo Spartanis fuisse inpositos, Marshamus infitiatus fuit inprudenter. Nostri patrocinium docte professus Clar. est Jac. Perizonius ante laudabilem Gronovii operam ad Ælian. V. H. III. 17. Ceterum μετίσταναι τὰ νόμια πάντα Cod. Remig. si νόμαια fuerint, cupide probarem: mores atque instituta indicant. Vide III. 99. et de Lycurgi post obitum divinis honoribus Nic. Damascenum Exc. p. 449. Wess.

Cap. LXVI. 3. ἀνά τι ἴδρεμον αὐτίκα] Sic VII. 156. αἱ δὶ παραυτίκ' ἀνά τ' ἴδρεμον καὶ ἴβλαστον. Et Diodorus V. 12. ταχὺ τοῖς τι βίαις ἀνίδρεμον καὶ ταῖς δόξαις ηὐξήθησαν: qui eum in modum sæpe alias, ut ibi ostensum fuit. Adde Paull. Leopardum Emend. VII. 7. Wess.

5. καταφρονήσαντις Ἀρκάδων κρίσσονις εἶναι] Imitatur Abydenus de turris Ba-

bylonicæ structoribus, καὶ δὴ Διῶν κατα-φρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι in Eusebii Pr. Evang. IX. 14. Putabam καταφρονείτην, Erotiano præeunte, Ionibus tantundem fuisse ac καταναεῖν considerare, opinari, non sine contemtu quodam. Nec alia mens doctissimo Reiskio. Ansam dedit Herodotus VIII. 10. et hujus libri c. 59. ubi Valckenarii animadversionem expende. Wess. — At accedentem contemtus notionem ignorat Erotianus. Conf. Adnot. ad cap. 59, 17. S.

14. οἱ δὲ, πίδας φερόμενοι] Ita multo post Carthaginienses, sed pari eventu, in Diodori lib. XX. 13. Suscepta infelix hæc et temeraria expeditio fuit rege Charillo docente Pausania III. 7. et VIII. 49. Calamitatem vero captivorum Laconum alia in re Libanius tetigit Prosphonet. ad Julian. p. 179. A. ὥστε γὰρ ἦν ἔτιμον Σπαρτιάται γῆν Τεγεατῶν, ταύτην εἰργάζοντο τοῖς νικηκόσι, χοίνικας ἔχοντες: i. e. si interpretem audis, modios tenentes. At noli auscultare; χοίνικες nihil aliud ac Nostro πίδαι, isto quidem oratoris loco. Wess.

21. τῆς Ἀλίης Ἀθηναίης] Bene Minervæ hunc titulum instauravit Gronov. etsi in vocis origine error inest. Constanter Ἀλίαν adpellat Pausanias, regique Aleo acceptum refert, oblitus Homericum Iliad. χ'. 301. In Strabone VIII. pag. 595. (p. 388. D. ed. Cas.) Ἀλαίας nomen habet ex doctorum conjecturis. De compedibus, quæ inter templi donaria Pausaniæ ævo durabant, ipse lib. VIII. 47. Wess.—Conf. Nostrum IX. 70, 16. S.

Cap. LXVII. 10. ἰγνύαται] Herodoteum hoc, ex Ionum more. Florentinus dialecti rationem non duxit, mox quoque τουτέων, ὁρέων aliaque inmutavit, quæ tangenda non fuerant. Sustuli præterea τὴν, cui sedem inter αὖτις ἐς Διὸν concesserat. Nam turbat orationem, neque præsidium accipit ex cap. 153. τὴν πρόσην εἶναι, quippe plane diverso. Reiskius, retineri si debeat, mavult ἴσιμον τὴν αὖτις ἐς Διὸν, et πομπὴν ad structuram adsciscit: posset geminum videri Sophocleum Trachin. 665. πρὶν ἢ τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσαι, nisi discreparet recte expensum. Wess.—Ad τὴν ἐς Διὸν nullo incommodo δδὸν intelligi poterit, sive πομπὴν malueris, nomen ex cognato verbo repetitum. Conf. quæ ad. I. 109, 2. monemus. S.

14. Τεγέη λευρῇ ἐνὶ χώρῳ] Cl. Pauw Τεγέη λευρῇ ἐπὶ χώρης: cui Reiskius consentit λευρᾷ tamen scribens. Aliter Poëta Odyss. Η'. 121.

τῆς ἕτερον μὲν Θυιλόσιδιν λευρῇ ἐνὶ χάρῃ τίρσεται —— Wess.

16. καὶ τύπος ἀντίτυπος] Rixantur nimis quam fuerat ex usu Gronovius et Küsterus; in adnotationibus ille, hic Clerici in Bibl. Vet. et Rec. T. V. p. 405. Cui bono? Scriptor Ipse (c. 68, 17.) τὸν ἄκμονα καὶ σφῦραν, incudem et malleum, esse τὸν τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον ait, quod malleus incudem feriat, et incus vicissim malleum repellat: id fieri solere, officinæ ferrariæ adspectu omnes et sono edocent; et utrumque H. Stephanus et Chytræus dudum monuerunt. Τύπος in oraculi ambagibus atque ex vi quadam originis malleum non male; ἀντίτυπος, quia ejus ictum repellit, incudem exprimere aptus est: πῆμ' ἐπὶ πήμασι ferrum, quod malleo super incude tunditur. Qua in explicatione ab Herodoti sententia non deflexit Pausanias III. 3. p. 210. Wess.

18. Τεγέης ἀντιτάξασθαι ἔσσῃ] Corn. de Pauw reponebat Τεγέης ἐπιτάξασθαι ἔξῃ, Tegeæ auxiliatorem habebis tibi, de auxiliatore, cujus tamen notitia requirebatur, ipso tacens. Wess.—Auxiliatorem Pavius Orestem intellexerit. At hunc non Tegeæ, sed contra Tegeam, auxiliatorem desiderabant Spartani, Itaque Æm.

Portus in Lex. Ion. versionem Vallæ secutus ait: "Ἐπιτάῤῥοθος apud Herodot. non pro auxiliatore (ut passim apud Poëtam) accipitur, sed pro victore." Nec ita male. Nempe verbum ἐπιῤῥοθεῖν, indeque derivatum nomen ἐπιῤῥοθος, eique geminum ἐπιτάῤῥοθος, mediam habet significationem, cum strepitu accedere, adstrepere, ut in fragm. Sophoclis apud Athen. VII. 277. b. Itaque, fere ut βοηθεῖν, de eo dicitur qui cum strepitu et impetu adest, sive ad opem ferendam amico, sive ad depellendum hostem; quemadmodum et de eo qui vel adplaudit amico, vel insultat hosti. Cæterum, quum et verbum istud, et nomen, cum dativo casu potius, quam cum genitivo construatur, rectius fortasse Τεγίῃς scribetur: quo ducit scriptura codicis Vossiani apud Steph. Byz. in Τεγία. Nam oppidi hujus nomen non solum in singulari numero efferebatur, verum etiam in plurali. Sic certe ἐν Τεγίαις ait Archestratus apud Athen. III. 112. b. S.

[19. ἀτεῖχον τῆς ἐξευρέσιος οὐδὲν ἧσσον, etc.] Hæc Gronov. sic convertit, nihilo minus inventione abstinuerunt, absurde prorsus: quam interpretationem miror a Wess. absque notatione servatam esse. Recte ad sententiam Valla: nihilo minus inventione frustrabantur. Ad verbum H. Stephanus: nihilo minus ab inventione aberant. Larcherus vertit, quasi in Græcis esset, ἧττι μᾶλλον ἀντείχοντο τῆς ἐρεύνης. S.]

20. ἐς οὗ δὴ Λίχης, τῶν ἀγαθοεργῶν] Proscribitur a Pavio et Reiskio ἐς οὗ: præstare aut ἕως οὗ: aut ἐς ὅ. Sic enim usu receptum esse. Contra veniunt schedæ Florentinæ IV. 12. 160. et 166. ubi Gronov. tum reliquæ omnes V. 51. Ellipsis defectui mederi potest. De Spartanorum Agathoërgis, Ruhnkenius ad Timæum et doctorum alii ad Hesychium. Wess.—In ἐς οὗ ellipsin Æm. Portus statuit hujusmodi, ἐς ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὗ, ad illud tempus quo. Quidni dicamus, ἐς in ista formula pro ἕως usurpari, adeoque regimen hujus particulæ æmulari. Quidquid sit, de Herodoti usu dubitari non debet. Locis a Wess. citatis adjici poterunt III. 31, 10. V. 86, 12. etc. S.

25. ἐλινύειν] Sic lib. VIII. 71. καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον: at VII. 56. ἐλινύσας οὐδένα χρόνον, discordibus MSS. et litteram iteratam recusantibus, Suida non dissentiente. Hippocratis Codd. in Ionico verbo abeunt in partes itidem, uti Foësius conmonstravit. Vide Apollonii Rhod. I. 589. interpretes, et Paull. Leopardum Emend. lib. I. 24. Wess. —Conf. Koen. et Schæf. ad Gregor. Dial. Ion. §. 92. S.

Cap. LXVIII. 5. ὁ χαλκιεύς] Faber ærarius vetus interpres; Heresbachius ferrarius, insecutique editores. Gronov. sine caussa ærarium prætulit. Dudum est, cum Pausanius III. 3. doceret, officinam ferrariam fuisse, in quam Lichas penetraverit, minime neglecta notionis ejus ratione. Patefacit id quoque res ipsa ejusque series. Pollux VII. 106. χαλκεύειν δὲ καὶ τὸ σιδηρεύειν ἔλεγον, καὶ χαλκέας, τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους, quorum ultima sunt Aristotelis de Poëtic. Art. cap. 25. p. 256. Confer Fragmenta Pythagor. p. 706. Ed. Gal. Schol. in Apollon. Rhod. I. 430, et Æmil. Portum ad Xenophontem p. 1178, et de Orestis corpore, cubita longitudinis habente septem Philostratum Heroic. I. 2. p. 668. tum A. Gellium N. A. III. 10. cui Noster propter illud litteris, tametsi ex Spartanorum sermonibus, proditum, homo fabulator. Wess.

6. Ἦ που ἂν—ἐθωύμαζες] Hæc minus sincere scripta prostant in Etymolog. M. p. 434, 28. Valck.

10. μὴ μὲν γενέσθαι] Si faverent codices, præferrem μηδαμοῦ γενέσθαι μηδαμᾶ

μίζονας ἀνθρώπους τῶν νυν, nullos uspiam fuisse. lib. II. c. 91. μηδ' ἄλλων μηδαμᾶ μηδαμῶν ἀνθρώπων. Opinio non absurda fabri ferrarii Tegeatæ nitebatur ea propemodum ratione, quam Celsi verbis apud Origen. IV. p. 207. exprimas: τὰ αὐτὰ ἀεὶ καὶ γιγνόμενα καὶ εἶναι καὶ ἔσεσθαι. Simillima dantur Epicuri: istam ἀπιστίαν, valde probatam Palæphato, expugnare nititur Plutarchus T. II. p. 732. D. VALCK.—At recte in vulgatam consentiunt libri. In ista formula μὴ μὲν, particula μὲν, Herodoteo more pro vulgata μὰν ponitur: de qua particula idem VALCK. cui h. l. suspecta fuit, recte præcepit ad III. 99, 7. ubi ἄναρσός ἐστι μὴ μὲν νοσέειν: parique modo III. 66, 12. seq. ἴξαρνος ἦν μὴ μὲν etc. Cæterum conf. III. 15, 4. ibique notanda. S.

[17. Inepte legi videtur Bothio τόν τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον, deletis conjunctionibus oportuisse τὸν τύπον τὸν ἀντίτυπον; adjectivum enim nomen esse ἀντίτυπον, sicut in oraculo c. 67, 16. ubi τύπος ἀντίτυπος. S.]

18. σῆμα ἐπὶ σήματι] Aldinum ἐπὶ σήμασι Sophocles verum præstaret Antig. v. 605. ἀρχαῖα —— σήματα φθιμένων ἐπὶ σήμασι πίπτοντα, nisi alia in re occuparetur, et in formulæ usu variarent veteres. Responsum Pythiæ apud Ælian. Var. Hist. III. 43. καὶ σῆμα δόμοις ἐπὶ σήματι βαίνει. Manetho V. 57. Ἐνθ' ἀκαταστασίαι καὶ σῆμ' ἐπὶ σήματι δινῷ. Refer huc, ut alia prætereantur, Juvenalis Sat. XV. 165.

> Ast homini ferrum letale incude nefando
> produxisse parum est. —— WESS.

24. ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος] Reiskio, si ἐκδιδόναι hic significet locare pro certa mercede, negans particula visa fuit supervacanea. Non accedo. Vetat enim Pollux, hæc eadem citans I. 75. Ἐμισθοῦτο, conducere cupiebat et conabatur. Quo modo sæpe cultissimus quisque. Noster III. 53. ὁ μὲν Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κερκύρην. et cap. 139. ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν πρωτιλθὼν ὠνέετο. Utrobique conatus et voluntas (pro ipsa actione) indicatur, sicuti et cap. seq. χρυσὸν ὠνέοντο. (et c. 165, 2.) Vide Jo. Taylor ad Lysiam p. 146. Valckenarium in Euripid. Phœniss. v. 1406. et Paull. Leopardum Emend. VII. 7. WESS.

CAP. LXIX. 2. ἐπιμαχὶς Σπάρτην, etc.] Hinc Messeniorum exprobratio in Lacedæmonios, a Cræso, Græcos Asiæ incolas premente, donis illectos, et primos omnium, Κροίσῳ τε αὐτοῖς δῶρα ἐπιστείλαντι γενέσθαι φίλους βαρβάρων πρώτους in Pausaniæ lib. IV. 5. Addunt alii, missum et Eurybatum fuisse ad milites conducendos, sed ad Cyrum omni cum pecunia perfide transiisse apud Suidam in Εὐρύβατος. WESS.

10. δι' ἀγγίλων ἐπεμπεραιούτο] Aberrat liber Archiep. Infra c. 99. δι' ἀγγίλων δὲ πάντα χρίεσθαι. VII. 203. λίγοντες δι' ἀγγίλων ὡς, etc. Alcidamus Or. Ulyss. p. 185. πίμπουσιν ἀπὸ τοιούτου εἴδους, καὶ μὴ δι' ἀγγίλων. Strabo XV. p. 1040. B. τοῖς δὲ βασιλεῦσι συνεῖναι δι' ἀγγίλων. Sed desino. WESS.

[15. χρυσὸν ὠνέοντο] Vide ad c. 68, 24. notata. S.]

17. ἐν Θόρνακι] Hoc de Laconicæ monte et Apolline Pythæo, Crœsique auro, Pausanias III. 10. WESS.

CAP. LXX. 4. ζωδίων] ζώδια hic non modo animalia dicuntur, ut vulgo intelligunt; sed cujuslibet generis figuræ, animalium, florum, fructuum, etc. Sic ζῶα, I. 203, 10. et 11. et alibi. Sic idem ζώδια apud Athen. V. 197. b. S.]

6. ἀμφορέας χωρίοντα ἄγον] De eodem cratere III. 47, τὸν ἦγον Κροίσου. Aldus dederat ἄγον hoc loco, quemadmodum c. 166. et 170. Mutavit Stephanus aut scriptum secutus Cod. aut Ionum haud esse arbitratus; quod utique secus habet. Neglectæ αὐξήσεως μumulum con-

gessit Portus. Wess.—Æm. Portus in Lex. Ion. sub voce αὐξήσας. S.

15. ἐς τὸ Ἡραῖον] Verum est justumque. (conf. Var. Lect. ed. S.) Vide IV. 88. et 152. Apuleius Florid. p. 350. Enimvero fanum Junonis antiquitus famigeratum: id fanum seeundum litora, si recte recordor, viginti haud amplius stadiis oppido abest; ibi donarium deæ perquam opulentum. Sic ille de Samiorum Heræo. Wess.

Cap. LXXI. 7. Ὦ βασιλεῦ] Minutæ voces, Herodoteæ tamen, forsan e codicibus, ex Athenæo certe III. p. 78. E. restitui poterunt: ὦ βασιλεῦ, σὺ δὲ ἐπ' ἄνδρας τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζεαι; Similiter lib. VII. c. 10. σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, μᾶλλον ἐπ' ἄνδρας στρατεύεσθαι παρασκευάζεο πολλὸν ἀμείνονας ἢ Σκύθας; Nostro loco, σὺ fuerat elisum a proxime præcedentibus literis. Valck.

10. χώρην ἔχοντες τρηχείην] Fatentur Persæ, γῆν γὰρ ἐπιστάμεθα ὀλίγην καὶ ταύτην τρηχείην, magis ex Ionum consuetudine, lib. IX. 121. Qua etiam de caussa ἐπιστοώτατα ζῶντες διὰ τὴν τῆς χώρας τραχύτητα Xenophonti Cyropæd. VII. p. 197. B. Quod Athenæus vero exscripsit περὶς δὲ, νὴ Δι', οὐκ οἶνῳ χρέονται, id illi privum est et relinquendum. Variat et alia, atque adversos experitur Codd. omnes. Noster autem sibi contrarius non est, quando c. 133. οἴνῳ δὲ μάλιστα προσκέαται, vino Persæ addictiores sunt. Olim pauperes erant et tenui victu contenti: Cyri et insecutorum principum victoriæ potentiam et divitias; opes, ut fit, luxum perpererunt. Lege Strabonem XV. p. 1068. (p. 735. ed. Cas.) Wess.

Cap. LXXII. 8. ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει] Sic Eustathius, MSS. consentiens. Corn. tamen de Pauw aut Συρίους aut Καππαδόκας erasos mallet. Potuerat profecto alterutro Noster defungi, ut c. 76. Nunc prægnans ratio nulla delendi est. Tractum illum, quem in Pontum demergens Halys radit, Συρίαν, Ἀσσυρίην, Λευκοσυρίαν sæpe adpellitant Apollon. Rhod. II. 947. 966. ubi docte Critici Græci, Dionys. Perieg. v. 733. Adi et Gronov. II. 104. (At ibi nihil quod huc spectet reperitur.) Mox Reiskius πάντα τῆς Ἀσίης τῆς κάτω. Wess.

11. ἐστὶ δὲ αὐχὴν οὗτος τῆς χώρης ταύτης ἀπάσης] Bene Jo. Fr. Gronovius (referente Jacobo filio, in Nota ad h. l.) hæc parenthesi includenda, aut majore distinctionis nota ab insequentibus sejungenda, arbitratus fuit. Αὐχὴν, cervix, angustus meatus Nostro est, et terræ etiam angustior tractus, cervicisque instar porrectus. De Bosporo Thracio IV. 85. μῆκος δὲ τοῦ στόματος, ὁ αὐχὴν, τὸ δὴ Βόσπορος κέκληται. Consimiliter Istri, antequam in ostia scinditur, tenor, τοῦ ποταμοῦ αὐχὴν, ibid. c. 89. Alibi αὐχένα τῆς Χερσονήσου adpellat Isthmum ab urbe Cardia ad Pactyam protensum, lib. VI. 36. et τὸ ἰθύτατον τοῦ αὐχένος, Thermopylarum angustias, (VII. 223, 9.) ubi paullo erant laxiores. Adderem Euripidis Elect. 1288. quæque in Scholiis leguntur ad Sophoclis Œdip. Colon. 688. si in obscuro res maneret. Ruit certe doctissimi Waltheri correctio, qua citra necessitatem ἔστι δὲ αὐχὴν οὖρος τῆς χώρης in Observat. Histor. et Critic. refinxit. Non agitur de termino Asiaticæ ejus regionis, sed quo illa situ sit, ubi raditur ab amne Halye, et quam anguste a Ciliciæ finibus in Pontum extendatur. Idem Cl. Reiskius pulcre vidit, stabiliturque his Scymni Chii, Asiæ ad Amisum Ponti urbem σχιδὸν στενότατος αὐχήν ἐστιν εἰς τὸν Ἰσσικὸν κόλπον διήκων. (Quibus cunctis in locis Græcum αὐχὴν commodissime Latinum vocab. fauces reddet.) Mox D. Heinsius μῆκος δὲ ὁδοῦ ἰυζώνῳ, etc. teste Jungermanno in Polluc. II. 214. haud absurde

quidem. In ipsa tractus longitudine, tametsi repetatur lib. II. 34. nonnihil adhæresco: sive enim diurno itineri stadia CL. uti lib. V. 53. seu cc. quemadmodum IV. 101. contribueris, Asiæ illa cervix in angustias, oppido arctas, concludetur. Neque latuit hoc Scymno Chio, qui VII. dierum itinere Asiæ has angustias, sive Pontum ab ora Ciliciæ maritima disjungi ubi admonuerat, continuo Ὁ δ' Ἡρόδοτος ἰσίκιον ἀγνοεῖν, λίγων· Ἐκ τῆς Κιλικίας φάντι ἡμερῶν ὁδὸν εἰς Πόντον. WESS.—Vide Scymni Chii Fragmenta cum Holstenii Notis ad Steph. Byz. a Ryckio edita, p. 380. extr. et 382. et in Hudsonii Geogr. Min. Vol. II. p. 54. Scylax quidem in Periplo maris Mediterranei, cap. de Cilicia, (p. 97. ed. Gron.) Herodoto adsentitur: Eratosthenes vero, teste Strab. II. p. 68. ed. Cas. tria millia stadiorum numerabat; Plinius lib. VI. c. 2. ducenta M. P. Cæterum consuli possunt quæ in hunc Herodoti locum commentati sunt Academici Parisienses, De la Barre, T. VIII. p. 352. seqq. et De la Nauze, T. XXXVI. Hist. de l'Acad. des Inscr. p. 65. Particulam δὲ, quam desideraverant viri docti, ignorant libri. Vide ad c. 59, 12 seq. notata. S.

CAP. LXXIII. 8. εἶλε ἀνδρῶν.] Parum refert, εἶλε præoptas, an ἕλε. In membranis perpetua est discordia. Εἶλε tamen, si originem consideres, vetustior. Dixi ad Diodor. XVII. 33. dixerunt et alii. In ἀνδρῶν vocabulo latere regis titulum, cujus obsequium fugitivi Scythæ detrectaverint, Reiskius conjicit. Mihi tali nomine rex Scytha cognitus minime est. Scytharum νομάδες ἄνδρες non alii sunt ac νομάδες lib. IV. 19. uti ἄνδρωται νομάδες, Arriani Indic. c. 29. Recurret alias ἀνὴρ αὐλητὴς et ἀνὴρ βασιλεὺς, etc. WESS.—At equidem h. l. τῶν νομάδων non tam cum ἀνδρῶν, quam cum Σκυθέων junctum intelligam: nempe εἶλε ἀνδρῶν, quæ εἶλε ἀνδρῶν fuit (ix) Σκυθέων τῶν νομάδων. S.

12. παῖδας σφι παρεῖναι] Ita vetus interpres ex conjectura, Galeus, Barbeyracius Histor. Fœd. Part. I. p. 46. Corn. de Pauw, Reiskius et Abbas Geinoz T. XVI. Comm. Acad. Inscript. p. 66. et merito: nam quæ Noster (l. 20.) subjungit, plures postulant pueros. Indignor itaque, cœcum impetum illis (a Gronovio) inpactum, quibus puerorum multitudo, ipso scriptore viam monstrante, potior visa fuit. MSS. quorum auctoritas desiderabatur, adsunt. WESS.

16. κατηῆσι χειρί] Sic decuit. Καινὰ χώματα lib. IX. 84. et καινοὺς ἀμφορέας VII. 28. veteres schedæ, postulante sermonis usu, dabunt. WESS.—In nostra Var. Lect. (ed. S.) perperam excusum "κείνῃσι nostri omnes:" pro eo quod oportebat, κατηῆσι. S.

17. ὀργὴν οὐκ ἄκρος] Qui poterit hoc esse verum? Is ὀργὴν ἄκρος censetur, qui iracundo animo est, sive in iram pronior. De Sulla Appianus, ὁ δὲ κατὰ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν τε καὶ πόλεων ἄκρος ὀργὴν γενόμενος: tum de Sertorio, καὶ γιγένητο ὀργάν τι ἄκρος δι' ὑποψίας στασιάσας, Bell. Civil. lib. I. p. 692. et 700. (cap. 104 et 113. Alia loca, ubi idem Scriptor, Herodotei styli æmulus, eadem formula utitur, dabit Index noster Græcitatis in Appian. voc. ἄκρος) Accedit Dio Cassius ex Cl. Reiskii indicio, T. I p. 59. Edit. Noviss. θυμοῦ τε ἐπλησθέντων ὄντες καὶ ἄλλως ὀργὴν ἄκρου, furore succensi sunt, alioqui in iracundiam etiam proni. Itaque ὀργὴν οὐκ ἄκρος, qui iræ minime indulget; qualis profecto, uti res declarat ipsa, Cyaxares non fuit. Memini gemiuum videri lib. V. 124. ἦν γὰρ δὴ, ὡς διΐδεῖν, Ἀριστα γόρης ψυχὴν οὐκ ἄκρος vertique, non erat compos mentis. At discrepat; nec Latina bene procedunt. Aristagoras mentis quidem compos erat, sed in agendis

rebus forti ac magno animo defectus, sive ψυχὴν οὐκ ἄκρος. Ne longum faciam, cum Cyaxares iram frenis conpescere haud valuerit, supervacanea videtur negans vox et tollenda. Mecum sentit Abbas Geinozius. Wess.—Negativæ particulæ, quam equidem cum Schæf. ejicere non dubitavi, patrocinium (referente Larchero in Notis) suscepit doctissimus Coray, ἀργὴν ut in Æschyli Prometh. 378. pro ψυχὴν accipiens, hominemque pusillo intelligens ingenio: cui Werferus suffragatur in Actis Philol. Monac. Vol. I. p. 77. vocab. ἀργὴ apud Ionicos inprimis scriptores et poëtas de ingenio et indole frequentari monens, pluribusque prolatis exemplis demonstrans. Schæferus ad Gregor. Dialect. p. 532. in sua sententia, delendam esse negativam, perstans, ortam esse voculam οὐκ suspicatur e duabus literis ακ a quibus incipit vocab. proxime sequens. Vir doctus in Actis Seminar. Philolog. Lips. Vol. II. P. II. p. 281. provocans ad V. 112, 2. ἀργὴν οὐκ ἄκρος interpretatur, iram non vincens, iræ non temperans. Id vero Græce foret ἀργῆς οὐκ ἰγκρατής. S.

19. ἐβουλεύσαντο τῶν παρὰ φύσιν, etc.] Restitui, quod citra caussam inmutatum fuerat. Vid. VII. 11, 4. (voluit, puto, VII. 10, 43. seqq.) VIII. 101. Neque displicuit Κυαξάρεϊ δοῦναι φίροντες ex Parisino. Habebat φίροντας quod illo verborum ordine displicere poterat. Wess. Usitatius utique βουλεύεσθαι dicitur, verbo medio, deliberandi notione: sed quoniam promiscue activo etiam verbo Herodotus utitur, conf. I. 120, 2. præsertim ea notione quæ hic obtinet, re deliberata decernere, (veluti III. 84, 6. et 9. tum VI. 52, 10. sæpiusque alibi:) activæ verbi formæ primas dedi, neutiquam quidem spernens alteram scripturam. S.

Cap. LXXIV. [5. ἐν δὲ, καὶ νυκτο-μαχίην] ἐν δὲ, scil. ἐν ταῖς ἄλλαις μάχαις, vel ἐν δὲ ταύταις ταῖς μάχαις. Quam vero νυκτομαχίην dicit, ea ipsa pugna est, de qua mox uberius verba facit. S.]

7. συνήκαμεν —— τὴν ἡμίρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι, etc.] Vulgi more satisque populariter Noster, quoties de solis eclipsibus sermo est. Ἀντὶ ἡμίρης νὺξ ἐγένετο, VII. 37. ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ, IX. 10. Moverunt ea H. Dodwellum, ut Herodoto omnem sideralis scientiæ notitiam detraheret; quod ferri utcunque, etsi sine justa ratione propositum, poterat: verum grassatur ulterius, Thaletique peritiam astronomiæ au ert, et, quem prædixerat solis defectum, talem fuisse infitiatur: tenebras subito obortas fuisse, quas Thales e regionis tempestatisque exhalationibus observatis prædixerat, in Addend. ad Diss. de Cyclis p. 912. Qua re dum Thaleti astronomiæ usum et scientiam adimit, adauget ejusdem cognitionem rerum naturalium adeo, ut neminem eo in genere parem habuerit, habeatve. Quis enim regionem aliquam ingressus conplures ante menses indicavit, indicabitve, quali vaporum exhalatione aëris cœlique habitus obscurandus obnubilandusque stato die sit? Ita porro fides Eudemo apud Clementem Stromat. lib. I. p. 354. (ed. Pott. p. 221. ed. Sylb.) in Historia Astronomiæ, Ciceroni, Plinio, Diogeni Laërtio, Apuleio, et aliis pluribus, qui uno ore perhibent, Thaletem solis hanc eclipsin multo ante significasse, quam contigit, negatur. Verum constet ea Herodoto ceterisque, uti oportet. De anno, quo deliquium istud sol passus fuerit, major contentio et controversia. Plinius lib. II. Histor. Nat. c. 12. in annum Olymp. XLVIII. 4. refert: Clemens Alex. in Olymp. L. circiter, ex conjectura. Utriusque sententiæ officit rex Cayaxares, qui vitam in illos Olympiadum annos non proro-

gavit. Cicero I. Divinat. c. 49. solis a Thalete prædictam defectionem, Astyage regnante factam fuisse ait; idem alii dixerunt, contra Nostri descriptam rerum seriem, et liquidissimum Eudemi testimonium. Seriore ævo viri doctissimi Scaliger, Calvisius, Petavius, Ricciolus, Usserius, Newtonus defectionis tempus et indagarunt et suas secuti temporum rationes variis annis adligarunt. Examinavit dissidentes horum opiniones Vignolius T. II. Chronol. p. 254. etc. accurate, diemque defectioni ex arbitratu constituit. In alia abiit, Vignolii repudiata, neque citra caussam, opinione, Bouherius Diss. Herod. c. 4. Amplexus alia quoque est T. S. Baierus in Memor. Scythicis, insertis T. III. Conmentar. Acad. Petropolit. p. 328; cujus eximii viri quæstionis hujus examen, cum cura institutum, minime displicuit; animi tamen pendeo, ad quos me adjungam, in tanto conputantium dissensu, neque patitur adnotationum brevitas uberiorem excursum. Wess.— Plura quædam Larcherus exhibet, qui istum solis defectum cum Petavio, Harduino, Marshamo, Buherio, et Corsino, ad Olymp. XLV. 4. id est, ad annum ante C. N. 597. refert. Ad annum ante C. N. 585. retulit Reizius in sua Herodoti editione; ad annum 610. refert Franc. Baily in Philosoph. Transact. MDCCCXL p. 269 seqq. ut nuper ex Novellis literar. Goetting. intellexi. Diligenter perpensis collatisque cunctis momentis, quæ ad illorum temporum rationes ineundas conducentia ab Herodoto passim memorantur, Vir multis nominibus illustris *Volney* in Chronologie d'Hérodote conforme à son texte p. 4 seqq. demonstratum ivit, agi hic de eo Solis defectu, qui in Pingrei Tabulis ad diem tertium mensis Februar. anni ante C. N. 625. refertur. S.

15. Συίνεσίς τι ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος] Verum est, quod Stanleius in Æschyli Pers. 326. et T. Faber lib. I. Epist. 39. docuerunt, Cilicum reges Syennesis titulo omnes olim adpellatos fuisse. Vide V. 118. VII. 98. et ad Diodorum Siculum XIV. 20. Labyneti nomen in Babylonis regibus itidem frequens, uti mox c. 77. et 118. Ille, qui pacis arbiter et sequester Medos inter et Lydos fuit, est Nabuchodonosorus, qui et Nebucadnezar: congruunt temporum rationes. Γάμων ἐπαλλαγήν, utinam, (l. 17.) de consociata adfinitate Lydis probasse videntur. De Abdalo et Democrito Simplicius de Cœlo lib. III. pag. 150. τὴν συμπλοκὴν τὴν Ἀβδάλου καὶ Δημοκρίτου ἐπάλλαξιν, ὥστε καὶ ὁ Δημόκριτος [illegible] Cl. Alberti scholia in Hesychii [illegible] λάξαντες. Wess.

22. ἐς τὴν ὁμοχρωΐην] Damnanda temeritate Editor Genevensis MDCXVIII. Stephani, Chytræi, Porti aliorumque conjecturam secutus, αἱμαῤῥοΐην publicavit. Vulgatum MSS. auctoritate munitum est, illis præterea, quæ viri doctissimi Is. Vossius et Jac. Gronovius in medium deposuerunt. Ἐς ὁμονοΐην Corn. de Pauw æque pravum. Sola durat controversia, quid ὁμοχρωΐη? Jos. Scaliger Castigat. in Hippocrat. de vulneribus capitis, principio, Hic, inquit, ἡ ὁμοχρόη est curvatura interior brachii, qua contingunt se duæ partes interiores brachii, cum angulum faciunt. Quæ ibi addunturex medicorum principe, illam non stabiliunt vocabuli notionem, sed superficiei quandam æquabilitatem. ἡ ὁμοχρόη ὀστέου calvariæ lævis est superficies, ut bene Foësius. In Æschinis Dialog. III. 15. οὐδὲ ἄνισται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας, bene redditur, neque attingunt hæc superficiem. Ad quem modum si cum Rev. Horreo ἐπισάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροΐην verteris in summa cute, seu cutis superficie, uti equidem interpretandum censeo, cessabit, si quæ morata fuit, dif-

cultas. Tacitus simili in ritu Ann. XII. 47. levi ictu cruorem eliciunt. Alia Vossius ad Melam. III. 1. (p. 668.) alia Gronovius, quæ ipsis relinquo. Wess.—Utique Gronovio et absurdam interpretationem, et rustica convicia in viros doctos h. l. conjecta, relinquamus! Cæterum conf. Valckenær. ad IV. 70, 1. S.

Cap. LXXV. 4. *εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας*] *Εἰρωτέων*, quod his liberaliter adstructum fuit, recte abest. Vide Gronov. (immo Var. Lect. ed. S. vide,) et Adnotat. ad Diodor. XIV. 112. Wess.

[8. *κατὰ τὰς ἐούσας γεφύρας*] Pro eo quod in versione posui, pontibus eis qui ibi *erant*, rectius fuerat, qui ibi *sunt*, vel qui nunc ibi sunt, ut Larch. et Wytenb. (Select. Historic. Græc. p. 60.) intelligebant, collatis vicinis verbis *αὐ γὰρ δὴ εἶναι —— τὰς γεφύρας ταύτας*. S.]

[9. *ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων*] Etsi Noster Græcorum hunc rumorem spreverit, amplexi dein eum alii sunt, uti Apollodorus in Diogene Laërt. I. 38., Lucianus Hipp. c. 2. (T. III. pag. 68. ed. Amst.) aliique, de quibus pro Herodoto ad eum Samosatensis locum Cl. Gesnerus erudite. Wess.

[4. *ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ῥέοντα*] Scilicet adverso fluvio, quo commodiorem ad trajiciendum locum invenirent, littus legentes, fluvium a læva habuerunt. S.

[16. *ὅκως. ἂν τὸ στρατόπεδον ἴδῃ. κατὰ νώτου λάβοι*, etc.] Wyttenbachium secutus eram, qui commate post *ὅκως* interposito (quod ignorant alii) orationi consultum existimaverat, hac sententia: ut fluvius, si a tergo sumeret (i. e. præterlaberetur) castra eodem loco manentia, (*ἱδρυμένα*,) hac parte superiore (*ἄνωθεν*) se convertens in fossam etc. De sententia equidem nihil repugno: sed de distinctione inter *ὅκως* et *ἂν* interserta, nollem factum. Nusquam, quod meminerim, particulam *ἄν* notione conjunctionis *si* usurpat Noster; quæ illi *ἤν, εἰ* vel *ἐὰν* est. Arcte junctæ particulæ *ὅκως ἄν*, cum conjunctivo vel cum potentiali modo constructæ, ut I. 99, 8. et sæpius alibi, nude *ut* significant: neque ad sententiam alia particula hic desiderabatur. Structura enim orationis, abjecto post *ὅκως* commate, in hunc modum procedens facile intelligitur, *ἵνα ὁ ποταμὸς, ταύτῃ —— ἐκτραπόμενος ἐκ τῶν ἀρχαίων ῥείθρων, λαβοι τὸ στρατόπεδον κατὰ νώτου, καὶ αὖτις ἐσβάλλοι ἐς τὰ ἀρχαῖα, παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον*. Quare nec opus fuit, inserta *τε* particula fulcire orationem, quod Schæferus fecit, sic edens: *ὅκως ἂν τὸ στρ. ἱδρ. κ. ν. λάβοι, ταύτῃ τε κατὰ τὴν διώρ.* etc. S.]

Cap. LXXVI. 3. seq. *κατὰ Σινώπην —— μάλιστά κη κυμίνην*] *Κυμίνη* præstaret. Prædicatur de regione Pteria, quæ in finibus Sinopes ad Pontum. Steph. Byz. *ἔστι καὶ Πτερία πόλις Σινώπης*, ex hoc, opinor, Nostri loco. Pteriorum urbis mox mentio erit. Wess. Adoptare viri docti emendationem non dubitavi. Quid deceperit librarios, *κυμίνην* scribentes, facile adparet. Nec vero in finibus Sinopes sitam Pteriam Herodotus ait, sed ex adverso, e regione fere Sinopæ. S.

10. *πρὶν δὲ ἐξελαύνειν ἑρμῆσαι τὸν στρατὸν*] Est, cui *ἐξελαύνειν* glossatoris videtur, me dissentiente: putes simile esse lib. VIII. 106. *ὡς δὲ τὸ στράτευμα —— ἕρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας*: discrepat tamen, ut quisque videt. Hoc specta, VII. 105. *πρότερον ἤπερ ἑρμῆσαι στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα*. Restitui ex schedarum consensione *κήρυκας*. Plures Cyrus misit, sicuti c. 141. traditur, ubi ultro Iones postulant, quod hic negant Cyro. Wess.

15. *σισόντων ἀμφοτέρων πολλῶν*] Media vox perperam præteritur. Vide c.

82. et illud III. 11. ubi plenius, καὶ πιεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πολλοῖ πολλῶν: nam præpositionem quod Arch. et Vind. omittant isthic, caussa caret. Wess.

Cap. LXXVII. 1. Κροῖσος δὲ μιμφόμενος, etc.] Latina, Crœsus reprehensus propter suas copias, non probo. A quo enim reprehensus? Immo vero ipse semet incusabat, quod copiarum numero longe inferior congressus cum Persarum rege esset. Melius Stephanus et Portus, postulante verbi usu, caussatus exercitus sui paucitatem, sive potius, semet reprehendens ac incusans. Statim οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν Reiskii jussu ἐπορᾶτο corrigendum foret, nisi si valide Noster resisteret. Ἐπειρᾶτο ἐπιὼν non aliud illi ac ἐπιέναι. Ecce tibi VII. 5. ἐπειρᾶτο ναυσὶν ὁ Ἰσσιαῖος: et cap. 50. ὡς δὲ ἐπειρᾶτο συλλαμβάνων. Consimiliter VII. 172. et IX. 52. tum I. 84. ἐπειρᾶτο προσβαίνων. Wess.—Μιμφθεὶς non passiva aut reciproca notione dicitur, sed activa, ut III. 13, 15. VII. 146, 7. Itaque h. l. accusativum regit, τὸ στρατόπεδον: ut sententia ad verbum hæc sit, damnavit, improbavit exercitum suum propter paucitatem: id est, conquestus est de suo exercitu, nón quod minus fortiter pugnasset, sed quod numero longe inferior fuisset hostibus. S.

10. Ναβύνητος] Regum Babyloniorum ultimus, Crœso ad coërcendam Cyri adaugescentem potentiam fœdere junctus, et belli hujus fortasse occasio. Beroso apud Josephum Ναβόννηδος, lib. I. cont. Apion. c. 20. Par caussa Amasin Ægyptium, has in partes ut transiret, inpulisse videtur. Lege Xenophontem VIII. Inst. Cyr. p. 183. Wess. —Commode Larcherus monuit Labyneti nomen a Nabonnedo nonnisi literarum *l* et *n* permutatione, alias etiam haud infrequente, differre. Cæterum cf. c. 74. et Xenoph. Cyrop. VI. 2, 10. S.

Cap. LXXVIII. 3. φωτίσοντες] Ut alibi sæpius, hic etiam obliteravit Gronov. Ioniam scribendi rationem; et cap. 96. ἰφοίτεον e libro Flor. in ἰφοίτων transiit; cum paulo post ἐπιφωτίσοντες intactum relinquatur; alibi διαφωτίσοντες et ἐπιφωτίσωσι. Hic vero scribi malim: οἱ ἴσασοι, μετιόντες τὰς νομὰς νέμεσθαι, ἐσφωτίσοντες (nempe τὸ χρεόμενον) κατήθεον. Verbum adhibuerunt Euripides et Lysias. Valck.

5. ἐς τοὺς ἐξηγητὰς Τελμησσέων] Dubium est, præstet-ne Τελμήσσεις an Τελμίσσεις, cum sermo de his conjectoribus est. Cicero Divinat. I. 41. Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina. Habet et Strabo Τελμήσσους, sive Τελμησσέων ἄκραν, lib. XIII. p. 935. (p. 630. ed. Cas.) Arriano, qui de hariolis conjectoribus his diligentissime, Τελμισσεῖς, Exp. Alex. II. 3. item Stephano Byz. Suidæ atque aliis. Infra c. 84. eadem scripturæ diversitas. Non addo plura. S. Bochartus in Chan. lib. I. 6. et Ezech. Spanhemius Diss. IX. de Usu et Præst. Numism. p. 563. abunde facient satis. Verum τοὺς ἐξηγητάς mutatos nolo. Non nescio, ἐς τῶν ἐξηγητέων qua aliunde arcessita voce, defendi queat: at cur contortam sectabimur, ubi planissima et sine incilibus munita via est? Vocabuli usum ex Græcorum moribus in luce posuerunt Viri Cl. T. Hemsterhusius et Ruhnkenius ad Timæi Lexic. p. 81. (p. 109. ed. sec.) Wess.—Prope me abesse, ut istud ἐς τῶν ἐξηγητέων probem, in Var. Lect. (ed. S.) professus sum; idque quum ob codicum auctoritatem, tum hoc ipso, quod paullo insolentius dictum videri poterat. S.

Cap. LXXIX. 3. εὔρισκε χρῆγμά οἱ εἶναι] Ex usu suo esse. Infra IV. 11. ὡς ἀπαλλάσσεσθαι χρῆγμα εἴη. VII. 12. πάγχυ εὑρισκόμενοι οὐ χρῆγμα εἶναι στρατεύεσθαι, comperit prorsus sibi consultum

non esse Græciæ bellum inferre. Quæ Florentini imperio mox vetere possessione evertuntur, defendi non debent. Wess.

8. παρὰ δόξαν —— ἢ ὡς αὐτὸς κατιδόντι] Dare quidem potuerat ὡς οἱ ἴσχυε τὰ πρήγματα οὐκ ὡς αὐτὸς κατιδόντι, prout alibi dedit οὐκ ὡς ἤθελε. Sed ut hic, semel præterea loquitur VIII. 4. ἐστὶ αὐτοῖσι παρὰ δίξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπίβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατιδόκιον. Valck.

12. ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν ἀπ' ἵππων] Nihil in his mutari oportuit. Ἀφίππων, (quod amplecti non erubuit Gronov.) insuper habito Ionum more, ex ἀφ' ἵππων progenitum fuisse codicum alii declarant. Est illud in pugna equestri probatum. Poëta Odyss. ι'. 50. ἱστάμενοι μὲν ἀπ' ἵππων Ἀνδράσι μάρναθαι. Cujus exemplo Philostratus Heroic. II. 18. p. 690. καὶ Μυταὶ γυναῖκες ἀφ' ἵππων ξυμμάχοντο τοῖς ἀνδράσι. Sunt præterea rei equestris rudes et inperiti ἄφιπποι. Themistius Orat. XXIII. p. 285. A. καὶ τῷ ἀφίππῳ (οὐχ ἡδὺ ὁρᾶν) τὸν ἱππικόν. Atqui Lydi eo in genere præter ceteros excellebant, ἱππεύεσθαι ἀγαθοὶ, uti Noster, sive φιλιππότατοι, quemadmodum Philostratus Icon. lib. I. 17. p. 788. ante quos omnes Homero ἱπποκορυσταὶ, Iliad. κ'. 431. Wess.

Cap. LXXX. 3. καὶ Ὕλλος συμβήγνυσι] Amni verum nomen reddiderunt Glareanus ad Livii XXXVII. 38. et Leopardus Emend. VII. 9. neque impediunt schedæ veteres. Accedat Strabo, Herodoti testimonio usus lib. XIII. p. 928. (p. 626. ed. Cas.) cum de Hermo, εἰς ὃν καὶ ὁ Ὕλλος ἐμβάλλει —— συμπεσόντες δ' οἱ τρεῖς καὶ ἄλλοι ἀσημότερα σὺν αὐτοῖς, εἰς τὴν κατὰ Φωκαίαν ἐκδίδασι θάλασσαν, ὡς Ἡρόδοτος φησίν. Quæ Geographi tanto sunt obportuniora, quanto certius nunc adparet, Medic. bellissime κατὰ Φωκαίην πόλιν offerre. Cl. Reiskius (et recte ille quidem) συμβήγνυσι multitudinis numero pingit. Wess. —De templo Διδυμήνης μητρὸς τῶν θεῶν conf. Strab. lib. XIII. p. 575. ed. Cas. et Appollon. Rhod. I. 1125. S.

17. μηδ' ἢν συλλαμβανόμενος ἀμύνηται] Nimia et pæne superstitiosa, qua in Medic. erat vir clarissimus, reverentia in orationem Nostri verbum, toti Græciæ ignotum, ἀμύνηται invexit, citra dubitationem negligentia librarii prognatum. Ἀμύνεσθαι his libris frequens; nec aliubi, ne ab ipso quidem Florent. ad eam formam scribitur. L. Küsterum, acerbius hoc de genere Biblioth. Vet. et Nov. Clerici T. V. p. 409. conquestum, missum facio. Cameli odorem et speciem equum non ferre, sed reformidare, in prælii hujus enarratione Xenophon Instit. Cyr. lib. VII. (cap. 1, 27.) p. 176. E. et Polyænus Strateg. VII. 6, 6. non præterierunt. Wess.

22. τῷ δή τι καὶ ἐπιΐσχει ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός] Parum refert hoc an δή τι præoptes. (sed istud prætulerit Herodotus.) Ἐπείσθη ἐλλάμψ. placitum olim, merito vir doctus (Reisk.) repudiavit ob c. 153. ἐπ' οὓς ἐπιΐσχει στρατηλατέειν. Addere potuisset VI. 96. ἐπὶ ταύτην πρώτην ἐπιΐσχον στρατεύεσθαι. Quæ mihi quidem a navibus ad anchoras stantibus, ἐπεχούσαις, repetita non videntur: multo commodius τὸν νοῦν ad dictionis conplementum adsciscetur. Vide hoc Polybii Exc. Leg. pag. 1108. (lib. XVIII. 28, 11.) δῆλος ἦν, ἐπέχων πάλαι τοῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην πράγμασι: et S. Lucæ Evang. c. XIV. 7. ἐπέχων πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο. In Euripidis Heracl. v. 846. aliud requiritur. Varius enim usus. Quod autem nonnulli præferunt libri ὁ αὐτὸς, manifestos ex ὁ Λυδὸς natales habet, prorsus uti αὐλῶν κόραι fragmenti Autocratis apud Ælian. de Animal. XII. 9. Λυδῶν κόραι genuerunt invitæ, monitore I. Rutgersio Var. Lect.

(ed. S.) II. 1. Wess.—Proprius Herodoto usus verbi ἰσίχω sequente infinitivo. S.

Cap. LXXXI. 6. δίεσθαι βοηθίειν] Non probo βοηθῆιν, tametsi Ionicæ notæ. Mox c. 83. διόμενος Κροίσῳ βοηθίειν πολιορκομένῳ. Wess.

Cap. LXXXII. 4. περὶ χώρου καλεομένου Θυρέης] Vide Jo. Meursium Miscell. Lacon. IV. 13. Barbeyracium Histor. Fœder. T. I. p. 30. De vocabuli variante scriptura dicere memini ad Diodor. XIV. 44. de eadem Ruhnkenius ad Timæi Lexic. p 54. (p. 74. ed. sec.) Κυθηρίη νῆσος (l. 8.) Gronovii explicatione munita satis est. Wess.—Pro τὰ Κύθηρα, quod proprium hujus insulæ nomen, I. 105. VII. 235. nunc Κυθηρίη νῆσος dicere placuit Herodoto. S.

18. Ἀλκήνωρ τε καὶ Χρόμιος] Theseus in Stob. VII. p. 92. ἔλεγε Ὀθρυάδης μεταξὺ τῶν ἀνηρημένων Λακεδαιμονίων, μόνος περιλειφθείς. Ἀργείων δὲ δύο Ἀλκήνορος καὶ Χρομίου. Vitium perspexit Gesnerus, in corrigendo parum aberrans. Fuit, uti hic, Ἀλκήνωρ καὶ Χρόμιος (Ἀγήνωρ καὶ Χρόμις ex MSS. edidit Schow, pag. 201.) Plutarchi Ἀγήνωρ Meursius dudum reformavit. De Othryade præclare Ti. Hemsterhusius ad Lucian. Contemplant. c. ult. Wess.

22. σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκρούς] Frequentatur his in libris συνῆσαι, ubi de rogo rebusque temere congestis sermo est. Hic, tametsi ex MSS. adridere non debet. Valuitne Othryades, viribus ac sanguine defectus, in unum Argivorum corpora coacervare? Belle Theseus in Stobensi, Ὀθρυάδης πολλοὺς σκυλεύσας, τῶν πολεμίων τρόπαιον ἔστησε. Non disparia Chrysermus in Plutarchi Parallel. T. II. p. 306. Wess.

25. λέγοντες, οἱ μὲν, etc.] Ut alia quædam Sophoclis et Euripidis, quæ legisse suspicor Athenis Herodotum, expressit hunc locum de Phœnissis Euripidæ v. 1471 seqq. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, οἱ μὲν, etc. Verbum ἔλεγον, ἐλέγετο, supprimitur haud semel in simillimo loco Thucydidis VI. c. 35. ὁ δῆμος ἦν πολλῇ περὶ ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν, ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι.—τοῖς δὲ, etc. Aliis supplementis non indigemus. Valck.

28. τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔριδος, etc.] Nisi Chrysermus (apud Plutarch. l. c.) fallit, Amphyctiones, capti arbitri, litem secundum Spartanos dederant. Priorem tamen victoriam sibi tribuerunt Argivi apud Pausaniam X. 9. Vindicarunt et sibi Lacedæmonii; unde Θυρεατικοὶ apud eos στέφανοι, de quibus docti viri ex Athenæo ad Hesychium. Wess.

34. περὶ ἧς Θυρέης ἀναστώσωνται] Suum Herodotus recepit. (nempe ἣν particulam.) Platone in re obvia non uterer teste, nisi eadem illi in animo atque oculis fuissent: ἔνορκον ἦν ποιησαίμην, ὥσπερ Ἀργεῖοι, μὴ πρότερον κομήσειν, πρὶν ἂν νικήσω ἀναμαχόμενος, etc. in Phædone p. 89. c. (c. 38.) Wess.

34. οὐ γὰρ κομῶντες περὶ τούτου] Conturbare orationis seriem γὰρ non latuit Reiskii sollertiam. (At neutiquam turbat, modo in parenthesi posita ista verba cogites, conf. ad I. 24, 16. notata.) Non vidisse illud, saltem sprevisse, Eustathium argumento sunt, Λακεδαιμόνιοι δὲ, νικήσαντες ἔνδον τὸν (ἴδιον voluit) νόμον, μὴ κομῶντες πρώην, ἀπὸ τούτου κομᾶν, ex Herodoto, in Homer. p. 165, 19. (pag. 125, 5. ed. Bas.) Comamne vero ab hac de Argivis victoria Spartani promiserint, dubia in scriptorum dissensu res est, Plutarchi præter ceteros, Nostrum, sed clanculum, taxantis, Vit. Lysandri principio. Lege Jo. Meursii Miscell. Lacon. I. 16. atque adde ex Philostrati Vit. Apollon. VIII. 6. p. 335. ubi Leonides κομῶν ὑπὸ ἀνδρείας, ut amicis venerabilis et hostibus magis esset terribilis: tum τοῦτό τοι καὶ ἡ Σπάρτη ἐπ' αὐτῷ κομᾷ, μεῖον οὐδὲν ἢ ἐπὶ

Λυκούργῳ τι καὶ Ἰφίτῳ: h. e. jactat se Sparta et gloriatur Leonida non minus quam, etc. Doctus interpres a vero aberravit. Wess.

39. αὐτοῦ μιν ἐν τῇσι Θυρίῃσι, etc.] De Othryadæ exitu iterum discordia. Periisse Perilai, Alcenoris filii, manu Argivi ferunt in Pausan. II. 20. Nicander in culto Epigrammate cum Herodoto facit, Anthol. III. 5. pag. 299. (Analect. Brunck. T. II. p. 2.) Sed partium patriæque studio, uti nunc, plurimi olim a tramite auferebantur. Wess.—Exstat etiam in totam hanc rem Epigramma, quod Simonidi tribuitur, in Anal. Brunck. T. I. p. 130. S.

Cap. LXXXIV. 5. ὡς οὐ προιχώρεε] Gronovium laudo. (προιχ. edentem.) Vide V. 62. VIII. 102. Amanuensium in προχωρεῖν et προσχωρεῖν eminent lapsus, etiam in Thucydidis II. 5. Arcem Sardianam Ti. Hemsterhusius ea luce circumdedit ad Lucian. Contempl. c. 9. ut nihil supra. Wess.

10. τῇ οὐδὲ Μήλης, ὁ πρότερον βασιλεὺς] Et hoc bene. Πρότερος, si valeret, non primum, sed priorem Crœso regem signaret, Scaligero Can. Isagog. III. p. 320. animadvertente. Eusebius habet in Chron. penultimum Heraclidarum regiæ apud Lydos gentis Melem. Sic Myrsili Candaulæque ætatem antevertit proxime. Verum multo hoc antiquior Meles in fragmentis est Nic. Damasceni. Præclare de Dione Chrysost. Or. LXIV. p. 598. in refingendo regis hujus et Mardi nomine meritus est Valesius ad N. Damasceni Excerpt. p. 442. Wess.

[11. τὸν λέοντα] Majuscula litera Λέοντα dabant superiores editt. quasi proprium nomen esset. Ferebatur autem fabula, catulum leonis ex regis pellice natum esse. S.]

11. Τελμησσέων δικασάντων] Non erant δικασταὶ, sed conjectores et interpretes portentorum; quæ duo conjunguntur a Cicerone de Divin. II. c. 28. qui lib. II. c. 5. Est, inquit, quidam Græcus vulgaris in hanc sententiam versus; Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum: Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. Theocritus, Eid. XXI. 82. Ὅς γὰρ ἂν εἰκάζῃ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστός ἐστιν ὀνειροκρίτας. Tametsi non ignorem, σημαίνειν, κρίνειν, γινώσκειν, in talibus etiam adhiberi ab Herodoto; una tamen mutata litera hic libenter legerim: Τελμησσέων εἰκασάντων ὡς, etc. Dio Chrys. Or. XXXIV. p. 414. c. τὰ μὲν τῶν οἰωνῶν εἰκάζειν δεῖ. Omnis divinatio conjectura nititur, ultra quam progredi non potest: Cicero de Div. I. cap. 14. Sunt mihi ad manum loca veterum, in quibus τοῖς δικαίοις, εἰκαῖα videantur substituenda. Valck.—Insolens verbi usus originem suspicionibus præbet. Varias Reiskius offert, Miscellan. Lips. vol. VII. pag. 616. præterque alias διδαξάντων, docentibus, adprobat. Mihi expedita in hoc doctorum acumine omnia non sunt. Ampliabo, donec clarior e MSS. lux. Leonem circum arcis muros gestatum spectavit Apollonius Tyan. Epist. LXXV. cum rixantibus Sardianis, ὑμεῖς δέ, inquit, ποίῳ πιστοιβόητες ἄρα λέοντι πολεμον ἄσπονδον ἤρασθε; Wess.—Verbum δικασάντων tuentur libri omnes, nec satis caussæ video cur sollicitetur. Haud dissimili certe verbo ἔγνωσαν in re simillima usus est Noster l. 78, 9. S.

[15. κατηλόγησι τούτου] Τοῦτο malebat Reisk. coll. cap. 144, 10. et III. 121, 5. Sed potuit cum utrolibet casu construi id verbum, neque hic obstant sequentes accusativi, absolute positi. S.]

16. ὁ δὲ ὦν δὴ Τρωισυλὴς αὐτὸς ὁ Μέρδος] Melius ἐκεῖνος cum Pavio et Reiskio. Confer Xenophontem VII. (cap. 2.) Inst. Cyr. p. 180. ubi nonnulla diversitas. Wess.—Mireris nullo e cod. MS.

οὗτος citari. Sic sane solet Noster. τοῦτον δὲ ὧν τὸν Ἄτυν, I. 34, 8. οὗτος δὲ ὁ καθαρθεὶς, I. 43, 5. ὁ δὲ σαῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, I. 85, 14. et frequenter alias. Pronomini autem αὐτὸς non erat hic locus. S.

17. τῶν τινα Λυδῶν] Τόν τινα Λυδῶν prave Florentino scribitur. (quem secutus est Gronov.) De Nostri more abunde testabuntur exempla collata in cap. 85. ab (eodem) Gronovio: accedent progressu operis ex MSS. plura. Wess. —Vide c. 85, 11. 109, 16. 124, 15. etc. S.

[20. καὶ κατ' αὐτὸν ἄλλοι] Blandiri poterat μετ' αὐτὸν quod et Valla expressit, et *post* eum alii. Sed vetat librorum auctoritas. κατ' αὐτὸν Gronov. interpretatus est ad ejus exemplum. Non repugno: sed videbatur mihi ita dictum, ut istud, μεταδιώκει δὲ, —— ἀτοστείλας στρηρεῖ κατ' αὐτὸν, III. 4, 9. S.]

Cap. LXXXV. [2. τὰ μὲν ἄλλα ἰσωικὴς, ἄφωνος δέ.] Vide supra ad I. 38, 9. notata. S.]

3. ἐν τῇ ὧν σαρελθούσῃ ἰδιστεῖ] Alii codd. formam dant usitatam ἰδιστοῦ: inusitatam sui Codicis admirabatur Gronovius. Herodoteam hic fuisse suspicor ἰδιστοῦϊ, et in Glossario Herod. primitus scriptum: Εὐιστοῦϊ, (pro Εὐιστῆ, ἡ) ἰδημιρία, ἰδιστηρία, —— Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ σ γράφει: nempe ἰδιστοῦϊ, quod habet Aratus Diosem. v. 358. Ὄφρα τις ἰδιστοῦϊ χαίρῃ στοιδίγμενος ἀνήρ. Schol. τῇ ἰδιστηρίᾳ. Formas istiusmodi nominum Iones adamarunt præsertim: Ἰώνων istum σχηματισμὸν exemplis adfirmat Eustathius Iliad. σ'. pag. 1245, 39. (p. 1180. ed. Rom.) Ultimum eorum est ἡ κτιστούς: κτιστὸν, inquit, Μιλήσιον φησὶν Ἡρόδοτος. Leguntur ista lib. IX. c. 96. λῃϊστούς, lib. V. 6. τὴν καταλαστὴν, IV. 75. subministravit, ut alia multa pereximia, Mediceus iste Codex. Præ ceteris Poëtis ista talia frequentavit Callimachus, in cujus paucis reliquiis inveniuntur ἀρπαστὺς, διωκτὺς, γιλαστὺς, μαστὺς, ἁλητὺς, ἰϊστιυστύς. Horum nonnulla meus attigit Hemsterhusius ad Lucian. (Dial. Mort. VI. 3.) pag. 354. multo plura hujus classis præbet Hesychius, quædam etiam mendosa: Ὠρητὺς vox est nauci, Antimachea fuit ὠρητύς. Ἐσκλητὺς probabiliter scribendum, ubi legitur Ἐσκλητὸς, ἡ τῶν ἰξίχων ἄθροισις ἐν Συρακούσαις. Ceterum, si vel Herodoteum est ἰδιτὺς, fatendum tamen multo frequentius dici ἰδιστὰ vel ἰδιστοῦν. Democriteam esse vocem omnes norunt (saltem ex Diog. Laërt. IX. 45.) qui has literas tractant; illud non omnes, vocem in tres male distractam apud Stobæum perperam in verbis legi Democriteis, p. 278, 53. τὰ ἀδικίοντα (τῶν ζώων) ἀθῶος ὁ κτείνων· καὶ κρὸς ἰδ' ἴστ' εἴν τοῦτο ἴρδιιν μᾶλλον ἢ μή. Scribendum, πρὸς ἰδιστοῦν. Καπιστοῦν interpretatur Hesychius κακὴν κατάστασιν, ἢ ἀπραγίαν. Æternitas Antiphonti dicta Ἀτιστὰ, teste Harpocr. ἡ οὐσία, Ἑστὰ Archytæ Stobæi Ecl. Phys. p. 81. v. 8. ἡ ἀποδημία Callimacho apud Suidam Ἀστιστά. Ubi vulgatur in Herodoto IX. 84. τῇ ἀστιστοῖ τῆς μάχης. olim legebatur, me judice, ἀστιστύϊ Hesychius: Ἀστὺς, ἡ ἀποχώρησις. Formam in ὰ, quod commemini, nullam præbet Herodotus. Sed hæc, fateor, modum excedunt, argutis istis Græcorum auctorum emendatoribus breviloquis displicitura. Valck.—ἰν τῇ—ἰδιστεῖ] Sequor schedas Ask., alias Mediceis consentaneas. In Glossis Herodoti variatur. In scriptis Remig. ἰδιστά, ἰδημιρία: aliæ ἰδιστία, ἰδιστή: cui discordiæ commodior dabitur locus. Non esse ab Ionum usu id, quod amplexus sum, alienum, Democriti apud Stobæum verbis stabilire in animo fuerat. At illa persanata sunt. Clemens Alex. Stromat. II. pag. 498. Δημόκριτος μὲν ἐν τῷ περὶ τοῦ Τίλους, τὴν εὐθυμίαν, ἣν καὶ ἰδιστὰ προσηγόρευσεν. Non illi ita-

que idem atque aliis notavit: sua enim sibi Philosophus vocabula habuit. Nostro congruit Æschylus VII. c. Theb. v. 192.

Μήτ' ἐν κακοῖσι, μήτ' ἐν εὐστοῖ φίλη
ξύνοιχος εἴην. ——

ubi Critici εὐδαιμονίᾳ, εὐστηρίᾳ. Quo usu et Maximus de Elect. v. 534. Wess.— Maximi philosophi de Electionum auspiciis carmen, quod dicit vir doctus, editum exstat in Fabricii Biblioth. Gr. T. VIII. p. 415 seqq. Vocab. εὐστοὺ apud Æschylum iterum habes in Agamemn. 878. S.

11. ἀλλογνώσας Κροῖσον] H. Steph. conjectando justam hujus loci scriptionem adsecutus fuit in Voc. Herodotear. recensione, p. 722. (ubi de verbo ἀναγνώσκω agit: et iterum aliquanto post, et 739. Certam præstant MSS. et Hesych. Ἀλλογνώσας ἀγνοήσας. Neque abit multum ἀλλογνοῶν in Galeni Gloss. Hippocratis, quo de doctissimi Viri ad Hesych. et Foësius in Œconom. neque, alia in compositione, ἀλλοφρονίων, ἀλλοφάσσων, etc. Wess.

14. ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος] Cicero Divin. I. 53. ejusdem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus, Crœsi filium, cum esset *infans*, locutum. Prodigiosum certe, modo verum. Noster non ἄφωνον tantum, quemadmodum Xenophon, Nic. Damascenus et Dio Chrysost. atque alii, sed διεφθαρμένον τὴν ἀκοὴν, captum auribus, c. 38. et κωφὸν, c. 34. fuisse prodidit. Possunt-ne ergo ab ipsis natalibus surdi articulatas voces edere? præsertim nullo divino beneficio, verum ὑπὸ δίους καὶ κακοῦ, uti scribit. Merito hoc reprehendit Corn. de Pauw. Habet Plinius N. Hist. lib. XI. 50. semestrem Crœsi filium, in crepundiis locutum, quo prodigio totum Lydiæ regnum conciderit. At alius is fuit, atque ab hoc diversus, ut belle Harduinus, nisi si tamen in portento describendo inter veteres haud constiterit. Wess.—Conf. ad I. 38, 9. notata. S.

Cap. LXXXVI. 6. δὶς ἐστὰ Λυδῶν ——παῖδας] Sic consimilia Nic. Damascenus Excerpt. p. 457. in hac pyra tragœdians, sed culpam inhumanitatis a Cyro in Persas amoliens. Ctesias nihil de rogo, admiscet tamen prodigiosa multa. Nihil quoque Xenophon. Quæ mihi suspicionem adaugent, ex vulgi, mira captantis, fabellis hæc profluxisse. Θιῶν ὁτιφδὴ, quod sequitur, reddendum Abydeno apud Euseb. Pr. Eu. IX. 41. Wess.

[13. καί πῃ ἐν κακῷ ἰόντι τοιούτῳ] Incongrua sententia est, in quam verba ista vulgo interpretantur: et si in tanta calamitate posito, tamen, etc. Quasi vero mirum videri deberet, quod in ea calamitate Crœsus dictorum Solonis meminerit! Nihil profecto magis consentaneum erat, quam ut tunc maxime hæc cogitatio animo miseri occurreret. Itaque, quum in καί πῃ consentiant libri, videndum est ne alia notione particula illa hic fuerit accipienda; v. gr. cum *maxime* tanta in calamitate versanti. S.]

15. μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον] Restitui, quod exilio traditum erat, εἶναι, schedis jubentibus. Vide c. 32. et hoc Plinii verissimum N. Hist. VII. 40. Si verum judicium facere volumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est, felix. Wess.

15. ὡς δὲ ἄρα μιν προεστῆναι τοῦτο] Potuerat παραστῆναι locum tueri, quem et illi Reiskius relictum voluit, nisi MSS. concordia obnixa fuisset. Vide Gronovium. Wess.—Commode Gronov. citat I. 119, 21. ubi vulgatum olim προεστάντες idem ac παραστάντες valet. Sic vero et προστὰς olim I. 129. 1. i. q. παραστάς. Quibus duobus posterioribus in locis sicut σ literam geminavi, sic et h. l. προσστῆναι scribi

debuit: quemadmodum etiam V. 51, 3. pro vulgato olim πρωτιστήκει, recte πρωτιστήκει libri nostri dedere. Construitur autem hoc verbum alias, ubi de corpore agitur, cum dativo casu: nunc, ubi de mente, cum accusativo. Intelligo autem, minus commode me ista verba his Latinis reddidisse, Hoc ergo sibi proponens. Rectius Valla: Quod dictum ubi subiit Crœso. S.]

16. ἐκ πολλῆς ἡσυχίης] Memoratam Stephano lectionem, quia dabat et Med. codex, recte restituit Gronovius: niti quoque potuerat Eustathio, qui ad Od. β'. p. 319. 23. (p. 1604. ed. Rom.) Ἡρόδοτος, inquit, ἐκπλαγεὶς δὲ τούτοισιν ἐπὶ χρόνον ἄφθογγος ἦν, μόγις δέ τι ἀνενεχθεὶς εἶπε. καὶ πάλιν. ἀνενεγκάμενόν τι καὶ ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης. Horum priora leguntur I. 116. Quod hoc loco vulgabatur olim, λειποψυχίης, fluxit, opinor, ex interpretamento lectionis non absurdæ ἀψυχίης: censeri certe potuit Crœsus ante passus animi deliquium, quam ad se redeuntem subierit Solonis dictum. ἡ λειποψυχία, locis a Foësio designatis, sæpe dicta fuit ἀψυχίη Hippocrati: in locum ἀψυχίης, saltem in ησυχίης, facile mutari potuit ἡσυχίης, quod genuinum judico. Valck.—Non audeo damnare tutum tot Codicum et Eustathii propugnaculo. Puto et Nic. Damascenum in Nostro reperisse. Σιωπῆς δὲ γινομένης, ait Excerpt. p. 461. στενάξας μέγα, εἰς τρὶς ἀνακαλεῖται πάλιν Σόλωνα. Explicationem certe seu paraphrasin hujus loci ea præbent. Ἐκ πολλῆς ἡσυχίης, postquam altum erat silentium, sive σιωπῆς γινομένης. Stabilire præterea Nicolaus lectionem Arch. poterit, sicuti et Ælianus in Eustath. p. 1404, 45. (Od. α'. p. 38, 41. ed. Bas.) hæc planissime æmulatus: ὁ δὲ ἀνηνίγκατο ἄρα, (ἤγουν ἐκ βάθους ἐξιβάσης) καὶ εἰς τρὶς ἐκάλεσε τὸν Σόλωνα. (Eadem habes apud Suid. in Ἀνηνίγκατο.) Adde aliam ejusdem Æliani, quam adscripsit Berglerus, imitationem Var. Hist. IX. 41. Wess.—Verbum ἀνενεγκεῖν et ἀνενίγκασθαι apud Suid. in Ἀνενεγκών, et Hesych. in Ἀνηνίχθη, exponitur ex animi deliquio (ἐκ λειποψυχίας) se recipere, et vocem edere. Qui verbi usus videtur esse sequioris ætatis: (conf. Indicem nostrum Græc. in Appian.) unde fortasse apud Nostrum λειποψυχίης pro vocab. ἡσυχίης irrepsit. Apud veteres et Ionicos præsertim scriptores nihil fere aliud, nisi, vocem vel gemitum (ex imo pectore) proferre. Vide Heynium ad Iliad. τ'. 314. Apollon. Rhod. III. 463. et 635. IV. 1748. Sic rursus apud Nostrum I. 116, 6. S.

24. ὡς ἦλθε ἀρχὴν ὁ Σόλων] Cl. Reiskius ὡς ἦλθε Σάρδις ὁ Σόλ. Verum ἀρχὴν notat olim hic atque alibi. Vide II. 28. et Lud. Abresch Dilucid. Thucyd. p. 714. Wess.

26. ἀποφλαυρίσιός οἱ. ἃ δὴ εἶπας τῇ αὐτῷ πάντα ἀποβιβήκεέ οἱ τῇπερ, etc.] In οἷα si hæ literæ (οἱ et ἃ) coalescerent, hujus quidem loci mihi facilior videretur intellectus ista ratione scripti: οἷα δὴ εἶπας, τὰ αὐτῷ πάντα ἀποβιβήκεις τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε. τῇ tantum in τὰ fuit mutatum: sed fortasse Codices hic vulgatis meisque conjecturis meliora suppeditabunt. Valck.

Ibid. ἀποφλαυρίσιος· οἷα δὴ εἶπας, ὥστε αὐτῷ πάντα ἀποβιβήκεέ οἱ, τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε] Varie hæc fuerunt tentata. Cl. Abresch sola distinctione veteri scripturæ medetur, ante τῇπερ ἐκεῖνος interpungens. Reiskius aut ἃ δὴ εἶπας, εἶπε αὐτοῖς ὡς πάντα, etc. aut ἃ δὴ εἶπας, ἔφη, ὡς αὐτῷ πάντα ἀπ., τῇπερ, etc. Laudem merentur, etsi opera male cesserit, viri egregii. Premo MSS. vestigia cum Abbate Geinozio, (Hist. de l'Acad. des Inscr. T. XVI. p. 69.) cujus ἀποβιβήκεισι, cum conjecturæ (et ei quidem parum felici) debeatur, carebimus sine damno.

Potius foret, si necessitas urgeret, Cod. Ask. ἀποδιδήκοι. Verum αὐτῷ —— οἱ per tmesin, ut alias, pro ἑωϋτῷ depositum fuit. Vide Abresch dicto loco, et Gronovium. Wess.— Abreschii libro ægre careo. Quæ autem Gronovius pro vindicanda scriptura ἀποδιδήκεί οἱ protulit exempla ex II. 175, 2. VI. 68, 2. III. 55, 9. III. 72, 25. VII. 125, 2. in eorum duobus prioribus abundat quidem dativus pronominis οἱ, sed nec in his ipsis, nec in ullo ex reliquis, αὐτῷ οἱ idem ac ἑωυτῷ valet. Nempe h. l. terminationi verbi ἀποδιδήκει olim superne adscriptæ literæ ι indicabant legi in aliis codicibus ἀποδιδήκοι, quam scripturam equidem probavi. Nec vero sperno ἀποδιδήκει: pro quo non est cur ἀποδίδηκε quispiam desideret. Amat Noster plusquamperfectum ponere, ubi perfectum vel aoristum exspectasses: vide I. 84, 20. 79, 7. 122. extr. etc. Quare etiam I. 132, 2. vulgatum olim κατεστήκει teneri poterat. Conf. Werfer Act. Philol. Monac. T. I. p. 239 seq. S.

31. καίεσθαι τὰ περίσχατα] Obsecutus sum clarissimi viri monitis et cap. 101. lib. V. uti nunc editur. Morantur tamen et nonnihil retrahunt hæc c. 191. hujus libri, τῶν περὶ τὰ ἴσχατα τῆς πόλιος ἁλωκότων. Liberum itaque optandi arbitrium. Wess.—Male τὰ περὶ ἴσχατα olim edebatur: quod et Gronov. incaute, ut ipse fatetur, tenuerat. Nec vero retrahere nos debet alter locus I. 191, 25. ubi οἱ περὶ τὰ ἴσχατα οἰκέοντες idem valet ac οἱ τὰ περίσχατα οἰκέοντες. S.

36. κελεύει σεσιγύναι] H. Stephano insultare (quod a Gron. factum) recuso: vidit opinor cod. Rem. cui et pauci alii consentiunt, maluitque leniter fluentem orationem; fortasse injuria. Solet enim Noster in eo genere varietatem sectari, sicuti sæpe numero alii. Conf. V. 103. et Davis. in Ciceron. Tuscul. Disp. I. 24. et Raphel. Obs. ex Herodot. in Ep. ad Galat. 2, 6. ubi tamen aliena quædam. Wess.—Amat, novimus, Herodotus insolita et subita subinde constructionis mutatione animum percellere lectoris: sed durior hæc utique et vix ferenda ἀνακολουθία, cujus nullum simile exemplum mihi occurrit. Nam istud quidem, quod ex lib. V. cap. 103. citatur, commoda orationis distinctione haud parum mollitum videbimus. At enim, si orationis insolentiam merito miramur, haud minus mira nobis videri debuit optimorum quorumque codicum, ac tantum non ad unum omnium, in salebrosam istam scripturam, quæ adeo facile caveri poterat, conjuratio. S.

Cap. LXXXVII. 3. δυναμένους δὲ εὐκίνητα καταλαβεῖν] Portus καταβαλεῖν, ut in S. Remig. inest, corrigebat, citra urgentem caussam. Si qui tamen ita voluerint, non pugnabo. Facit scriptionis adfinitas, ut verborum sæpe oriatur confusio, de qua superius c. 46. Haud raro quoque vim patiuntur. Nic. Damascenus Excerpt. p. 449. ὁ δὲ Θηρέστωρ ἐπὶ τὸν δόρκον (ὄρμησε) καὶ καταλαβὼν ἐσπάσατο. Salmasius ad libri sui oram καταβαλὼν, quo Nicolaus nec clarius distinctiusve loquetur. Mitto alia. Wess.—At verbo καταλαβεῖν, inhibere, coërcere, quod alii omnes libri agnoscunt, proprius hic locus; et alienum foret καταβαλεῖν. Conf. ad I. 46, 5. notata. S.

4. εἴ τί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐλωρέηται] Simile Aristophanis, uti bene Berglerus, Pac. v. 385. εἴ τι κεχαρισμένον χειρίδιον εἵστηκ' παρ' ἐμοῦ κατιδηδοκώς. Ambo imitantur Poëtam, Iliad. A'. 39. Ceterum S. Remig. κεχορήγηται placere posset, modo Herodotei commatis foret. Tritum usu est Aristotelis, Strabonis, atque

aliorum, quemadmodum ad Diodori lib. I. 15. adscripta ostendunt. Wess.

Cap. LXXXVIII. 2. *κάτισί τι ἰγγὺς ἑαυτοῦ*] Scriptor Florentinus erroris reus est. Nusquam in his libris *κατιῖσι*, tametsi verbi neque obscurus nec infrequens usus. Quæ continuo succedunt, *ἀπιθώυμαζί τι ἐρίων*, Homeri exemplo venerunt Ἰλ. Ω'. 629. Περίαμον θαύμαζον Ἀχιλλῆος ἰδόρόων, etc. Wess.

11. *χρήματα τὰ σὰ διαφορίει*] Sic oportuisse, jam dudum docuit P. Leopardus Emend. VII. 9. Propagatum ex Aldino vitium est, sæpius ad hoc vocabulum offenso V. 75. VII. 10. Qui Nostrum versavit, nihil hic desiderabit. Wess.

Cap. LXXXIX. 10. *κάτισον τῶν δορυφόρων*] Solitarium incedit Arch. *θάρρησον*. Galeus operam in ejus patrocinio abutitur: *θάσσισον* inprudenti excidit. Hesychius *θάσσι, κάθισον*, quod ex *θάασσι*, quo de Eustathius in Hom. p. 1008, 47. (p. 1008, 36. ed. Bas.) contractum. Mutuum Cyri Crœsique sermonem Xenophon Inst. Cyri VII. (cap. 2.) p. 181. suo more descripsit. Wess.

Cap. XC. 4. *ἀναρτημένου σιῦ ἀνδρὸς*, etc.] Pareo Codicibus et dialecti consuetudini. Ipse VI. 88. *μαθὼν — ἀνάρτημένους ἴρδιν Αἰγινήτας κακῶς*. Ejusdem sunt speciei *ἀρσίαται, ἄρτηται*, etc. Mox Cl. Reiskius *βασιλίως χρησταῦ ἴργα*, conjectura fortasse arbitraria. Wess. —De orationis *ἀναπολουθίᾳ* dictum est ad I. 3. 7. S.

11. *ἰπανηλόγησι*] Aliena viri doctissimi comminiscebantur: legendum *ἰπαλιλλόγησι*. Sed hoc dudum præcepit accuratissimus P. Leopard. et quidquid ad illud firmandum dici poterat, Em. VII. c. 9. Atque ita legit hoc in loco Pollux II. 120. nam non attigit *τὸ ἰπαλιλλόγητο*, e lib. I. c. 118. Valck. —In Leopardi partes etiam Reiskius ivit, optimo consilio. *Ἐπαλιλλόγησι*, repetiit, eademque ipsa exposuit, quæ supra c. 37. etc. atque ita Pollux. Nam *ἰπαντιλόγησι* quod illi et Nostro instaurat Cl. Adr. Heringa Obs. Crit. c. 3. p. 25. non convenit et longius deflectit. Bene Philo Jud. de Fortitud. p. 738. D. *εἰρηκὼς δ' ὅσα δίδωσιν ὁ καιρὸς, παλιλλογεῖν οὐ δίκαιον*. Wess.—Adsurgo docto Virorum choro *ἰπαλιλλόγησι* hic corrigentium; sed in eorumdem partes concedere nunc quidem non possum. In constanti librorum omnium scriptura *ἰπανηλόγησι*, nisi obstare visa esset Pollucis auctoritas, nihil magnopere inerat quod suspectam illam nobis reddere debuisset; nisi fortasse *ἰπανηλόγισι*, maluisses. Nam, ut *ἀναλογίζεσθαι* significat secum repetere, secum reputare et recensere; (vide, præter exempla a Schneidero citata, Athen. IX. 382. d. ubi video in Lat. vers. a me omissa esse verba ista: hic, ille; omnes nominatim recensui:) sic *ἀναλογίζειν*, active, recensere, repetere, particulatim exponere; velut apud Philonem, (de Mundo, p. 1169. ed. Francof.) ubi ait, *τοὺς ἰκάστων (μύθων) χρόνους ἀναλογίσαντες*, si singularum fabularum tempora recenseamus: atque idem fere valebit compositum verbum *ἰπαναλόγιζειν*. Sed quidni perinde, alia verbi terminatione, *ἰπαναλογεῖν* eadem notione dicere Herodotus potuerit? Sic in *ἰπανηλόγησι* vocalis *η*, in media voce, fuerit geminatum augmentum, ut in *ἤμιλλον, ἤθιλον, ἠδυνάμην*, et similibus. Fortasse vero in præsenti etiam tempore *ἰπανηλογεῖν*, per vocalem *η* pro *α*, dixerit Noster: quemadmodum *κατηλογεῖν* pro *καταλογεῖν*, III. 121, 5. cujusmodi usus vocalis *η* pro *α* etiam in communi Græcorum sermone in verbo *κατηγορέω* superest, ex *κατὰ* et *ἀγορέω* composito. Atque ita, nisi satis firmatam, ferendam certe, neque temere mutandam, codicum h. l. scripturam habemus. Nec vero scripturæ huic Pollucis auctoritas, solummodo

vulgata apud eum lectio, obstat: MSS. codices firmant eam potius, quam evertunt. Nam quod cod. Jungerm. dabat, ἐπαλληλόγησι, non differt a nostra scriptura, nisi quod N perperam in ΑΛ sit mutatum; quod genus confusionis Bastius, olim noster, adtigit ad Gregor. Dial. p. 921. Quod vero optimus alioqui cod. Falckenb. habebat. ἐπαντιλογήσει, id ex alia satis prona confusione natum erat, nempe ex Η factum ΤΙ Taceo, ne satis quidem aptum huic loco fore verbum ἐπαλλάλόγησι. Hoc enim significaret iterum dixit, repetiit quæ ante dixerat. (conf. I. 118, 5.) Atqui Herodotus quidem ista in superiori narratione exposuit; non vero Crœsus eadem Cyro jam ante dixerat. S.

23. εἰ ἀχαρίστοισι νόμος εἶναι] Ineptiunt cum suo ἀχαριστεῖν scribæ veteres, obliti iteratissimæ locutionis. Satis hoc Thucydidis erit, VII. 35. οὐκ ἂν σφίσι βουλομένοις εἶναι διὰ τῆς σφῶν τὸν στρατὸν εἶναι. Similia ex Tacito et Sallustio stipavit P. Leopardus Emend. IV. 23. habet et huc pertinens Abresch Diluc. Thucyd. p. 749. Egregie Clemens Alex. Protrept. p. 58. ἄ Κροῖσε, —— ἀχάριστός ἐστιν, ὃν προσκυνεῖς, et plura hinc derivata. Wess.

Cap. XCI. 4. πίμπτου γονέος] Præclare Mediceus. Idem ob sequentem articulum conjectando adsecutus fuerat Steph. Berglerus; mirumque accidit, hæsitasse in re obvia interpretes. Vide c. 13. et quæ docte conmentatur Gronovius. (Monuit Gron. γονέα non modo patrem, sed et generatim progenitorem dici; quem idem Noster γενέτορα, VIII. 137, 1.) Vellem is etiam mox δόλῳ —— ἐπισσόμενος scripsisset, quod MSS. certum præstant et sermonis indoles expostulat. Homer. Od. Γ'. 215. ἐπισσόμενοι Διοῦ ὀμφῇ. Sophocles Elect. 973. ἀλλ' ἦ ἐπίσση τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι. Verum scripturæ hæc aberratio in aliis et Nostro sæpe se obferet, uti c. 103. III. 14. 31, 54. etc. Wess.—De progenitoribus commode a Bellangero ad. h. l. monitum Larcherus retulit, ex Græcorum more ita eos numerari, ut pater censeatur secundus, avus tertius, quartus proavus, quintus abavus. Fuit autem Gyges abavus Crœsi, hac successione: Gyges, Ardys, Sadyattes, Alyattes, Crœsus. S.

9. οὐκ οἷόν τι ἐγίνετο] Nihil demuto; οὐκ οἷον, οὐκ οἷα, οὐκ οἷος, in simili re usus sunt frequentis. Supra c. 67. IV. 152. VI. 130. Post pauca (l. 12.) Reiskius ὕστερον περὶ ἴσεσι τούτοισι: quod Codices si præberent, adtentionem mereretur; nunc edito inhæreo. Wess.

21. εἴπε τὰ εἴπε Λοξίης] Neminem offenderent ista si sola legerentur: de Phallo agens, ποιεῦσι, ait, τὰ ποιεῦσι Ἕλληνες. II. 49. Nostro tamen loco si prius εἴπε Codicibus abesset, ob sequentia censerem adjectum, pristinamque scriptionem hanc fuisse: τῷ καὶ τὸ παλαιὸν χρηστηριαζομένῳ (I. c. 55.) τὰ εἴπε Λοξίης περὶ ἡμίονου οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε. Postremum Herodoteum est, ut et illud: οὐδὲ τοῦτο, —— τὰ εἴπε. Sic I. 89. Κύρῳ δὲ ἐπιμελὴς ἐγίνετο, τὰ Κροῖσος εἶπε: hoc, si bene memini, (nam librum inspicere hercle non vacat) corrigi vult Reiskius lib. II. c. 51. ἰρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ εἴλεξαν, τὰ —— διδάλωται. Valck.

22. ἦν γὰρ δὴ ὁ Κῦρος οὗτος ἡμίονος] Abydenus ex regis Babylonii oraculo de Cyro ἤξει Πέρσης ἡμίονος, in Euseb. Pr. Eu. IX. 41. Explanatius, verum ex Nostro, Œnomaus, Apollinem vanitatis et mendacii arguens, ὁ μὲν γὰρ ἡμίμηδος ἦ ἡμιτέρσης Κῦρος, ἦ ὁ μηδρόθεν μὲν ἐκ τυραννικοῦ, πατρόθεν δὲ ἐξ ἰδιωτικοῦ γένους ἡμιονος ὢν ἐν τῷ αἰνίγματι, παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον Μοῦσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄμαντιν μαντικήν. Namque Herodotea innui, Musæ injecta mentio testatur,

quam ἔκτυφον fumi plenam et insolescentem invidiose taxat, in ejusdem Pr. Evang. V. 21. Bene de se Apuleius Apolog. p. 289. "Non video quid mihi sit in ea re pudendum, haud minus quam Cyro majori, quod genere mixto fuit, Semimedus ac Semipersa." Wess. —Quod modo præcessit, οὐδὲ τοῦτο συλίλαβι, sic recte συλλαβὼν l. 19. non συμβαλών. Conf. c. 63, 1. ibique notata. συμβάλλεσθαι, non συμβάλλειν, conjectare sonat; et ne hoc quidem satis aptum huic loco foret. S.

Cap. XCII. 5. ἐν δὲ Πρωνηΐης τῆς ἐν Δελφοῖσι] Laudatissime, verborum asperitatem si prætervideas, et verissime Jac. Gronovius. Minervæ protemplaris sive vestibularis inter Delphorum numina celebratissima est memoria, quamquam in titulo sæpius peccatum. Memini quædam adponere ad Diodorum XI. 14. plura Jo. Taylor ad Demosthenem in Aristogitonem p. 517. (in Reisk. Appar. ad Demosth. Vol. I. p. 822 seqq.) Wess.—Conf. VIII. 37, 7. ibique not. S.

6. ταῦτα μὲν καὶ ἔτι, etc.] Cl. Reiskius τῶν τὰ μὲν, facili sententiæ decursu. Mirum illud oppido est, concordiam Codicum (l. 7.) constare in Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων, neque dissidere II. 159. Locus uterque doctorum disputationibus jam olim examinatus est, docente ex Symmictis Philemonis Porphyrio, (Quæstion. Homeric. c. 8. Vol. I. Homeri Barnes. p. xci. seq.) nec negligente Gronovio. Vaticinata quondam illic mulier fuit, ἡ ἐν Βραγχίδαις γυνὴ χρησμῳδὸς Jamblicho de Myster. II. 11. p. 74. quæ insolentiori (apud Nostrum) articulo nihil prodest. Juvemus Jamblichum apud Stob. Serm. LXXIX. p. 471. ἀδιλφὰ δὲ τούτων καὶ ὁ ἐν Βραγχίδῃ Θιὸς ἐκ φαίνει. Dederat ἐν Βραγχίδῃσι, ut Noster, aut sicuti ipsemet cum Strabone et Pausania ἐν Βραγχίδαις. Wess. —Philemon in Συμμίκτων apud Porphyrium l. c. ait: "quum apud Herodotum h. l. ἐν Βραγχίσι (sic apud Porphyr. in ed. Barn. editur, ἐν Βραγχῖσι in ed. Bas. 1551. utrobique perperam, puto, pro Βραγχίδῃσι) τῇσι Μιλησίων legisset, gnarum se multis librariorum mendis iniquinatos esse quum aliorum veterum auctorum tum Herodoti codices, in eo fuisse ut cum Alexandro Cotyensi τῆς Μιλησίων (sc. χώρης vel γῆς) corrigendum censeret, quoniam Græcus nullus scriptor τὰς Βραγχίδας in fœm. genere dicere auderet; postquam vero in ejusdem Herodoti libro II. (c. 159, 9.) simili ratione ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων scriptum reperisset, intellexisse se, Herodotum Ionum more (quemadmodum illi ἡ λίθος, ἡ κίων, ἡ Μαραθὼν dicunt) fœminino genere, pro masculino, in isto nomine usum esse. "Sic ille. Cui opponere quispiam posset, apud eumdem tamen Nostrum I. 158, 1. codices omnes in τοὺς Βραγχίδας consentire, itemque cunctos I. 46, 11. τῆς Μιλησίης ἐς Βραγχίδας dare: itaque verisimile esse, etiam h. l. et II. 159, 9. τῆς Μιλησίων scripsisse Herodotum, et librariorum culpa in utroque horum locorum revera corruptos codices esse. Quod si quis ita statuit; fuerint utique perantiquæ istæ codicum corruptelæ; nec tamen fuerint ex tanta vetustate repetendæ, quanta si Villoisonum audimus. Huic enim, nescio quo casu, excidit, ut Philemonem illum, e quo ista Porphyrius retulit, Alexandro Magno coævum faceret. (vide Villois. Anecd. Græc. T. II. p. 137. et Proleg. in Homer. p. xxxiv. itemque Indicem in Anecd. voce Philemon, et voc. Herodot.) At ex ipsis verbis a Porphyrio prolatis abunde adparebat, æqualem illum fuisse aut etiam paullo juniorem Alexandro Cotyensi Grammatico, (de quo Fabric. in Bibl.

Gr. IV. p. 379.) adeoque secundo post C. N. seculo vixisse. De Branchidis multa Larcherus collegit ad Nostri V. 36. et VI. 19. Ad id quod spectat de quo h. l. quærebamus, ita se res habere videtur. Recte εἰς τοὺς Βραγχίδας scribitur I. 158, 1. quatenus Branchidæ familia fuere sacerdotum, qui templum et oraculum curabant. quod Didymis erat in agro Milesiorum. Recte vero etiam fortasse et h. l. et II. 159, 9. Βραγχίδαι in fœm. gen. dicuntur; quoniam ex eo, quod vulgo breviter dicere consueverant εἰς Βραγχίδας πίμπειν, (ut apud Nostrum I. 46, 11. et I. 159, 1.) usus invaluisse videtur, ut ipse locus, ubi oraculum erat, Βραγχίδαι diceretur, nempe αἱ Βραγχίδαι, ut αἱ Ἀθῆναι et similia. Ita quidem Pompon. Mela I. 17. Oraculum Apollinis, ait, dictum olim *Branchidæ:* cui congruit quod idem templum perinde τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Διδύμοισι, et τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Βραγχίδῃσι nominatum legimus V. 36, 14. coll. VI. 19, 15. similiterque apud Strabonem IX. 421, c. coll. XIV. 634. c. Denique apud eumdem Strab. XVII. 814. A. junguntur ἐν Δελφοῖς καὶ Βραγχίδαις, prorsus tamquam duorum locorum nomina. S.

13. ἀντισταστιώτης κατιστήκει] Jure Gronovius ita; in usu tamen verbi, quod sensu activo sumi posse putavit, vere lapsus. L. Küsterus, male dictorum non immemor, parem illi gratiam reddidit in Clerici Bibl. V. et Rec. T. V. p. 407. Tædet hæc scribi potuisse. De *Pantaleonte*, Serinus in Stob. Serm. XLV. p. 313. quædam innuit. Wess.

19. ἐπὶ κνάφου ἵλκων] Confidenter hoc suam in sedem reposui: auctores habeo Scholiasten Herodoti, qui κνάφος, ut codex MS. ostendit, hic invenit; Plutarchum, cujus ἐπὶ νάφου huc ducit; tum Hesych. et Suidam, hoc ex loco ἐπὶ κνάφου ἵλκων explicantes. (Suidam vide in Κνάφος, et Ἐπὶ κνάφου.) Non addo, ναφηΐου, in fullonis officinam, nec recte verti, nec loco satisfacere. Cur tandem interimendum in fulloniam officinam traxit? Nullus-ne ad cædem locus commodior? Bene hoc perspexit, locumque persanavit Steph. Berglerus Act. Lips. MDCCXVI. p. 423. tum T. Hemsterhusius ad Hesychii Ἐπὶ κνάφων. Κνάφος, carduus sive spina est, qua fullones radere vestimenta solent: præterea tormenti seu carnificinæ genus, clavis aculeisque obpletum, ad miseros crudelissime enecandos: Ὄργανόν τι, ἐν πύλῃ κίνητρα ἔχον, δι' οὗ τοὺς βασανιζομένους πτίσσουσι, Suidas et Timæus. (in Lexic. Plat. p. 160.) Pertinet huc Platonis X. de Rep. p. 762. ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες, super tribulis lacerantes, ut viri egregii docuerunt. Wess.

Cap. XCIII. 8. αἱ ἐνεργαζόμεναι παιδίσκαι] Hæc et seqq. respicit antiquus Sophista, qui Dissertationes aliquot Ethicas conscripsit, inter Fragmenta Pythagor. vulgatas p. 714. Λυδοῖς τὰς κόρας προικυθείσας καὶ ἀργύριον ἐνεγκάσθαι, καὶ οὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ εἶμεν. Hinc etiam manifestum est, cur ad istam παιδισκίων mentionem narrationi suæ quædam de more Lydiaco interjecerit Herodotus; qui vocem, adjectam a Sophista, ἀργύριον, lectori subaudiendam relinquit, quam in simili loco adposuit lib. II. c. 126. eo Cheopa scribens devenisse pravitatis, ut filiam voluerit tamquam prosedam πρήσασθαι ἀργύριον ὁκόσον δή τι. Corpore quæstum facientes, παραδάσκουσαι τὴν ὥρην παντὶ τῷ βουλομένῳ, Origeni c. Cels. V. p. 260. ἐπὶ μισθῷ (χρημάτων Xenoph. Symp. p. 523, 7.) τὴν ὥρην ἀπεμπολεῦσαι Eusebio Προπ. IV. p. 162. B. Commode dicuntur ἐνεργαζόμεναι, id est, corpore vel ἐν ἑαυταῖς ἐργαζόμεναι: aliter cepit Clar. Abresch, Dil Thucyd. p. 763. (Abresch quomodo ceperit nescio: mihi videbatur

ἐν οἰκήματι ἐργάζ. coll. II. 121, 90. et 126, 3. ubi quidem ἐπ' οἰκήματος.) Ἐργάζεσθαι, ἐργάτις, ἐργασία, ἐργαστήριον, de eadem occurrunt opificina. Auctor Orat. c. Neæram p. 730, 44. ἰταίρην suam nolunt ἐρᾶν ἐν Κεράμῳ ἐργαζομένην, οἰδ' ὑπὸ πορνοβόσκῳ οὖσαν et p. 731, 57. (Demosth. Reisk. T. II. p. 1354, 22.) Quæ venit ob istum quæstum in Ægyptum, venisse dicitur Rhodopis κατ' ἐργασίην Herod. II. 135. Secundum grammaticos et Eustathium ad Ἰλ. Ψ'. p. 1453, 45. (p. 1329. ed. Rom.) Archilochus istius generis mulierem Ἐργάτιν dixerat: sed ab istis dissentit Hemsterh. ad Hesych. in Ἐργάτις. τὸ πορνεῖον est Ἐργαστήριον in Attica Lege apud Demosth. p. 736, 105. (p. 1367. ed. Reisk.) et in Alciphronis Epistola, quam vulgavit Abresch. in Addend. ad Aristæn. p. 115. παιδισκεῖον dixit Nicias, Athen. X. p. 437. F. memorans etiam τὰς δημοσίας παιδίσκας. In Isæi Or. V. p. 58, 13. (p. 134. Reisk. Vol. VII.) Euctemonis ἀπελευθέρα ἐναυκλήρει συνοικίαν ἐν Πειραιεῖ, αὐτοῦ καὶ παιδίσκας ἔτρεφε, meretriculas alebat conciliatrix: in Orat. c. Neaer. p. 728, 28. (p. 1351. Reisk.) Charisii liberta Nicarete ἐπτὰ παιδίσκας ἐκ μικρῶν παιδίων ἐκτήσατο. Valck.— Lydias, de quibus agitur, puellas non ex corporis quæstu pecuniam contulisse; sed præter istum quæstum opus etiam mercede fecisse, quo majorem sibi dotem compararent, monuit Heyne in Commentar. Götting. T. XVI. p. 35. Similem isti Lydorum morem apud Cyprios notavit Justin. XVIII. 5. Conf. Clearchum apud Athen. libro XII. cap. 11. ubi videndum an pro τῶν ἄλλων, quod ibi, p. 316. l. 5. nostræ edit. legitur, τῶν δούλων cum Larchero (in Notis ad Herodot.) corrigendum sit. Cæterum apud Nostrum mox l. 13. ὁ Λυδῶν δῆμος non tam populus Lydorum, quam plebs, reddi debuerat; et sic in Lat. vers. rescriptum velim. conf. I. 196 extr. Et ἀγοραῖοι ἄνθρωποι (l. 7.) rectius circumforanei homines, quam forenses. cf. II. 141, 19. S.

15. καὶ δύο πλίθρα] Gronovio scribendum videtur καὶ δύο πλίθρα τὸ μῆκος: neque enim latitudinis mentionem abesse posse, nec πλίθρα de ambitu recte poni. Contra ea Georg. Arnaldus venit Animadv. c. 29. plethri mensuram altitudini, longitudini, et latitudini sæpe admoveri commonstrans: nullam quoque justæ proportionis in viri doctissimi emendatione rationem haberi: quod sane vero convenit. Haud scio tamen, an sana hic omnia sint. De stagno Gygæo Poëta Ἰλ. Β'. 865. et Strabo, (XIII. p. 626. B. et 627. B.) quo teste Coloën postea cognominatum novimus. Referunt huc παρὰ Γύγαό τι σῆμα in Nicandri Theriac. v. 633. Critici veteres, forsan male. Wess.—Nulla subest caussa, cur de integritate hujus loci dubitemus, si baseos figuram oblongam cogitemus: nempe τὸ εὖρος nunc intelligit longiorum laterum mensuram. Altitudinem monumenti tantam fuisse ait Clearchus apud Athen. lib. IX. c. 31. ut ex quibuslibet Lydiæ partibus conspici potuerit. Nam, quod monumentum a Gyge amasiæ suæ erectum Clearchus narrat, quodque Nicander etiam l. c. spectasse videtur, illud nullum aliud esse recte Larcherus monuit, nisi hoc ipsum de quo hic Herodotus loquitur, et ex eo Strabo l. c. Cujus monumenti reliquias hodieque superesse, ex Chandleri Itinerario idem Larcherus adnotavit. Conf. Heyn. ad Ἰλ. β'. 865. S.

Cap. XCIV. 2. τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύουσι] Vitam meretriciam agant erat in Latinis. Verius Thomas, ἐπὶ πορνείαν δίδωσι, uti infra c. 196. πᾶς τις——καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα. Numos a Lydis

repertos Xenophanes in Pollucis IX. 83. itidem prodidit. Adde Eustathium ad Dionysium v. 840. Wess.

[8. ἐπὶ Ἄτυος] Conf. c. 7, 8. et VII. 74. Adde Adnot. ad IV. 45, 14. De Mane conf. Dionys. Hal. Ant. Rom. I. 27. S.]

Ibid. σιτοδείην ἰσχυρὴν] Herodoti σιτοδηΐην (sic recte scriptum legitur supra, c. 22.) ἀφορίαν καρπῶν interpretatur Dionysius Halicarn. A. R. I. p. 21, 33. ubi v. 38. pro διανείμαντας restituendum videtur, διανείμαντα Ἄτυι ἅπαντα τὸν δῆμον διχῇ κλήρους ταῖς μοίραις ἐπιβαλεῖν, ex Herodoto, tradente τὸν βασιλέα αὐτῶν (Atyn) δύο μοίρας διελόντα λυδῶν πάντων κληρώσαι. Herodotea se Dionysius enarrare profitetur; e rerum Lydiacarum scriptore probabiliter, quæ Galei suspicio est, derivata. Valck.

11. ἄκια δίζησθαι] Etsi non magnum videbitur operæ pretium, hoc ex MS. elegi: non possum in animum inducere, placuisse Nostro continuam scriptionis et soni in δίζεσθαι et διζῆσθαι, nulla præsertim metri lege cogente, discordiam. Quod recepi, Homeri et Ionum est. Habet Eustathius in Odyss. p. 1774, 31. (p. 564, 50. ed. Bas.) δίζηται ex Herodoto, quod nunc II. 38. δίζεται. Consentiunt Grammatico tamen Codices Ask. et. Arch. Graviter et vere Democritus, διζημίνοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημίνοισι; ex Stobæo in Poësi Philosoph. p. 176. Wess.

13. τῶν κύβων καὶ τῶν ἀστραγάλων] Corripitur Noster ab Athenæo I. 15. (lib. I. c. 33. nostræ ed.) p. 19. A. ob ludorum hæc inventa Atyis regis tempore: esse enim ludos istos multo antiquiores, probatos usurpatosque belli Trojani tempore. De pilæ et talorum lusu nota ex Homero res est: at ubi apud eum tesserarum τῶν κύβων, aut κυβείας aut κυβεύειν mentio? Quarum cum nusquam meminerit, seriori tempori inventum debetur. Docuit hoc egregie Thomas Hyde Histor. Aleæ p. 112. et Hemsterhusius in Polluc. IX. 97. Wess.

14. πλὴν πισσῶν] Nullum hic scriptoris lusum (cum Gronov.) agnosco. Πισσοὺς et πισσὰ usu terunt, non πισσούς. Semper-ne in amanuensium peccatis abscondita ruspabimur? Negatur horum origo Lydis, quod ea Palamedi contribueretur abs omnibus. Sophoclis, Alcidamantis, Gorgiæ, Philostrati hanc ad rem atque aliorum loca Hemsterhusius antestatus est. Sint-ne vero πισσοὶ calculi tantum, an calculi tesserarii, animose ante non multos annos disputaverunt Jo. Corn. de Pauw Diatrib. de Alea Vet. p. 57. et Vanni Criticæ p. 270. doctus Auctor. Wess.

23. ἰωυτὸν τὸν βασιλέα τροστάσσειν] Cl. Reiskius τροστάσσειν. Tu vide III. 89. VII. 65. Dionysius, his usus, de suo liberaliter adstruxit plura: Lydum, Atyis filium, uni parti a patre adsignatum, alteri Tyrrhenum ait, Rom. Ant. I. (c. 27.) p. 21. Λαχούσης δὲ τῆς ἄμα Λυδῷ μοίρας τὴν ἀμείνω τύχην, μὴ ἐκχωρῆσαι· ἐκχωρῆσαι δὲ τὴν ἑτέραν, ἀπολαχοῦσαν τῶν χρημάτων τὰ μέρη. Sic, puto, scribere voluit. Venerintne in Italiæ oras, atque Etruscorum genti originem Lydi dederint, quod Nostrum secuti plures litteris tradiderunt, in magna versatur controversia; de qua Theod. Ryckius Diss. de Prim. Ital. Colon. (edita cum Holstenii Notis in Steph. Byz.) c. 6. et Scipio Maffeius Hist. Diplom. p. 228. atque alii. Wess.—Confer quæ ad h. l. Larcherus commentatus est. S.

[Cap. XCV. 6. καὶ τριφασίας ἄλλας λόγων ὁδοὺς] Vere dixit. Cyri initia et illustria facta diversis modis per Orientis plagas celebrata fuerunt. Ctesias, uti Persicorum fragmenta condocefaciunt, aliam ac Noster trivit viam, fateturque Photius. Quid Xenophon sectatus fuerit, in omnium est memoria. Forsan

et suum sibi narrationis genus habuit Æschylus in Persis v. 770. Itaque optio datur. Wess.

7. ἐπ' ἔτεα τέσσαρα καὶ πεντακόσια] Hæc et quæ succedunt Diodorus adripuit lib. II. 32. sed minus prudenter et considerate, sicuti ibi conmonstratum est. Wess.—Herodotum cum Ctesia aliisque, qui Assyriorum imperio (referente Diod. Siculo) durationem 1306. annorum tribuunt, in concordiam redigere, post alios doctos viros, (quorum nonnullos etiam Harlesius ad Fabr. Bibl. Gr. T. II. p. 742 seq. laudavit) *Larcherus* studuit in Notis ad h. l. Conf. ejusdem Chronologiam Herodot. p. 144 seqq. scilicet statuens, Ctesiam antiquitatem hujus imperii a primis regni primordiis, intra artos limites conclusi, repetiisse; Herodotum vero ab eo tempore quo totius Asiæ imperio reges Assyriæ potiti sunt. *Volney* contra, post longam disputationem, qua Herodoti fidem historicam cum ea quæ Ctesiæ tribuenda est, contendit, (Chronol. d'Herodote, p. 83 seqq.) ad extremum colligit, (ib. p. 189 seq.) perquam verisimile esse, consulto Ctesiam, quo Persis gratificaretur, durationem Assyriaci imperii, cujus in jura Persæ successerunt, immanem istum in modum auxisse. Novi quidpiam hic molitus est *G. Bruining* in Actis Societ. Traject. T. II. p. 162 seq. (Lugd. Bat. 1795.) qui, Ctesiæ mendaciorum nullam prorsus rationem habendam censens, tantum abest ut justo minorem existimet numerum DXX annorum, quem hic habent Herodotei libri, ut multo etiam majorem esse sibi persuaserit. Scil. pro certo sumens, Semiramidem illam, quam Noster c. 184. quinque generationibus ante Nitocrin vixisse ait, fuisse primam Assyriæ reginam, Nini uxorem, regni conditoris; quo secum ipse concilietur Herodotus, statuit numerum annorum, qui h. l. durationi regni Assyriaci tribuitur, per librariorum sive errorem sive temeritatem quadringentis annis auctum fuisse; scripsisse Herodotum ἔτεα ΗΔΔ, id est, τέσσερα καὶ ἑκατόν, annos CXX; inde illos fecisse ἔτεα [Η] ΔΔ, id est, annos DXX. Cujus quidem inventi laudem non invidemus auctori. S.

Cap. XCVI. 4. οὗτος ὁ Δηϊόκης] Deiocem non præteriit Polyænus Strateg. VII. 1. verum vestigiis aliorum insistens. Quærunt docti viri idem-ne fuerit ac Arphaxadus, cujus in Judithæ historia c. 1. memoria durat, an Phraortes potius, Conringius, Montfauconius, Prideaux: de qua lite Schroëërus Orig. Assyr. sect. IV. 5. etc. et Leon. Offerhaus Spicileg. Hist. Chronolog. p. 145. egregie. Wess.

11. ἰδού τι καὶ δίκαιος ἦν] Ecce tibi observationem docti viri, Petri Fontein, cui Theophrasti Characterum cultiorem editionem brevi debebimus. Quum de judice sermo sit, idem est ac, ἰθεῖα ἰθίζουσι; eadem ratione Homerus, ἰθεῖαι, et, ἰς μέσον ἀμφοτέρωσι, μηδ' ὑπ' ἀρωγῇ, δικάζειν, Iliad. Ψ'. 574. et 580. Si vero animadvertis, pro ἰδού Atticos hoc sensu dixisse ἴσος, vix dubium erit, quin Herodotus in mente habuerit illud Solonis, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιῇ, laudatum Plutarcho in ejus Vit. pag. 85. D. Huc nimirum spectant, quæ, paullo ante, (l. 8.) de eodem Deioce, habet, ἱστάμενος ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιόν ἐστι: ex quibus tamen verbis vitium, quod illis inhæret, tollendum est. Quum enim Herodotus manifesto significet, hunc δικαστὴν, probe gnarum cives, ab injustis judicibus vexatos, iisdem reddi infensos, justitiam observasse eum in finem, ne quis erga se, ad regnum adspirantem, odium conciperet; liquet, me quidem arbitro, legendum esse, ὅτι τῇ ἀδικίῃ τὸ ἀδικούμενον πολέμιόν ἐστι. Neque

aliter, in argumento fere pari, Euripides, et ipse Solonis dicti haud immemor, Phoeniss. v. 541. τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον, vel potius κοινὸν, ἀνθρώποις ἴφυ· Τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίστασθαι τοὔλασσον. Quinimo, hujus sententiæ ea est cum Historici observatione, modo verba sicuti scopus ejus postulat legantur, similitudo, ut in altera exemplar alterius tantum non agnoscas: certe hoc, τῷ πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίστασθαι τοὔλασσον, ipsum illud est Herodoti, τῇ ἀδικίῃ τὸ ἀδικούμενον πολέμιόν ἐστι. Hæc erudite ille in litteris ad me, sed quibus membranæ auxilium negant. Wess.—Nec vero etiam membranæ auxilio correctoris indigebant. S.

Cap. XCVII. 4. ἰνθαυτὶς περέτρεψεν προκατίζων ἰδίκαζε] De judicibus, sive illi reges seu privati fuerint, hoc sollemne. Supra c. 14. Midas ἀνέδην τὸν θρόνον, ἐς τὸν προκατίζων ἰδίκαζε. et V. 26. Additur dixisse Deiocem, οὐ δικῶν ἕστι, se non ultra judicaturum: non aliud enim ac δικάσειν, quemadmodum doctissimi viri Sylburgius in Grammat. Clenardi p. 431. et H. Stephanus de Dialect. pag. 140. monuerunt dudum. In fragm. Philosophi Eusebii apud Stobæum Serm. XLIII. p. 310. καίτοι τίς χρὴ ἰδίνας πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδικῶν ὅστις καὶ, etc. perperam et sine ratione Gesnerus καταδικάζειν corrigi jussit. Præclare Glosses Sangermanenses: Δικῶν, ἀντὶ δικάσειν. Ἡρόδοτος δ'. οὐ φησὶ δικῶν ἕστι. Wess.

11. στήσαιμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα] Vocularn ἕνα suspicabar absorptam a literis proximis, quam solet in talibus adhibere Herod. p. 169, 32. (III. 25. ἕνα σφέων αὐτῶν. pag. 192, 21. 194, 23. (III. 80. et 85.) δεῖ ἕνα γέ τινα ἡμέων βασιλέα γενέσθαι: atque ita scripsisse hoc loco, στήσαιμεν ἕνα ἡμέων αὐτῶν βασιλέα. Valck.

Cap. XCVIII. 13. τὰ νῦν Ἀγβάτανα κέκληται] Demiror dilectissimus mem-

branis haud auscultasse Gronovium, quibus recte obsecutus fuit c. 110. 153. minime vero III. 64. 92. Non placet id consilii incertum. Optime codex Florent. cui alias plures schedæ consentient. Medorum regiam hanc urbem veterum complures, in quis et Ctesias, Ἀγβάτανα, teste Stephano Byz. adpellarunt. Nunc quidem in illius Persicis ἴδωκε Κῦρος — Βαρήνῃ, ἐγγὺς Ἐκβατάνων: ipse dederat Ἀγβατάνων, sicuti in Stephani Βαρήνη legitur. Opinor latere idem vocabulum in Æschyli Pers. v. 927. nam quæ de Agdabatis, gente Persica, a Criticis adscripta sunt, fide carent. Sam. Bochartus tituli originem in Arabum sermone invenit et eleganter illustravit Phaleg. III. 14. Culte vero de Aristotelis obscurioribus libris Themistius πάλαισι συμφαγμένα εἰσὶ συμβόλοις, ἃ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις βασίλεια, Or. XXVI. p. 319. D. Wess.

17. κολωνὸς ἐὼν] Videtur Diodorus II. 13. in urbis situ dissentire, ἐν πεδίῳ, in planitie structam scribens. Ambitum idem XVII. 110. stadiis CL. absolvit, et hac parte discors. Athenarum enim amplitudo atque ambitus stadia CC. æquabat, teste Dione Chrysostomo Or. VI. p. 87. c. et illi tamen, ex Nostri finitione, Ecbatanorum magnitudo conveniebat. Quod editur κατὰ τὸν Ἀθηναίων νόμον, pravum est. Ἀθηνίων oportuerat; qui quidem nævus in his libris nimis frequens. Wess.

25. δύο δὲ οἱ τείχεα ἦσαν, ἐόντε, etc.] Platoni, horum fortasse recordato, tale ædificia templaque variis coloribus distinguendi genus βαρβαρικὸν εἶδος est. Sic de Neptuni in Atlantide templo: εἶδος δέ τι βαρβαρικὸν ἔχων· πάντα δὲ ἔξωθεν περιήλειψαν τὸν τῶν ἀργύρῳ, πλὴν τῶν ἀκροστηρίων. τὰ δὲ ἀκροστήρια χρυσῷ. Critiæ p. 116. Pertinent huc, quæ Auctor de Mundo eleganter commentatus est, c. 6. p. 195. Ed. Vulc. Wess. — Omnino

structuræ genus isti simile hodieque in multis apud Sinenses et apud Indos oppidis reperiri monuit Caylus in Hist. de l'Acad. des Inscr. T. XXXI. p. 42. S.

Cap. XCIX. 5. δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρῆσθαι] Vide c. 69. Regiam apud Medos Persasque majestatem, illique debitam a civibus reverentiam abunde explanavit B. Brissonius de Regn. Pers. I. 27. et II. 91. Wess.

Cap. C. 8. καὶ κατήκοον] Sæpe numero vocabulum in Musis recurrit de subditis imperio ac dicto audientibus, rarum hac notione. Ecce tibi imitatorem Dionem Cassium, lib. XLII. 17. p. 315. Ed. N. καὶ γὰρ καταδήσασι σφῶν καὶ κατήκοοι—πολλοὶ περιενέστουν. Aliis sunt ὑπήκοοι, ut in libello de Mundo, cujus interpres Apuleius non sine quadam cultus elegantia: Sed inter eos aures regiæ et Imperatoris oculi (conf. Nostrum, I. 114, 7.) quidam homines vocabantur: per quæ officiorum genera rex ille ab hominibus deus esse credebatur, cum omnia, quæcumque ibi gererentur, ille Otacustarum delatione discebat. Ceterum scribi debebat, quod bene vidit Reiskius, καὶ οἱ: est enim dandi casus. Wess.

Cap. CI. 1. τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνίσχυψε] Interpretatio Vallæ, Deioces—solam Medicam subegit nationem, eique imperavit, illa homines etiam perdoctos in historia veteri tradenda decepit. Galeus pro συνίσχυψε legi scribit in MS. συνισχύψατο, atque ita loqui solere Herodotum: obversabatur eruditissimo viro κατισχύψατο, subegit, veterum nulli adeo frequentatum quam Herodoto; apud quem nuspiam invenietur συνισχύψατο, usurpantem τὸ συσχύψαι noto significatu IX. 18. πάντη συσχύψαντες (mutari non debuerat) ἰωνικὸς καὶ συνεπώσαντες ὡς μάλιστα. Hoc apud alios frequentius dicitur ξυσταφίντες vel συστραφόμενοι. Dubium nullum est, quin hoc loco συνίσχυψε notet in unam contraxit: Deioces τό τε Μηδικὸν ἔθνος συνίσχυψε, μούνου τε τούτου ἄρξαι: (sic ista leviter refingenda suspicor; Medos in unam gentem contraxit, atque huic soli imperavit. Ex vera, ni fallor, interpretandi ratione (quam quidem perinde vulgata etiam scriptura admittit,) primum manifestum est, cur his continua diversa memorentur Medorum genera, e quibus unam ille fecerit gentem; deinde, quamobrem de filio Phraorte paulo dicat inferius; οὐκ ἀπεχρᾶτο (Suidas explicat, ἀρκεῖν ἡγεῖτο:) μούνου ἄρχειν τῶν Μήδων, ἀλλὰ στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Πέρσας κ. τ. λ. Pater Deioces, callidus ille justitiæ satelles, pacis amans, et solos regere Medos contentus, simul atque justitiæ fruendæ causa (Cicero de Off. II. c. XII. init.) rex fuerat constitutus, locatim dispersos cives suos adegit ἵν' πόλισμα ποιήσαιτο, καὶ τοῦτο περιενείλλοντας τῶν ἄλλων ἧσσον ἐπιμίλιον εἶναι. Herod. p. 41, 5. et p. 42, 3. (c. 96, 6. et 98, 10.) Condidit itaque Ecbatana. His denarratis subjungit: Δηϊόκεω μὲν νυν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνίσχυψε. Hoc aliis in re simillima sæpius dicitur συνῴκισε, vel συνήγαγε. Notæ sunt imperantium artes, Thesei, Gelonis, similiumque: de Gelone, unis Syracusis omnia posthabente, Herodotus lib. VII. c. 156. Valck.

Cap. CII. 9. Ἀσσυρίων τούτους οἱ Νῖνον ἴσχον] Qui ἴσχειν voluerit, etsi urgens ratio desideratur, præsidio non carebit. Assyrios laxiore significatione Noster usurpat, illis ipsos comprehendens Babylonios. Assyriorum itaque alii Ninum, Babylonem alii possidebant, uti c. 178. 185. etc. Wess.—De Nino urbe, ad Tigrin sita, conf. c. 193, 10. et II. 150, 15. S.

Cap. CIII. 3. ἱλάχισι κατὰ τίλεα] Turmatim. Adscripserat his Scholiastes: κατὰ τίλεα· τὰ ἀναλώματα, καὶ τὰ συνέδρια ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ τὸ συντελεῖν εἰς τάγμα. Habet ex eo Suidas. (in Κατὰ τίλ.)

Ultima huc refer, cetera aliorsum deferenda. Καὶ κατὰ φίλια καὶ πανταχοῦ προσβάλλοντες VII. 211. et IX. 20. et 22. Wess.

[7. ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγίνετο] Vide supra, c. 74, 8. S.]

14. βασιλεὺς ὁ Σκυθέων Μαδύης] In obscuro res Scythicæ loco sunt: de gentis excursionibus in Asiam plura Justinus II. 4. 5., quæ partim conveniunt, aliena partim sunt. Μήδου Σκυθικοῦ expeditiones et peregrinationes tetigit obiter Strabo I. pag. 106. (pag. 61. ed. Cas.) sed nescio quo autore eundem Madyem regem Cimmeriorum fuisse adfirmat. Wess.—Confer Nostrum cap. 15. et præsertim IV. 11. seq. S.

Cap. CIV. [1, 2. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος —— ἐς Κόλχους τρηκόντα ἡμερέων εὐζώνῳ ὁδός.] Justo major videri possit iste numerus triginta dierum; quum præsertim eum terræ tractum, quo inferior Asia cum superiori jungitur, intra quinque dies ab homine εὐζώνῳ permeari posse supra dixerit, cap. 72. extr. At hic non de ea parte Mæotidis paludis agitur quæ Colchidi proxima est, sed de ostio Mæotidis, et quidem de ulteriore ora illius ostii, ubi Cimmeriorum olim sedes fuerant. conf. IV. 11 seq. Cæterum meminerimus, ubi de eisdem regionibus agitur, quas Scythæ dein habitarunt, diurnum iter ab eodem Nostro ducentis stadiis æquiparari, IV. 101, 7. S.]

7. ἐν δεξιῇ ἔχοντες τὸ Καυκάσιον ὄρος] Eadem, sed distinctius, IV. 12. VII. 20. Cimmerii legerunt oras Ponti et per claustra Caucasea in Asiam inruperunt; Scythæ, dum profugos insequuntur, a via aberrarunt, perque Caspias portas in Mediam, regionem a fugitivis aversam, devenerunt. Lege Th. Sig. Baierum, Comment. Acad. Petrop. lib. III. p. 318. Wess.

Cap. CV. 2. Ψαμμίτιχος] Ita hic. At Ψαμμήτιχος lib. II. 2. 28. 30. nec constanter tamen. Recurrit prior scriptura II. 151. VII. 7. Quæ quidem discrepantia ex pronuntiationis vicinia nata fuit. Scythicam expeditionem Hieronymus adtigit in Fabiolæ Epitaphio: "Hanc gentem Herodotus refert sub Dario Medorum rege viginti annis Orientem tenuisse captivum, atque ab Ægyptiis et Æthiopibus annuum exegisse vectigal;" non sine erroribus, de quibus Scaliger in Eusebii Chron. p. 83. Τοπροσωτέρω (l. 8.) non ex genio Herodoti, uti visum Gronovio, sed e Grammaticorum vetere scribendi more venit. Servavit ipse τὸ πρόσωτέρω III. 138. sicuti alibi τὰ πρόσω, τὰ λοιπὰ, τὰ πρῶτα, quæ emendatius utique scripta. Conduxit de genere hoc conpluscula Jo. Wasse, addita in Dukeri præfationem Thucydidis. Wess.

8. πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν, etc.] Pausanias I. 14. primos omnium mortalium Assyrios Venerem Cœlestem colere ingressos perhibet, ab illis Paphios in Cypro et Phœnices in Palæstina religionem ejus accepisse; hinc venisse ad Cytherios: abduxit doctissimum scriptorem a vero Venus Mylitta, quam ab Assyriis cultam ex Nostri I. 131. et 199. didicerat. Nam quo pacto ab Assyriis, a mari remotissimis, ea superstitio ad Cyprios penetrare potuit? Uraniam istam Venerem Syri Dercetun vocitabant in Diodori II. 4. Wess.

13. ἐπίσκηψις ἡ θεὸς θήλεαν νοῦσον] Ita dederat, uti rei series et Longinus testantur. Scio animose ὁ θεὸς a Gronovio defendi, quo modo, si qui velit, omnibus nævis patrocinium parabitur. Θήλεια νοῦσος quæ fuerit, quæsitum ambitiose fuit. Ampl. Bouherius totum illi cap. 20. Dissert. Herodot. impendit, spretisque plurium conjecturis, quas recensere nihil adtinet, decernit cum Tollio ad Longinum atque aliis, θήλυαν

νοῦσον convenire contaminatis morbo turpium virorum, ut Horatius alicubi, (lib. I. Od. 37.) sive pathicis. Verum est, Philonem Jud., Dionem Chrysostomum, Herodianum, Clementem Alex., Eusebium, Scholiasten Thucydidis, quibus adjungi poterit Criticus ad Hephæstionis Enchirid. p. 41. circuitu θηλείας νούσου id genus descripsisse: neque absurdum erit, si profitearis, Longino honestam eam turpis flagitii descriptionem admirabilem atque ἀμίμητον fuisse visam, qua est sententia vir Amplissimus. Haud parum tamen metuo, ut Noster Scythis id inputarit. Alibi certe, cum non dissimile quidpiam exponere vult, hac verborum circuitione abstinet I. 135. usurus, uti opinor, si aperte loqui nollet: huc adde, in Scythiam delatis, uti adfirmat, morbi illud muliebris genus statim fuisse manifestum, quod in pathicis utrum liquido omnibus adpareat extemplo, non habeo dicere. Accedo potius ad Hieron. Mercurialis opinationem Var. Lect. III. 7. Hippocratem et Nostrum conparantis. Ille de iisdem Scythis de Aër. Aq. et Loc. p. 293. (sect. 106. et 109. ed. Coray.) ἰσχναίνονται γίνονται καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονται ὁμοίως. Caussam morbi incolas acceptam referre deo, (ait ibid. Hippocr.) sed errare: habere eum suas sibi, verum naturales, caussas. Porro, qui malo tentantur isto, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην, καταγνόντες ἑωυτέων ἀνανδρείην. γυναικίζουσί τε καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν, ἃ καὶ ἐκεῖναι. Denique νοῦσον adpellat, qualis profecto est, et maribus turpissimus. Atque hæc senex divinus eodem fere, quo Herodotus, conmentatus est tempore; ut dubium non sit, quin eamdem uterque rem signaverit. Noster νοῦσον θήλειαν vocat; ille, qui morbi ejus feminei effectus, quæque indoles fuerit, declarat. Herodotus iratæ Veneri, sicuti Scythæ iræ Deorum, morbi initia contribuit. Hippocrates ex artis suæ disciplina, superstitione dissipata omni, mali caussam vestigat et explanat. Qui quidem dissensus ferendus et magni non est momenti. Wess.—Perspecte vir eximius. Plura si quis desiderat, dabunt nonnulla Larcherus ad h. l. et Corayus ad Hippocr. l. c. Exstat etiam singularis Heynii commentatio de Maribus inter Scythas morbo effeminatis, quos ille cum hermaphroditis Floridæ contulit in Commentationib. Societ. Goëtting. Vol. I. P. 3. p. 28 seqq. Sed, quod maxime ad rem facit, compertum est nostra ætate, morbum illum, quem muliebrem commodissime Herodotus nominat, eodem prorsus modo, quo ab Hippocrate descriptus est, in eisdem regionibus, quæ Scytharum olim fuerant, hodieque (quamquam haud ita frequenter) obtinere. Vide *Reineggs* topographische Beschreibung des Caucasus, Goth. et Petersb. 1796. T. I. p. 269 seq. Histoire primitive des Peuples de la Russie, par le Comte Jean *Potocki*, Petersb. 1801. p. 175. *Klaproth*, Reise in den Caucasus, etc. Halæ et Berol. 1712. p. 283 seqq. In Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. adnotare oblitus eram, pro θήλεαν ad Ionismi normam θηλίην corrigendum censuisse Kœnium ad Gregor. Dial. Ion. §. 41. atque sic h. l. edidisse Schæferum. Et sic alibi quidem brevi vocali ε in medio scribitur hoc vocab. ut III. 85, 15. et 19. sed simul per α in terminatione primi et quarti casus: ἡ θήλεα ἵππος. III. 86, 4. τὴν θήλειαν κάμηλον, III. 102, 16.—Ista jam non modo scripta a me, sed typothetæ etiam tradita erant, quum a *Boissonado* meo, Viro clarissimo, qui incomparabili studio, quidquid ad ornandum Herodotum nostrum valere videtur, id mecum communicare, aut de eo me monere consuevit, per literas transmissa Notula, ad

id de quo hic agitur spectans, mihi traditur, his ipsis verbis concepta: " Παρὰ " δὲ Ἡροδότῳ, ἐνέκηψεν ἡ Θεὸς θήλειαν " νόσον, ἀντὶ τοῦ, ἐποίησεν ἀνδρογύνους ἢ " καταμηνίας. Tiberius Rhetor, de Fi- " guris, cap. 85. de Periphrasi, inedito " adhuc, brevi edendo." S.

16. τοὺς καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι] Ampl. Bouherius ἀναγίας, piaculo contaminatos, correxit. Factum non laudo. Obstant membranæ. Repugnat scriptor ipse IV. 67. Contra etiam veniunt Scholiastæ Ἐνάρεις, οἱ ὀπλῖται: cujus explicatio, etsi sit erronea, deceperitque G. Corinthum, vetat mutationem. Amplius robur Hippocrates adderet, modo scripsisset, ut Tollius ad Longinum habet, καλοῦνται δὲ οἱ τοιοῦτοι Ἐνάρεις: verum ea Mercurialis est correctio speciosa: Ἀνανδρίας præferunt veteres editi. Confer P. Leopardum Emendat. VII. 10. Wess.—In vulgatum h. l. Ἐναρέας, et in Ἐναρέες IV. 67, 7. consentiunt fere libri: a quo parum abest ἀνΔρείας, quod apud Hippocr. (teste Corayo in Notis, p. 331 seq.) in cod. Reg. 2146. et in ed. Ald. legitur. Quod si, ut probabiliter Wesselingius judicavit, (in Notis ad Glossas Herodoteas) Scythicum verbum est, frustra sunt viri docti, qui illud ex Græci sermonis norma vel interpretari vel corrigere conantur. S.

Cap. CVI. 4. χωρὶς μὲν γὰρ φόρων] Reisk. χωρὶς μὲν γάρ, φόρον et mox τὸν ἐκάστοισι; aut φόρου, ob ea quæ statim iterantur. Mihi transitus a plurali ad singularem numerum non displicet. Sæpe numero ita utriusque linguæ scriptores. Lege Davisii adnotationes in Ciceron. I. 59. de Nat. Deor. Wess. —Ne me quidem transitus a plurali numero ad singularem offendit, sed reliqua sermonis structura: in qua ne illud quidem necesse, est ut τὰ in τὸν mutetur; sed, hoc quod quibusque *imposuerant*, est idem illud *tributum*, quod exigebant. Nempe structuram orationis non aliter percipere possum, nisi ita, ut per adpositionem juncta intelligantur hæc duo, φόρον, et τὰ ἐκάστοισι ἐπίβαλλον, (nam sic cum MS. F. pro ἐπίβαλλον scribendum,) et ad horum utrumque referatur verbum ἔφερον. Quare non magis χωρὶς μὲν γὰρ φόρου, quam φόρων, legi velim: cujus posterioris conjecturæ idem Reiskius in Notis editis merito nullam fecit mentionem. S.

8. καὶ τὴν τε Νῖνον εἶλον] Hieronymus in Chron. Cyaxares Medus subvertit Ninum: ad quæ Scaliger No. MCCCCLX. p. 85. Fortasse in Græco conceptum fuit: Κυαξάρης ὁ Μῆδος τὴν Νῖνον αἱρεῖ, capit, expugnat. Nam procul dubio non subvertit. Quis ergo? Scribit Noster c. 178. Νίνου ἀναστάτου γενομένης, Babylonem gentis regiam et metropolin fuisse: additur c. 183. eversam (certe expugnatam) esse a Medis. Quæ quidem in Cyaxarem melius congruunt, quam in Astyagem, uti Bouherius voluit Dissert. Herodot. p. 240. (Quod mox ait, ἐν ἐτέροισι λόγοισι δηλώσω,) Assyriorum historiam, λόγους Ἀσσυρίους composuisse Herodotum, credibile fit. Meminit eorum c. 184. altera vice. Perierunt cito. Nihil inde servatum, nisi unum fortasse apud Aristotelem fragmentum, Hist. Anim. VIII. 1. Nam alia, quæ inde arcessuntur, perperam in hunc censum vocantur. Perierunt autem, ut innumera alia, temporum injuria. Qui socorditer atque inepte digestos eos fuisse commentarios, et propterea neglectos, cum Vignolio Chronolog. IV. 4. 6. etc. adseverant, talia confidenter obtrudunt, quorum rationes reddere nequeunt. Verum de his in nupera Dissert. Herodotea c. l. disputatum uberius fuit. Wess.

Cap. CVII. 5. ὑποβάσιος δὲ τῶν μάγων τοῖσι etc.] H. Stephanus (in Prolegom. de Herod. vocab. et loq. gen.)

ἰόντες Θμινος, quod c. 108. longe præfert; a cujus judicio non dissideo. Τιμᾶσθαι hoc usu in Musis frequens, non illud. Τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σκευοφοιτικὰ τῶν πρηγμάτων ἐτιμᾶτο, cum Gyge communicabat, I. 8. tum V. 24. VII. 8, 1. Statim μὲν ante Μανδάνην (l. 7.) induxi, obsecutus membranis. Wess.

10. οἰκίης μὲν ἰόντα ἀγαθῆς] οἰκηΐης alibi recte legitur; sed hic ferri nequit, si vel in Codicibus bonis inveniretur. οἰκία, familia, non potuit οἰκηΐη dici; semper Ionice scribitur οἰκίη. Herodot. I. 90. ἰόντες οἰκίης οὐ φλαυροτάτης. lib. IV. 76. VI. 35. Lib. II. c. 172. Amasin primum habebant despicatui, ἅτε δὲ δημότην τὸ πρὶν ἰόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ἐπιφανέος. Eumdem Hellanicus Athenæi XV. p. 680. B. antequam ad regnum perveniret, fuisse scribit ἰδιώτην καὶ τῶν τυχόντων. Valck.

Cap. CVIII. 6. ἐπίτηδα ἰοῦσαν] Revocavi quod Aldus eumque secuti expresserant, idque licitum in MSS. dissensu putavi, præsertim ubi scriptor ipse viam monstravit cap. 111, 4. Memini Damascium apud Photium p. 561. novæ scripturæ auctoritatem conciliare videri, ἐπίτηδα οὖσαν τὴν γαμετὴν σύντηγιν. Sed dubia et controversa lectio est, et defendi, nisi metaplasmo declinationis in subsidium vocato, nequit. Nihil simile ἐπίτηδα, quo Hippocrates pluresque alii fuerunt usi, requirit. Vide doctam T. Hemsterhusii adnotationem ad Thom. M. voce Ἐπίτηδ. Wess.

15. σοὶ ἑωυτῷ περιπίσῃς] Dubium est, hoccine, an σὺ ἑωυτῷ περιπ. adscisci debeat; quamquam ego non multum eo distrahor. Varie ponere solent. Æschin. de Legat. Fals. p. 47. Ed. Ald. (p. 311. ed. Reisk) ὡς ἐγὼ τοῖς ἐμαυτοῦ λόγοις περιπίπτω. Jo. Chrysostomus T. V. p. 24. B. ἀλλ' ὁ μῦθος αὐτὸς ἑαυτῷ περιπίπτει. et T. VII. p. 831. C. πανταχοῦ ἡ πλάνη ἑαυτῇ περιπίπτει. Par ratio prorsus est in μηδαμῶς, quod viro Cl. (l. 13.) tantopere placuit. Ecquis enim mortalium, in ea schedarum discordia, Herodoteum illud esse præstabit? Μηδαμᾶ habet cap. 68. III. 65. atque alias, μηδαμῇ quoque. Mox (l. 16.) ἐς σεωυτοῦ servavi, non ignarus defendi veterum locis ἑωυτοῦ posse, patronumque habere in Miscell. Observ. T. III. p. 142. Wess.—Quod modo præcessit, ἄλλους ἀλόμενος, id commode Wyttenb. Select. p. 351. confert cum illo Xenophontis, Hellen. III. 1, 2. Κῦρον ἀντ' ἐκείνου ἡρημένοι ἦσαν. S.

Cap. CIX. 1. ὡς οἱ παραδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ] Valla ad verbum, quum ei puer traditus esset ornatus ad necem: ubi quum haud adpareret, quid hoc esset, ornatus ad necem; clarius H. Stephanus reddendum censuit, quum ei puerulus cum ornatu traditus esset ad necem: et in eamdem sententiam Gronov. quum ei puerulus ornatus esset traditus ad necem; quam versionem et Wesseling. tenuit, et Larcherus his verbis suo idiomate reddidit, on remit l'enfant couvert de riches ornemens entre les mains d'Harpagus, afin qu'il le fit mourir. Quæ interpretatio (ut jam olim Æm. Portus in Lex. Ion. v. θάνατος monuit) satis bene haberet, si παραδόθη ἐπὶ θανάτῳ non κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ, legeretur. Nempe tradebatur Harpago puerulus eo cultu ornatus quo regios liberos mortis caussa (id est mortuos, aut jam jamque morituros) ornari moris erat. conf. c. 111, 15 seq. et 22 seq. rursusque c. 112, 14 seq. et 113, 5. Itaque ad τὴν articulum, cum eodem Porto, intelligendum στολὴν, sive potius κόσμησιν, scil. nomen ex cognato verbo, quod in proximo est, repetendum. Sic VII. 34, 2. ἐγεφύρουν —— τὴν μὲν —— τὴν δ' ἑτέραν, scil. γέφυραν. VII. 62, 1. τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι, sc. στολήν, id est σκευήν, quo vocab. continuo dein utitur. VII.

84, 2. τὴν αὐτὴν (sc. σκευὴν) ἐσκευασμένοι. Pro quo VII. 72, 6. ait τὴν αὐτὴν ἔχοντες: ubi, quoniam ἔχοντες eo loci idem ac ἐσταλμένοι aut ἐσκευασμένοι valet, pariter στολὴν aut σκευὴν intelligitur. In Aristoph. Ran. 192. ναυμαχήσει τὴν περὶ κριῶν, sc. μάχην. Sic κρίνεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, scil. κρίσιν vel δίκην, et similia multa apud optimos quosque auctores. Sic vero rursus apud Nostrum, quoniam δῆσαι ἐπὶ θανάτῳ IX. 37, 6. sonat vincire mortis caussa, in vincula conjicere supplicio destinatum, similiter etiam ἴδησι (σφίας) τὴν ἐπὶ θανάτῳ (scil. δίκην) habemus III. 119, 9. et τοὺς ἄλλους κατίδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ nempe δίκην, V. 72, 22. Neque me fugit, ad τὴν articulum alias etiam subinde nomen ὁδὸν intelligi; nempe cum verbis præsertim quæ mittere, ducere, aut proficisci significant: (conf. I. 67, 11.) sed non idcirco equidem dixerim, in verbis ex V. 72. modo citatis prægnans esse verbum κατίδησαν, intelligendumque κατίδησαν ἀπάξοντες τὴν ἐπὶ θανάτῳ ὁδὸν, quod viro docto excidit in utilissimo libello scholiastico, quem Attica inscripsit, p. 431. ed. sec. S.

3. ἐς τὰ οἰκία] Verum id est: ut ἦϊε ἐς τὰ οἰκία cap. 119. Sæpe tamen operarum delicto depravatur, quem ad modum principio ejusdem capitis ἦϊε ἐς τὰ οἰκῖα, ubi Arch. οἰκία II. 129. εἶναι ἐν τοῖσι οἰκηΐοισι τίμιον. III. 148. πρεσβύγεά μιν ἐς τὰ οἰκήϊα. Quæ quidem et alia similis generis ad eandem formam ex MSS. redire debent. Vide Gronov. II. 66. Wess.—Nempe II. 66, 16. recte Gron. οἰκίοισι ex MS. Med. restituit, cui et alii libri adsentiuntur. S.

[10. συγγενὴς ἐστιν] Adhæsit ν litera e superioribus edd. Rescriptum ἐστι velim, ut alibi: et sic h. l. noster cod. Pa. Conf. Var. Lect. (ed. S.) ad Præm. c. 4. S.]

Cap. CX. 2. νομὰς τε ἐπιτηδειοτάτας νέμοντα] Multum se hic æstuasse fatetur Cl. Reiskius, tandemque huc venisse, ut ἀπιστηδειοτάτας, pascua maxime horrifica, reponeret. Pepererunt fortasse hos fluctus montes θηριωδέστατοι, qui utique boum pasturæ minime conveniebant. At pascua erant ad montium radices, ut statim traditur: ad eas autem plerumque herbidi irriguique agri, bubus pascendis egregii: hinc et pagus illic, hominum celebritate notabilis, c. 114. Posses, si innovatione locus indigeret, ἐπιτηδιώτατα ex Aldo recipere et bubulci sollertiam intelligere. Hesychius, Ἐπιτηδείως· ἐπιμελῶς. Vide II. 133. Wess.—Quidni pascua intelligamus ad id, de quo nunc agebatur, maxime idonea? S.

6. Τὴν γὰρ κύνα καλέουσι Σπάκα Μῆδοι] Eadem-ne Medorum et Persarum fuerit dialectus, non liquet. In reliquiis Persicæ linguæ nihil doctissimi viri G. Burtonus et Hadr. Relandus invenerunt congruum. Confer hujus Diss. de Vet. Ling. Pers. p. 245. et illius Ἀσίψ. Ling. Pers. p. 97. Justinus I. 4. de caussa nominis Spaco lepidas admetitur fabellas, ex Trogi libris derivatas. Wess.

10. πρὸς Σαπειρέων] Credo Florentiæ non aliter scriptum, etsi super ea re silentium. Codex Ask. et Valla idem obtulerunt. Σαπειρέων Aldi et Editt., si littera detrahatur, Σάπειρας dabit, quos Colchis confines, memorant Orpheus Argon. v 753, et Apollon. Rh. II. 397. atque ex illis Stephanus Byz. In Nostri Musis modo Σαρπιρεοὶ III. 94. modo Σάπιρες IV. 37. contra tabulas tamen. Melius I. 104. VII. 79. Wess.

18. ἐπορεῦν —— διατέταγμαι ἐγώ.] Nimium tribuitur Mediceo. Quia de militibus eorumque acie διατάσσεσθαι frequentatur, propterea-ne uni negabitur? Apostolus Paullus, αὕτω ἦν διατεταγμένος, Act. Ap. xx. 13. Servus

ἐοίκασι τὰ διαταχθέντα αὐτῷ Luc. Evang. xvii. 9. Hæc sufficiunt. Alii in composito amplius quam simplici esse affirmabant, neque illis pertinaciter obloquar. Wess.—De re, quæ hic agitur, conf. c. 112, 5. 113, 10 seq. et 116, 21. S.

Cap. CXI. 3. πίνιξ ἰοῦσα πᾶσαν ἡμέρην] Prave explicatur quæ per totam diem parturierat, pulcre monente Cl. Abresch Diluc. Thucydid. pag. 583. Wess.—Recte vero Vir doctus, cujus partus *in dies* exspectabatur: et aut sic, aut *de die in diem*, in Lat. vers. repositum velim. Sic VII. 203. 5. προσδόκιμοι πᾶσέν τινι ἡμέρην quotidie (sive, in proximum quemque diem) exspectantur: et plena dictione, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, VII. 198, 4. S.

6. ἔστι οὖν ἰαθὺς ὁ Ἀρωπαγὸς μετατίμψασα] Recte post pauca (l. 9.) hunc in modum Gronovius; sequor exemplum, schedarum parens imperio. Est autem omnis hæc oratio cultissima et rusticæ simplicitati mirabiliter apta. Wess.—Utrobique edd. ante Gron. μετατίμψασα dabant; idque priori loco (l. 8.) tenuit Gron. ubi cum plerisque MSS. μετατήμψασα primus Wess. edidit. Posteriori loco, (l. 9.) de quo in Var. Lect. (ed. S.) oblitus eram monere, idem Gronovius, unum codicem, ut ait, secutus, μετατίμψασα primus edidit, idque tenuit Wess. ubi quidem (ut idem Wess. admotavit) codd. Ask. Arch. et Paris. duo (nostri Ph. Pe. Pd. et cod. F.) in μετατίμψασα cum vett. edd. consentiunt. S.

8. ἐξ ἀίλωτου ἰδοῦσα] Appianus Punic. p. 104. (c. 104, 3.) καὶ αὐτὸν ἡ στρατιὰ μαχεῖσθαι ἰδοῦσα ἐξ ἀίλωτου. Similiter pag. 117. (c. 116, 18.) Sophocles aliter Ajac. 727. ἐξ ἀίλωτου Αἴας μετωπηγάσθη. Æschylus quoque Suppl. 362. Hesychii Ἐξ ἀιλωτόης hinc docti viri corrigunt, sed frustra, uti bene in litteris ad me Cl. Alberti. Legendum enim ἐξ ἀιλωτίης, quo Archilochus apud Heraclid. Pontic. p. 412. Ed. Galei utitur. Wess.

12. ἰς διστόσιας τοὺς ἡμιτρίους] Cogor sæpe minuta venari. Quid facias, ubi talem se silva dat? Abigunt Florentiæ hinc et c. 112. διστόσιας, et retinuerunt τὸν διστόσιον c. 11. Non sibi constant, fateor, in productione vocis descriptores, sed culpa ipsorum est. ἰξηγητίας vidimus cap. 78. Manarunt eodem ex fonte Ἀμοτηγίης, Ἀμοτηγίῃσι, Ἀμοταγόρεια: Καμβύσης, Καμβύσεω, Καμβύσεα, quod in Ἀστυάγης codex Arch. sollicite observat. Wess.—Cap. 129 extr. in διστόσιας consentiunt libri omnes. S.

Cap. CXII. 9. εἰ δὲ πᾶσά γε ἀνάγκη] Ita adsolet: πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ἔσαι II. 22. et 35. IV. 179. V. 52. etc. Sophocles Elect. v. 1527. Plato in Phædro p. 243. D. πολλὴ ἀνάγκη in Eutyphr. p. 7. D. Itaque γὰ interpositum pluribus in MSS. citra sententiæ damnum resecatur a Viro Clarissimo recte. Sæpe tamen apud alios πολλή γ' ἀνάγκη, poëtas in primis, de quibus Valcken. in Euripidis Phœniss. 1668. Wess.—Equidem, cur abjiceretur particula et perapta huic loco, et plerorumque ac probatissimorum codicum auctoritate firmata, non satis causæ vidi. S.

Cap. CXIII. 8. τῶν σφι προβόσιων] Hinc in Æm. Porti aliorumque Lexica receptum fuit προβόσιος. Usitata vox αἰγοβοσιῶν facile potuit in illam deflecti. Valck.—Per utique rasum est προβόσιος de pastore, sicuti et προβόσιμα, quod in Philem. Jud. Legat. p. 993. D. Verum hoc nævo obsitam atque in προσέσιμα vertendum docuit Kühnius ad Diogen. Laërt. Præfat. Illud movere non audeo. Accedit proxime αἰγοβοσιῶν vocabulum; sed metuo, ut ταῖς βουκολίαις bene conveniat. Wess.

Cap. CXIV. 6. εἰκίας εἰκοδομέειν] Una rasuta litera εἰκοσμέειν refingit Cl.

Pauw: neque enim eum, qui sibi δορυφόρους atque ὀφθαλμὸν eligebat, οἰκονόμους omisisse: habuisse præterea Persarum reges μελιδωνοὺς τῶν οἰκίων, III. 61. quibus sædium et rei domesticæ cura erat. Hoc verum; notum quoque οἰκοδομεῖν, οἰκοδομίαν, et οἰκονομεῖν permisceri apud Philon. Jud. de Fortitud. p. 740. c. et in Paullina ad Timoth. priore c. 1, 4. et sæpius alias. Neutrum tamen adigit, ut eam in sententiam eatur. Ludus puerorum describitur, quorum esse

> Ædificare casas, plostello adjungere mures,
> ludere par impar,——

monuit Horatius II. Sat. III. 247. et experientia testatur. Wess.

8. τὰς ἀγγελίας ἰσφέρειν] Difficilis electio. Φέρειν et ἰσφέρειν ἀγγελίας usus admittit: illud latius se porrigit; hoc ejus proprie, cui in aula ἰσαγγελίου titulus, quique ad regem deferebat quæ nunciabantur. Vide Lucianum Deæ Syr. c. 25. Heliodorum X. p. 491. et Gronov. (Commode ad III. 77, 6. provocat Gron. Et verisimilius est, a nonnullis hic omissam fuisse præpositionem, quam ab aliis suo arbitratu adjectam.) Βασιλέος ὀφθαλμὸν multa in luce posuit Brissonius Regn. Pers. I. 190. Wess.—Conf. Adnot. ad c. 100, 9. S.

13. πειρέσεσι] Nihil demuto. (Vide Var. Lect. ed. S. ibique ubi iterum Arch. nominatur, Ask. corrige.) Voluit Arch. scriba πειρεῖσι, ut supra c. 73. quo de P. Leopardus Emend. VII. 8. Bene etiam (l. 14.) habet μετείλθη, ubi in Arch. insignis adparet aberratio, nec ab ea inmanis Vindob. cui in animo μετήχθη fuisse videtur. Wess.

Cap. CXV. 6. ἀεικείῃ τοιῇδε πειρέσεσι] Sic I. 73. et III. 160. ubi αἰκίῃ, uti hic, Arch. ex scholio, e quo et id descendit, quod in Vindob. Placere potest Aldi ἀεικίῃ, ut προμηθίῃ, I. 88. III. 36. in Vindob.; verum Aldus in isto vocabulo varius est. Statim (l. 7.) malui ἐγὼ δὲ ex Arch. quippe significantius. Plutarchus in Præcept. Reip. ger. p. 811. c. ἐγὼ δὲ ἀνάπαλιν——οὐκ ἐμαυτῷ γέ φημι ταῦτα οἰκονομεῖν, ἀλλὰ τῇ πατρίδι: ita enim dederat, non οἰκοδομεῖν. Wess.

[14. ὧδέ τοι πάρεσιμι.] Videndum ne in aliis etiam codicibus, sicut in nostris, ὧδέ τοι scriptum reperiatur: quod Gallice diceres, me voici tel que je suis. S.]

Cap. CXVI. 1. τὸν Ἀστυάγεα ἰσῆγε] Ad eum modum VII. 46. ἰσῆλθε γάρ μοι λογισάμενον: namque ita Jo. Stobæus et scripti codices. Verum isto de genere uberrime docti viri, T. Hemsterhusius in Lucian. T. I. p. 26. et Valcken. ad Euripid. Phœniss. p. 464. Satis vero demirari non queo Gronovii acumen, quo προσφέρεσθαι ἰδ. ἐς αὐτούς (l. 3.) tanto paratu defenditur. Potest-ne hoc pertinere ad Cambysem et Mandanen? qui longe aberant, nec quorum ulla in Cyri hac agnitione prævertit mentio. Bonus Astyages toto corporis filo et vultus lineamentis sibi puerum respondere opinatus est. Qua quidem in re et Justinus (I. 5, 4.) adsentitur, et sibi senex quid dedit. Redeat ergo suam in sedem, unde dejecta vetus est lectio. Mox (l. 3.) cum Reiskio mallem ἐλευθεριωτέρῳ, homine ingenuo magis quam servo dignior. Atque ita Portus quoque. Wess.

8. ὥστε σε καὶ τὸν παῖδα, etc.] Optime Gronovius ex Medic. cui solens paria facit Ask. Quam longe vero abs recto illud μουνόθεν! (l. 13.) Pæne succenseo schedis Florent. quæ inprudentem in hæc præcipitia truserunt. Si quid mutandum, μουναδίντα δὴ ex eo libro et Arch. sumi levi auxilio poterit. Wess. —Immo, si quid mutandum, τε equidem, quam δὴ vel δὲ, mallem. S.

12. μουνόθεν τάδε] Nonnunquam du-

bites, serio-ne Gronovius de membranis loquatur Med. an lectoribus illudat: sed nimis frequentia clarissimi viri peccata avitis meritis sunt compensanda. Hoc quidem considerandum non est, ferri-ne possit μονιόδιν: nam nihil est absurdius cogitatu: verum illud, an forte scripserit Herod. non μουνωθίντα τάδε, verum, quia brevis est quæstio, μουνωθίντα δὲ αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, πόθεν λάβοι τὸν παῖδα καὶ τίς εἴη παραδούς. Valck.

18. ἀγόμενος ἐς τὰς ἀνάγκας] Diodorus τοῦ Δάμωνος ἀπαγομένου πρὸς τὴν ἀνάγκην, T. II. p. 555. (in Excerpt. Peiresc. p. 245.) ad supplicium. Τὰς ἀνάγκας, tormenta, quibus bubulco verum exprimere constitutum erat, vocat Noster. Quo usu sæpe Polybius, Philo Jud., Josephus, et, ne alios adjungam, Diodorus III. 14. ubi adnotata vide. Wess.

[20. καταβαίνει ἐς λιτάς τι, καὶ συγγνώμην ἑαυτῷ πολιόν ἴχων αὐτόν.] Priusquam πολιόν, Schæf. edidisset, similiter Wyttenb. (Select. p. 351.) aut ἐπίλιον corrigendum censuerat, aut πολιόν tenendum. "Recepto πολιόν, inquit, antecedens τι καὶ delendum, certe repudiandum." λιτάς τι καὶ εἰμαγὰς conjectaverat Reisk. Immerito vero doctos viros offendit istud πολιόν, in quod optimi quique codd. consentiunt. Verbum καταβαίνω ista notione constanter cum participio construitur, I. 90, 14. 118, 5. IX. 94, 5. Igitur repetitum intelligendum verbum, καὶ καταβαίνει πολιόν. S.]

Cap. CXVII. 5. τίῳ δὲ μέρῳ τὸν παῖδα, etc.] Aldinum τρόπῳ præsidium habet, V. 47. Δοριεὺς μέν νυν τρόπῳ τοιούτῳ ἐπαλύσηται, sed infirmum. Non adsurgit ad vim atque elegantiam vocis dudum probatæ, pluriumque munitæ auctoritate, et statim (l. 22.) iteratæ. In superioribus nonnulla auctum et mutatum ivit Cl. Reiskius, quæ peti ex Miscell. Lips. T. VII. p. 618. poterunt. Wess.

18. ἢν μὴ τάδε ἐπιτιλίῃ ποιήσῃ] Non infrequens illud. Tale Hippocrateum in Jurejurando, Ὄρκον οὖν μοι τόνδε ἐπιτελίαι ποιέοντι —— εἶη ἐπαύρασθαι καὶ βίου, etc. et Melissæ in Epistol. ad Cleareten inter Pythagor. Fragm. p. 749. Galei, ἀρίστην τῷ αὐτᾶς ἀνδρὶ, ἐπιτελίας ποιοῦσαν τὰς ἐπὶ τῶν Θεῶν. Sunt in Procopio non dissimilia, quibus hunc locum nego. At abstinere haud queo ab his Pempeli apud Stob. Serm. LXXVII. p. 460. Πᾶς δὲ νέος ἴχων —— διδάσκαν γονέων ἐν χερὶ ἢ κατάρας, εἰδὼς πλεῖστα πλεονάκις ἐπιτιλίας συμβεβηκυίας. Sunt enim officii in parentes plenissima. Quod vero in Arch. legitur (l. 20.) καὶ ἰ εἶδον, illi patronus foret Homerus Ἰλ. Γ'. 408. καὶ ἰ φύλασσε, i. e. αὐτὸν, et crebro alias, nisi in metu essem, ne imprudenti excideret librario. Hic quidem ad sententiam non requiritur egetque alio fulcro. Wess.

Cap. CXVIII. 2. κρύπτων τὸν οἱ ἐνίσχει χόλον] An hic forte legerat Eustath. πνίζων —— χόλον? alibi certe nusquam occurrebat locus, cui congrueret illud, quod ad Ἰλ. α'. p. 40, 50. Ἡρόδοτος, ait, τὸ, χόλον κατακρύψαι, χόλον ποιῆσαι φησίν. Valck.—Advertit olim H. Stephani animum ἐνίχει, neque inmerito: maluit ἐνίχε, ut VI. 119. (Steph. in Proleg. de Herod. voc. et loq. gen. p. 2.) cui et ego primas darem, si per Codd. liceret. Venit quidem insolenti vocabulo Portus auxilio, nec opem negavit Gronovius. Si tamen verum amamus, ἀντιβιβάσει, πιχωρήσει, ἐγγόνοις, etc. nihil juvant, quippe temporis alius. Hortus Adonid. in ἐπιτύμβιον: οἱ Ἴωνες τὴν τοῦ ὑπερσυντελικοῦ ει διφθογγον ἐν τρίτῳ προσώπῳ εἰς ει διαλύουσι. Wess.—Si proba est scriptura ἐνίχει, fuerit olim rarior quædam verbi forma ἐνιχέω,

idem valens ac ἰνέχω vel ἐνεχίω. Similiter quidem et συμβαλλίω dixit Noster pro συμβάλλω, et σινίομαι pro σίνομαι, aliaque talia. S.

8. οὐκ ἐν ἰλαφρῇ ἐποιεύμην] Arch. ἰλαφρῶς scholion est. Dio Cass. XXXIX. p. 114. Pompeius οὐκ ἐν ἰλαφρῇ τὸ πρᾶγμα ἐποιήσατο: et LVIII. p. 714. ὁ Τιβέριος οὐκ ἐν ἰλαφρῇ τὸ πρᾶγμα ἐποιήσατο. Quod post pauca (l. 12.) ex Med. inculcatum est πέρισθί μοι, non antecellit pristino. Reliqui tamen. Wess.—Mihi hoc præstare videbatur alteri. S.

Cap. CXIX. 10. εὔτυκτα δὲ ποιησάμενος, εἶχε ἑτοῖμα] Opinor in his ἑτοῖμα abundare. Non me fugit ex lib. III. 123. καταλήσας δὲ τὰς λάφυρας, εἶχε ἑτοίμας. Sed ejus alia ratio. Hic satis utique erat εὔτυκτα. Suidam audiamus. Εὔτυκτα παρὰ Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ ῥᾳδία, ἕτοιμα, εἰργασμένα, καλῶς κατεσκευασμένα. Quæ ille mutua sumsit ex Nostri Scholiaste. Hesychius præterea Εὐτέλειον, εὔτυκτον ἔχει, ἑτοῖμον: cui quidem illud adlubuit ipsum, quod ob oculos est, visumque est non aliud ac ἑτοῖμον. At quid multa? rem certam præstat Codex Arch. suspectum vocabulum exilio damnans. Wess.—Potuit scriba codicis Arch. (nam sic etiam in nostra Var. Lect. scriptum oportuit, ubi nescio quo casu Pass. irrepsit) vocab. ἑτοῖμα, quod abundare censeret, omittere; potuit vero etiam fugitivo calamo prætervolare. Scholiastæ vero idem vocab. ex hoc ipso loco adscivisse videntur. Utut sit, exilio damnatum nolim vocabulum huic loco peraptum: in promtu, in parato habuit. Neque copia sermonis offendere nos in Herodoto debet: similiter c. 123, 10. ait, κατειργασμένου δὲ τούτου, καὶ ὄντος ἑτοίμου. De accentu hujus vocabuli, ex Ionum et veterum Atticorum usu, dictum est in Var. Lect. (ed. S.) ad c. 10, 2. Conf. Bast ad Gregor. Dial. p. 21. S.

11. ἐστί τι justum est. Gronovium vide ad II. 52. (ubi ille ad II. 134, 15. et III. 25, 9. et ad Porti Lexic. Ion. provocavit:) et Eustath. in Homer. p. 1158, 39. Wess.—Quem locum ex Eustathio citat vir doctus, (qui est ex p. 1215, 33. ed. Bas.) is huc nihil facit. Nam ibi quidem monetur, pro εἶτα et ἔπειτα, quæ deinde sonant, Ionice εἶτεν et ἔπειτεν dici: at ἐστί τι, quod hujus loci est, per pleonasmum τι particulæ, idem quod ἐστὶ, postquam, valet. Vide Gregor. Dial. Ion. §. 26. ibique Koenium. S.

13. τράπεζαι ἐπιπλέαι] Bene MSS.; sicuti et μηλείων κρεῶν. Solet certe Hippocrates, quoties ovillæ carnis requiritur usus, non aliter loqui. Loca, si desiderentur, signabit Foësii Œconomia. Ceterum inmanibus his et plane Thyesteis epulis ex Herodoto locum dedit Theophilus ad Autolyc. lib. III. p. 282. Ed. Wolf. a Fello prudenter redintegratus. Wess.]

[21. προεστάντες] Vide ad c. 86, 16. notata. S.]

26. καὶ ἀρίστου εἶναι πᾶν, etc.] Quod adsentator apud Comicum, (Terent. Eun. II. 2, 20.) Quidquid dicunt laudo: id rursum si negant, laudo id quoque, illud habent aulæ mores. Insigne in Harpago specimen: ὁ δὲ τὴν γνώμην οὐδαμῶς ἠλλοιώθη τῇ θέῃ, πᾶν εἰρηκὼς ἄριστον ὑπάρχειν αὐτῷ τὸ δοκοῦν τῷ βασιλεῖ, Nostri vestigia premens, Choricius Or. in Procop. Gazæum c. 31. Quo quid miserabilius? Wess.

Cap. CXX. 11. ἐς τί ὑμῖν ταῦτα φαίνεται φέρειν] Non erit ex Rem. incongruum ἔχειν, neque destricte necessarium. Utrumque eodem tendit. Oraculum ἐς τοὺς Ἀργείους φέρον et ἐς αὐτοὺς ἔχον permutantur VI. 19. Veniet tempus, quando illi verbo conmodior locus, sicuti V. 81. VIII. 144. ex MSS. Wess.—Quod modo præcessit, διατά-

ξας εἶχι, de eo loquendi genere, Nostro familiari, conf. notata ad I. 37, 7. S.

16. καὶ τά γε τῶν ὀνειράτων ἐχόμενα] Quæ annexa sunt somniis in Latinis Gronovii, non bene capio. Tu mecum ipsa insomnia intellige ex scriptoris adsuetudine. De frugibus ciboque, καρπῶν ἐχόμενα I. 193. σιτίων ἐχόμενα, III. 25. tum τοῖσι οὔτε χρυσοῦ ἐχομένοισι ἐστι οὐδὲν, οὔτε ἀργύρου V. 49. et, quod notabilius, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα σιτίστων ἐχόμενα, servi domesticique, VIII. 142. Wess.—Τὰ τούτων ἐχόμενα proprie sonat id quod Latine dicimus et his *finitima*, id est, et his similia, quæ de hoc sunt genere. S.

[16. τιλίως ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται] Ἔρχεται nunc idem fere valet ac ἐξέρχεται, quo verbo in simillimo argumento utitur Noster VI. 82, 6. et VI. 107 extr. pro quo mox h. l. ἐξήκειν. Eadem notione ἀποσκήψαντος ἐς φλαῦρον ait infra, l. 32. Similiter l. 15. παρὰ σμικρὸν κιχώρησαι, ubi παρὰ (ut sæpe apud Nostrum) idem ac πρὸς vel ἐς valet. S.]

27. ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περιοῦσα] Vel absque Codicibus fuisset hoc reponendum. Herod. II. 120. οὐ μὴν οὐδὲ ἡ βασιληΐη ἐς Ἀλέξανδρον περιήιε. Regnum vel imperium sic dicitur in aliquem περιελθεῖν, περιχωρεῖσθαι, περιεῖναι, περιήκειν, Herod. I. 187. et 210. III. 65. et 140. VI. 111. Xenophonti K. Π. IV. p. 67, 5. Luciano T. II. p. 557. III. p. 386. Valck.—Verissime Valckenarius. Futile vulgatum erat atque indoli sermonis pugnans: succurrebat Reiskius: περιοῦσα ex ἴω, pro quo εἶμι deinde receptum, refingens. Melius scripti libri, quibus obedientiam hic non detrectandam admonuit Geinozius Comment. Acad. Inscript. T. XVIII. p. 116. Ed. Paris. Wess.

28. οἷο δ' ἐπιστεῶντος βασιλῆος] Possis cum Valcken. ad III. 66, 12. ἐπιστεῶντος intelligere τῷ θρόνῳ. Sed et simpliciter ἐπιστεὼς idem ac καθιστηκὼς vel ὤν valere potest. Nempe quemadmodum ἐπιστάμενος est incipiens, instans: sic κατεστεὼς (in præt. temp.) significabit qui jam adest, qui jam nunc est, qui est. S.]

32. ἐς φλαῦρον] Hoc, an φαῦλον ex Med. et aliis probaveris, nihil admodum intererit, quamquam Herodotus prius videtur maluisse. Certe Gronovius in hoc vocabulo sæpe sibi contrarius est: modo scriptori valide adserit, modo aufert. Specta I. 99. VII. 8, 1. φαυλοτέρους dabit inferius c. 126. etc. Wess.—Ionibus magis proprium vocab. φλαῦρος. Monuit etiam Erotian. in Gloss. Hippocr. S.

Cap. CXXI. [2. εἰ γὰρ ἐγὼ, etc.] Conf. Adn. ad I. 24, 16. S.

Cap. CXXII. 5. ὁ δὲ σφι ἔλεγε, φὰς, etc.] Videtur Laurentius invenisse (ut est in nostris codd. Pb. et Pd.) σφίας πρότερον μὲν, quorsum et Arch. Vind. quodammodo ducunt. Latina Vallæ hæc erant, Hic se vero ait eos antea non novisse: sed minime bona. Cyrus interrogantibus parentibus, quo tandem modo servatus esset, reponit, se id antea non novisse, sed in itinere demum cognovisse. Ἔλεγε φὰς convenit Herodoteis ἔφη λέγων, V. 36. et 49. vel ἔφησι λέγων, quod in Arch. I. 114. atque in Edd. VI. 137. Wess.

10. ἥιι τε ταύτην αἰνίων διὰ παντὸς] Ἥιι hic videtur minus commodum: εἴη repertum in duobus Codd. teste Galeo: vocula interjecta legi posset: ὡς εἴη τε ταύτην αἰνίων διαπαντὸς, ἦν τί οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. Ex Herodoteis hoc accedit proximum e lib. III. 157. πάντες Ζώπυρον εἶχον ἐν στόμασι αἰνίσσοντες: paulo post, πάντα δὴ, inquit, ἦν ἐν τοῖς Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος. Valck.—Utique placere hic ἥιι non potest. Ut autem nihil expeditius, sic nihil certius videtur, quam ἦι esse corrigendum; qua verbi forma, pro communi ἦν, alibi etiam uti-

tur Noster. Solennis vero eidem periphrasis ejusmodi, εἰμὶ cum participio. Sic præter exemplum in Var. Lect. (ed. S.) adlatum, habes ἦν γινόμενα, pro ἐγίνοντο, I. 146 extr. Ἐστι ἐοῦσα σοφὴ, III. 108, 4. et similia. Quod continuo adjicitur, ἦν τι οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ, id Latine fere reddidi ut præivit Hermannus ad Viger. Adnot. 95. num. x. Videtur autem τὰ πάντα h. l. idem sonare ac διὰ παντὸς vel ἀεί. S.

Cap. CXXIII. 5. Κῦρον δὲ ὁρέων ἐπιτρεφόμενον] Valla verterat, sed Cyrum cernens adultum. Dubito an bene. Cl. Abresch Diluc. Thucyd. p. 209. ἐπισκεπόμενον, nimirum τὴν βασίλειαν aut ἀρχὴν, ut II. 121. et I. 7. atque alibi, reponit, cernens Persarum illi traditum imperium. Cui conjecturæ verba ἑωυτοῦ ἐόντος ἰδιώτεω robur quoddam (sed illud quidem oppido exiguum) addunt. Equidem, uti eam non prorsus repudio ob tantam MSS. consensionem, increscentem, adaugescentem, reddere malo. Wess.—Recte vero, et nihil aliud magnopere desiderabatur; quamquam possis cum Wyttenbachio ex proximo vocabulo τιμωρίην intelligere ἐπιτρεφόμενον τιμωρὸν, in spem vindictæ servatum ac succrescentem. S.

7. ἐόντος τοῦ Ἀστυάγεος πικροῦ] Stabilius omne imperium, benivolentia quod paratur, quam vi et crudelitate. διὰ τὴν πικρότητα suum Astyages, quemadmodum, c. 130. perdidit. Neque hoc admonere Syracusanos suos neglexit senex Nicolaus in Diodori XIII. 22. neque ipse Diodorus, multa de Astyagis acerbitate et crudelitate memorans in Excerptis T. II. p. 553. Mox Cl. Reiskius, καὶ ἐόντος παντὸς ἐτοίμου aut ἐόντων ἑτοίμων, scilicet Medorum proceribus, multo fore suavius et verius opinatur. Tu vide ultima cap. 124. Wess.

14. λαγὸν μηχανησάμενος] Ionum est ὁ λαγὸς, λαγοῦ, docente Athenæo IX. p. 400. et, eum secuto, Eustath. in Homer. p. 1534, 14. Et tamen in Musis id persæpe negligitur, nulla Herodoti, sed scribarum culpa. Tulit id ægre H. Stephanus atque ubique instaurandum decrevit, de Dialect. p. 148. Parebo doctori, et vetustis membranis. Wess.

15. οὐδὲν ἀποστίλας] Vetus ἀποστίλας ansam Gronovio novæ explicationis novique verbi (ἀποστίλλω) fingendi præbuit. Cl. Abresch Animadv. in Æschyl. lib. I. c. 26. p. 184. damnato isthoc conatu, οὐδὲ ἀποστίλας vertit nec quidquam ultra voce mandans, quasi ἀποστίλας positum sit loco ἀποστείλας. (quod ipsum h. l. habet noster cod. Pa.) Laudare id possem, nisi MS. aliud et melius, me quidem arbitro, daret: idem Portus conjectando extuderat; nec erat dignus tamen, qui propterea alapas (a Gronovio) auferret. Est. III. 32. λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα πτερίζειν. Medic. πτερίστιλαι, simili atque hic errore, etiam alibi obvio. Non addo, πίλλειν, ἀποτίλλειν in avibus et brutorum aliis, quibus plumæ pili-ve evelluntur, usu teri. Harpagus leporis artificiose tractati ventrem scidit, nihilque pilorum vellens, prout erat, ita indidit libellum. Hoc Græca volunt, uti quisque videt. Adi et Polyænum VII. 7. Wess.—Satis notum est, pro vocali ι, ubi producitur, frequenter ει ponere librarios. S.

Cap. CXXIV. 3. Ὦ παῖ Καμβύσεω, εἰ γὰρ θεοὶ, etc.] Venit Cl. Reiskio in opinionem, post Καμβύσεω aliquid excidisse, et quidem ἢ μᾶλλον θεῶν τινι: haud dubie ob ea, quæ continuo sequuntur: in quibus, si γὰρ tantumdem valet ac οὖν certe, ut sæpe valet, caduca explendi ratio erit, uti bene Abresch Diluc. Thucyd. p. 36. Wess.—Vide quæ ad I. 24, 16. monuimus. S.

14. Στρατηγὸς ἀνὴρ εἶν] Adest patronus, quem quoque Berglerus advo-

cavit, Aldino et Arch. ἐντῆσαι Homer. Ἰλ. φ'. 423. Ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος. Verbi paullo rarior structura turbas ciere ad mutandum potuit. οὐ πάνυ συνήθης οὐδὲ κοινὴ ἡ τοῦ ἀντᾶν αὕτη σύνταξις ἡ μετὰ γενικῆς scribit Eustathius. Nihil tamen de recepto, satis utique elegante, detraho muto-ve: secus in sequentibus, ubi τοι suum ex MSS. locum inpetravit. Wess.

Cap. CXXV. 11. ἐξ ὧν Ὥλλοι πάντες ἀρτίασαι Πέρσαι] Herodoteum hoc est. Enumerat Persicæ gentis nationes sive tribus, et omnes ait ex Persis pendere, Pasargadas, Maraphios, etc. (Dicamus potius: Enumerat Persicæ gentis nationes sive tribus omnes; ac primum quidem ex illis eas, quas Cyrus, a se convocatas ad deficiendum a Medis sollicitavit, scilicet Pasargadas, Maraphios et Maspios; a quibus reliquos Persas omnes ait *pendere*.) Πέρσαι universam gentem signant, non tribum: ἀρτίασαι Ionum est, Græcorum aliis ἤρτηνται. Loquendi genus consimile III. 19. καὶ πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός: tum VI. 109. ταῦτα δὴ πάντα ἴς σι νῦν πίνυ, καὶ ἴκ σιο ἄρτηται, sic MSS. Est et aliud V. 31. quod huc arcessi potest. (Adde IX. 68, 2.) Constat ita et rectissime procedit, antea horridior, scriptoris sermo. At contra venit Stephanus (Byz.) in Ἀρτιάται et Μάσπιοι: Artæatas, γένος Περσικὸν hoc ex loco recensens. Quid si falsus ille fuerit, atque ex insolentiore verbi formatione gentile nomen formaverit? Herodotus crebro alias Persicæ gentis nationes memorat, Ἀρτιάτας nusquam, Ἀρταίους quidem VII. 61. qua re Stephani culpa evadit manifestior. Mecum sentit, doctissime in his versatus, Abbas Geinozius Comment. Acad. Inscript. T. XVIII. p. 119. Μαράφιοι et Μάσπιοι Stephano restituti a Berkelio sunt, leviter in paucis lapso. Critici in Ἰλ. γ'. 175. Ἐλένης καὶ Μενελάου παῖδες Δίαιδος καὶ Μορφαφίων· ἀφ' οὗ τὸ τῶν Μορφαφίων γένος ἐν Πέρσαις ex Porphyrio: corrigit priore parte Μορφάφιος Barnesius. Melius multo Eustathius p. 400, 32. (p. 303, 29 seq. ed. Bas.) Μαραφίος et Μαραφίων. Wess.

13. καὶ Ἀχαιμενίδαι τἰσὶ φρήτρη] Miror tam late propagari Aldi errorem, (φήτρη) si tamen error sit, potuisse. Hesychius Φάτραι, σύστημα. Φατρία, σύνταγμα, σύστημα. Hinc φατριακαὶ ψηφοφορίαι in Dionysii Halicarnassei IX. p. 598. pluraque alia, quibus usus est Cl. Reiskius Miscell. Lips. T. VIII. p. 300. Malui membranas sequi, et de φρήτρης voce quæ conduxit Eustath. in Ἰλ. β'. p. 239, 23. (p. 181, 23 seqq. ed. Bas.) missa facere, sicuti et Stephani in nationum Persicarum titulis aberrationes. De Achæmenidis et vocis origine Th. Hyde Histor. Relig. Persar. p. 416. Γερμάνιοι non alii censentur ac Καρμάνιοι, sicuti Stephanus scribit. Tribuit Γερμανοῖς Sextus Philosoph. III. Hypotyp. p. 178. ἀβρίνομαξίας, quos cum his conponit Jo. Alb. Fabricius, nescio an recte. Id paullo inprudentius, quod Germanos nostros Persicæ originis statuerunt nonnulli, quoniam in Persis Κερμάνιοι. Errantes comiter in viam deduxerat Ph. Cluverius Germ. Ant. lib. I. p. 30. et supersunt, qui frugibus repertis glande vesci malunt. Wess.—Nempe hi cognationem antestantur, quæ Teutonicæ linguæ cum Persica, haud exigua ex parte, intercedere videtur. S.

Cap. CXXVI. 9. ὡς διξόμενος] Sequor Gronovium. (Vide Var. Lect. ed. S.) Sic Amyntas, instructa laute cœna, ἐδίκαιτο τοὺς Πέρσας V. 18. et VII. 119. ὡς δὲ δείπνου γίνοιτο ὥρη, οἱ μὲν δεικόμενοι ἔχιστον πόνον. Mox Cl. Reiskius (in Notis MSS. non in editis) ὡς ἐπιπλειστάτοισι uberrimis refingit, quem non sequor. Wess.

18. *βουλομένοισι μὲν ἐμοὶ πείθεσθαι*] Rarum hoc structuræ specimen: alibi casum tertium adjungit I. 170. (et paullo ante, c. 124, 11. item V. 39, 15.) Portus auxilio advocavit Homeri Ἰλ. *ν'*. 57. *πείνου γάρ κε μάλιστα πίθοιατο*, foretque validum profecto, modo illi scripturæ concordia constaret. Ut ut est, hic, (et quidem ter deinceps, namque iterum l. 20. iterumque l. 22.) schedarum constantissima consensio est; cui, si hoc genus ferri nequeat, succurret præpositio *ὑπὸ* intellecta. Sed servari potest et debet, monitore Cl. Abresch Dilucid. Thucyd. p. 728. cujus indicio Plato III. Rep. p. 391. A. *ὅτι οὐδ' ὅσιον ταῦτά γε κατὰ Ἀχιλλέως φάναι, καὶ ἄλλων λεγόντων πείθεσθαι.* In *ἀπειθεῖν* simile Xenophontis IV. Inst. Cyr. p. 106. B. *Μῆδοι ἀκούσαντες τοῦ ἀγγέλου, ἐσίγησαν, ἀπορεῖντες μὲν ὅ,τι χρὴ καλοῦντος ἀπειθεῖν*, etc. Wess.—At hæc duo quidem ex Plat. et Xenoph. adlata exempla ad id, de quo hic agitur, nihil faciunt. In his enim genitivi, *ἄλλων λεγόντων*, et *καλοῦντος*, non a verbis, *πείθεσθαι* et *ἀπειθεῖν* reguntur; sed sunt genitivi participiorum absoluti ex eo genere, cujus complura exempla ad I. 3. 7. adlata sunt. Nihilo vero minus in salvo res est: licet apud alios scriptores vix reperias hanc constructionem, Herodotus certe verbum *πείθεσθαι* non modo cum tertio, sed etiam cum secundo casu construere amat. Præterquam quod ter h. l. in scripturam *ἐμοὶ* libri omnes consentiunt, rursus eodem consensu V. 33, 19. *ἐμοὶ πείθεσθαι* habemus: et VI. 12, 19. quinque probatissimi libri *πειθόμενα αὐτοῦ*, pro olim vulgato *αὐτῷ*, dedere; et V. 29, 13. sex codices *τοῦτων πείθεσθαι* non *τούτοισι*: eademque scriptura haud dubie in aliis etiam nonnullis codicibus, si recte excussi fuerint, reperietur. Quare etiam videndum, ne Iliad. *ν'*. 57. vera sit scriptura, *πείνου* —— *πιθοίατο*: quemadmodum et ad Od. *κ'*. 414. pro *ἀγγελίης ἔτι πείθεμαι*, etiam in genit. sing. *ἀγγελίης* (intelligendo *ὑπὸ ἀγγελίης*) legi posse ait Eustath. p. 69. (p. 1427. ed. Rom.) Quamquam hoc quidem non urgeo, quoniam nusquam alibi apud Poëtam cum isto casu constructum id verbum reperitur. Cæterum apud Nostrum, sicut in omnibus pæne verbis, quæ cum genitivo casu construuntur, elliptica utique loquendi forma est: quam expletam habemus apud Sophocl. Electr. 410. *ἐκ τοῦ φίλων πιστοῦσα.* Rursus vero absque præpositione Euripides usurpavit, *πείθεσθαι γὰρ εἰθισμαι σέθεν*, Iphig. in Aul. 731. nisi cum Marklando ibi *εἴθισμ' ἐκ σέθεν* legas, aut *εἴθισμαι 'κ σέθεν* cum Porsono. Sed ibidem in dubium vocari poterit, utrum plerisque in codicibus præpositio *ἐκ* temere fuerit omissa, an in nonnullis ex scholio contextum invecta. Cæterum ex Porsoni Adversariis p. 253. (nam ejusdem instaurata editione Marklandiana Iphigeniæ careo) lubens intelligo, quod de exemplis a Wess. ex Platone et Xenoph. citatis supra dixi, similiter de eisdem Porsonum etiam judicasse. S.

25. *ὡς ὧν ἐχόντων οὕτω*] Recurrit *ὡς οὕτω ἐχόντων* VIII. 144. In Sophoclis Ajac. 915. *ὡς δὴ τοῦτ' ἔχοντος, αἰάζων πάρα.* At Elect. 1193. *ὡς δὴ ἐχόντων*: (?) quomodo Ajac. 996. atque Æschylus Agam. 1401. Wess.

Cap. CXXVII. 9. *ὡς δ' οἱ Μῆδοι* —— *Πέρσῃσι συνέμισγον*] *Συνέμισγον*, quod ex duobus Codd. enotatum, invenit Grunovius Florentiæ VII. 40. jocosamque professus fuit litterarum transpositionem, quæ ferri possit. Similis I. 185. et VI. 14. in schedis Vind. atque Ask. an tolerari possit, non definio. Potius erit, quod ex Xenophonte adponam. Perhibuit is lib. VIII. Cyropæd. p. 228.

A. (c. 5. 19.) Cyaxarem Cyro filiam uxorem collocasse, insuper in dotem addidisse Μηδίαν τὴν πᾶσαν, sive totum Mediæ regnum; socero proinde sine bellorum tumultu Cyrus in Medorum principatu successit, neque diffitentur Xenophontis amici. Atqui idem ille lib. III. Exped. Cyri p. 308. de Larissa ad Tigrim urbe tradit, obsessores Persas, cum Medorum imperium acciperent, nullo eam modo expugnare valuisse: præterea non longo intervallo oppidum fuisse Mespila, in quod regis Medorum conjux, Media nomine, fugerit, Persis dominationem Medorum genti auferentibus. Quæ utique sine vi et armorum strepitu haud evenerunt. Non nescio, quid de auctore τῆς Ἀναβάσεως Κύρου rescribi queat. Quicunque fuerit, in partes Herodoti concedit. Wess. —Si σμίγω pro μίσγω vel μίγνυμι usurparunt Græcorum nonnulli, (conf. Var. Lec. ed. S. ad h. l. et ad I. 185, 33. et VI. 14, 3. et VII. 40, 5.) potuit id ex vulgari et plebeia literarum in pronunciando transpositione ortum ducere; nisi forte pro vetere verbo μίγω per prosthesin literæ σ olim etiam σμίγω in usu fuit, sicut σμικρὸς pro μικρός. S.

Cap. CXXIX. 3. seqq. καὶ εἰρετό μιν —— ἤ τι εἴη, etc.] Conjecturam super hoc loco proponam, quæ forte partem dabit sinceræ lectionis. Corrigebam: καὶ δὴ καὶ εἰρετό μιν πρὸς τὰ ἑωυτοῦ δεῖπνα, τῷ μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τοῦ παιδὸς ἐδοίνησε, εἴ τι ἡσθείη τῇ ἐξ ἐκείνου δουλοσύνῃ ἀντὶ τῆς βασιληΐης. Interrogabat illum præterea propter epulas, quibus ipsum filii mactati carnibus exceperat, numquid delectaretur illinc orta servitute regni loco. Primum ad ista quadrat Astyagis responsum: εἰ ἑωυτοῦ κτείνεται τὸ Κύρου ἔργον; Præterea, quod reponendum suspicor, atque in ἤν εἴη degenerasse, εἴ τι ἡσθείη, nititur illud supra narratis c. 119. ubi, cum insciis filii membra devorasset Harpagus, Ἀστυάγης εἰρετό μιν εἰ ἡσθείη τι τῇ δοίῃ. Acerbissimum dictum hic Harpagus, si vera suspicor, in auctorem retorsit. Propter ista posuit hic, ni fallor, ἐδοίνησε, pro ἐὐώχησε vel ἔδαισε. Harpagus infra cap. 162. memoratur, τὸν Ἀστυάγης ἀνόμῳ τρωπίζῃ ἔδαισε. Valck.—Defluxisse atque excidisse hinc aliquid, Reiskii opinio quoque est: videri Herodotum scripsisse: "Interrogabat Harpagus Astyagem "adjurans per illas dapes, πρὸς τοῦ δεί-"που, quas ipsi olim devorandas propo-"suerat, sui filii carnes, ἐδοίνησε, εἰ πισ-"τεύει ὅτι οἱ εἴη ἡ ἐκείνου, etc. crederetne, "ipsius captivitatem sibi regnum valere, "æque gratam esse, quam si regnum "ipsum accepisset." Hæc ille. Equidem doctissimorum virorum amplector conatus et studium probo; nec paria facio. Refert Noster VI. 67. Leutychiden Spartanum, misso servulo, ἐπὶ γέλωτί τε καὶ λώβῃ, deridendi et insultandi caussa, rogasse τὸν Δημάρητον, ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν μετὰ τὸ βασιλεύειν; qualis esset ea præfectura post regnum? Idem Leutychidæ et Harpagi consilium, nec interrogatio dispar, modo (pro vulgato ὅτι) ἤ, τι, voce dissecta, legas. Ille Demaratum, regno dejectum, ob præfecturam, hic Astyagem, itidem eversum regno, de servili conditione, æque ac ille injurius, interrogat, qualis illa præ regno videatur? Quæ quidem acerbissima exprobatio, et vere Θυμελγὴς, præsertim abs administri ore progressa. Wess.

Cap. CXXX. 1. ἴστια πίνοντι καὶ τρυπήσαντα] Literæ Θ et Θ quia facillime potuerunt inter se commutari, pro Ε', sive πίνοντι, corrigendum arbitror Θ', id est ἐννέα. Paulo post Medi dicuntur imperium, τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης per annos tenuisse 128. παρὲξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον. Scythæ τῆς ἄνω Ἀσίης ἄρξαν ἴστια δυοῖν δέοντα τριήκοντα, IV. 1.

et I. 106. Vel. ex horum locorum priore manifestum est, de summa annorum 128. hos 28. detrahendos esse: firmat illud usus vocalarum πλείξ ἢ ὅσοι, similiumve, Herodoteus: II. 32. πλὴν ὅσοι. II. 77. χωρὶς ἢ ὀλίγοισι σφι ἐοῖ ἀπωδεδίχασι. II. 111. πλὴν ἢ τῆς τῷ οὔρεϊ νιψάμενος ἀνίβλεψε. IV. 82. χωρὶς ἢ ὅτι. lib. VI. c. 5. πλὴν ἢ ὅσοι. Reliqui itaque sunt anni duntaxat 100, non imperii Medorum; (anni enim essent 153) sed imperii Medorum τῆς ἄνω Ἀσίης, sive τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης. Flumen Halys Medorum Lydorumque imperii fuit limes, Herod. I. 72. Distinguit Herod. τῆς Ἀσίης τὰ κάτω, et τὰ ἄνω αὐτῆς, I. 71. et 177. Atque ita passim alii: Asia maritima est ἡ κάτω Ἀσία. Quod Dion. Chrysost. pag. 566. A. Agesilaum dicit κρατήσαντα πάσης τῆς κάτω Ἀσίας, dixerat de eodem imperatore Isocrates, p. 70. D. τῆς ἐντὸς Ἅλυος χώρας ἀπάσης ἐκράτησε. Cræso devicto, primus Cyrus οὗτω πάσης τῆς Ἀσίης ἤρξε, Herod. I. 130. Assyrii secundum Herod. (I. 95.) per annos 520. imperium tenuerunt τῆς ἄνω Ἀσίης. Ab Assyriis primi defecerunt Medi, nec tamen hi successerunt in dominationem Assyriorum; ne Regem quidem nacti Deiocem. Hic, sola Media contentus, de subjugandis Assyriis ne cogitavit quidem. Non itaque, hoc regnante, dici potuerunt Medi ἄρξαι τῆς ἄνω Ἀσίης: atque adeo anni 53., per quos regnasse dicitur Deioces, hic meâ quidem opinione prorsus in censum venire nequeunt. Hoc constituto, facillimus erit annorum 100. computus. Deiocis filius Phraortes, imperio paterno non contentus, (I. 102.) primum Persas aggressus sibi subjecit; deinceps κατεστρέψατο τὴν Ἀσίην, ἐπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλο ἰὼν ἔθνος. Itaque sub Phraorte dici potuere Medi superioris Asiæ obtinuisse imperium: regnavit is per annos 22. Si anno imperii secundo sibi subjecit Persas ceterasque superioris Asiæ gentes, exceptis Assyriis, Phraortis anni numerandi sunt 21

Cyaxares Assyrios etiam devicit, atque adeo hic primus est, ὁ τὴν Ἅλυος ποταμοῦ ἄνω Ἀσίην πᾶσαν συστήσας ἐωυτῷ, Herod. I. 103. Hoc vivente, per annos 28. penes Scythas summa fuit imperii. Cyaxares moritur (cap. 106.) βασιλεύσας τεσσεράκοντα ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθαι ἤρξαν 40

Astyages nostris in exemplaribus per annos regnasse dicitur 35.; si vera est conjectura supra proposita, anni fuerunt 39

Atque adeo anni Medorum istius imperii fuere 100

Si Scytharum anni 28. de 40. Cyaxaris fuissent detrahendi, dixisset, opinor, Herodotus (cap. 106. extr.) βασιλεύσας τεσσεράκοντα ἔτεα, ἐν τοῖσι Σκύθαι ἤρξαν. Sic loquitur II. 128. ταῦτα ἴξ οἱ καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα, ἐν τοῖσι, etc. Alterum, σὺν τοῖσι, monstrare videtur, regnasse quidem Cyaxarem per annos 40. non ante tamen mortuum, quam a Scythis per tot annos occupatum recuperasset imperium. Tamdiu vitam protraxisse Cyaxarem nihil est cur miremur; siquidem avus Deioces per annos regnaverit in Media 53., quum regnum ipsi fuit delatum, jam ætatis maturæ, et ἀνὴρ σοφός: I. 96. et 97. Reges μακροβίους et recentior historia præbet et vetus. VALCK.

4. ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυοῖν δέουτα] Spectatissima exstat eruditorum hominum ad hunc locum opera: vix ullus, qui antiqui temporis rationes iniit, atque Assyriorum, Medorum et Persarum imperii principia ac ambitum finivit, eum neglectui habuit; ut pæne indigner, tanto silentio in novissima editione fuisse transmissum. Agam paucis: Herm. Conringio anni Medorum principatus a primordio his verbis ter-

minantur: Crescunt illi, additis XXVIII. Scytharum dominationis, in numerum CLVI. Cum vero Deioces regnavit annos LIII., Phraortes XXII., Cyaxares XL., Astyages XXXV., qui anni collecti tantum sunt CL., necessum est, sex reliqui fuerint ἀβασίλευτοι Advers. Chronol. cap. 3. Elegans ea explicatio, et tanto commodior, quod nullam vim Nostri inferat orationi; a qua alii sibi haud temperarunt, nævos in numerorum notis vestigantes. Jo. Harduinus annis XXVIII. quibus Scythæ Asiæ imperarunt, senos abscindit, Chronol. V. Test. p. 549., adplaudente Schroeëro Histor. Assyr. sect. IV. pag. 247. Id vero vetat Herodotus et temeritatis damnat, illos XXVIII. annos toties sine variatione repetens, I. 106. IV. 1. Vignolius, cui ista displicuit violentia, ut CLVI. anni rotundentur, Deiocis regni intervallum adauget, additis liberaliter VI. annis, in Chronolog. lib. IV. 5. p. 237. Præses Bouherius, ne quid illi concederet, vitium scrutatur in spatio, quod Phraortes regnando absolvit c. 102. Scriptum ibi fuisse, ἄρξας ἔτεα ὀκτὼ τι καὶ εἴκοσι: non, uti omnibus in membranis, ἔτεα δύο τι καὶ εἴκοσι: Dissert. Herodot. c. 4. Tot turbas atque æstus cierunt anni sex Conringiani ἀβασίλευτοι; quos utique, si plausibilis ea fuerit opinio, uti visa haud paucis est, non respuit ἀναρχία Medorum ante Deiocem designatum regem. Ecce aliud: necdum enim hi fluctus posuerunt. Rev. Kalinsky, ingenio supra theologorum vulgus erectior, universum regni Medorum intervallum annis CXXVIII., inclusis XXVIII. Scytharum imperii, circumscribit: Regi Deioci aufert annos XXII., residuos XXXI. annis Phraortis XXII., Cyaxaris XL., et Astyagis XXXV., quo anni CXXVIII. consummentur, adgregat: Conment. in Vaticinia Chabacuci et Nahumi cap. 5. p. 70. Quæ quidem manifesta audacia est, tantoque damnosior, quod Nostri dictio παρὲξ ἢ ἔσον exclusionem Scythicæ potentiæ sibi expostulet. Exempla dedit Valckenarius, neque iterari debent. Hi fructus ex præjudicatis opinionibus large succrescunt: ut hypothesi fiat satis, trahendi in partes inviti scriptores sunt; si recusent, admovenda falx est. Mihi multis de caussis Conringiana explanatio videtur potior. Erudita sunt, quæ in superiore adnotatione conspiciuntur: morantur tamen nonnulla adsensum meum, quibus alius fortasse locus erit. Wess.

[In unam summam collatis numeris annorum, qui regnis singulorum e quatuor Medorum regibus in libris Herodoteis tribuuntur, (c. 102, 2. 102, 13. 106, 11. et 130, 1.) prodeunt utique anni 150; a quibus si detrahas 28 annos, quibus penes Scythas imperium fuit, (c. 106, 1. et IV. 1, 7.) manent anni 122, quæ summa utique 6 annis minor ea, quæ hic traditur. Itaque, nisi statuere velis, secum ipsas pugnare Herodoti rationes aut illorum Persarum quos ille secutus est, duplex via iniri ad levandam hanc difficultatem potest. Aut enim cum Bouherio, cui Larcherus adsentitur, dicendum est, lapsos esse librarios, regnum unius ex illis quatuor regibus sex annis justo brevius facientes; verbi caussa, in annis regni Phraortis (cap. 102, 13.) scripsisse 22, quum 26 debuissent: aut cum Conringio et Wesselingio (quibus Volney accedit, in Chronol. d'Herodote p. 116 seq.) statuendum, initium imperii Medorum hic ab illo inde tempore repeti, quo ab Assyriis Medi defecerunt, et populari statu per sex annos usi sunt priusquam Deiocem regem nominassent. S.] 28

7. κατεστρέφθησαν] Optime Medic. Amant Iones veteresque Attici asperiores has formas. Vide Eustath. in Iliad. p. 519, 41. (pag. 393, 26 seqq.

ed. Bas.) Wess. — Vide Nostrum II. 81, 8. VII. 228, 1. II. 2, 14. et conf. Porson ad Eurip. Phœniss. v. 986. Adde etiam quæ notamus ad I. 168, 6. S.

13. Post τούτων, rursusque post ἀδικίης, levi inciso commode distinguetur oratio. S.

Cap. CXXXI. 2. ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς] Thom. Hyde Histor. Relig. Persar. pag. 90. et 97. non esse hæc absolute vera criminatur, usus conjecturis et recentium scriptorum judicio. Cicero, Strabo, atque alii, quibus B. Brissonius Regn. Pers. II. 28. etc. testimonium denuntiavit, Nostro suffragantur. Adde VIII. 109. Wess.

4. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν] Hoc malui. Gronovius modo hoc, modo δοκέειν laudat et inculcat, uti I. 152. IV. 168. Wess.— Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

Ibid. ἀνθρωποφυίας Valla verterat ex hominibus ortos: substituta est (a Gronov.) Stanleii opinio (ex illius Notis in Æschyli Pers.) humanæ formæ esse, quales Herodoto ἀνθρωποειδίες θεοὶ II. 142. At Persæ, qui nec imagines statuasve deorum nec templa probabant, eosdem humanæ quoque originis et ex hominibus in deorum numerum transcriptos negabant. Conf. Wilh. Warburton Divin. Legat. Mosis II. sect. 1. p. 95. Wess.

7. Δία καλέοντες] Heschyius Δίαν legisse videtur, Δίαν μεγάλην ἢ ἔνδοξον· τὸν οὐρανὸν Πέρσαι: quorum ultima huc pertinere clarum est. Scio a Cl. Belando correctione adjuvari Grammaticum Dissert. de Veter. Ling. Persar. pag. 175. qua carere possumus. Vide Cl. Alberti adnotationes. Quæ autem Gronovius in Jo. Clericum asperius jecit, ab hoc repulsa sunt Biblioth. Antiq. et Recent. T. V. p. 416. Wess.

12. Μύλιττα· Ἀραβίοισι δὲ, Ἀλίττα] Eruditissimi viri, Scaliger, Seldenus, Bochartus, Vitringa, Millius, has voces copiose, etsi eamdem viam non ingressi semper, illustrarunt. Vide Hesychium voc. Μύλητα, et quæ ibi amicus meus singularis Jo. Alberti. Quod adnectitur, Πέρσαι δὲ, Μίτρην, id male ac per errorem scriptum quam plurimis visum fuit: Solem enim Persis esse Mithram, non Venerem. Unum nominabo Ph. a Turre, Monument. Vet. Antii p. 175. Nequit profecto Mithras Persis auferri, tot veterum testimoniis et monumentis expressus; Herodoti vero aut Cyri potius ætate, an eo titulo Sol cultus ab eadem gente fuerit, dubium facit disputatio doctissimi Frereti Conment. Inscript. T. XVI. p. 270. Equidem Mithram illis relinquam, nec patiar Nostri fidem labefactari. Adsentitur Ambrosius lib. II. contra Symmachum, p. 840. " Cœlestem Afri, Mithram Persæ, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis, non pro numinis varietate:" quæ Mitram Venerem eandem in Persarum superstitione testantur. Præterea Persarum prisco sermone MIHR, MIHIR, amor indicatur, fatente Th. Hyde, Hist. Rel. Pers. c. 4. pag. 107. Hinc Μίτρην, Venerem Cœlestem, casti amoris auctorem et præsidem, recte dixerunt et formarunt. Hoc amplius: differunt scriptura Μίτρα, et Μίθρας, quod Gronovius vere monuit: discrepant quoque genere; hic Sol, illa Venus. Jam si Urania sive Cœlestis dea, non alia in veterum fuerit theologia ac Luna, Μίτρην utique Persæ habere æque ac Mithram potuere. Coluerunt certe omnes, qui sacris Mithriacis initiabantur, uti ex inscriptis lapidibus apud Anton. van Dale, Dissert. ad Antiq. Marm. p. 16. et Ph. a Turre, Monum. Vet. Antii pag. 160. adparet. Verum mysteria illa non urgeo, quippe recentioris ævi. Id mihi abunde est, constare Herodoto auctoritatem et fidem. Plura Freretus et Moshemius V. Cl. ad Rhad. Cudwor-

thi Systema Intell. p. 327. pro Herodoto. Wess.

Cap. CXXXII. 4. *οὐ σείμμασι*] Scripserat, opinor, *οὐ σίμμασι*. Nam, ut ait Herodotus, (l. 6.) etiam Persa, dum sacra faciebat, erat *ἐστεφανωμένος τὸν τιάρεων μυρσίνῃ μάλιστα*: et suis victima corollis erat exornata. De Persis Strabo XV. p. 1065. A. (pag. 732. ed. Cas.) *θύουσιν*, inquit — *παρασπασάμενοι τὰ ἱερεῖον ἐσπαμένον*. Verba Strabonis, et Xenophontis ex K. Π. III. p. 48, 33. repetita Brissonius attulit de Reg. Pers. Princ. II. p. 222 in Herodoteis nihil vitii suspicatus; in quibus bene convenire *οὐ σίμμασι, οὐκὶ οὐλῇσι*, monstrant ista lib. I. c. 160. *οὔτε οὐλὰς κρεῶν πρόχυσιν ἐποιέετο θεῶν οὐδενί, οὔτε σίμμασα ἐπίσσετο καρπωῦ τοῦ ἐνθεύτεν*. Valck.

[Ibid. *θύειν θίλει*] Quis *θίλει*? Nempe *ὁ θύων*. Sic frequenter apud Nostrum verbum tertiæ personæ absque nominativo ponitur, ubi vel pronomen *τὶς* subintelligendum, vel potius nominativus participii ex eodem vel ex proximo verbo repetendus. S.]

6. *τὸν τιάρεων*] Optime Medic. hactenus: *κάρηνον* scripserat Herodotus. (Conf. VIII. 120, 4.) Xenophon, Strabo, Lucianus et plures alii *τὸν τιάρεων* dederunt. In Æschyli Persis *Δαρειλαίου τιάρεα* mentio, v. 663. Philostratus Icon. I. 30. p. 808. *βλέπει δὲ ἁδὺ καὶ μετέωρον, ὑπὸ τοῦ τιάρεω ἐπεσοβῶν, ἤς, οἷα*, etc. quo una manu largitur, altera recusat. An voluit *ὑπὸ τοῦ* —— *ἐπεσοβῶν οὔ, οἷα λιβάδες*, etc.? Debuit profecto aut hoc, aut genere sequiore. Paullo supra (l. 4.) *τῷ δὲ ὡς ἐκάστῳ*, cui autem quisque numini alius alii sacrum facere velit, corrigit atque explicat Reiskius. Quod vero statim subditur (l. 7.) *ὁ δὲ πᾶσι Πέρσῃσι καταύχεται* —— *καὶ τῷ βασιλῆι*, rectissime contenditur cum Marci XVI. 7. *εἶπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ*. Verba ipsa nec manca neque luxata sunt; namque ista, *ἵν γὰρ δὴ τοῖσι* —— *αὐτὸς γίνηται*, non tangunt regem, sed sacrificantem, cui non licebat *ἴδιῃ μούνῃ ἀρᾶσθαι ἀγαθά*. De Judæorum aliarumque nationum in hoc precum genere moribus præclare Philo Jud. de Monarch. p. 825. B. Wess.

10. *ἐπιὴν δὲ διαμυστίλας* —— *ἑψήσῃ τὰ κρέα*] Ita-ne vero coquebant carnes, atque elixas, herbis prius mollibus impositas, domum asportabant? Ita quidem cepit Brissonius pag. 223. Sed ignis hisce sacris nullus aderat: præterea minus placet *τὸ διαμυστίλας*. Felicioribus mea forte proderit conjectura legentis: *ἐπιὴν δὲ ἁλῖ*, (*ἁλὸς* alibi meminit:) *μυστύλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον, ἐπικάσῃ τὰ κρέα, ὑποπάσας ποίην ὡς ἀπαλωτάτην*, —— *ἐπὶ ταύτης ἕψησι ὧν πάντα τὰ κρέα*: postquam sale victimæ in partes sectæ carnes conspersit. *ὑποπάσας* adfirmatur a Gronovio. *Γάλα ἐπικάσσουσι* Herodoteum est, IV. 172. *διακάσας* legitur lib. VI. c. 25. Carnes *ἁλεὶ διακάττειν* dixit Comicus apud Athen. IX. pag. 399. F. Menander in *Ἐπιτρέποντες· Ἐπίκασε ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας*. Homereum *μυστύλλειν*, a *μίω* formatum, notat, in minuta concidere. Valck.

Ibid. *διαμυστύλας*——*ἑψήσῃ τὰ κρέα*] Mutavi *διαμυστίλας* ex schedis Ask. non nescius controversæ apud grammaticos scriptionis, qua de viri præclari Ezech. Spanhem. et Tib. Hemsterh. ad Comici Plut. v. 626. Majoris momenti res, quæ memoratur, videtur. Quia Persæ *οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀναπαίουσι* sacris operaturi, qui convenit *ἑψήσῃ τὰ κρέα*, carnes elixarit? An sine foco accenso? Valckenarii conjectura supra deposita est. Ante quem de la Barre, V. Cl. T. V. Histor. Acad. Inscript. Ed. Amst. pag. 270. non dissimili de caussa aut *ἴψῃ* ex *ἴπω* maluit, et, ubi carnes curaverit, explicuit, aut, si pa-

rum id adriserit, ἐπιὸν ψύσῃ, ubi carnes ossibus detraxerit. Quibus de emendationibus placet tacere. Nisi ego aberro, salva res est. Non omnem sacris his ignem negat Herodotus, sed aris: hoc postulant verba οὔτι βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτι πῦρ ἀναπαίουσι. Cæsam victimam et in partes minutatim sectam quin elixarent, nihil inpediebat. Vide hæc de Scythis, IV. 59. ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ ναοὺς οὐ νομίζουσι ποιεῖν: quæ Persarum moribus respondent planissime: tum de hostiæ inmolandæ more c. 60. οὔτι πῦρ ἀναπαύσας, οὔτι κατακξάμενος, οὔτι ἐπισπείσας, —— τράπεται πρὸς ἴψησιν. Quid ista aliud volunt, quam in altari nullum fuisse ignem, minime autem defuisse, ubi coquenda victimæ caro erat? Mox πάντα τὰ κρία Reiskius quoque, me non invito. Wess. —Reiskium, ait, etiam τὰ πάντα corrigere, nempe sicut Valckenar. Scilicet (quod in Var. Lect. ed. S. me præterierat) in ed. Wess. et in superioribus omnibus nude πάντα κρία, legebatur; nec aliter, quoad equidem novi, in MSS. Primus Reizius, a Valck. et Reisk. monitus, interseruit τὰ articulum, quem tenui. S.

13. παρεστιὼς ἐπαΐδει θεογονίην] Vellicat hæc Th. Hyde Relig. Pers. c. 3. p. 99. Scribere sibi contraria Herodotum. Supra dixisse, Persas existimare, deos ex hominibus genitos non esse, et θεογονίην tamen Græco more gentis sacris admiscere. Sed non pugnant illa. Theogonia Græcorum, de qua II. 53. in censum hic venire non potest. Persæ, ut plura variique generis numina profitebantur, videntur eadem alia atque alia origine, etsi minime humana, statuisse. Cogita de Gnosticorum Æonibus et emanationibus, ex Zoroastri et Chaldæorum Theologia arcessitis, et res in vado erit. Adjunge Hecatæi testimonium in Diogenis Præfat. sect. 9. Wess.

Cap. CXXXIII. 8. καὶ οὐκ ἀλίσι] Nihil hoc verius; et vidit Gronovius, sed serius. Hoc significat, Persas bellariis uti quam plurimis, sed minime confertis. Inferebant videlicet Persæ in mensam cupedias et bellaria multa, sed non confertim omnia. Ἀλὴς toties in Musis repetitur; infra c. 196. IV. 184. atque alibi, locis a Porto signatis, ut maxime mirum accidat, tam turpiter se dedisse librarios. Discimus hoc specimine, quid Herodoto hominum et temporum injuria usu venerit. Addi his possent emendationes Geinozii et Reiskii, sed cui bono? Verum præstant MSS. quod suam in sedem remigravit tandem. Wess.

13. τὰ σπουδαίσματα τῶν πρηγμάτων] Vide supra cap. 8. Athenæus σπουδαίσματα αὐτῶν πραγμάτων: in MS. Mureto monitore, recte τῶν πρηγμάτων. Apud eumdem ὁ στιγίαρχος male opinor. Melius Pollux X. 20. Wess.

Ibid. τῶν πρηγμάτων] Αὐτῶν πρήγματα legisse videtur Athen. IV. p. 144. B. tum στιγίαρχος pro στίγαρχος: et εἰ δὲ μὴ, μιστιῶσι. Sed τὰ σπουδαίσματα τῶν πρηγμάτων similiter memorat Herod. I. 8. Valck.—Vide Animadv. nostras ad Athen. T. II. pag. 475. S.

Cap. CXXXIV. 2. Οἱ συντυγχάνοντες] Non repudio: nihilo tamen pejus (immo haud dubie melius, ἐντυγχάνοντες,) quod aliis in Codicibus. Morem hunc gentis expedivit B. Brissonius, Regn. Pers. p. 11, 178. Addi potest Zenobius, Cent. Proverb. V. 25. et Scholiastes in Dionis Chrysost. Or. VII. in adnotationibus Morelli p. 28. Wess. — Ἐν τυγχάνοντας malit Benedictus, vir doctus, in Actis Seminar. Philol. Lips. Vol. II. P. II. p. 283. in accusativo casu, qui a verbo διαγνοίη regatur. Sed, ut omittam librorum omnium in terminatione vulgata consensum, familiaris Nostro est nominativus participii abso-

lute positus: et ne est quidem h. l. absolute positus, sed commodissime refertur ad id quod sequitur, *εἰ ἐμοῖοί εἰσι*. S.

[16. *προίβαινε γὰρ δὴ τὸ ἔθνος ἄρχον τε καὶ ἱστιοφορεῦον*] Video me non ex auctoris mente verba ista in Lat. versione reddidisse, quum non animadvertissem, *τὸ ἔθνος*, adjecto articulo, necessario ad Persas referri, non ad alium atque alium populum. Rectius igitur H. Steph. in ora suæ editionis: Late enim progrediebatur *illa gens* imperans et præfecturas obtinens. S.]

Cap. CXXXV. 2. *Μηδικὴν ἐσθῆτα*] Dictum de ea ad Diodori II. 6. Habet Brissonius loricam Ægyptiam et stolam Medicam illustrantia conplura, a quibus abstineo. Wess.

6. *Παισὶ μίσγονται*] Ægre Plutarchus fert de Malign. Herod. p. 857. B. scelus hoc a Græcis ad Persas propagatum perhiberi: contra enim evenisse. Sed pugnat suspicionibus, testes ejus rei omittit. Non fuisse Persas a turpi hac macula inmunes, Sextus Philosophus significat, Hypotypos. I. 14. p. 38. Ævo tamen Ammiani Persæ puerilium stuprorum expertes erant lib. XXIII. 6. Paria fere, uti Valesius adscripsit, Curtius X. 3. Wess.—Herodoti testimonio usus est Athenæus, lib. XIII. c. 79. S.

Cap. CXXXVI. 4. *τὸ πολλὸν δ' ἡγίασται ἰσχυρὸν εἶναι*] Vere Persæ. Quanto civium major copia, tanto civitatis amplius robur. Legum latores propterea utilissimum censuerunt *τὸ πληθύνεσθαι τοὺς τῶν πολιτῶν οἴκους, βλαβερώτατον δὲ, τὸ μειοῦσθαι*, quæ verba Musonii in Stob. Serm. LXXIII. p. 450. Hinc *πολυτεκνίας* præmia et apud Persas et aliis in gentibus, de quibus Heineccius ad L. Juliam et Pap. lib. I. c. 2. doctissime. Cl. Reiskius conjectabat, *τὸν τοιοῦτον δ' ἡγίασαι*, talem autem, qui multos liberos procreat, existimant robustum esse: aut *τὸ πολλοὺς —— ἰσχυροῦ εἶναι*. Wess.—At nulla hic locus conjectura indigebat. Ad rem quod pertinet, aliud fortasse Herodotus h. l. spectavit; nempe de immani hominum multitudine cogitans, in qua robur exercitus ponebant Persæ: qua multitudine gloriantem confidentemque Xerxem ejusque duces sæpius ille in his Historiis inducit. S.

5. *ἀπὸ πενταέτιος ἀρξάμενοι*] Plato hæc paullo diversius Alcibiad. I. p. 121. E. in regiorum liberorum educatione. Strabo consentit XV. p. 1066. B. (p. 733. D. ed. Cas.) Nescio autem qui factum sit, ut *ἐληδυίσεσθαι* Brissonius, his usus Regn. Pers. II. 83. et 103. scripserit: si ex conjectura, prave. Wess.—Ad *πενταέτιος* intelligo *παιδός*. Sic frequenter Noster a plurali numero ad singularem transit, et vice versa. S.

9. *μηδιμίην ἄσην*] Fui in dubio, revocarem-ne *ἀηδῆ*, an Gronovii exemplo expellerem. Vicit Med. et Ask. auctoritas. *Ἄσην* librarius Arch. et Vind. bene explicat *βλάβην ἀηδῆ*. In Clementis Alex. Pædag. III. 9. pro *διὰ τὴν ἄσην*, aut ad marginem Codicum aut ipso in contexti, *διὰ τὴν ἀηδίαν* dederunt ex interpretamento. Moeris, *Ἄση Ἀττικῶς, ἀηδία Ἑλληνικῶς*, ubi plura Cl. Jo. Piersonus. Atque hæc testantur de Criticorum eorum more. Non sum nescius, Democritum *κακοδοξίην κακὴν* in Stob. Serm. XXII. pag. 189. usurpasse, alios hoc de genere alia: posse etiam pro damnato pugnari, quemadmodum in Horrei Observ. ad Herodot. p. 112. At omnibus, ut in gustu, non sapiunt eadem. Spectavit hæc Valerius Max. II. 6, 16. Wess.—*τριφόμενος*, scil. *παρὰ τῇσι γυναιξὶ*, dum apud mulieres educatur. S.

Cap. CXXXVII. 7. *ἤτοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα*] Hausit hinc Nicolaus Damascenus: *Πέρσαις ὃ μὴ πωιεῖν ἔξεστιν, οὐδὲ λέγουσιν· ἐὰν δέ τις πατέρα κτείνῃ, ὑπόζλη-*

τον αὐτὸν οἴονται. Eadem patris ejus suspicio, qui cum a filio necti sibi insidias conperisset, nec inducere in animum posset, ut verum sanguinem ad hoc sceleris progressum crederet, seductam uxorem suppliciter rogavit, ne se ulterius celaret, sed diceret, sive illum adolescentem subjecisset, sive ex alio concepisset, apud eumdem Valerium V. 9, 4. Wess.—Τὰ στοβολιμαῖα et μοιχίδια metonymice dixit, pro ὑποβολιμαίων ἢ μοιχιδίων ἔργα. S.

Cap. CXXXVIII. 4. μάλιστα δὲ ἀναγκαίην φασὶ] Is. Vossius adleverat codici suo ἀναγκαῖον, quo non indigemus. Ἀναγκαίην usus et Herodoti sermo tuetur II. 182. IV. 180. De ære alieno et mendaciorum hinc pullulante germine Plutarchi et Appiani ad Persarum opinionem verba exscripsit B. Brissonius R. Pers. II. 94. Wess.

8. πολλοὶ ἐξιλαύνουσι ἐκ τῆς χώρης] Sylburgius ad Brisson. R. Pers. II. 180. πολλὸν proponit, ut sit, procul abigunt a sua regione. Reiskius οἱ πολλοί. Ruhnkenius elegante mutatione πομποί. Illi sunt, qui aliorsum alios deducunt, supra I. 121. (Vide nostram Var. Lect. ed. S.) Lepra vero et vitiligine infectos, non Judæi soli, sed plerique per orientis regiones vitabant studiose. Μάλιστα οἱ βάρβαροι τὰς ἐκπιλευκίας καὶ λίπρας δυσχεραίνουσι, Plutarchus Symp. IV. p. 670. F. Tamen Artaxerxes Atossam, filiam conjugemque, etsi vitiligo ejus corpus depasceretur, ἀλφοῦ κατανεμηθέντος αὐτῆς τὸ σῶμα, aversatus non fuit, eodem teste T. I. p. 1023. B. Verum illi, quod libuit, barbarico more, legitimum fuit visum. Wess.

Cap. CXXXIX. 2. seqq. τὰ οὐνόματά σφι —— στιλυτῶσι πάντα ἐς τωὐτὸ γράμμα, etc.] Satis confidenter ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἴσχω —— εἰδὼς εἰκῇ ait initio cap. seq. repetiturque hoc cap. 148. Falsum aiunt Scaliger, Th. Hyde, Relandus, et plures alii. Contra eos venit Corn. de Pauw, temere aiens doctos viros ex recentiore Persarum lingua criminari: verissimum fuisse, quod hic de terminatione nominum Persicorum, vetere gentis sermone: neque enim tanta adseveratione Herodotum potuisse defungi, nisi re bene cognita atque explorata. Fateor in dialectis lapsu temporis innumera mutari, cadere verba ut folia, surgere nova, prisca adscisci iterum. Nec expedio me tamen ex acie, quam contra Nostrum instruxit Th. Gatakerus Advers. c. 22. p. 661. Quod autem aiebat τὸ Δωρίεις μὲν Σὰν καλέουσι multorum testimoniis cognitissimum est. Quis tandem ignorat variantes doctissimorum hominum explicationes et emendationes, Scholiastæ in Comici Nub. v. 23. Scaligeri, Salmasii, Bentleii, Bouherii, cujus Dissert. de Prisc. Græcor. Litteris p. 570, (ad calcem Palæographiæ Græcæ Montefalconii,) consuli poterit. Σὰν κίδηλον in Pindari fragmento exposuit Casaubonus in Athen. X. 21. (ad lib. X. p. 455. c.) Wess. — Per epistolam ex Wilkenio, viro clarissimo, Persici sermonis in primis gnaro, quærenti mihi, quid de hoc Herodoti loco sentiret, perhumaniter ille Heidelberga rescripsit, videri sibi vere judicare eos, qui Græcis nominum Persicorum terminationibus deceptum Nostrum scripsisse istud autumant de nominibus omnibus Persicis in literam sigma desinentibus. Quod si ita est, eo minus mirum videri debebit, quod ea res, ut ait idem Noster, latuerit Persas: quamquam alioqui hæc verba, ἴλαθι Πέρσαις, significare poterant, Persas ad hoc animum non advertisse. Quod ad ista verba spectat, τὰ οὐνόματά σφι ἰόντα ὁμοῖα τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, incertus aliquantisper hæseram, propria-ne hominum nomina dixerit, an omnino verba aut vocabula Persici sermonis:

tum *σώματα τῶν ὀνομάτων* quæsieram an fortasse opposuerit terminationi, (*τῇ τελευτῇ*) ut corpora vocabulorum (id est, vocabula ipsa, quatenus a terminatione distinguuntur) dixerit esse magnifica et grande sonantia. Sed eisdem verbis, *τὰ ὀνόματα* —— *μεγαλοπρεπῆ*, eam fere sibi videri sententiam inesse professus est idem doctissimus *Wilkenius*, quam hisce Gallicis Larcherus reddidit: Leurs noms sont empruntés, ou des qualités des corps, ou de la dignité des personnes. Cæterum uberiorem etiam nunc lucem locus hic videtur desiderare. S.

Cap. CXL. 4. *πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἡ κυνὸς ἁλωσθῆναι*] Bene vetusti libri. Is. Vossius conjecerat, *ὑπ' ὄρνιθος ἢ γλαυκὸς ἀφιλωσθῇ*, quam ab alite pupilla oculi extrahatur, advocato ad morem hunc cognoscendum Teixera, qui mihi ad manus non est. (Ad oram sui olim Herodoti istam conject. adscripserat Vossius. Vide Albertum ad Hesych. voc. Γλήνη.) De ritu isto multa Th. Hyde Rel. Pers. c. 34. Emendatio necessaria non est, nec latuit doctissimum virum; siquidem paria prorsus de Persarum sepultura Procopius Bell. Pers. I. 12. et Agathias I. p. 43. Ed. Venet. Wess.

6. *κατακηρώσαντες*] Convertitur ab Heilmanno in *κατακηρώσαντες*, postquam cadaver membris mutilarunt. Vetat Cicero, his Nostri usus, Tuscul. Disp. I. 45. Persæ etiam *cera* circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Vetat Strabo XV. pag. 1068. (p. 735. A. ed. Cas.) *κηρῷ περιπλάσσοντες τὰ σώματα*. Adde Cl. Jo. Alb. Fabricium in Sexti Hypotyp. III. 24. p. 185. Wess.

11. *κεινοῦντες ὁμοίως μύρμηκας*, etc.] Consimilia de Magis Plutarchus T. II. p. 537. A. Sunt autem ex eis disciplina, qua et posteriores Persarum magi Arimanium, mali omnis auctorem, sic. uti pulcri et boni Oromasdem, statuerunt: inde festus dies *κακῶν ἀναίρεσις*, quo summo ardore in serpentes aliasque feras et nocentes bestias irruebant apud Agathiam II. pag. 45. Confer Plutarchum in Isid. et Osir. p. 369. et Th. Hyde Rel. Pers. c. 22. Wess.

[13. *ἐρχὴν*, omnino, revera, verum si quæris: Gallico idiomate au fond vel dans le fonds diceres. Conf. II. 28, 1. S.]

Cap. CXLI. 2. *κατιστρίφατο*] Ionum est *κατιστρέφατο*, uti *ἀντιστρέφατο* I. 166. Supra c. 27. *οἷς δὴ ἄρα οἱ —— Ἕλλησι κατιστρέφατο*. Itaque mutari non injuria posset, sicuti et mox mutatum est *τὰ περιέχοντα*. Sic solet, c. 164. III. 137. De piscibus, qui cantu illiciuntur, Ælianus de Anim. I. 39. Wess. — Ex Reiziano exemplo *κατιστρέφατο* tenui; et in Var. Lect. (ed S.) adnotare neglexeram, in ed. Wess. et superioribus *κατιστρίφατο* scribi, quam ad scripturam nihil nec e nostris Paris. nec ex aliis Wesselingii codicibus notatum est. Est autem, si quid video, prorsus vitiosa hæc verbi forma. Ferri utcumque potuerat *κατιστριφίατο* codicis F. tertia plur. imperf. ut *ἀπικνίατο*, Ionice pro *ἀπίκοντο*. Sed plusquamperfectum hic desiderabatur: quare unice verum puto *κατιστρέφατο*, quod Ionum est, pro *κατιστραμμένου ἦσαν*. S.

[10. *ἱμὸς αὐλέοντος*, etc.] Qui sacras literas curant, recordabuntur verborum Servatoris apud Matth. XI. 17. ubi hic quidem Herodoti locus effugit Wetstenii diligentiam. S.]

13. *διηθέοντες δι' ἀγγείλων*] Vide Gronovium (sui codicis fidem advocantem) et supra c. 76. et 99. Wess.—*δι' ἀγγείλων* in alia re habes I. 99, 5. *πέμψας ἡσυχῇ* (in plur. num.) *ἐς τοὺς Ἴωνας*, c. 76, 12. in eadem re, de qua hic agitur. S.

[18. ἐς Παιονίων] Conf. c. 143, 14. et 148. S.]

Cap. CXLII. 2. τῶν ὡρίων] Sine controversia corrigi debuerat: τῶν ὡρίων ἐν τῷ καλλίστῳ ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας. Hæc quum de Ionibus dicantur, tollit omne dubium, lib. I. c. 149. οὗτοι οἱ Αἰολίες χώρην μὲν ἔτυχον κτίσαντες ἀμείνω Ἰώνων, ὡρίων δὲ ἥκιστα ἐν ὁμοίως: ubi recte Valla: ad cœli tamen temperiem nequaquam accedebat. Lib. II. c. 77. exceptis incolis Libyæ, esse dicuntur Ægyptii ὑγιηρέστατοι πάντων ἀνθρώπων, τῶν ὡρίων, ἐμοὶ δοκέειν, εἵνεκεν, ὅτι οὐ μεταλλάσσουσι· (sic legerim:) ἐν γὰρ τῇσι μεταβολῇσι τοῖσι ἀνθρώποισι αἱ νοῦσοι μάλιστα γίνονται, —— τῶν ὡρίων μάλιστα. Lib. III. c. 106. Græcia τὰς ὥρας πολλόν τι κάλλιστα κιρναμένας ἔλαχε. Atque in Græcia, præsertim Athenis, ista tenuis cœli tribuitur ingeniis saluberrima temperies. In Timæo Platonis p. 24. c. Atticam Minerva dicitur elegisse, τὴν εὐκρασίαν τῶν ὡρῶν (sic recte corrigit vulgatam vocem ὡρῶν H. Stephanus:) ἐν αὐτῷ (τῷ τόπῳ) κατιδοῦσα, ὅτι φρονιμωτάτους ἀνδρας ἔσει. Chalcidius: electo salubri subtiliumque ingeniorum et prudentiæ feraci loco. Idem argumentum in Critia latius persequutus Plato pag. 111. E. (T. X. ed. Bipont. p. 45.) ubi memorat ὑπὲρ τῆς γῆς ὥρας μετριώτατον κιρναμένας. Eam in rem multa dixerat Aristophanes ἐν Ὥραις. vid. Athen. IX. p. 372. et Casaubon. Anim. IX. c. 3. (nobis cap. 14.) Euripidea, ex deperdito dramate petita, dabit Plutarchus de Exilio, p. 604. E. Insignis in eam rem loci sic feruntur ultima: Ἃ δὲ Ἕλλας Ἀσία τι τρίφει κάλλιστα, Τῆς γε δίλιας ἔχοντες συνθηρεύομεν. Grotius in Excerpt. p. 433. participio ἔχοντες substituit ἐνταῦθα. Corrige, sodes: Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τι κάλλιστα τρέφει, Γῆς τῇδε δίλιας ἔχοντες οὐ θηρεύομεν.

Singula possent ut Euripidea adfirmari. Valck.

Non dubium est, quin recte docti viri, Chytræus, Geinozius, Reiskius, Heilmanus ὡρίων, rescripserint. Viam monstravit Noster c. 149. tum Pausanias VII. 5. Ἴωσι δὲ ἔχει μὲν ἐπιτηδειότατα ὡρῶν κράσιος ἡ χώρα. Frequens est confusio ὡρίων et ὡρῶν sive ὡρίων et ὡραίων in schedis, de qua alias. Id permirum, conjurasse plerosque in οὐρίων vocabulo librarios. Wess.

[8. τρόπους τέσσερας παραγωγίων] Valla: Lingua utuntur non eadem, sed ejus quatuor proprietates ducunt: incommode et obscure. Gronovius: sed qautuor derivationum modis; quam interpretationem intactam reliquit Wess. Mire vero Larcher: leurs mots ont quatre sortes de terminaisons. Multo commodius rectiusque H. Stephanus, "ad verbum, inquit, sed quatuor modos deductionum usurparet, id est, ea (lingua) utuntur in quatuor modos et proprietates deducta." Agitur de quatuor diversis formis (χαρακτῆρας vocat Noster in fine hujus cap.) in quas prisca lingua abiit. Has diversas formas nunc παραγωγὰς nominat, id est, deflexiones, mutationum genera, varietates; quatenus παράγειν significat a recta via abducere, seducere, in diversum ducere, mutare: quemadmodum I. 91, 9. παραγαγεῖν τὰς μοίρας est in diversum flectere, mutare fata. Eadem notione παρατροπὰς dixit Johannes Grammaticus, cujus verba Koenius adposuit ad Gregor. Dial. Ion. §. 79. ubi in ipsius Gregorii verbis, ἡ ἀχρεία ἴλὰς μετέπιπτε παρὰ τὴν τῶν κατοικούντων περιτροπὴν, rectius fecisset Koenius, si veterem scripturam παρατροπὴν tenuisset, Johannis auctoritate firmatam; tum vero et apud Gregorium et apud ipsum Johannem, pro κατοικούντων haud dubie ἀποικούντων

fuerit legendum: nempe, prisca, inquiunt, Ionica lingua (eadem vetus Attica) mutata est, quum hi qui in colonias abierunt, variis atque variis modis eam inflexerunt detorseruntque. S.]

10. *Μυούς τι*] Myuntem Cariæ itidem tribuit scholiastes Thucyd. I. 130. invito Brissonio de R. Pers. I. 151., ad quem Lederlinus recte adposuit, tempora esse distinguenda; primitus Cariæ, deinceps Ioniæ fuisse. Paria Dukerus in eum Scholiasten. In Epheso, Lydiæ olim urbe, idem valet. Bene Jan. Rutgersius Var. Lect. (ed. S.) II. 1. Wess.

17. *Ἐρυθραῖ*] Habet Stobæus Serm. XXVIII. p. 197. veteris scriptoris fragmentum, forte Philosophi Eusebii, quod Herodoto nulla caussa adseritur, in quo Archetimus ἐξ *Ἐρυθραίης τῆς Ἰάονων πόλεως*. Quæ libuit addere, ut a Plutarcho vis arceatur. Junguntur *Ἐρυθραῖοι καὶ Χάλκιοι*, arbitri capti in lite nobili Chalcidensium et Andriorum, Quæst. Græc. p. 298. B. Jubentur illi esse *Ἐρετριεῖς* ex Eubœa, quod Erythræi Bœotiæ et Ætoliæ longius essent remoti, in Histor. Fœder. Antiq. P. I. p. 139. Non satis consulto. Iones intelliguntur. Wess.

Cap. CXLIII. 1. *ἦσαν ἐν σκέψῃ τοῦ φόβου*] Prior interpres metus prætextu: nuperrime (in ed. Gron.) in obtegendo metu. Vide usum locutionis. De Spartanis Aristides T. I. p. 476. *ἐν σκέψῃ πολλῇ τοῦ πολίμου καὶ τῶν πραγμάτων εἰσί*. Magnum habent belli ac difficultatum tegumentum, vertit Canterus: eumdem in modum Libanius T. I. p. 219. B. Ambo Nostri imitatione, VII. 215. et 172. Ælianus de Animal. VII. 6. *ὡς ἐν σκέψῃ τοῦ κινδύνου καὶ ἐλευθερίᾳ γενόμενοι*: tum IX. 57. pisces intra saxorum angustias recepti *ἐν σκέψῃ τι τῷ πρόσω—ἡσυχάσουσι*. Quæ abunde ostendunt hic indicari, Milesios habuisse metus tutamen in eo fœdere, quo de agitur. Wess.

11. *ἰσαισχύνεσθαι τῷ εὐνόμωι*] Sugillat hæc solito sibi more Plutarchus, de Malign. p. 858. F. Mox Reiskius (l. 13.) *βρόσαντο, τῷ ἐπὶ σφίσιν εὔνομα ἴδωσι*, etc. neque id inconmodum foret, modo ne verborum alius in MSS. ordo esset. Malui scriptis obtemperare. Vide Rev. Horrei Obs. Herodot. p. 109. Wess.— Nulla prorsus mutandi caussa suberat. conf. c. 142, 18. S.

Cap. CXLIV. 6. *τοῦ Τριωπίου Ἀπόλλωνος*] Dissentit Criticus ad Theocriti Idyll. XVII. 69. *ἄγεται κοινῇ ὑπὸ τῶν Δωριέων ἀγὼν ἐν Τριόπῳ Νύμφαις, Ἀπόλλωνι, Ποσειδῶνι*. Tu adi Cl. Salmasium ad Inscript. Herodis Attic. p. 29. et 58., et de tripodibus, in templis dedicatis, Jo. Taylor in Marmor Sandvicense, p. 68. Wess.

10. *τὸν νόμον παρηλόγησε*] Non displicet *τῶν νόμων* ex Fragm. Cod. Regii. (In Fragm. Paris. hæc prorsus non leguntur: codex Pa. *τῶν νόμων* habet. Conf. Var. Lect. (ed. S.) et Adnot. ad I. 84, 15.) Certe simplici *ἀλογεῖν* casum secundum adstruere in more habet III. 125. VIII. 46. Aliter Procopius, qui Bell. Vand. I. 3. *Βονιφάτιος δὲ οὐκ ἀλογήσας τὰ γεγραμμένα*. Corrigunt *τῶν γεγραμμένων*: at probat is superius, Bell. Pers. II. 5. II. 20. etc. Wess.

Cap. CXLV. [4. *κατάπερ τῶν Ἀχαιῶν*. De duodecim civitatibus fœderatis Achæorum conf. Polyb. II. 41. S.]

4. *Πελλήνη μέν τι πρόσω πρὸς Σικυῶνος*] Strabo VIII. p. 591. (p. 385. ed. Cas.) hæc expressit. *Πρὸς Σικυῶνος* solo ingenii remigio Is. Casaubonus (in Not. ad Strab. I. c.) et Is. Vossius (in ora, puto, sui Herodoti) restituerunt. De amne Crathi eadem Pausanias VII. 25. Wess.

10. *Ὦλενος, ἐν τῷ Πείρῳ ποταμὸς μί-*

γας] Olenum eodem genere posuit Apollodorus apud Stephanum Byzant. in voc. et Strabo, (IX. p. 386. A.) cui amnis, qui urbem radebat, Melas: haud scio, an bene. Pausaniæ ævo Πεῖρος erat et adpellabatur, VII. 22. Δύμη optime Casaubonus et Is. Vossius, nec longe abit liber Ask. WESS.

CAP. CXLVI. 3. ἐπεὶ, ὡς γέ τι μᾶλλον] Defendit veterem scripturam Horreus Obs. ad Herodot. pag. 110. ita tamen, ut τι non plane recuset. Levis res est, et in dissensu Codicum ferenda. (Lubens equidem ὥς γι τι rescribam.) Sequentia (l. 4.) ἢ κάλλιόν τι γιγόνασι, aut præstantius quid gessisse prior interpres; aut præstantius quippiam evasisse, obscure recentior. Secutus judicium sum Abb. Geinozii Comment. A. Inscript. T. XVIII. p. 126. WESS.— Recte viri docti. καλῶς γιγονέναι, honesto loco natum esse, nobili genere esse conf. l. 11. S.

6. Μινύαι δὲ Ὀρχομενίοισι ἀναμεμίχαται] Iverunt in partes præclari viri ad hæc explicanda et constituenda. Palmerius Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι, etc., invito Gronovio. Sequuntur tamen plures. Ampl. Bouherius ex Hesychii Μινύαι οἱ Ὀρχομένιοι καὶ Μάγνητες, scriptum voluit Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι, καὶ Μάγνητες, καὶ Καδμεῖοι κ. λ., ut invidiosum ἀναμεμίχαται vitaretur; cujus ego in Adnotation. Cl. Alberti ad Hesychii locum correctioni, quippe audaciori neque necessariæ, non accedo. Reiskius post Ἀρκάδες (l. 8.) excidisse καὶ, itemque post Δωριῆες, arbitratur. At fuerunt *Arcades Pelasgi*, Pausania VIII. 1. Apollodoro II. 1. Stephano Byz. multisque aliis auctoribus. Epidaurii præterea Dorienses in Nostri VIII. 46. Quare illa additamenta recuso. Ne longum faciam. Docet Herodotus "Iones (nempe illos Iones, qui duodecim civitates fœderatas habuerunt. et ad Panionium congregari consueverunt) "non esse sinceriore me- "lioreque aliis nationibus origine: con- "tra variorum populorum accessione "olim interpolatos; addidisse se Aban- "tes, admixtosque esse Minyas Orcho- "menios, Cadmeos, Dryopes, Phocen- "ses et plures alios." Hoc ejus consilium si fuerit, ut sane fuit, belle procedit Palmerii sententia. Nam Minyas Orchomeniis inmixtos fuisse, nihil ad hanc disquisitionem. Firmatur præterea Ionicæ migrationis narratione. Pausanias: Ἴωσι δὲ τοῦ στόλου μετασχόντες οἵδε Ἑλλήνων· participes migrationis hi Græcorum erant; Θηβαῖοι sive Cadmei; tum Ὀρχομένιοι Μινύαι, recte enim Μινύαις mutavit Kühnius; tandem Φωκεῖς οἱ ἄλλοι πλὴν Δελφῶν, et Abantes, VII. 2. tum c. 3. Τῶν δὲ ἦρχον μὲν Ὀρχομένιοι Μινύαι, σὺν Ἀβάσιν ἐς αὐτὴν ἐλθόντες. Quibus accedere queunt de Orchomeniis consimilia ex ejusdem IX. 37. Quæ quidem stabiliendæ conjecturæ si vir nobilissimus adstruxisset, non perspicio, quo colore abdicari potuisset: repetitum enim ἀναμεμίχαται arbitrarium est. (nempe suo arbitratu Herodotus illud verbum, paucis interjectis repetere potuit.) Stant ab his quoque partibus viri clarissimi, Corn. de Pauw et Geinozius. WESS.

8. Φωκέες ἀποδάσμιοι] Cur Phocenses hoc titulo insignes esse Noster voluerit, multis disputat Gronovius, sed ita ut inmunes inprudenter amplectatur. Indoles vocis non patitur, nec usquam hujus significationis exemplum. Ἀπόδασμος portio est, a multitudine avulsa; Abydenus Nabuchodonosorem ait ἀπόδασμον αὐτέων (victarum gentium ἐς τὰ) δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι, in Eusebii Pr. Ev. IX. 41. ἀπόδασμον τῶν Γότθων dabit Agathias II. p. 35. et τῶν Δελμιντῶν ἀπόδασμον III. p. 66. Semel ἀπόδρασμον τῶν βαρβάρων, V. p. 166. vitiose. Theophylacti τῶν Σαρακηνῶν ἀπόδασμοι,

lib. VIII. 1. exscripsit Suidas in voce. Hinc lenissime fluunt ἀποδάσμιοι, a reliquis divisi et divulsi. Primus D. Heinsius, Phocæenses tamen et Phocenses confundens, admonuit Epist. ad Jungerm. in hujus ad Polluc. Conment. IV. 177. Abierunt eamdem in sententiam Geinozius et Reiskius; nec dubia res est, ob Pausaniæ superius excerpta, Φωκῆς οἱ ἄλλοι, πλὴν Δελφῶν. Phocenses Coloniæ Ionicæ sese adjunxerunt, Delphis exceptis. Vere eapropter ἀποδάσμιοι Φωκίδος. Wess.

10. ἀπὸ τοῦ πρυτανείου τοῦ Ἀθηναίων] Etymologus, in Πρυτανεῖα, veterem in coloniis deducendis consuetudinem explicuit. Sacra ex metropoli secum adportabant coloni, ignemque sacrum ex patriæ penetrali depromtum et accensum. Plura Henr. Valesius ad Excerpt. Polybii, p. 7. (T. VII. nostri Polybii, p. 90-92.) Plutarcho libuit et hæc admordere de Malign. p. 858. F. sine profectu. Iones Caricas mulieres, quarum patres maritosque interemerant, sibi matrimonio junxisse, fatetur Pausanias VII. 2. p. 525. Wess.

18. αὐτῆσι συνοίκιον] Jure Gronovius Aldinum restituit: idem Portus decreverat Lex. Ion. voce Ἐπιδίσι. Nævus est, operarum peccato Stephani edito adspersus, latiusque, quam oportuerat, diditus. Pro proximo ἐωυτῇ σι (quod ibi tenuerat Wess. ubi nos ἑωυτοῖσι posuimus, coll. Eustath. Iliad. pag. 1215, 33. ed. Bas.) ἑωυτοῖσι corrigit Reiskius. Wess.

Cap. CXLVII. 2. Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου] De Glauco, Hippolochi filio, Poëta Ἰλ. ν'. 13. De Cauconibus (l. 2.) Strabo VIII. p. 531. (p. 345. ed. Cas.) Wess.

7. Ἀπατούρια ἄγουσι ἑορτὴν] De festo hoc notissima omnia: levis macula, quæ doctissimo viro fraudi fuit, occupavit scholion in Biblioth. Coislin. p. 605. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἑορτὴν ἀνομοθέτησεν (Melanthus) ἄγεσθαι, ἣν καὶ Κατιωνίαν συντελοῦσιν. Vertitur, quod etiam Cationiam vocant. κατ' Ἰωνίαν oportuerat. Wess.

Cap. CXLVIII. 2. [Post ἱρὸς e superioribus editionibus comma adhæsit, quod delendum. Sunt enim ex more Herodoti transjecta verba, quorum naturalis structura hæc erat, χῶρος ἱρὸς πρὸς ἄρκτον Μυκάλης τετραμμένος. Quoniam vero mox adjicit ἐς τὴν (scil. Μυκάλην) συλλεγόμενοι, intelligi debet, locum hunc, cui Panionium nomen, in ipsa promontorii radice fuisse. S.]

3. Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ] Ab Helice Achaiæ is Neptuno titulus, quo de Strabo VIII. p. 589. (p. 384. ed. Cas.) et Pausanias VII. 24. copiose. Coluisse et Apollinem Panionium, docemur vetere Inscriptione inter Pocockianas p. 52. quæ cognomina Apollinis varia obfert. ΠΑΤΡΩΟΤ ΠΥΘΙΚΟΤ ΚΑΑΡΙΟΤ ΠΑΝΣΩΝΙΟΤ: sive, ut fuit olim, ΠΑΝΙΩΝΙΟΤ. Wess.

5. ἀπὸ τῶν πολίων Ἰωνίς] Numerum excidisse suspicor, facile restituendum: ἀπὸ τῶν πολίων ιβ' Ἰωνίς. Valck.—At adjectus τῶν articulus satis indicabat, de duodecim illis civitatibus agi, quos supra nominaverat. S.

8. κατάπερ τῶν Περσέων τὰ ὀνόματα.] Vide supra, c. 139. S.

Cap. CXLIX. 2. Λήμνιοσι] Hoc ex Ald. prætuli. Non nescio ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ numos apud Goltzium et Begerum. Θάρηξ ὁ Λημνιοσπόος infra IX. 1. atque ad eumdem passim alii modum. Vide Schol. in Apollon. Rh. I. 40. Mox Τῆνος optime ab Holstenio in Τῆμνος mutata est; neque color quæri debuerat, ut arcessitus a Gronovio est, pravæ voci. Constat Temnum in Æolicis fuisse civitatibus, non Tenum, Cycladum unam. Itaque Τῆμνος jure scriptori rediit. De Cuma Æolica in Vit. Homer. c. 38. ubi Φρικώνιος, non sine peccato. Wess.

[Ibid. Αἰγιρόισσα] Quum nusquam alibi hoc nomine memoretur civitas, nisi quod Αἰγιερούσης, obscuri Megaridis oppidi mentio apud Strab. IX. p. 394. D. occurrit, quæri cum Mannerto (Geogr. Antiq. T. VI. p. 396.) potest, an Elea, (Ἐλαία) hic intelligenda sit, Æolica civitas, (Strab. XIII. p. 615. A. et Steph. Byz. in voce) in hoc apud Nostrum catalogo prætermissa. Quod nisi paullo post (l. 5.) diserte monuisset Herodotus (conf. c. 151, 1 et 3.) omnes has civitates in continenti (ἐν ἠπείρῳ) sitas fuisse; in promtu foret ut suspicaremur, non Αἰγιρόισσα, sed Ἀργινόισσα, hic esse legendum: satis enim constat, Æolicæ gentis fuisse Arginusas vel Argennusas, quæ vocabantur, insulas; quarum una cum oppido, præ cæteris, singulari numero Arginusa nominabatur. Vide Cellarii Geogr. Antiq. T. II. p. 18. Mox, quod Αἰγαῖαι hic nominatur oppidum, id aliis omnibus Αἰγαὶ sive Αἴγαι est. Vide Cellarium, ib. p. 66. Quod Αἰγαία habet F., similiter *Ægæa*, Valla. S.]

7. ὠρίων δὲ ἤκουσαν οὐκ ὁμοίως] Vide c. 142. ὠρίων ἰὸν ἤκουσαν Portus (voc. ἥκω) habet hoc ex loco. Intelligi id sane debet: (nempe οὐκ ὁμοίως ἰόν:) namque ita mos fert. Supra c. 30. τῆς τύλου ἰὸν ἠκούσης, ubi Is. Vossius, ἴσχουσης injuria corrigebat. Dio Cassius, XLIX. p. 472. de Pannoniis οὔτε γὰρ γῆς, οὔτε ἀέρων ἰὸν ἤκουσι: et LIX. p. 755. ἄλλως μὲν ἰὸν χρημάτων ἤκων, prorsus uti Noster V. 62. atque Evagrius H. Eccl. IV. 7. Defit in his Libanii T. II. p. 262. τοῦ γὰρ νόμου —— ἥκοντος καὶ κρατοῦντος, neque advertit Morelli animum. Confer Cl. Alberti ad Hesychii ἰὸν ἥκων. Wess.

Cap. CL. 1. Σμύρνην δὲ οὐδὲ ἀπίβαλον] Gemina his Pausanias VII. 5. Probum et Ionicæ notæ censeretur (l. 2.) si amputata litera σσάσι in Ask. esset, uti τῇ τύλῳ, II. 67. et 137. Wess.

Cap. CLI. 4. τὴν —— Ἀρίσβαν] Non aliter Stephan. Byz. in Cod. Perusino: Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἰάζων Ἀρίσβαν καλεῖ, ἐν πρώτῃ: h. e. quamtumvis Ionica dialecto utens. Nam quæ de Jazone scriptore adposita a Berkelio sunt, inprudenti exciderunt. Notavit docti viri lapsum St. Berglerus. Wess.

6. ἐν τῇσι Ἑκατὸν νήσοισι καλεομένῃσι] Diodorus XIII. 77. τότε μὲν ηὐλίσθη πρὸς τινὶ νήσῳ τῶν Ἑκατὸν καλουμένων. Aliis Ἑκάτου, qui inter Apollinis titulos, νῆσοι, aut Ἑκατόννησοι. Lege Casaubon. in Strab. XIII. p. 919. (ad p. 618. ed. Cas.) Wess.

[7. Λεσβίοισι μὲν νῦν, etc.] Commode ab his verbis factum foret initium novi capitis 152. Nam, post excursum de Asiaticis Græcorum coloniis, nunc continuatur narratio, inde ab extr. cap. 141. interrupta. S.]

Cap. CLII. 1. ἀπικέατο] Solent scribæ conmuniorem verbi hujus formam amplecti. Ἐπεί τε δὲ οἱ Παίονες ἀπικέατο, V. 98. et brevi post Ald. Med. at Vind. et Arch. Ionicam notam detrahunt, prorsus uti hic Med. et Ask. Præstat, ut in possessione ne turbetur. Wess.—Conf. Adnot. ad I. 2, 10. S.

14. σιναμωρέιην] Priorem verbi partem Med. et Ask. bene pingunt, non mediam. Aristophanis σιναμωρουμένη, Nub. 1066. et πάντα ἰσιναμώρεισι VIII. 35. tum σινάμωρος Hippocratis et Nostri V. 92, 7. (ubi vide Var. Lect. ed. S.) (sic enim ibi MSS. Paris. et Scholiastes, atque ex eo Suidas) verum patefaciunt; Photius insuper, ex Herodoti I. σιναμωρέιην in Lexico deponens, ut Cl. Alberti mihi testatus est. Wess.

Cap. CLIII. 8. πάθεα ἴσεται ἴλλισχα] Aversor strictum in tot viros, de Herodoto non male meritos, Gronovii stilum. Portus ἴλλισχα optime reposuit, ejusque vestigia Ed. Genevensis pressit. Simillimæ originis πρόλισχος Æschyli,

Suppl. 208. Λισχηνοῦσά τι καὶ ἀκούουσα καλὰ Perictione in Stob. Serm. LXXXIII. p. 448. Sic enim scripserat: certe λισχήματα habet Hippocratis Epist. p. 1285. λισχηνεῖ Hesychius. Ἄλισχα intensiore significatione sumebat Corn. de Pauw, ut ἄξυλον ὕλην Homerus, adpositis aliis, quæ omitto. Wess.

16. καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι.] Leviter ista depravata mirum in modum interpretantur, sic forte redintegranda: καὶ ἐν Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι vel εἶναι. Ἐπὶ —— εἶναι et ἐπείναι in hunc usum adhiberi solent: non nescio tamen, qui color vulgatis possit conciliari: sed nostro loco simillimus est III. 134. ἐπὶ Σκύθας —— μὲν τὴν πρώτην εἶναι ἴσον —— σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι: in quibus ἴσον tantumdem fere valet ac ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποίησαι. Valck.

Ibid. Græcum exemplar hic sine vitio non cerni, H. Stephanus censuit. Subvenit Corn. de Pauw, ellipsi, ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν φρονπίδα εἶναι πρώτην aut τὴν ἄρην εἶναι πρ. et Ionas non dignos reputans, quibus primam curam inpenderet. Ita constaret oratio, modo dicendi genus constabilitum esset. Τὴν πρώτην sæpe ponunt. Heliodorus IX. p. 409. ἀλλὰ μὴ τὴν πρώτην ἐκεῖνοι φίλουντες αὐτοὺς ἐπιχείρησαν ex MS. Palatino. Libanius, T. II. p. 110. D. καὶ παγὺν τὴν πρώτην, ἀμετάστατον μένει: quorum tamen structura diversior. Ego Nostri hæc sic ordinabam, καὶ τοὺς Ἴωνας τὴν πρώτην ἐν οὐδ. λ. ποιησάμενος εἶναι: et Ionum nullam initio rationem habendam esse ratus. Nunc maximopere blanditur Valckenarii conjectura. Wess.—In frequenti apud Nostrum usu dictionis ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιεῖσθαι, et huic similibus, nusquam alibi verbum εἶναι adjectum cernitur. Quia tamen nunc in rariorem scripturam, quæ difficiliorem videatur explicatum habere, consentiunt libri; ratio suadet, ut, si quo modo defendi illa possit, pro vero habeatur. Igitur cum Æm. Porto (Lexic. Ion. voce εἶναι) statuendum videtur, ex usu alioquin satis familiari Herodoto abundare h. l. verbum εἶναι. Cujus usus et alia multa exempla Portus, et Hermannus ad Viger. Adnot. 177. hæc duo protulit: IV. 33, 13. τὰς ἀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην: tum II. 44, 12. Ἡρακλέος ἱστωνυμίην ἔχοντος Θασίου εἶναι. Nec desunt apud Thucyd. Plat. et Xenoph. similis abundantiæ exempla. S.

Cap. CLV. 5. ὁμοίως γάρ μοι νῦν γε φαίνομαι, etc.] Clementem, qui Xenophonti memoriæ vitio adscripsit, notarunt docti viri, præterque ceteros N. Abramus ad Cicer. pro Milon. c. 3. Stasini, quod ex eo (ex Clem. Alex. Strom. lib. VI. p. 451. ed. Sylb.) discimus, par opinio:

Νήπιος, ὃς κατίρια κτίνων, παῖδας καταλείπει.

Eadem Gabrielis Naudæi, inter dominationis arcana in damnosissimis, et Machiavello perniciosioribus, Considerat. Politicis c. 3. et 4. Wess.—Haud dubie Herodotus versiculum illum in animo habuerat, quem in proverbium olim abiisse ex Aristot. Rhetor. I. 16. et II. 17. et ex Polyb. XXII. 8. intelligitur: quem versum Homero tribuens doctissimus Editor Demetrii περὶ Ἑρμην. (in Not. ad. sect. 156.) alio tunc occupatum, puto, animum habuerat. S.

15. καὶ ἐγὼ ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας] Restitui expulsum pronomen. Imitatur solemni more Poëtam Odyss. Τ. 91.

—— ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις.

Admovit Nostri verba Phædro V. 7, 39. celeb. P. Burmannus, dubius tamen, neque inmerito. Paria non sunt. Pertineant-ne huc Ἐπίμαστον Hesychii nolo

dernere. Quod continuo succedit, Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, τῷ σὺ ἐπίστε. absurde expressum est, præsens factum Pactyes admisit, cui tu Sardes commisisti: paullo aliter prior interpres, sed consimili sententia. Nam Pactyæ non fuerunt a Cyro Sardes traditæ, sed Tabalo viro Persæ. Pactyes acceperat Crœsi Lydorumque opes in Persidem avehendas, ac nactus occasionem a Tabalo et Cyro desciverat: hæc superiore capite omnia. Quare ne sibi contrarius videatur Herodotus, adsumendum est aut τοῦτον aut ἐκεῖνον ad pleniorem orationis habitum. Non fugit interpretum ea negligentia Corn. de Pauw, Vir. Clar. Wess.—Nempe intelligit Vir doctus. Πακτύης ἐστὶ ὁ ἀδικέων (τοῦτον, scil. τὸν Τάβαλον) τῷ σὺ, etc. atque sic *Larcher*: "Pactyas a offensé celui à qui vous avez confié le gouvernement de Sardes." Quæ mihi, ut dicam quod sentio, frigida sententia et parum commoda videtur. Profecto parum convenit, ut Cyro ob defectionem Lydorum (adeoque ob facinus adversus ipsum admissum) irato (conf. c. 156, 7.) diceret Crœsus: Pactyas est, qui adversus Sardium præfectum inique egit. Malim equidem fateri, minus adcurate hic loquentem Crœsum fecisse Herodotum, dicentem Pactyæ commissas Sardes fuisse; cui non urbis custodia, sed aurum creditum erat. Nisi forte consulto et arguta quadam ratione hæc Crœsum dicentem Scriptor noster induxit; scilicet, quo moneret ille Cyrum, non debuisse eum huic homini tantum auri vim committere: hoc enim perinde esse ac si ipsam urbem illi credidisset; quoniam auri ope partim milites urbem custodientes corrumpere, partim alios suo imperio parituros conducere potuerit. 8.

20. κίλλυσι δὲ σφέας κιθῶνας] Babyloniis desciscentibus talem pœnam irrogat apud Plutarchum T. II. p. 173. Xerxes. Tu vide Polyænum VII. 6, 4. et Justinum I. 6. Wess.

Cap. CLVI. 9. καὶ πρὸς, ἐξανδραποδίσασθαι τοὺς, etc.] Est ex scripto. Καὶ δὴ πρὸς, insuper, V. 67. et creberrime in Musis. Demosthenes I. in Aphob. p. 509. καὶ πρὸς, ὑπὸ τούτων ὑβριζομένους: et in eumdem p. 519. καὶ πρὸς, ὅτι ζημιοῦται κατὰ τὴν μαρτυρίαν οὐδέν. Habet alia Casaubon. ad Strabon. III. p. 218. (ad p. 147.) Wess.

Cap. CLVII. 3. ἐπ' ἰωυτὸν ἰόντα] Geinozius merito in hoc adquiescit. Eadem macula infecit VIII. 65. ἐπ' Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς τιμωρίην Ἀθηναίοισι. Attigit et hæc Plutarch. de Malign. p. 859. A. nec sine loligine quadam. Wess.

11. ἐς θεὸν ἀνῆσαι] Rem ad Apollinem Didymæum in Branchidis referre si diceretur ἐς θεὸν ἀνοίσειν, adeo nihil hic esset insolens. Hesychius: Ἀνοίσει, ἀναφέρει: et Ἀνοίσω, ἀναφέρω. Verbi meminit οἴσω Eustath. ad Od. Γ'. p. 728, 32. (p. 1887. extr. ed. Rom.) tanquam μέλλοντος, ἀναδραμόντος εἰς ἱστοσῶτα, sed εἰς περιττολογίαν ἀχρήστου. Pro φέρει positum οἴσει legitur aliquoties apud Aristophanem, et συνοίσειν apud Atticos frequentatur pro συμφέρειν. Quod legimus in Herodoto ἀνῆσαι, firmari videtur istis ex lib. VI. c. 66. ἀνωΐστου γενομένου ἐκ προνοίης τῆς Κλεομένεος ἐς τὸν Πυθίην: opera Cleomenis ad Pythiam re relata: verba valde vexata hunc in sensum capienda censeo: sed et ibi præferrem, si darent Codices, ἀνοιστοῦ: nostroque loco, συμβουλῆς περὶ ἐς θεὸν ἀνοῖσαι, vel ἀνοίσειν. Eadem structura legitur lib. VII. c. 149. περὶ μὲν σπονδίων ἀνοίσειν ἐς τοὺς πολίτας, de fœdere quidem ad populum se relaturos. Hoc alibi dicitur ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον: quod suo more Pythia dicebat ἐς πολύφημον, Herod. V. 79. Ἀγορὴν πολύφημον dixerat scilicet

Homerus, quem vates isti mercenarii libenter imitabantur. Valck.—Poterit, puto, haud absurde statui, esse ἀνῶσαι ex ἀναοῖσαι contractum, quemadmodum ex βοαοίην fit βοώην, et similia. De Branchidis cf. Adn. ad I. 92, 6. S.

Cap. CLIX. 11. καὶ ἄλλα ὅσα ἦν νενοσσιυμένα] Certum hoc præstant membranæ. Porti νενεοσσιυμένα Genevensis editor probavit, Kühnius quoque, (at hic quidem νενοσσ. tenet, ad Ælian. Var. Hist. V. 17.) et Bochartus, hunc locum admovens inlustrando Psalmo LXXXIV. 4. Part. II. Hieroz. lib. I. c. 8. Uti nunc varii generis aves in templorum muris nidulantur, sic prisco ævo. Notum illud Ionis in cognomine Euripidis fabula, v. 170. τίς ὅδ' ὀρνίθων παιὼν πρεσ-βύβα; Μῶν ὑπὸ θριγκοὺς ἰυναίας Καεφηεὰς θήσων τέκνοις; Wess.—Habet Hesychius, Νοσσεύουσαι, γεννῶσαι, ex Græca versione Jerem. 48, 28. ubi περιστεραὶ νοσσεύουσαι. Idem verbum et ex Ezech. 31, 6. et ex Sirac. 1, 12. citavit Biel, in Thesaur. Philol. Vet. Test. Adde proximam Valckenarii Adnot. S.

15. τοὺς ἱκέτας μου] Huc in luculentissima Or. Rhodiaca respicit Dio Chrys. p. 338. A. ὁ Ἀπόλλων οὐκ εἴα δήπουθεν ἐκ τοῦ περιβόλου τοὺς νεοττοὺς ἀναιρεῖσθαι τὸν Κυμαῖον, ἱκέτας ἑαυτοῦ λέγων. Herodotus, ὅσα, ait, ἦν νενοσσιυμένα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῷ: quomodo, litera duplicata, Hemsterhusium etiam scripsisse, liquet e notis ad Plutum Arist. p. 363. Qui in Alex. Cod. Test. Vet. νεοσσοὶ, in Romano passim sunt νοσσοί. Forte Codex aliquis in Herod. dabit ἐννενοσσιυμένα. Valck.

Ibid. τοὺς ἱκέτας μου] Pertinet huc Xenocratis, Platonis discipuli, misericordia; qua passerem accipitre insequente in sinum fugientem servavit et fugato raptore dimisit, ἐπαινῶν, ὅτι μὴ ἐξίδωκε τὸν ἱκέτην, in Æliani Var. Hist. XIII. 31. ubi Kühnius plura, et ad ejusdem V. 17. Mox (l. 17.) οὕτω τοῖσι ἱκέτῃσι, sic tuis supplicibus etc. eleganter clar. Reiskius. Wess.—Vulgatum τοῖσι tenent libri omnes, recte quidem. S.

Cap. CLX. 3. ἐς Μυτιλήνην] Non dissentio a Mediceo, cui II. 178. ἡ. Μιτυλη-ναίων, sicuti et aliis. Solent veteres in urbis nomine varii esse: ἀπὸ Μυτίλης aut Μύτωνος si titulus venerit, uti est in Steph. Byz., quod Florentiæ inveniebatur, legitimum erit, stabilitum cumulo MTTIAHNAIΩN numorum. Vossium vide ad Melam II. 7. Wess.

12. τοῦ δὲ Ἀταρνέως] Infra meminit τῆς Ἀταρνίτιδος χώρης VI. 29. Regioni non spatiosæ nomen dedit oppidum, passim dictum Ἀταρνεύς: fuisse χωρίον ἰσχυρὸν liquet e Xenoph. Ἑλλ. III. p. 286, 13. Civis dicebatur Ἀταρνίτης: quando vocatur Ἀταρνεὺς, hoc ab Ἀτάρνα fluxisse statuendum est: vid. L. Holsten. ad Steph. in voce, Maussac. ad Harp. voc. Φρειάρριος, atque ibi Vales. et Menag. ad Laërt. I. 80. Hermippi ἀνδρὸς Ἀταρνίτου mentionem facit Herod. VI. 4. In historia Philippi Macedonica sæpe commemoratur Hermias eunuchus, Ἀταρνέως ἄρχων. Hujus nomen restituendum est Ulpiano ad Demosth. Phil. IV. p. 81. §. 46. παρ' Ἑρ-μείου (vel Ἑρμείου: vulgatur παρὰ ταμί-ου) τοῦ εὐνούχου, ὃν νῦν ἀνάσπαστον ἐπαι-ήσατο, ἄρχοντα Ἀταρνέως. Nomen non Ἑρμείας, sed Ἑρμίας, scribendum contendit Harp. in voc. In hunc ipsum, valde sibi probatum, cum hymnum scripsisset (ab Athenæo nobis custoditum XV. p. 696. et Diog. Laërt. V. 7, 8.) Aristoteles, Athenis a sacro quodam sycophanta, quod genus illic etiam bonis fuit permolestum, impietatis est accusatus: in isto carmine Hermian Ἀταρνέως ἔντροφον vocat vir magnus; quem Hermian, genere Bithynum, non debuerant Ἀταρνέα dixisse Athenæus et Suidas. In Eunucho Luciani T. II.

p. 357. dicitur Philosophus εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσας Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐκ τοῦ Ἀταρνέως φύραντον. Valck.

Ibid. τοῦ δὲ Ἀταρνέος τούτου ἔστι χῶρος τῆς Μυσίης] Χωρίον Ἀταρνέα, contra insulam Chium, Diodorus vocat XIII. 65. Τὸ δὲ χωρίον ἐστὶν ὁ Ἀταρνεὺς ὁ Χίων μισθὸς, eadem de Pactya tradito locutus Pausanias IV. 35. Confer Diodoro XVI. 52. adposita. Wess.—Est igitur ὁ τοῦ Ἀταρνέος χῶρος, ager Atarnensis; de quo idem Noster VIII. 106. loquens, ait γῆν τὴν Μυσίην, τὴν Χῖοι νέμονται, Ἀταρνεὺς δὲ καλέεται. S.

15. οὔτι οὐλὰς κριθῶν] Reiskius οὐλαῖς, ut lenior decurrat sermo, cui sine medela non deest cultus. Οὐλοχύτας Homerus, πρόχυτας Euripides Iphig. Aulid. 955. et 1112. (quem Hesychius in voc. respexit.) nuncupare solet. Multa Eustath. Ἰλ. α'. p. 132. (p. 100. ed. Bas.) Wess.

Cap. CLXIII. 4. οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ] Mos Ionum in schedis Ask. observatur. Sic νηυσὶ ἑβδομήκοντα VI. 92. εἰ ἐν σῇσι νηυσὶ IX. 89. et mox c. 166. Mira ceteroqui discordia isto in vocabulo: modo νέες, quibus primas in Ionia Corinthus dedit, [dial. Ion. § 19.] modo νῆες his in Musis. De Penteconteris rotundisque navibus præter Baiffium et Meibomium, ad Plinii VII. Hist. N. c. 56. Harduinus. Wess.—In Lat. vers. temere h. l. prætermissa sunt verba: Navigabant autem non rotundis navibus, sed longis.

8. εἴκοσι καὶ ἑκατόν.] Errantes Lucianum et Phlegontem Trallian. in viam revocavit Casaubonus ad Strabonem (lib. III. p. 151.) clementer. Cicero de Senect. c. 19. Fuit enim, ut scriptum video, Arganthonius quidam Gadibus, qui LXXX. regnavit annos, centum et viginti vixit. Productior hæc est ætas, nec prorsus insolita. Auctor Dial. de Orator. c. 17. Centum et viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur unius hominis ætas, horum fortasse recordatus. Paria fere Trebell. Pollio in Claud. c. 2. De Tzetze dubium non est, Ταρτησσὸς—ἧς Ἀργανθώνιος ἐβασίλευσε, ζήσας ἔτη ρκ', ἀφ' ὧν ἐβασίλευσε π', ὥς φησιν Ἡρόδοτος, in Lycophronem v. 644. Wess.

12. ὁ δὲ συθόμενος τὸν Μῆδον—ὡς αὔξοιτο] Placuit priscis dictionis hæc forma. Σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος, in Epigr. Anthol. VII. p. 631. Αἴγισθον ἐνθ' ὀκτακὶν ἱστορῶ πάλαι, Sophocles Elect. 1107. Qualia cum apud optimos obferant se, parco operæ, et Stephanum advoco de Dialectis p. 51. Küster. in Aristoph. Plut. v. 55. Davisium ad Ciceron. N. D. I. 26. Potius erit expiscari, quis Medus ille, cujus vires et potentiam crescere Arganthonius ex Phocæensibus inaudiverat? Harpagusne, qui Medus origine? At eum simpliciter vix ita designat. Præterea structa videntur Phocææ mœnia ante Harpagi incursionem: id postulant, quæ de obitu Arganthonii c. 165. perhibentur. Hoc amplius, si validissimis hoc se demum tempore sepsissent muris, fieri-ne id potuit citra ullum Harpagi, in vicinia hærentis, inpedimentum? Immo vero adgressus urbem est, operibus munitam et propugnaculis firmam. Quæ quidem τὸν Μῆδον vehementer urgent, minime τὸν Λυδὸν h. e. Crœsum, Ionum liberis civitatibus infestum olim c. 26. etc. Non addicunt MSS. fateor; injusta tamen medela et suspicio non est. Habeo consentientem Corn. de Pauw. Wesseling.—Tum Idem in Addendis hæc adjicit: "Suspicatur, συθόμενος τὸ Μῆδων, res et "potentiam Medorum, olim hic fuisse, "doctissimus A. Kluitius."—Fidenter Larcher in Gallica Herodoti versione Crœsum posuit; quem eo nomine reprehendit Volney, (Chronol. d'Herod.

p. 78.) Harpagum intelligens. At, Harpagum nunc dicere non potuisse Herodotum, satis luculenter et Wess. et Larch. demonstrarunt. Sed nihil magis in promtu erat, quam ut Medus hic Cyrus intelligeretur, qui in Medorum successerat imperium. τὸν Μῆδον idem est ac τὸν Μήδων βασιλέα, Medorum regem; atqui is nunc Cyrus erat. Vide ad I. 2, 11. notata, et conf. etiam c. 46, 3. Pausanias quidem X. 8. p. 817. videri possit Medum hunc Harpagum intellexisse. S.

Cap. CLXIV. 5. καὶ οἴκημα ἵν κατιρῶσαι] Addi jubet Reiskius τῷ Μίτρῃ, aut alterius Persici numinis nomen. Verum Persæ parietibus deos non includebant, templa damnantes et aversati, c. 131. Quem modo laudavi Corn. de Pauw, οἴκημα turrim esse decernit, sacrandam ac humanis usibus eximendam: hoc ut obtineret, Lexica adpellavit et Glossarum οἰκήματα πρὸ στερεμβολῆς, Procastria; quæ nihil adjuvant. Fallunt enim Lexica, et Procastria aliorsum ferunt, sicuti Festus docet in Procestria. Sæpe doctos viros ingeniosiores experior, quam necesse erat. Jubet Harpagus unas ædes consecrari in obedientiæ argumentum et Persicæ dominationis: hoc intelligitur. At vestigandum est, cui deo atque usui cesserit consecratio; cur tandem? Quum de consilio constet, licebit, quod tacitum scriptor habuit, ignorare. Alioqui ex Aldino, levi opera, fingi poterit, καὶ οἴκημα ἵν κατιρῦσαι et unam habitationem detrahere. Sic expedita omnia. Vide Gronovium VII. 24. VIII. 95. Wess.—Nempe locis citatis Gronovius verbi εἴρω ejusque compositorum plura quædam exempla congesserat. Vide vero quam contagiosa res sit corrigendi pruritus. Modo verissime Wesselingius aiebat, sæpe doctos viros in interpretandis aut in corrigendis veterum auctorum locis ingeniosiores esse, quam necesse erat. Nunc, postquam alii in expediendo hoc loco vires suas tentarunt, ipse etiam temperantissimus alioqui Vir, et a vi inferenda abstinentissimus, ad corrigendum confugit. Atqui recte paullo ante, interpretatus ipse erat Herodoti verba: nihil desiderabatur, nisi ut (quod perspecte Larcher vidit) Regi consecrandas ædes intelligeret. Aldinum κατιρῶσαι nil aliud est nisi ipsum κατιρῶσαι, diphthongo ῶ loco vocalis ι productæ posita; conf. Var. Lect. ad I. 123, 17. I. 73, 8. IX. 85, 4. et. 6. (ed. S.) Quidquid ad Regem pertinebat, id sacrum habebatur: ideo κατιρῶσαι, consecrare dixit, pro dedicare Regi. S.

15. χωρὶς ὅτι] Scribere solet in talibus χωρὶς ἢ ὅ, τι p. 39, 41. p. 240, 94. p. 249, 1. (I. 94, 2. IV. 61, 5. et 82, 1.) Hic forte præstiterit posuisse: χωρὶς ἢ ὅ, τι χαλκὸς ἢ λίθος ἢ γεγραφὴ ἦν. Valck.—Utique ὅ τι diremtis voculis scriptum oportuit: particula ἤ vero non opus erat inserta, quum præsertim continuo deinde eadem posita sit, et quidem diversa notione ab ea quæ hic locum esset habitura. S.

Cap. CLXV. 2. οὐκ ἐβούλοντο] Vetus ἐβουλεύοντο exercuit Porti diligentiam: varia conminiscitur, quæ, melioribus repertis, prætereo. Confusio illis in verbis adsidua, veluti VI. 66. Diodor. Sic. XIV. 82. Dion. Chrysost. Or. IV. p. 66. A. etc. Wess.—Non ἐβουλεύοντο olim editum erat, sed ἐβούλευντο, pro quo haud absurde Portus ἐβουλεῦντο scriptum oportuisse conjectaverat, ex prisca præsentis forma βουλέομαι, unde etiam fut. βουλήσομαι. De ὑπομένουσι, quod sequitur, vide Adn. ad I. 68, 24. S.

4. τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη] Diodorus τὴν μὲν Κάλαριν Φωκίδι ἔκτισαν V. 13. magno, si scripserit ita, errore, ut dictum alias. Seneca Consol. ad Helv. c. 8.

ut antiquiora, quæ vetustas obduxit, transeam, Phocide relicta, Graii, qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insula (Corsica) consederunt; permiscens, ut sæpe veteres, Phocidem et Phocæam. Wess. — Repetitur apud Nostrum idem nomen c. 166, 12. Succedente tempore Aleriam nominari invaluit, permutatis (ut sæpe alias) *l* et *r* literis. Quod *ἀνιστήσαντο πόλιν* ait auctor, excitarunt intelligunt omnes, id est condiderunt: et sic Steph. Byz. ait, *Ἀλλάλια, κτίσμα Φωκαίων*, nempe *Φωκαίων* voluerat. Videtur autem verbum illud proprie significare ejectis cultoribus (*ἀναστάτων ποιησάντων*) urbe potiri. S.

12. *καὶ μύδρον —— κατιστάντωσαν*] Hic narrata tangit Scholiastes ad Soph. Antig. 270. excitans Callimachi, forsan ex Ibide, versum, *Φωκίδων* (immo *Φωκαίων*) *μίχθεις κε μίνῃ μίγας ἐν ἁλὶ μύδρος*. Valck.

Ibid. *μύδρον σιδήρεον κατιστάντ.*] Prior interpres (grande saxum scribens) Latina formarat ad Horatianum Epod. XVI. 25.

Sed juremus in hæc: simul imis saxa renarint vadis levata, ne redire sit nefas.

Res eadem, verba discrepant. Horatius *μύδρον* massam lapideam, uti apud Strabonem sæpius, intellexit. Consimili jurisjurandi additamento Aristides *ὤρκισαι μὲν τοὺς Ἕλληνας, καὶ ὤμοσεν ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων, μύδρους ἐμβαλὼν ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς εἰς τὴν θάλασσαν*, in ejus vita Plutarchus p. 334. A. Junge Turnebi Advers. XIV. 21. Wess.

Cap. CLXVI. 3. *καὶ ἄγον γὰρ δὴ καὶ*, etc.] Restitui in integrum, quod erat inmutatum. Homero utor auctore Ἰλ. β'. 834. *Κῆρες γὰρ ἄγον μέλανας θανάτοιο*. Supra c. 70. placuit idem, sicuti et deinceps. Memini poëtam *ἦγον* sæpe ponere ob moduli rationem. In Nostro ea cessat. Reiskius maluit *καὶ ἦγον γὰρ ἀεὶ καὶ ἔφερον*, non ego. Quæ enim urguens necessitudo? Obportunius erit de fœdere addere, quod Carthaginienses inter et Etruscos coaluerat ad Tyrrheni maris et vicinarum insularum tutelam, in Pindari Pythion. Od. I. 139. Wess.

8. *Καδμεία τις νίκη τοῖσι Φωκαιεῦσι ἐγένετο*] Explicant Diodori Eclog. T. II. p. 495. et XI. 12. Wess. — Conf. Suid. et Paroemiographos. Cadmea scilicet victoria dicitur, quum plus incommodi accepit victor, quam intulit. Est igitur tristis utique, sed victoria tamen: atqui hic quidem nullum victoriæ adparet vestigium; nisi cogites, quod ipso etiam vocabulo *νίκη* significat Scriptor, et ipsos hostes cladem accepisse, et prius ex acie se recepisse quam Phocæenses. conf. c. 82, 27. seqq. Non est autem (de quo commode Larcherus ad h. l. monuit) confundenda hæc victoria cum ea, quam Phocæenses Massiliam condentes de Carthaginiensibus reportasse Thucydides I. 13. scribit. Conditam enim a Phocæensibus Massiliam esse sexagesimo fere anno ante hæc tempora de quibus nunc agitur, abunde idem doctus Herodoti interpres ex Eusebio, ex Scymno Chio, Timæi testimonium invocante v. 210 seq. (T. II. Geogr. Min. Huds.) ex Solino, c. 2. et ex Justino XLIII. 3. demonstravit in Adn. ad h. l. et in Chronol. Herod. p. 437 seq. Quare nec mirum admodum videri debet, quod coloniæ Massiliam ductæ mentionem nullam Herodotus fecit, quippe quæ res ad illius institutum nunc non pertinebat. Ne id quidem mirari debemus, quod Phocæenses hi non Massiliam ad cognatos suos et populares se contulerunt; quoniam arctis finibus illi conclusi, et a continente barbaris ferisque gentibus cincti erant. At tempora resque diversas utique Pausanias miscet lib. X. c. 8. p.

816 seq. ubi, Massiliæ obiter mentionem faciens, diserte ait, Phocæenses Massiliam condentes partem fuisse eorum, qui Medum Harpagum fugientes, patriam reliquerunt; hosque, navali prælio superatis Carthaginiensibus, terra ea potitos esse, quam inde ab illo tempore tenuerunt. Cui paria Ammianus Marcell. XV. 9. tradit, diserte scribens, Phocæensium Harpagum fugientium alios Veliam in Lucanis, alios Massiliam condidisse. Atque etiam Seneca in Consol. ad Helv. c. 8. de Corsica loquens: Graii, ait, qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insula consederunt. Errori ansam præbere Thucydides potuit, de Phocæensibus Massiliam condentibus ita disserens, ut videri potuerit originem hujus coloniæ in Cyri ætatem ponere. Ac fieri sane potuit, ut Atheniensium multi, quippe regionum ultra Italiam sitarum rerumque ibi gestarum parum gnari, duas Phocæensium expeditiones in unam confunderent. Sic quidem etiam Isocrates (in Archidam. p. 68. T. II. ed. Auger.) ait: *Φωκαεῖς φεύγοντες τὴν βασιλέως τοῦ μεγάλου δυναστείαν, ἐπλεύσαν εἰς τὴν Ἀσίαν εἰς Μασσαλίαν ἀφῳκίσαντο.* Quod si tale quidpiam compertum habuisset Herodotus, is quem omnia diligenter percunctatum novimus, quique in eadem inferiore Italia, in qua hi Phocæenses dein consederunt, sedes suas habuit, haud dubie mentionem Massilienses coloniæ h. l. facturus erat. Cum Herodoto pulcre consentit vetustus Rerum Italicarum scriptor Antiochus Syracusius, cujus testimonium Strabo sub initium libri VI. adposuit. Nam, quod ibi vulgo legitur *εἰς Κύρνον καὶ Μασσαλίαν*, unice vera certaque est Casauboni sententia, *καὶ Ἀλαλίαν* (aut *Ἀλαλίαν*, ut est apud Steph. Byz.) scripsisse Antiochum. Atque ipsa hæc similitudo nominum *Ἀλαλία* et *Μασσαλία* fortasse confusioni illi, de qua supra ad c. 165, 6. dixi, occasionem dedit. Cæterum de Massiliensis coloniæ origine videndus Aristoteles apud Athenæum lib. XIII. c. 36. et Justinus XLIII. 3. quorum neuter primos colonos metu Medorum aut Persarum domo profectos memorat. S.

11. *ἀπεστράφατο* male a dialecti legibus codex Med. avertit. Vide supra, c. 141. Wzss.

Cap. CLXVII. 1. *τοὺς ἄνδρας, οἵ τι Καρχηδόνιοι*, etc.] Particulam *τι* remque ipsam monstrare hæc corrupta et lacunosa esse, Cl. Reiskii sententia est: deesse enim, quid Carthaginienses cum suis captivis fecerint. De lacuna dubito; censeoque, *ἴλαχόν τι* (sive δὲ potius) *αὐτέων πολλῷ πλείους*, ad solos Tyrrhenos spectare, et commate a præcedentibus esse secernenda. Quæ de Agyllensibus subduntur, opinionem adfirmant. Sorte plures acceperant captorum Etrusci; omnes eos, sicuti et suos Carthaginienses, lapidibus cooperuerunt. *Κατέλευσαν* refertur ad utrosque. Wzss.—Suffragari Viro doctissimo nullo pacto possum, in eadem *ῥήσει* alterum verbum, *ἴλαχον*, ad solos Tyrrhenos spectare; alterum, *κατέλευσαν*, ad utrosque. Scabrosa et impedita aut defecta videri debuit oratio, si *αὐτέων* ad Carthaginenses refertur: at, pronomine hoc ad Phocæenses relato, omnia satis commode procedere videntur. Carthaginenses Tyrrhenique plures captivos fecerunt quam Phocæenses, eosque inter se partiti sunt; dein eosdem, in terram expositos, lapidibus obruerunt. *οἵ τι Καρχηδ. καὶ οἱ Τυῤῥ.* dein *ἄλλαχόν τι —— καὶ κατέλευσαν*. Ego vero aliud quidpiam hoc loco desideraveram. Nempe in proxime sequentibus, præter suum morem, subito et ex abrupto Agyllæos nominat Scriptor; quum exspectasses ut prius diceret, expositos captivos fuisse

prope Agyllam, Etruriæ oppidum, ibique lapidatos. S.

5. *Ἴμαντα*] Præclare Gronov. ex Mediceo. Arbitror ex Theopompi Epitome Herodoti venisse, atque huc pertinere apud Suidam in voce: Αἱ δὲ γυναῖκες ἕστικτον ἵμαντα καὶ εἴρατα· οἱ δὲ τῶν τετολμημένων σφίσι λήθην καταχίαντες, ἦκον ἐς Δελφούς. Falli possum opinione, sunt tamen ejusmodi, ut hinc propagata dejerares. Wess.

13. *ἥτις νῦν Τίλη καλέεται*] Stephani Byz. Θύελλα, quæ hinc advocatur, nata videtur ex ΟΤΕΛΛΑ male scripti exemplaris aut ΟΤΕΛΙΑ, uti Dionysio Ant. Rom. I. p. 16. dicitur. Ejusdem Stephani Βύλη in voce Ἑλία similes natales habuit. Lege Cluver. Ital. Ant. IV. p. 1259. Wess.

15. *τὸν Κύρνον——κτίσαι ἥρων ἰόντα*] Larcherus ad h. l. ait, tradi a Servio ad Virgil. Ecl. IX. 30. Cyrnum, Herculis filium, nomen dedisse insulæ. Mihi quidem nihil tale apud Servium reperire contigit: nec omnino, quis ille heros Cyrnus fuerit, mihi liquet: quem enim Cyrnum Diodorus Sic. V. 60. memorat, is huc non pertinere videtur. Mira vero locutio, *κτίσαι —— ἥρων*, condere heroëm, ut vulgo interpretantur; nisi intelligas instituere heroëm, et ut talem colere. Larcherus quidem monumentum Cyrno erigere intellexit. Benedictus, in Actis Seminar. Philol. Lips. Vol. II. P. II. p. 283. suspicatur, *ἴλος ἰόντα* scripsisse Herodotum; fuisseque fortasse paludibus illis, in quibus hi Phocæenses (teste Dionysio Halic. Antiq. I. 20.) urbem Τίλην, quæ et Ἑλία, condiderunt, nomen *ὁ Κύρνος*. Sed hæc, ingeniosa quidem et erudita, at mera tamen hariolatio est. S.]

Cap. CLXVIII. [3. In *τῆς Θρηϊκίης* nil mutant libri. Intellige *τῆς Θρηϊκίης γῆς*: nam Thracia Græcis ἡ Θρᾴκη, Ionice Θρηΐκη, ut IV. 99, 1. ubi quidem Θρηκίη codd. Arch. et Vind. S.]

4. *ἔκτισαν πόλιν Ἀβδηρα*] Refer huc vulgare olim dictum, Ἀβδηρα, παλὴ Τηΐων ἀποικία, ex Strabonis XIV. p. 953. (pag. 644. ed. Cas.) ubi plura. Wess.

6. *ἐξιλαθεὶς*] Non adstipulor Mediceo, vario in isto verbo. Retinet ἐξιλαβόντες IV. 145. et ἐξιλαθεὶς V. 97. Par aliorum, etsi prava, consuetudo: de Pausania testis Sylburgius I. 11. p. 27. Lege quæ ad Moerid. Attic. notavit Cl. Pierson. p. 13. Wess.—Non dubito equidem, Atticum auctorem ἐξιλαθεὶς scripturum fuisse, absque σ ante θ, quæ vulgatissima etiam hujus verbi formatio est: sed, Herodotum constanter ista forma in hoc verbo usum esse, etiam atque etiam dubito. Utralibet forma ei licitum erat promiscue uti. Sin necesse esset, ut talibus in minutiis sibi semper constantem eum fuisse statueremus, crediderim ego prælaturum fuisse istam paullo asperiorem formam quæ σ ante θ ponit; quemadmodum idem alias formas amat multo etiam asperiores, ubi φ vel χ cum litera Ϸ concurrunt, quo de genere ad I. 130, 8. dictum est. Quam enim formam hic nonnisi tres codices (quoad quidem novimus) exhibent, in eamdem alibi, ut I. 173, 12. III. 46, 1. 51, 8. IV. 44. plures ac tantum non omnes codd. consentiunt. Similiter vero etiam *κατεπαύσθη* (pro *κατεπαύθη*) habemus I. 130, 2. et *κατεπαυσθέντος* VI. 71, 1. et id genus alia. Conf. I. 186, 12. et notata ad I. 130, 7. S.

Cap. CLXIX. [7. *ὡς καὶ πρότερον*, etc.] Vide cap. 143. S.]

[9. *τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἐδουλώθη*] Conf. c. 6. et cap. 28. S.]

Cap. CLXX. 12. *τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος*] Plutarchus, hæc carpens, *τὸ ἀνέκαθεν* habet, de Malign. pag. 857. F. Nostro de Phœnicia Thaletis origine ex antiquissimis Democritus, Duris,

Leander; ex minus remotis Diogenes Laërt. I. 12. Clemens Alex. Strom. I. p. 352. Hyginus Poët. Astron. cap. 2. adstipulantur. Eusebius Pr. Ev. X. 4. rem in medio ponit, ὁ Θαλῆς, ὥς τινες ἱστορεῦσι Φοίνιξ ἦν· ὡς δέ τινες ὑπειλήφασι, Μιλήσιος. Utrumque verum; majores Phœnices fuerunt, ipse domicilii sedem Mileti fixit. Vide Vossium de Histor. Græc. III. p. 375. Jam quod ad Grammaticos Phrynichum, Herodianumque adtinet, negantes ἀνέκαθεν de superiore tempore Attica consuetudine usurpari, non ægre fero: Thomam M. inprudentiæ accuso; falsum est, quod scripsit, ὑφ' Ἡροδότου ἅπαξ εἰρῆσθαι. Wess.

Cap. CLXXI. 2. καὶ Καυνίους] Non exputo, quid præter errantem Medic. ad Καυκωνίους defendendos produci queat? Gronovius tacet. Scio a principe poëta Ἰλ. κ'. 429. Cares Pæonesque jungi, prætereaque addi, Καὶ Λίλυγες, καὶ Καύκωνες, δῖοί τε Πελασγοί: neque nescio, Criticos ibi ex quorumdam sententia τοὺς λιγομένους Καυνίους explicare. At dubia res est, sicuti Strabo XII. p. 817. (pag. 542. ed. Cas.) ostendet et Scholiastes Apollon. Rhod. II. 358. Ipse Herodotus Cauconios ignoravit, Caunios Lyciis arte iterum adjungens c. 176., ubi Florentiæ nihil mutatur. (cf. cap. 172.) Præstat sane consensui tot MSS. non reluctari. Wess.

5. καλεόμενοι Λίλυγες] De Lelegibus anceps disputatio in Palmerii Gr. Ant. I. 10. Strabo Nostri sententiam amplexatur et tuetur XIV. p. 976, (p. 661. ed. Cas.) nec de Caribus discors est Conon Narr. 47. Wess.

14. καὶ ἔχανε ἀσπίσι] Nihil Ælianus de Animal. XII. 30. nec Strabo dissentit, (loco modo cit.) usus etiam Alcæi testimonio et Anacreontis, cujus in fragmento Καρικοῦ εὐεργέος ἐχάνου præstat, nisi qui maluerint καρποεργέος cum Eustathio ad Hom. p. 707. fin. (p. 592, 13. ed. Bas.) et Etymologo MS. Bibliothecæ Trajectinæ voc. Καυίους, qui sua debet scholiis in Ἰλ. Γ'. 193. Post pauca (l. 18.) Cl. Reiskius aut περιαιμένας, videlicet ἀσπίδας, aut περιαιμένους reponit. Satis erit si αὐτὰς ad sententiam advoces. Wess.

18. μετὰ δὲ, τοὺς Κᾶρας, etc.] Male hæc et distincta et Latina consuetudine fuerunt expressa. Non docetur, post Caras longo succedente tempore, Dorienses atque Iones ex insulis fuisse egressos, et sic sedes in continenti posuisse; verum longo post tempore Dorienses et Iones Caras ex insulis ejecisse. Series orationis et res ipsa hanc requirunt sententiam, sicuti pulcre animadvertit Cl. Geinozius et Reiskius atque ante eos Portus. Hoc vide, V. 14. ἐντελλόμενος ἐξανασπῆσαι ἐξ ἠθίων Παίονας: jubens sedibus suis Pæonas everti. Decepit interpretem μετὰ δὲ, toties in his Musis absolute positum, ut I. 128. etc. Wess.

25. Διὸς Καρίου] Neque hæc Strabo neglexit XIV. pag. 974. (pag. 659. Cas.) bene distinguens inter Jovem Carium, quem Mysi pariter ac Lydi, quasi Carum fratres, devenerabantur, et Jovem Stratium, de quo V. 119. Ælianus unum eumdemque censuit, errans, de Animal. XII. 30. Wess.

Cap. CLXXII. 2. αὐτοὶ μὲν τοι ἐκ Κρήτης, etc.] Adscribam Strabonis verba, ut manifestior Celeb. Viri evadat inprudentia, Καυκωνίους invito scriptori toties obtrudentis. De Cauniis ita lib. XIV. p. 964. A. (p. 652. ed. Cas.) Φασὶ δ' αὐτοὺς ὁμογλώττους μὲν εἶναι τοῖς Καρσὶν, ἀφῖχθαι δὲ ἐκ Κρήτης, καὶ χρῆσθαι νόμοις ἰδίοις. Quæ quidem ex Nostro esse repetita, monitu non eget. Wess.

2. προσεκεχωρήκασι —— πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος, ἢ οἱ Κᾶρες πρὸς τὸ Καυνικόν] Heynius, vir immortalis memoriæ apud omnes qui humaniores literas amant, quum ad Iliad α'. 117. scribet, ἢ h. l.

intelligendum esse μᾶλλον ἢ οἱ Κᾶρες, animum non adverterat ad id, quod continuo adjicit Noster, τοῦτο γὰρ οὐκ ἴχω ἀτρεκίως διαρρῆσαι. Illud etiam ibidem sive fugienti calamo longe doctissimi viri excidit, sive typothetæ culpa erratum est, ut ἴδος pro ἴθνος scriptum sit. S.

11. μίχρι οὔρων τῶν Καλυνδικῶν] Vulgari debuerat: ad fines usque Calyndensium. Si montes designarentur, οὐρέων esset scribendum. Vallam tamen Cellarius et alii sequuntur, turpius errantem in istis pag. 83, 16. (I. 206. 5.) ἡμέας ἀνίχιν ὁρίων ἄρχοντας. Nostro loco populus insanus ad suæ regionis fines usque Deos exigebat peregrinos; contra Cicero in Verr. IV. c. 35. Segestanas, ait, matronas et virgines convenisse, cum Diana exportaretur ex oppido, —— thure odoribusque incensis usque ad agri fines. prosecutas esse. Lecti Spartanorum Themistoclem dicuntur comitati μίχρι οὔρων τῶν Τιγιητικῶν Herod. VIII. 124. ad Tegeaticos usque fines. Suidas: Παρὰ Ἡροδότῳ Οὖροι, οἱ ὅροι, τὰ ὁροθέσια. Aspero plerumque scribuntur spiritu tam nomen quam verbum οὐρίζειν. Lib. V. 52. legitur μίχρι οὔρων τῶν Κιλικίων. Lib. III. 90. ἐπ' οὔρεσι vulgavit Gronov. pro οὔρεσι: similiter in loco vexatissimo III. c. 5. capiendum μίχρι οὔρων vel οὔρων. Valck.—Interpres errorem excusare non potest, neque Editores negligentiam, qui Aldum et Hervagium duces recusarunt. Nævum deterserat Casaubonus ad Strabon. XIV. p. 963. (p. 651. ed. Cas.) eluit quoque Latinis emendatis Geinozius. Wess. — Vera Ionum scriptura οὔρεος et οὐρίζειν est, leni spiritu. S.

Cap. CLXXIII. 8. οἱ δὲ Μιλύαι, τότε Σόλυμοι] Cl. de Pauw moratum est illud τότε, quoniam Steph. Byz. Μιλύαι, πρότερον Σόλυμοι. Gemina Strabo XII. p. 858. (pag. 573. ed. Cas.) imitatus Nostrum et nominatim adpellans; quod illum tamen fugit. Mavult ποτὲ Σόλ. quondam Solymi adpellabantur. Non adplaudo: τότε liquido spectat τὸ παλαιὸν, et manum medicam renuit. Adi inferius VII. 92. Wess.

[12. ἐξιλαθεὶς] Vide ad cap. CLXVIII. 6. notata. S.]

16. οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται, etc.] Nollem tantopere sudasset pro Medic. vir Clarissimus: συμφέρονται scribentis error peperit. Vide lib. VI. 59. Explicuit erudite hunc locum Jac. Perizonius, V. Cl. Triad. Dissert. I. p. 37., quem studiorum consortem et Academici operis collegam cur Gronovius nominare contemserit, nunc non dico. Addo Orestæ dictum ex Euripidis Elect. 935. κἀκεῖνους στυγῶ Τοὺς παῖδας, ὅστις τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς Οὐκ ὀνόμαστοι, τῆσδε μητρὸς ἐν πόλει. Athenis, teste Varrone, statutum fuit, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, sive μητρόθεν adpellaretur, apud Augustinum Civit. Dei XVIII. 9. Adplica ad hæc Suidæ Τῆς μητρὸς ὡς αἰῶ καλεῖται. Wess.

17. καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺς, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν πατέρων] Quam Lyciorum non sanè quam absurdam memorat Herod. consuetudinem, tradidit et Plutarch. T. II. p. 248. D. νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις μὴ πατρόθεν ἀλλ' ἀπὸ μητέρων χρηματίζειν. Alia quædam isti mori congrua Nicolaus addidit Damascenus in Ἐθῶν συναγωγῇ (libello, cujus excerpta collegit H. Vales. p. 510. etc., hunc fuisse titulum e Stobæi pag. 614. colligas:) apud Stobæum, p. 292, 23. Λύκιοι τὰς γυναῖκας μᾶλλον ἢ τοὺς ἄνδρας τιμῶσι· καὶ καλοῦνται μητρόθεν, τάς τε κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς. Hoc Athenis atque alibi quia fuit inauditum, Demosthenes contra Bœotum p. 577. §. 11. (p. 997. ed.

Reisk.) καὶ τίς, inquit, ἤκουσε τώπστοι, ἢ κατὰ ποῖον νόμον προσαναγεάφοις' ἄν (τὸ τῆς μητρὸς ὄνομα); Materno genere superbus Megacles, ὁ Κισύρας, audit Aristophani Ἀχαρν. v. 614. Homero prorsus inusitata (quod monuit Heraclit. Allegor. Hom. p. 417.) μητρωνυμικά. (Ab aliis) poëtis adhibentur Λητοΐδης, Δαναΐδης, Νιοβίδης: ἡ τετρὰς, numerus quaternarius, Pythagoricis Μαιάδης dicebatur, utpote τῆς δυάδος, Μαίας dictæ, filiolus: Etymol. M. p. 166. Valck.

19. ἀναπμεῖται] Ionicum flexum ἀναπμίσται conservavit Ed. Aldina; genuinum, si verum est quod scribit Suidas, Ἀναπίμισθαι ἀπὸ τοῦ καταλίγειν positum ab Herodoto. ἀναμνίσται, Küstero probatum ad Suid., attulit Jo. Jac. Wetstenius ad Marci XIV. 72. sed cum millenis aliis rectius omisisset. Valck.— Speciosa erat H. Stephani emendatio, ἀναμνίσται, commemorat. Sed mutari vulgatum vetat et librorum consensus et veterum Lexicographorum auctoritas. Cognatus quodammodo ejusdem verbi usus cum eo qui hic obtinet, ille est, quo ἀναγινώσκειν, legere, significat; quem usum idem Suidas adnotavit, cum quo Hesychius consentit, in Ἀνιμεῖν. S.

Cap. CLXXIV. 7. τῆς Βυβασσίης] Is. Vossii emendatio est ad Melam I. 16, 10., merito laudata et probata Gronovio. Nihili enim Βυβλισίης, quod in libris. Chersonesi hæc regio Bubassus, apud Plinium lib. V. Hist. Nat. c. 28. Urbs, unde nomen, modo Βύβασσος, modo Βύβασσος. Vide ad Diodori V. 62. Wess.

13. ἐντὸς δὶ] Una duntaxat litera mutata legerim: ἐκτὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγίνετο: id est ἐκτὸς δὲ πᾶσα ἡ χώρη σφι ἐγίνετο (sive ἦν) νῆσος; extrinsecus enim tota ipsorum regio erat insula. Paulo superius ista leguntur, Ἰούσης πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥόου. Istum quinque stadiorum Isthmum voluerunt perfodere, cui, quod non esset insula, peninsula debebat Cnidiorum: vid. Pausan. V. pag. 440. Commode succedunt quæ sequuntur apud Herodotum, in quibus ego quidem nihil desidero. Valck.

Ibid. ἐντὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγίνετο] Quæ in hæc verba animadvertit vir doctus, Miscell· Lips. Volumen VII. p. 621. et VIII. p. 298. ostentabit. Ipse scripto ad me minore molimine, ἐγγὺς δὲ ταῦτά σφι ἐγ. parum aberat, quin opus illud ex ipsorum sententia perficeretur: aut εἰκότως δὲ σφι ταῦτα ἐγίν. non sine caussa faciebant. Conjecturæ illæ alacrem ingenii volubilitatem declarant. Mihi licebit esse tardiori. Docetur intra eam fossam, quam deprimebant, Chersonesum (peninsulam) universam tum fuisse, atque insulæ ferme instar. Eum in modum, qui confertim intra urbem se penetrarunt, ἀθρόοι ἐντὸς γενόμενοι, in Parthenii Erot. c. 9. et de Chersoneso Thracia obportune Noster VI. 36. ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου ἡ Χερσόνησος εἴσω πᾶσά ἐστι. Wess.—Haud dubie recte habet ἐντὸς, scil. ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ: et πᾶσα intelligitur χώρη, quod vocab. proxime ex præcedit et sequitur. Quare nulla ratio habenda conjecturæ a Toupio ambitiosius jactatæ, in Epist. Crit. p. 61. ed Lips. ἀνίνδοτος pro ἐντὸς reponere jubente; quam tamen novationem nuper etiam Barkerum, virum doctum, (in *Classical Journal*, Vol. IX. p. 490 seq.) patronum invenisse, ex Boissonadi mei literis ad me datis intellexi; sed ille quidem verba ἀνίνδοτος δὲ πᾶσά σφι ἐγίνετο paullo inferius post τὸν ὄρυσσον reponenda censet. Nec vero opus erat operoso alterius Viri docti (I. W.) molimine, vulgatam hujus loci scripturam (in eodem *Classical Journal*, No. 20. Vol. X. pag. 326 seqq.) contra Barkerum ita defendentis, ut verba σφὶ ἐγίνετο interpretetur quasi esset ἐπί σφι

ἂν ἐγένετο, *and all within the isthmus would have become secure in their power.* Planissima sententia est, quam in versione Lat. expressimus: Erat autem universa illorum ditio intra isthmum: nam Cnidia terra, id est, Cnidiorum ditio, ibi terminabatur ubi isthmus ille peninsulam continenti jungebat. S.

19. ἡ δὲ Πυθίη σφι, etc.] Senarios Apollinis Pythii exagitat Œnomaus apud Eusebium Præp. Ev. V. pag. 220. Valck.

Cap. CLXXV. 3. αὐτοῖσί τι καὶ] Primo adspectu scribendum potius videretur, αὐτοῖσί τε, ἢ καὶ τοῖσι περιοίκοισι, prouti cepit interpres: plura tamen tuentur vulgatam. Mirificum autem illud ostentum, quo malum imminens Pedasensibus horumque vicinis portendebatur, hic suo loco commemoratur; infra lib. VIII. c. 104. loco, ut arbitror, satis alieno: atque adeo etiam attendenti videri 'poterunt ab aliena manu Herodoteis quæ huc spectant illic interjecta. Verba Strabonis ad Herodoti loca jam contulerat ante Casaubonum P. Leopardus Em. VII. c. XI. p. 180. Valck.—In Lat. Vers. adde: sive ipsis, sive eorum vicinis. S.

4. τρὶς σφι τοῦτο ἐγένετο] Dicetur VIII. 104. Wess.—Strabonem conf. lib. XIII. p. 611. S.

7. Λίδη] Mons Cariæ, cui nomen Lide, mihi se, quod quidem recordor, alibi non obtulit. Prior interpres Lyde expressit, cui congruit Ptolemæi Geogr. V. 3. oppidum Cariæ Λύδαι: quod tamen nomen Geographi libri varie scribunt; in Ulmensi versione anni 1486. Clyde; Χύδαι Coislin. in codice. Wess.

Cap. CLXXVI. 4. συνήλισαν] Mihi quoque sincerum videtur. Nisi tamen ista præcessissent proxima, κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ, difficulter constitui posset, utrum posuisset Herodotus συνήλισαν, an συνείλησαν, vel συνήλασαν: siquidem ista tria reperiuntur in re simillima adhibita. Pheronem scribit Herod. II. 111. mulieres ἐς μίην πόλιν —— συναλίσαντα ὑποστρῆσαι πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλι. Alterum, hic merito repudiatum, legitur III. 45. ubi civium liberos et uxores Polycrates ἐς τοὺς πατρώιους συνελάσας εἶχε ἑτοίμους ὑποστρῆσαι. Recentioris ævi Xanthiorum simile hujus facinus denarrans συνελάσαι Philo præbet Jud. p. 883. E. Attigit hanc historiam similesque commemorat Casaubon. Anim. in Athen. XII. c. VII. (ad p. 529. b.) Valck.

7. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, etc.] Animosum hoc et triste in defendenda libertate exemplum Xanthii Alexandri Magni et Cassii Brutique per Asiam expeditionibus iterarunt, meriti Philonis Jud. præconia, Quod omnis Prob. Liber. p. 883., et Appiani, in Harpagi nomine aliorum culpa vitiosi, Bell. Civ. IV. p. 1017. (cap. 80. T. II. nostræ ed. p. 633.) qui sua Plutarcho debet in Bruto p. 998. Wess.—Plutarcho nihil debere Appianum, abunde alibi demonstravimus. S.

Cap. CLXXVIII. 3. τῆς Νίνου ἀναστάσου γινομένης] Vide supra, c. 106. Mirum vero accidit Arch. ἀναστάσιω. Scribæ-ne in animo fuit secundus casus virilium Κροίσιω, Βάττιω, Πισιστράτιω, Μιμβλιάριω et similium? Non dixero. Wess.—Videri poterat ἀναστάσιω istud scioli cujusdam temeritati ortum debere, qui, quum Ionicas ubique formas restituere vellet, hoc vocabulum ita formavit, quasi primus casus ἀναστάσης esset. Nusquam quidem alibi, nisi in propriis nonnullis nominibus, genitivus casus nominum secundæ declinationis in ω formatus reperitur. S.

9. ὀγδώκοντα καὶ τετρακόσιοι] Amplitudinem urbis iisdem stadiis circumscribunt Plinius N. Hist. VI. 26., Philostratus vit. Apollon. I. 25. et Orosius II. 6. Ctesias, Clitarchus, Strabo, Cur-

tius dissentiunt, de stadiorum numero centum ferme auferentes. Itaque Nostrum errasse Is. Vossius profitetur, et confudisse nobilissimas urbes Ninum et Babylonem: illius ambitum stadiorum fuisse CCCCLXXX., non hujus. Observat. Var. c. 8. Quæ docte disputata, certa non sunt, et pæne arbitraria. De Nini et Babylonis spatio Diodorus II. 3. et 7. Wess.—Varias virorum doctorum sententias super ista Scriptorum discrepantia retulit Larcher in Adnot. ad h. l. De vocab. ὀγδώκοντα oblitus eram in Var. Lect. (ed. S.) monere, sic cum iota sub ω scribi in edd. omnibus libris, excepto Schæf. De suis codd. nihil hic adnotavit Wess. Noster cod. F. (qui alias frequenter iota adjicit, ubi alii negligunt) ὀγδόκοντα scribit absque iota, sic vero et Pa. et alii puto MSS. omnes; quos secutus sum cum Schæf. Cf. Var. Lect. (ed. S.) c. 163, 8. S.

14. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς, etc.] Lucianus Catapli c. 16. de quodam beatulo, καὶ μονονυχὶ καλλίων καὶ ὑψηλότερος ὅλῳ πήχει βασιλικῷ: in quæ criticus, ὁ βασιλικὸς πῆχυς ἴσχει ὑπὲρ τὸν ἰδιωτικὸν καὶ κοινὸν τριῖς δακτύλους, prorsus ad Herodoti mentem. Satis adparet, regium cubitum Persicum intelligi: Persarum enim reges Βασιλῆϊς dici adsolebant. Vulgaris cubitus Asiaticus est et fortasse Samius, quem II. 168. Ægyptio parem, et ἑξαπάλαιστον sive sex palmorum esse in eadem Euterpe cap. 149. perhibet. Atque hæc de cubiti mensura. Ecce aliud animadvertendum. Muri Babylonici crassitudinem et altitudinem minime eamdem finierunt Herodoto recentiores. Plinii ducentos celsitudinis pedes, hinc inconsiderate depromtos, examinavit Salmasius in Solin. p. 871. Examinavit eosdem, sicuti et Ctesiæ, Diodori, Philostrati atque aliorum aberrationes, Olearius in Philostrati vit. Apoll. I. 25., quos consule. Wess.—Adde quæ Larcherus ad h. l. contulit. S.

Cap. CLXXIX. 4. ἱλκύσαντες δὲ πλίνθους] Nihil inest dictioni, quod ingratum sit. Πλινθουργὸς, πλινθουλκὸς, πλινθουλκεῖν sunt in Polluce VII. 163. Latinis ducendi lateres, ducti lateres, ducere lateres, usu teruntur in Vitruvii II. 3. Plinii Hist. Nat. XXXV. 14., Græcorum exemplo. ΠΛΙΝΘΟΥΣ ΕΙΡΥΣΑΝ in Pyramide latericia regis Asychis II. 136., cui convenit Vatis Nahumi c. III. 14. εἵρυσον πλίνθον, trahe sive duc lateres. Wess.

6. καὶ διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου, etc.] Salmasium et Fabrum, temere hæc vellicantes, coërcuit Gronov. beneque τριήκοντα δόμους expedivit. Glossarium Sangermanense, Δόμον, οὐκ ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἐφ' οὗ συνήθεια τάττει· Ἡρόδοτος Α. καὶ Β., nimirum hoc loco et II. 127. (Conf. Polyb. X. 22, 7. et quæ ibi olim notavimus.) Id male, quod ταρσοὺς καλάμων alas arundinum esse Vir Cl. jussit; cui quidem decreto valide Grammatici obnituntur, Scholiastes Herodoti, Hesychius, Suidas, G. Corinthus, (Gregor. dial. Ion. §. 107. ubi cf. Koen.) quamquam non eodem omnes pacto, crates, πλίγματα, interpretati. Tum præter ceteros Thucydides II. 76. ἐν ταρσοῖς καλάμου πῆλον ἐπιλοντες: ubi Critici: πλίγμασιν, ἀπὸ καλάμου πεποιημένοις, rectissime: nam quæ sequuntur, non panuculas arundinum, sed texta et crates requirunt. Jure ergo Salmasius et Reiskius hoc probarunt. Quod autem crates eas inter laterum ordines stiparint structores, non alia fortasse caussa inpulsi fecerunt, quam ut bitumini essent ligamento; prorsus uti Syracusani τῶν ἰλῶν κάλαμον, arundinem palustrem, adhibuerunt πρὸς τὴν σύνδεσιν τῆς κονίας, ut calx ligaretur magis, in Diodori XIII. 113. Quem quoque in usum Vitruvius tomicem commendat ex sparto Hispa-

nico, arundinem Græcam, et, si ejus copia non sit, palustrem, de Architect. II. 3. Forte quoque non omnes latericias conpages, sed imas triginta, ita constiparunt, quod structuræ series, uti hic expingitur, videtur innuere; cujus quidem instituti rationes habere potuerunt varias. Ut ut est, non laudo correctiones Corn. de Pauw, διὰ τριήκοντα πλίνθων δόμων ταρσούς καλάμῳ διαστοιβάζοντες, quippe violentas et veri colore defectas. Quis δόμων ταρσοὺς de ima murorum parte accipiet? ut alia ne tangam. Wess. —In Latinis nostris mutata hoc loco nonnulla velim. Primum, quod scripsi loco calcis, rectius fuerat loco luti. Tum, pro arundinum alis, intelligo debuisse ex Wesselingii observatione crates vel craticulas arundineas poni. Denique, quod istud, διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου, (ubi πλίνθον collective dici adparet) de tricesimo quoque laterum ordine interpretatus sum: videri debuerant utique per se Græca verba eam in sententiam accipienda; in quam etiam a plerisque interpretibus (in his Wyttenbachio, Select. p. 353.) accepta video. Sed, siquidem (ut consentaneum est) firmitati operis inservire debuit arundo cum bitumine inter laterum ordines interserta, exputari ægre potest cur nonnisi tricesimo cuique ordini interposita fuerit. Quare cum Wesselingio, cui in hoc Salmasius præivit, (Exercit. Plinian. p. 1230.) triginta ordinibus laterum (nempe triginta imis ordinibus) interpositas fuisse illas arundineas crates crediderim, nec adseverarim tamen. Cæterum muri veteris descriptionem, in quo interserta inter laterum ordines strata arundinea erant, habes in Tavernerii Itinerario, lib. II. c. 7. T. I. p. 295. ed. in 8. S.

[9. οἰκήματα μουνόκωλα] Domunculas unius contignationis reddiderat Valla, suffragante Æm. Porto. Domunculas unius membri posuit Gronov. id est, unius conclavis, ut idem in Notis ait, probante Wyttenbachio, Select. pag. 354. et Schneidero in Lex. crit. voce Μονόκωλος: nec multum Larcherus abiit, reddens des tours qui n'avoient qu'une seule chambre, scil. turres ex Strabone adsciscens, qui tamen multa in hac descriptione ab Herodoto dissentientia habet, lib. XVI. p. 738. Et satis quidem commoda interpretatio ista debebat videri, si modo usquam voc. κῶλον illa notione usurpatum reperiretur. Nam, quod Nostri verba II. 126 extr. huc traxit Gronovius, quem etiam secutus Schneider l. c. unum quodque conclave pyramidis intelligit; id quidem prorsus alienum est, quum manifeste ibi ἕκαστον κῶλον unumquodque *latus* significet: cum quo loco si conferas II. 124, 23. videbis ibi eadem notione vocab. μέτωπον (faciem, superficiem) poni. Neque alia notione apud eumdem Nostrum IV. 62, 6. et IV. 108, 4. vocab. κῶλον usurpatur. Quare μουνόκωλα οἰκήματα intelligenda putavi domunculas unum continuum latus, unam continuam superficiem offerentes, id est, contiguas et uno tenore continuatas. Sed, ut apud Plutarch. de Pueror. Educ. cap. 9. extr. (aliis II. 7.) μονόκωλος λόγος idem est ac μονῳδὸς et οὐ ποικίλος, sich. l. μονόκωλα οἰκήματα dici videntur domunculæ uniformes, simillimam cunctis frontem præferentes. S.]

[10. τὸ μέσον——τειχέων τριείλασιν] In ea regione ubi olim urbs Babylon stetit, vidisse se adfirmat Tavernier in Itinerar. lib. II. c. 8. pag. 297. muri reliquias ea crassitudine, ut sex vehiculis una fronte currentibus spatium esset: lateres igne cocti denorum pedum in longitudinem et latitudinem erant, trium pedum altitudine. S.]

15. Ἴς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα] Etymologus MS., de quo supra, (ad c. 171, 14.) Ἴς ὄνομα ποταμοῦ, ὡς φησι Ἡρόδοτος καὶ Γύλαξ ὁ ἱστοριὸς, atque alibi iterum.

An Σκύλαξ est? Eustathius in Iliad. p. 877, 16. (827. 19. ed. Bas.) habet his consimilia, sed καί τις δὲ Φύλαξ ἱστορικὸς, quem non magis cognitum habeo. Adseverat S. Bochartus Phaleg. IV. 17. Arabibus illud flumen nunc Isa esse et dici, non sine lapsu; aliud est, adcurate descriptum a Golio in Alfergan. pag. 123. Nomen etiam illi multo recentius venit ab Isa, Alis filio, Almansoris Chalifæ patruo; neque hoc insuper habuit Steph. le Moyne Var. Sacr. p. 136. Wess.

Cap. CLXXX. 3. ἐξ Ἀρμενίων] Supra c. 72. ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος, quod planissime expressit Dionys. Perieg. 989. Verum quod hic scribitur, non discrepat. Vide Procopium Bell. Pers. I. 17. et Salmas. in Solin. p. 437. Wess.

6. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, αἱ ἰσπαμπαὶ, etc.] Inpeditior verborum ordo Cl. Pauw movit, ut τὰς ἰσπαμπὰς παρὰ χ. in. mallet; Reiskium vero, τῇ αἱ ἰσπαμπαὶ —— ποταμοὶ, αἱμασιὴ, etc. cui ego adsentirer, si quid esset innovandum. Gronovium vide, nimium tamen in rixa super τῷ ἄρωζον, de qua Dissert. Herod. c. 5. (Per epexegesin, sive adpositionem quam vocant Grammatici, juncta ista esse, αἱ ἰσπαμπαὶ et αἱμασιὴ, monuerat Gron. citans etiam aliud exemplum, ubi alterum nomen in plur. num. alterum in sing. positum, ex I. 205, 8. seq. Cæterum in Nota ad h. l. idem Jac. Gronovius, pro sua et humanitate et comitate, diris omnibus devovit bonum Küsterum, quod ille ad Suid. voc. αἱμασιὰ adnotare oblitus est, pro vulgato ἤρωζον ibi ἄρωζον scriptum oportuisse.) Mox οἶκον ex Arch. refluxissem, scriptoris consuetudini inhærens; nisi οἰκίην et οἰκίας parili usu deposuisset I. 114. III. 51. IV. 79. Excusari autem non potest Dionysius Halic., quum Art. Rhetor. c. 1, 3. ἅς που καὶ Ἡρόδοτος πιστόφρα καὶ ἰξόφρα φησιν εἶναι ἐν Βαβυλῶνι, si errantem memoriam in lapsus patrocinium repudiet. Wess.

10. καὶ τὰς ἰσπαρσίας] Imo vero legendum καὶ ἰσπαρσίας. Articulus in ista sede locum non invenit, definiens orationis quod dicitur subjectum: Babylon κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας τάς τε ἄλλας, καὶ ἰσπαρσίας τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐχούσας: in vias fuit divisa, ceteras quidem rectas, sed transversas quæ ad flumen ferebant. De Syracusarum Acradina Cicero in Verr. IV. c. 53. ceteræ urbis partes una via lata perpetua multisque transversis divisæ. Ferri nequit articulus bis positus apud Herod. lib. V. c. 77. οἱ δ' ἐπεβάτευσαν: scribendumque, ἐπεβάτευσαν δὲ ἁλιέοντο οἱ σαγὴς τῶν Χαλκιδίων. Recte legitur lib. VII. 218. καταβρωθήσας μὴ οἱ Φωκῆες ἴωσι Λακεδαιμόνιοι. Lib. VIII. 26. πυθανόμενος τὸ ἄβολον ἐὸν σύφαρον. Lib. IX. 11. ξείνους ἀνάλιον τοὺς βαρβάρους. Credi vix potest quam frequenter in minutis hisce fuerit ab hominibus etiam Græce perdoctis peccatum. Nostro loco si scriptus Codex præberet καὶ δὴ καὶ ἰσπαρσίας, genuinum videretur. Valck. —Vera utique Viri doctissimi de hoc genere observatio est: at nunc quidem non erat ei locus. Nec enim, ut ille sibi persuaserat, opponuntur hoc loco ὁδοὶ ἰθεῖαι et ἰσπάρσιαι; sed omnes urbis viæ erant ἰθεῖαι, rectæ, et ad lineam sectæ, tam reliquæ, αἱ ἄλλαι, quam transversæ, αἱ ἰσπάρσιαι, quæ ad flumen tendebant. Sed de Valckenarii in interpretandis istis verbis errore jam monuisse video Schæferum ad Gregor. p. 564. De altero loco, V. 77. dicemus, ubi eo pervenerimus. κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς idem valet ac κατατετμημένας ἔχει, quemadmodum paullo ante (l. 5.) τὸ—τεῖχος ἀνάντεον τοὺς ἀγκῶνας ἐς τὸν ποταμὸν ἐληλάκαι, i. e. ἐληλαμένους ἔχει. S.

[12. ἐπῆσαν] Ἐπήισαν cum iota sub η ediderat Reizius; priores ἐπήισαν absque ι ὑτα. S.]

[13. φέρουσαι καὶ αὗται ἐς αὐτὸν τὸν ποταμὸν] Duo verba καὶ αὗται si h. l. abessent, nemo desideraret: quæ, ut prorsus inutilia, ac temere e superioribus repetita, abjicienda Werferus censuit, Act. Philol. Monac. T. I. p. 83 seq. Agnoscunt ea tamen libri omnes, et tueri locum possunt: sicut viæ transversæ versus fluvium tendunt, sic *item hæ* portulæ non modo ad fluvium tendunt, sed ad ipsum fluvium ducunt, sub ipsis his portulis præterlabentem. S.]

Cap. CLXXXI. 4. ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήϊα] Adstipulor Gronovio, ἐν τῷ μὲν— corrigenti. Hiat alioqui sententia. Confer Diodorum II. 8. Wess.—Tum Idem in Addendis ait: "Ista ἐν τῷ ἦεν τὰ βασ. adjutabat doctissimus Gisb. Koenius, "ἐν τῷ μὲν ἐνὶ —— ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, opera "minime spernenda."—Hiare utique quodammodo videri poterat oratio: et commodissimæ præsto sunt virorum doctorum emendationes. Relegatum tamen nolim Homericum verbum ἦεν, quod tenent uno cod. F. excepto libri omnes; et ipsum εἶεν, quod hic habet, haud dubie ex illo corruptum est. Rarior quidem apud Nostrum hæc verbi forma; superest tamen etiam c. 196, 17. alibi fortasse a librariis obliterata aut incrustata, ut c. 122, 11. qua ratione forsan etiam c. 180, 12. verum erat ἐπήισαν, ab aliis in ἐπῆσαν mutatum. Commode quidem μὲν h. l. adjiceretur, sed necessaria non est particula: sæpe Noster omittere conjunctivas particulas amat. Necessarium vero verbum præteriti temporis ἦν vel ἦεν cui opponitur quod mox de Beli templo ait, ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐόν. Verbum τετείχιστο impersonaliter accipiendum, munitum erat, i. e. munitiones, munita loca exstructa erant. ἐν τῷ idem est ac ἐν τῷ ἑνί. Ad περιβόλῳ etc. ex præcedente verbo intellige τετειχισμένα, nempe τὰ βασίλεια. Qua copia laborare codicem F. in Var. Lect. (ed. S.) dixi, eadem et cod. Med. laborabat, quem imperite secutus Gron. sic edidit περιβόλῳ τε μεγάλῳ τι. S.

[5. Διὸς Βήλου ἱρὸν] De Beli templo consuli potest Caylus in Hist. de l'Acad. des Inscr. T. XXXI. p. 42 seq. ubi etiam icon tabula ænea expressa: et Danville in Mem. de l'Acad. T. XXXVIII. p. 255 seqq. Solidæ turris, quæ mox memoratur, reliquias vidisse sibi visus est Niebuhr prope oppidum Hella: cujus vide Itinerar. T. II. p. 289 seq. S.]

8. σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος] Lapsum prioris interpretis, sive Heresbachii, in Latinis crassitudine simul et altitudine, merito reprehendit S. Bochartus Phaleg. I. 13. Nihil de altitudine. Wess.—Hoc caput (inde a lin. 3.) et duo proxima capita desunt versioni Vallæ. Conf. Wess. ad c. 183, 10. S.

10. μίχεις οὐ ὀπτὸν πώγωνα] Reiskius mavult μίχει καὶ ὀπτὸν, citra necessitatem. Wess.—Herodoteus scribendi mos non est obliterandus. Lib. II. 19. μίχει οὔ αὔτις τροσίων τῶν Θηρσίων. II. 53. μίχει οὔ περώην. II. 173. μίχει ὅσου πληθούσης ἀγορῆς. III. 104. μίχεις οὔ ἀγορῆς διαλύσιος. Ionismus et in his poscit μίχει. Valck.—Et me hic μίχει malle, in Var. Lect. (ed. S.) significavi. S.

Cap. CLXXXII. 1. ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγουσις] Ita prudenter, (nunc quidem) et sine superstitiosa credulitate. Turpissimæ fraudes veteratorum fuerunt, quibus sæpius, quam proditum litteris est, simplicitati matronarum et puellarum illuserunt. Quid Paullinæ, Imperante Tiberio, evenerit, notum ex Jose-

pho est, Ant. Jud. XVIII. 3, 4. Vide Jo. Clericum in Hesiodi Theog. v. 940. Wess.

4. Quatuor verba, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον inducit Reiskius, ne bis idem dicatur. Ego, si quid mutandum, καὶ τὸν αὐτὸν τρ. præferrem. Wess.—Verborum copiam, quæ inutilis redundantia videri possit, non omnino respuit Nostri stylus: at hic tamen non prorsus otiosa videri debet repetitio. Pro Ionico κατάπερ (l. 3.) est καθάπερ in Pa. S.

5. κειμᾶσαι ἐν τῷ τοῦ Διὸς, etc.] Strabo XVII. pag. 1171. (pag. 816. D. ed. Cas.) Jovi Thebæo ἐνιδιαιτᾶσθαι καὶ γάνους λαμπροτάτου παρθένον ministrare perhibet; sed talem, qualis scurræ Petronii Quartilla. Wess.

10. ἴσω ἐν τῷ νηῷ] Dedi scriptis Codicibus, ne negligerentur; etsi in re ipsa differitas nulla. Josephus in Paullinæ historia, ἴνδον ἐν τῷ νεῷ. De statuto tempore, quo Apollo Patara invisebat. Servius ad Æn. IV. 143. Nam constat, Apollinem sex mensibus hiemalibus, apud Patara, Lyciæ civitatem, dare responsa, unde Pataræus Apollo dicitur, et sex æstivis apud Delum. Wess.

Cap. CLXXXIII. 4. τὸ βάθρον rectissime Gronovius vertit gradum, exemplo Curtii; qui Diodori XVII. 66. τὸ κατὰ τὸν θρόνον ὑπόβαθρον suo sermone expressit. (lib. V. c. 2.) Vide Brissonium Regn. Pers. I. 76. p. 104. Wess.

30. λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα] Valla grandis dica inpingitur (a Gronov.) ob centum millia talentorum, quæ olim in Latinis: verum ejus caussa melior est. Codex, quem secutus est, hæc omnia, sicuti Arch. Vind., præteriit. (Vide supra, ad c. 181, 8.) Absunt etiam a P. Phœnice, hiatus alioqui versionis Laurentianæ sarciente. (In Plœnicis editione nullos suppleri Vallæ hiatus, sero ipse Wess. agnovit.) Debetur peccatum Heresbachio. Atque hoc visum fuit verbo monere, ut criminatio cesset. Wess.

[12. ἔστι τὸν χρόνον ἐκεῖνον] Tempore illo, quod mox definit Scriptor, scil. Xerxis ætate. Quod mox addit, ἐγὼ μὲν μιν οὔκ εἶδον, clare ostendit, ipsum Herodotum Babylonem vidisse. conf. c. 181, 6 seq. S.]

15. Μίζης δὲ ὁ Δαρείου] Redux ex infelice in Græcos expeditione, auctore Arriano Exp. Alex. VII. 17. Junge Diodorum II. 9. Wess.

Cap. CLXXXIV. [2. ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι] Cf. Wess. ad c. 106, 9. S.]

4. τῆς ὕστερον γενεῆσι πέντε πρότερον, etc.] Quinque hæ generationes annorum circiter CLX. in varias angustias doctissimos coëgerunt viros. Jos. Scaliger, ut aliquis Ctesiam inter et Herodotum consensus esset, nec Semiramidis ætas tam sera haberetur, πέντε in πεντήκοντα mutavit, in Notis ad Fragmenta Vet. p. 42. Camp. vero Vitringa, magnus et eruditus Theologus, alia ex caussa γενεῆσι ἑπτὰ sive δικαπέντε, Comment. in Iesaiam c. XIII. p. 484., quæ quoque conjectura Galei Herodoto adscripta cernitur. Neutra opus est. Non agitur de Semiramide, Nini conjuge: Ninum certe Herodotus in Musis uxoremque ejus nusquam deposuit. Describitur regina Babylonis Semiramis, quæ aggeribus objectis restagnans flumen coërcuerit. Assyriam fuisse non meminit, nedum Babylonem condidisse. Errat enim Stephan. Byzant. in Βαβυλών, Nostro errorem exprobrans de Semiramide, quam struxisse illam urbem perhibuerit. Fuerunt, uti significavit, Babyloniorum reges plures: testatur eorumdem memoriam et nomina Canon Astronomicus sive Ptolemæi: sunt quoque in sacris nostris tabulis: horum uni centum et sexaginta annis ante Nitocrim Semiramis hæc enupsit, operaque absolvit, de quibus heic loci. Plu-

res autem reginas in Asiâ olim fuisse, quibus Semiramidis fuerit titulus, aliunde constat. Vide Scaligerum ad Chron. Eusebii A. DLXXXIII. et Bouherii Dissert. Herodot. c. 2. WESS.

CAP. CLXXXV. 2. τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις] Vide II. 100. Quæritur cui regum Babyloniorum, quos cognitos aliunde habemus, Nitocris uxor fuerit. Viri multo eruditissimi Scaliger, N. Abramus, Vitringa, Bouherius, atque alii, eam Nabuchodonosoro sive Nebucadnezari, elocarunt; fuisseque adeo aviam ultimi Babyloniorum regis Labyneti sive Nabonedi, h. e. Beltzasaris apud Danielem. Mihi, omnia perpendenti, uxor fuisse Evilmerodachi, Nebucadnezaris filii, videtur; habeoque ejus sententiæ ex aliqua parte adstipulatorem V. Cl. H. Venemam, longo mihi amicitiæ usu junctissimum, in Dissert. in Vaticinia Danielis p. 119. Atque hoc belle (si Beltzasar regum fuerit Babyloniorum postremus, nec diversus a Nabonedo, uti equidem opinor) dicto Jeremiæ c. XXVII. 7., Nebucadnezari, filio, et nepoti, dicto audientes, neque ultra subactas gentes fore, conveniet: concordabit præterea Nostri cap. 188., quod Nitocrim Labyneto, regum Babyloniorum, ultimo matrem, non aviam, quæ N. Abrami et Vitringæ sententia, contribuit. Neque obficit quidquam mentio (l. 6.) Nini a Medis occupatæ; quippe revera a Medorum rege Cyaxare superioribus annis domitæ ac pessumdatæ, uti narratum c. 106. Necesse enim non est, nec exigunt Nostri verba, ut Nitocris reginæ tempore subjugata urbs censeatur. Corruit proinde Bouherii suspicio et conjectura, Ninum bis in Medorum venisse ditionem et potestatem, primum Cyaxaris auspiciis, deinde Astyagis, Dissert. Herodot. cap. 21, 11. p. 240. Ruit etiam elegans Cl. Pavii emendatio, ἐν Νι|νὴ καὶ τὴν Ἶνα, qua de urbe c. 179. WESS.

[10. τρὶς ἐς τῶν τινα ταμίων, etc.] Tractavit hunc Herodoti locum Heeren, in erudito opere cui tit. Ideen über die Politik —— der alten Welt, T. II. p. 775 seqq. Sinuosum istum Euphratis flexum schemate depingere operæ pretium duxit Larcher in Notis ad h. l. S.]

12. Ἀρδέρικκα] Simili titulo urbs est VI. 119. verum alio situ. Scio S. Bocharto aliter visum esse, et miror: hæc ad Euphratem habuit sedem, illa in regione Cissia uls amnem Tigrim. De vocabuli origine quæ disputantur Phaleg. IV. 16. erudita sunt, sed controversiis obnoxia. WESS.

[12. ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης, a mari Mediterraneo; (conf. c. 1. 2. ibique not.) id est, ab oris maris Mediterranei, puta, e Ionia, Græcia, Italia: nam e mari Mediterraneo navi intrari in Euphratem non posse vulgo notum. Sed istud perincommode dictum videtur, καταπλέοντες ἐς Εὐφράτην, quod significat in Euphratem navigantes. Satis adparet, hoc dicere Herodotum, qui Euphrate fluvio Babylonem proficiscuntur: at id Græce sonat πλέοντες Εὐφράτην, κατὰ Εὐφράτην aut δι' Εὐφράτου, sive composito verbo, καταπλέοντες κατὰ Εὐφράτην, aut nude καταπλέοντες Εὐφράτην. Quare præpositio ἐς aut casu irrepsisse videtur ex præcedentis verbi terminatione temere repetita; aut adlb imperito olim librario inferta, qui e mari Mediterraneo in Euphratem fluvium navigari posse putasset. S.]

18. ἄρυσσε ἴλυτρον λίμνη] Si λίμνης malis, ipse IV. 178. dabit ἴλυτρα τῶν ὑδάτων, et Pausanias ἴλυτρον κρήνης VII. 27. et II. 27. ex justa Sylburgii correctione. Vide vero mihi Suidam. Scholiastes ad hunc locum, Ἕλυτρον, σπήνη, δίφρα, et bene, etsi parum ad

rem. Ille, posthabita voce quæ explananda fuerat, Σκίστη· παρὰ Ἡροδότῳ, Ϛήλη, δίερμα. Non vidi magis. Wess. —At σκίστη etiam apud Herodot. occurrit: vocem Ἔλυτρον vero suo loco habet Suidas. Mireris vero ab nullo veterum Grammaticorum adnotatum esse significatum, quo et Herodotus et Pausanias hoc vocab. usurparunt, pro alveo vel receptaculo aquarum: nec enim facit satis, quod ad voc. Ἔλυτρα apud Hesych. inter alios significatus πηγαὶ memorantur. Confer vero Nostrum cap. 186, 7 seqq. S.

28. ἴκ τι τῶν πλόων ἐκδέκηται, etc.] Hæc innuere videntur, absoluta flexuosa per varios fluvii anfractus navigatione, ventum tamdem fuisse in amplissimum lacum, et, eo circumnavigato, Babylonem. Quod et præcedentia, et c. 186. falsi arguunt. Prudens regina duo meditata est et peregit, tum ut fluvius esset σκολιὸς, tum ut τὸ ὄρυγμα πᾶν foret ἴλυος. (conf. c. 186, 23. et 191, 15.) Prius, ut inpetus fluvii variis flexuris frangeretur, et navigantes tardius procederent: hoc, ut lacuna objiceretur Medis amplissima et ad amnis aquas recipiendas capacissima. Quæ si vera sunt, uti mihi videntur, quid illud ἴκ τι τῶν πλόων? Corn. de Pauw, cujus animum eædem difficultates agitarunt, in correctione remedium invenit, et quidem ἴκ τι τῶν πλοίων sive πλυνῶν, ex pluribus, ex nimietate fluvii, ut aquas lacus exciperet ingens. Quo, qui volet, utatur mihi non bene sapit. Quid si ἴκ τι τῶν πλόων tantumdem valeat ac ἴξω τι τῶν πλόων, et præter navigationes istas, etc.? Ita reginæ consilio scriptoris oratio congruet. Sed viderint doctiores. Wess.—Toupius, per literas a Larchero consultus, intelligebat ἐκ τῶν πλόων σκολιῶν, post navigationem per anfractus fluminis intrandum fuisse in lacum. Quem sectus ille vertit: et de les forcer, au sortir de ces détours, à entrer dans un lac immense. At sic vocabuli περίοδος, quod non otiose hic positum debebat videri, nulla ratio habebatur. Mihi videbatur ea Herodoti sententia fuisse, quam in Latinis nostris expressi. Nempe via pedestris et maxime compendiosa (τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ut paullo post ait) intercepta fuit per amplissimam illam lacunam; quo, si quis vitaturus longos fluvii anfractus, exscendere navi et pedibus Babylonem ire vellet, circumire lacum illum cogeretur. Sed et lubens ego certiora a doctioribus discam. S.

Cap. CLXXXVI. [2. ἐξ αὐτῶν Reiskio videbatur significare post ea perfecta. Tum Idem pro ἰούσης l. 3. ἰόντων corrigebat. S.]

11. ἐν τῷ ἐπίμπλατο τοῦτο] Non audio codices dialecti morem spernentes. pravum quoque, (l. 13.) quod et Küsterus in Clerici Bibl. Vet. et Recent. conmonefecit, ἀπιξηεαμένου. Noster ex Med. Vind. Arch. VII. 109. διαβὰς — τὸ ῥέεθρον ἀποξηεασμένον (sive ἀπιξηεασμ.) verum ostendit. Wess.— Vide Var. Lect. (ed. S.) ad VII. 109, 2. et conf. Adn. ad I. 130, 7. et 168, 6. S.

14. ἀνοικοδόμησι πλίνθωσι ὀπτῇσι] Simile putares Comici in Pac. v. 99. τοὺς πυρῶνας καὶ τὰς λαύρας καιναῖς πλίνθοις ἀνοικοδομεῖν, i. e. ut Scholiastes explicat, ἀποφράξαι, obstruere. Iverunt in eam quoque sententiam docti viri, Reiskius et Abresch. Non nego, quod olim ad Diodorum Siculum infitiabar, ἀνοικοδομεῖν idem aliquando esse atque ἀνοικοδομεῖν sive ædificando obstruere. Conlecta ab illo loca ad hanc verbi notionem sunt in Comment. ad Constantin. de Cærimon. p. 252. et ab hoc Diluc. Thucyd. p. 356. et possunt adcessione augeri. Verum, hunc Herodoti sermonem idem requirere, non arbitror

Regina, siccato fluvii alveo, labra sive margines ejusdem lateritio opere muniit; tum quoque gradus, quibus in flumen ex vicis descensus erat per portulas, de quibus c. 180. simili lapidum genere eduxit. De obstructione aut marginum aut descensus nihil hic, neque potuit referri, nisi absurde et contra matronæ consilium. Adde c. 191. et fatebere, τὰς πυλίδας non opere cæmentitio fuisse obstructas, sed arbitrio et commodo civium patere et claudi solitas. Wess.

20. ταῦτα ἀπαιρέισκον] Imprudenter littera verbo detracta est, uti et VII. 5. ποιέισκετο, quod VII. 119. scribitur rectius. Πωλέισκε, φοβέισκε, et hoc de genere plura, in usu sunt. Wess.—Quod in Var. Lect. (ed. S.) scripsi, verbum ἀφαιρεῖν forma activa non esse in usu, memoria tunc me fefellerat. Præsto sunt, quamquam non ex Herodoto, tamen ex probatissimis auctoribus, usus illius exempla. Itaque apud Nostrum ἀπαιρέισκον lubens reposuerim; in Var. Lect. (ed. S.) autem ad h. l. post illa verba "ea tenuere post eum alii:" deletis reliquis omnibus, non nisi hæc adjecta velim: "ἀπαίρεσκον tuentur nostri libri F. Pa. Pc." S.

21. ὡς δὲ τό τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε] Elegans est Cl. de Pauw correctio, τό τε ὀρυχθὲν λίμνῃ πλῆρες ἐγεγόνεε: ubi illud, quod effossum lacui erat, repletum ex flumine fuit. Geminum ἴλυος λίμνῃ, superius bis usurpatum. Wess. — At correctione, si quid video, non erat opus. Naturalis verborum series hæc fuerit, τὸ ὀρυχθὲν ἐγεγόνεε λίμνη πλήρης. Sic mox l. 27. ait τὸ ὀρυχθὲν, ἴλυος γενόμενον. S.

24. ἐξέαγε ob speciem Ionicam prætuli. Wess.

Cap. CLXXXVII. 10. Οὐ γὰρ ἄμεινον] Vetus formula, qua potissimum utebantur, si quid noxium atque inutile fore, testarentur. Hesiodus Oper. v. 748.

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, οὐ γὰρ ἄμεινον, παῖδα δυωδεκαταῖον—

ubi vide D. Heinsium, et Jac. Perizon. ad Æliani Var. XIII. 3. Nostrum præterea III. 71. et 82. Wess.

18. ἄπλητός τε ἐὼν] Retineri potuerat ἴσης, ut III. 143. IV. 151. etc. Sed placet Med. Nōster II. 19. πρόθυμος δὲ ἦα τάδε — συθίσθαι. Reiskius superius (l. 14.) corrigit καὶ αὐτῶν τὸν χρήζοντα ἐπικαλεομένων, medicina arbitraria et superflua. Wess.

Cap. CLXXXVIII. 3. Λαβυνήτου] Scripsit Λαβυνήτου, uti c. 74. et 77. Nomen sola pronuntiandi mutatione discrepat a titulo Nabonedi, ultimi regis Babyloniorum, ut eruditi viri Vitringa, Venema atque alii ostenderunt. Opinor autem et patri, qui aliis Evilmerodachus, et avo Nebucadnezari, honorarium hunc fuisse titulum, quales in Medorum, Persarum, Babyloniorum et Ægypti regibus varii. Wess. — Conf. ad c. 77. 10. notata. S.

8. ἅμαξαι — ἡμιόνεαι] Constans hæc Codd. scriptura, si levem discrepantiam Vind. et Arch. prætervideas, Athenæi et Eustathii consensu magis roboratur. Cl. tamen Reiskius ἡμιολίαι reformat, qui currus fuerint sescupli, sive dimidio tanto majores ordinariis plaustris: mulos enim esse tarda animalia, neque plaustris apta. Oblitus est Homeri Ἰλ. Ω'. 266.

Ἐκ μὲν ἅμαξαν ἄειραν ἰοῦσχον, ἡμιονείην, καλὴν, —

tum τὰ ὀρεινὰ sive ὀρεινὰ ζεύγη, quorum in Platone, Isæo, Demosthene, Æschine non infrequens memoria; ne quid addam ex rebus nostræ ætatis Hispanicis et Lusitanicis. De Choaspe et ejus

aqua B. Brissonius Regn. Pers. I. 82. p. 122. copiose. Wess.

10. ὅποι ἂν ἱλαύνῃσι] Scribi poterit ἵκωνταί οἱ, ὅποι ἂν ἱλ. ex Athen. II. p. 45. B. atque ita legit Eustath. ad Od. Δ'. p. 173, 23. Ctesias apud Athen. ἱστορεῖ, ὅπως ἕψεται τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ὅπως, ἐναποτιθέμενον τοῖς ἀγγείοις, συμφίρεται τῷ βασιλεῖ. Sic corrigendum puto vulgatum φίρεται: firmant emendationem Brissonio notata de Regn. Pers. p. 80. aqua vasis recondita deportari solet quocumque se Rex moverit. Scripserat, opinor, Alex. Clemens, omissis, quæ feruntur intermedia, Pædag. II. p. 185, 10. ὡς οἱ βασιλεῖς οἱ ἀνόητοι, καθάπερ καὶ τοὺς, φίλους, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαγόμενοι: ut amicos sic et aquam secum ducentes. Ceterum ad ἱλαύνῃσι mira scribit Gronovius: flexus est Ionicus pro ἱλαύνῃ: quem ab Ibyci sive Rheginorum norma scribendi distinguit Heraclides Eustathii ad Od. H'. p. 281, 22. λάβῃσι, λάχῃσι, — καὶ ὅσα τοιαῦτα οὐ Ῥηγίνων εἰσὶν, ἀλλὰ Ἰώνων. Modum indicativum ita scripsisse perhibetur Ibycus: hinc Ἰβύκειον σχῆμα Lesbonacti p. 179. Etymologo p. 650, 11. Sed quia, quantum memini, nuspiam alibi verbum sic scriptum legitur apud Herod. ego quidem vulgatum ἱλαύνει non sollicitassem, nisi plures alterum Codices adfirmarent. Valck.— Vide nostram Var. Lect. in qua quidem fœdo errore (media pag. 133.) ἰθίλῃσι pro ἱλαύνῃσι positum. S.

Cap. CLXXXIX. [2. ἐπὶ Γύνδῃ. De Gynde fluvio cf. V. 52, 25. S.]

3. διὰ Δαρδανίων] Δαρείων Chytræus, H. Stephanus, Cellarius probabiliter emendant; et favet aliquantisper Cod. Ask.; Reiskius Δαραίων maluit. Quorum hi ex oppido Daras, illi ex Darna, quæ in Ptolemæi Geogr. VI. 1. hoc locorum tractu, nomen habent. Dardani sive Dardanes in Mediæ et Mesopotamiæ oris ignorantur. Ἐν Ματιηνοῖσι, uti in Ask. et sæpe alias hoc tono justum esse, ex V. 52. et mox hujus libri c. 202. adparebit. Non nescio Strabonem XI. p. 803. c. (p. 531. med. ed. Cas.) posteriore loco ἐκ Ματιηνῶν legisse videri, cujus tamen libri in vocabuli scriptura sibi non constant, uti Casaubonus ad p. 796. (ad p. 525. suæ edit.) admonuit. (conf. Adnot. ad Polyb. V. 44, 9.) Quid dicemus (l. 4.) de Arch. Τίγρην? Solet hic amnis Τίγρης in Musis scribi V. 52. VI. 20. sed patrio casu Τίγρητος, Eustathio ad Dionys. v. 976. teste. De urbe Opi quæremus lib. VI. 20. Vide interea Strabon. (XVI. p. 739 extr. et seq.) Wess. — δι' Ἀρμενίων scripsisse Herodotum conjectavit Breiger in Commentatione de Difficilioribus quibusdam Asiæ Herodoteæ, quæ Goettingæ anno 1793, prodiit. S.

7. τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν] Confer VII. 55. Vertit hæc de Gynde et hausto ejus fluctibus equo Seneca de Ira III. 21. et Orosius II. 6. cujus hæc adscribere libet: Nam cum unum regiorum equitum, candore formaque excellentem, transmeandi fiducia persuasum — abreptum præcipitatumque merserat. Sic, Fabricio indice, plures MSS. in aliis, regiorum equorum, quo modo ex conjectura I. Broukhusius ad Tibulli IV. 1. 141. et sua in editione Havercampus. Pati id possum; sed caussæ, quibus impelluntur viri doctissimi, nihil admodum urgent. Equitem de equo Virgilium, A. Gellium, Minutium Felic., Macrobium et Ecclesiasticorum scriptorum plures usurpasse, quis ignorat? Mox (l. 10.) Sylburgius ad Brisson. Reg. Pers. III. 98. legit τοῦτο ὑβρίσαντι, qui istam ei fecerat injuriam. Wess. — Sylburgii emendationem auctoritate nostri codicis firmatam vidimus. S.

17. ἤνικα μὲν τὸ ἔργον] Optime Med.

et Gronov. Idem dabunt schedæ VIII. 71. Verbi usus olim tritissimus. Lege, si lubet, Æschyli Choëphor. 797. Apollon. Rh. II. 496. III. 1339. et Poëtam Ἰλ. Κ'. 251. quæque ibi Eustathius. Wess.

Cap. CXC. 8. *προεσάξαντο σιτία ἐτέων*, etc.] Vide Gronovium. (qui ad sui cod. auctoritatem provocat.) Consentit Xenophon, *ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια πλέον ἢ ἐνιαυτοὺς ἐτῶν*, de Babyloniis a Cyro obsessis, Instit. Cyr. VII. p. 190. (c. 5.) Wess. — Conf. VIII. 20, 2. et I. 196, 6. S.

Cap. CXCI. 11. *εἰσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην, ἐοῦσαν ἕλος*] Non multum aliter Xenophon. Sunt et in Jeremiæ oraculis, quæ Cyri hoc inventum et institutum manifesto prædixerunt. Vide H. Grotium ad ejus Vatis cap. LI. 32. et Camp. Vitringam Obs. Sacr. VI. 5. p. 298. Nota vero discrimen inter *τὴν λίμνην* et *ἕλος*, quorum hoc, stagnum terra undique inclusum, et exitu aquarum carens; *λίμνη*, in quam aut fluvius incurrit, aut ducta fossa cum eo conjungitur, atque iterum exit. Ita Nitocris *τὸ πᾶν ὄρυγμα* fecit *ἕλος* supra c. 185. et *λίμνη* palus est Mæotis, c. 104. tum Ismaris ac Bistonis, quibus fluvii miscentur, VII. 109. *Στομαλίμνη* quæ ore mare excipit, in Strabone cum nota magni viri, lib. IV. p. 280. (p. 184. A. ed. Cas.) Neque tamen, etsi faveat discrimini Heliodorus Æthiop. I. p. 10. certum hoc et constitutum est. Noster *ἕλος* receptui etiam magnorum fluminum dat I. 202. IV. 51. Junge Eustath. Ἰλ. Τ'. 220. Wess.

18. *οὐδ' ἂν περιϊδόντες*] Demiror neglectui traditum fuisse Aldi et Hervagii *οὐ μὰν*, cui novum ex Arch. robur adcessit. Adscripserat St. Berglerus ex Poëta Ἰλ. Δ'. 512. *Οὐ μὰν οὐδ' Ἀχιλεύς*: ubi scholia *οὐ μὴν οὖν*. Apollonius Rhod. II. 48. *οὐ μὲν αὖτ' Ἄμυκος, πιεμήσατο*, i. e. *οὐ μήν*, ut Critici et Hesychius explicant. Adde Euripid. Phœn. 1612. et ibi Valckenarium. Equidem parum absum ab ejus in integrum restitutione. Wess. —At, pro satis perspicua hujus loci sententia, necessario requiri *ἄν* particula videtur: particula *μὰν* vero nusquam alibi utitur Noster. Cæterum vide Var. Lect. S.

25. *τῶν περὶ τὰ Ἴσχατα τῆς πόλιος*, etc.] Clarius exprimi non possunt cursorum verba, occupatam regi urbem nuntiantium, Jeremiæ c. LI. 31. namque עירו מקצה (YIRO MIKKAZEH) divini vatis huc tendit, et *τὰ περὶ τὰ ἴσχατα τῆς πόλιος αὐτοῦ* describit. De festo die, quo capta Babylon, non diversus abit Xenophon; nimius vero Aristoteles est Politic. III. 2. dum, capta jam tertium diem urbe, *οὐκ αἰσθέσθαι τι μέρος τῆς πόλιως* conmemorat, notatus propterea sæpe. Wess.

29. *οὕτω τότε πρῶτον ἁραίρητο*] Videlicet a Persis, quorum rex Darius secunda eam vice occupavit, lib. III. 159. *Ἀναίρητο*, quod in Edd. omnibus, ab hoc occupandi (capiendi, expugnandi,) usu adeo longe deflectit, ut mirer tam diu tolerari potuisse. L. Küsterus ex schedis Parisinis belle instauravit in Clerici Biblioth. Vet. et Rec. T. V. p. 409. Ecce tibi ex Musa nona c. 102. *ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἁραίρητο*: et VII. 83. *ἢ νούσῳ ἄλλος ἀνὴρ ἁραίρητο* ex Med. Arch. Ask. quo quidem loco antea, ut hic, *ἀναίρητο*. De verbi formatione consulto taceo: qui Herodotum trivit, in ea non hæsitabit. Wess.—Quod in Var. Lect. ex Wesselingii Addendis retuli. "*ἁραίρητο* Pass. Mediceo con- "sentiens;" voluerat fortasse Parisiensi consentiens. S.

Cap. CXCII. 7. *ἡ Ἀσσυρίη χώρη*] Cum tot schedis exsulent *ἡ Ἀσσυρίη*, et præcesserit *ἡ Βαβυλωνίη*, suspicio de emblemate non injusta nata est. Wess.— Vide Var. Lect. (ed. S.) ubi quod dixi terram Assyriacam et Babyloniam pro

synonymis uti Nostrum, id perspicuum fit ex cap. 178. et ex cap. 193, 1. coll. l. 6. Quo minus caussa fuit, cur suspectum h. l. nomen 'Ασυρίη haberemus. S.

10. Τριτανταίχμη] Sic præstat ob Eustath. et VII. 82. ubi Valla et plures Codd. ad eum modum, et VII. 121. consentientibus omnibus atque ipso Mediceo. Sit-ne vero idem Tritantæchmes Artabani filius (ut scribitur VII. 82. an Artabasi, ut hic,) non audeo, etsi confusio in 'Αρταβάνου et 'Αρταβάζου titulis frequens, decernere. De Artaba, (l. 12.) Persarum mensura, ad Diodorum XX. 96. Μέδιμνον Noster, sicuti alii, masculina nota ponit VII. 187. Wess.

14. πάρεξ τῶν πολιμιστέων] Sic præstat. H. Stephanus mutavit, codicem fortasse manu exaratum secutus. De Bucephalo Alexandri πολεμιστὴς ἀγαθὸς Strabo XV. p. 1023. (p. 698 extr. ed. Cas.) ἵππου πολεμιστοῦ, Diodor. Sic. II. 41. neque ignotus est bellator equus Latini poëtæ. Et hæc quidem dubio carent. (Vide vero Var. Lect. ed. S. πολεμιστήρια ἅρματα habes V. 113, 5.) Quid vero fiet his Eustathii in 'Ιλ. Υ'. 221. ἵππους γὰρ αὐτῷ ἦσαν δίχα φησὶν (Herodotus) τῶν πολεμιστῶν, ὀκταχόσιοι μὲν πήλεκυς· οἱ δὲ ἀναβαινόμενοι, ἑξακισχίλιοι, etc.? Ille-ne hic πήλεκυς invenit? Tzetzes hac eadem in re, et bis quidem, πήλεκυς ὀκταχόσιοι, χωρὶς τῶν ἐν πολίμοις, Chil. IV. p. 331. Sunt sane πήλεκυς iidem ac οἱ ἀναβαίνοντες τὰς Θηλείας. Glossæ, Κήλαν, ὁ ἐπιβαίνων ἵππος, Admissarius. In Hesychio ex correctione ὁ ἐχεύτης ἵππος. Frequentius asini equas inscendentes ad mulorum feturam. Philo de Leg. Special. p. 784. B. ὄνους ὑπερμεγέθεις, οὓς πρὸς ἀγελειόνους πήλεκας, ἀνατρέφουσι. In Archilochi fragmento ὄνοι πήλεκες apud Eustath. p. 1597, 28. (Od. p. 310, 8. ed. Bas.) Ego vero Herodoto πήλεκας, quippe Eustathii et Tzetzæ, etiam alia ex arbitrio demutantium, interpretamentum, nego. Wess.

Cap. CXCIII. 5. πηλεκητίσει] Laudo Medic. tametsi Pollux πηλόνιον hinc habeat. Cur vero de vocis diversa scriptura additum a viro Cl. nihil est? Omnes, excepto Genevensi anni MDCXVIII., ἀντλίεται μὲν πηλεκητῷ præferunt Edd. VI. 119. (sicut h. l. ε breve in medio habet MS. Pa.) cui scriptioni consentit Etymolog. M. p. 510. et Moschopulus περὶ Σχεδ. p. 57. sollicite πηλόνιον, τὸ κοινῶς γιγάνιον, i. e. tollenonem, et πηλόνιον, τὸ περιφέρειον ζῶον ἐπὶ ἰχείᾳ, distinguentes. Facit cum illis Libanius Declam. XXXV. p. 799. Caussa differitatis in diversa vocabuli origine est, quam Etymologus in πῆλον, ligno, alii in πήλαν, quo de supra, invenerunt. Wess.

10. Νῖνος πόλις οἴκητο] Accedo Bochartó, Marshamo, Reiskio et aliis, hoc præferentibus. τὸ οἰ, quamtumvis in MSS. quibusdam, quid huic loco prosit, non exputo. (Unde hoc invectum sit, declaravi in Var. Lect. ed. S.) Horreus Aldinum οἰκίσται tuetur, Observ. in Herodot. p. 116. sed exemplis alienis. Si recordatus fuisset Aldini I. 151. ἐν Τυρίῳ δὲ μία οἰκίσται πόλις, vidisset de præsente urbis situ agi, non vero præterito et olim florente: verius tamen illic οἰκίσται. Wess.

15. ἄριστα αὐτὴ ἰωυτῆς ἐνίκη] Per leve est, si tamen vile sit, quo suus veteri sermoni cultus integratur: αὐτη male edebatur. Noster c. 206. τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἰωὐτῆς: et II. 149. Hippocrates Aër. Aq. et Loc. p. 284, 37. ταῦτα μὲν ἄριστα αὐτὰ ἰωυτῶν ἐστί. Arrian. Ind. c. 10. ἵνα περ μαχεσοίατο αὐτὴ ἰωὐτῆς ῥώμασι. Alia sciens prætereo, et cupidos ad Henr. Stephan. de Dialect. p. 41. amando. Strabo de trecentesimæ frugis incremento, quod ager Babylonius reddebat, lib. XVI. p. 1077. D.

(p. 742. D. ed. Cas.) καὶ γὰρ τριακοσιάχια λέγουσι. (τριακοσιάχοα dedit nuperus Editor Lipsiensis, T. VI. p. 269.) Voluit credo τριακόσια, uti Herodotus; aut, quia in MSS. τριακοσάχοα, τριακοσιοντάχουν, quo usu ἑκατοντάχουν et διακοσιοντάχουν posuit superiore libro p. 1063. c. (p. 731. D.) et τριακοντάχουν, VII. p. 478. (p. 311. B.) Wess.

21. καρπῶν ἰχόμενα] Sic jubent membranæ, et justissime. Vid. I. 120. (ibique ad l. 16. notata.) Novi hæc varie mutari, qua opera in posterum supersedendum est. Statim (l. 22.) ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦνται qui volunt, auxiliatorem Arch. allegare possunt. Ego hoc patrono non utor. Wess.

25. Ψιμαπτύουσι· τά τι ἄλλα] Hic voces istas τά τι ἄλλα non videtur legisse Athenæus XIV. p. 601. c. quæ in versum 20. rejecta suam mihi sedem viderentur recuperasse, si legeretur: τά τι ἄλλα, καὶ τὰ εἰρημένα καρπῶν ἰχόμενα. (Non excerpsisse illa verba Athenæum adparet; non legisse, gratuita suspicio est.) Proxime sequentia hunc in modum, ex Athenæo partim, restituenda judico: τῶν γὰρ φοινίκων, τοὺς ἤρσενας καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδιδοῦσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τί σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἰσδύνων· καὶ μὴ ἀποβρίνῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος· ψῆνας γὰρ δὴ φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἤρσενες, καπάπερ οἱ ὄλυνθοι. (Vide Var. Lect. ed. S.) Huc pertinent Ψῆνες in Gloss. Herodoteo. Hesychius, in voc. Ψηνίζων, animalculum esse scribit, ὃ εἰσδύεται εἰς τοὺς ὀλύνθους τῶν σύκων, καὶ πεπαίνει αὐτούς. Vid. Suidas, in Ἀνερίναστος. Zenobius II. Prov. 23. ἐνδυόμενον εἰς τοὺς σφῆνας (legerim εἰς τοὺς ὀλύνθους ὁ ψὴν) τὸ θηρίδιον στερεοῖ τοὺσους καὶ πεπαίνει. Idem verbum πεπαίνειν in eadem re Theophrastus adhibuerat, de Caus. Plant. II. c. 12. Ut hic in Edd. sic et apud Athen. legitur (nempe olim legebatur) ἵνα πεπαίνηται, perperam: fructus alligabantur, ἵνα ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἰσδύνων πεπαίνῃ, ad maturitatem perduceret. Valck.—Vide Athenæum nostrum, lib. XIV. c. 65. et Animadv. T. VII. p. 599. S.

Ibid. Ψιμαπτύουσι τά τι ἄλλα, καὶ φοιν.] Hæc artius inter se aptavi, quo orationi nexus rediret, secutus judicium Salmasii in Solin, p. 738., et qui eum exscripsit, Bod. a Stapel ad Theophrasti Hist. Plant. II. c. 9. p. 115. Idem Corn. de Pauw, et Reiskio in opinionem venit. Vide et hæc, quæ Bod. a Stapel corrigenda cum Salmasio censuit, neque absurde, me arbitro. Primo τούτων τὸν καρπὸν, tum ἵνα πεπαίνῃ τί σφι ὁ ψὴν τὴν, etc. Quarum mutationum utraque exigua est, et ad sententiam necessaria. Et hactenus doctissimis viris libens calculum addo. Quod vero uterque Pollucem et Hesychium erroris postulant, quoniam ψῆνας, καρπὸν τῶν ἀῤῥένων φοινίκων explicuerunt, vereor ut justa sit actio. Theophylactus certe, illi si rei sint, in eodem luto hæret, Epist. XVIII. in amore palmarum secutus Achillem Tatium lib. I. de. Clit. Amor. p. 57. neque omni a lapsu inmunem. Majus est, quod Herodoto inpingitur: de culice, qui e mascula palma in feminæ fructum intret, ut dactylum ad maturitatem perducat et is tenacius hæreat, monstro simile esse: quod in caprificatione usus introduxerat, id Historicum transtulisse inprudenter ad palmas: audiendum esse Theophrastum, doctum sua in arte hominem. Gravis accusatio. Ego vero Herodoto patronum dabo virum eruditum Julium Pontederam, qui Bodæi a Stapel criminationes doctissime dispulit, ostenditque palmis per orientis plagas fructiferis, ne palmulas ante maturitatem amittant, per hos culices, sive τοὺς ψῆνας succurri. Herodotum testem fuisse oculatum, Theophrastum ex

aliorum narrationibus de palmarum conjugio scriptitasse, Antholog. (sive de Floris natura, Patavii, 1720.) lib. II. 32. p. 168. Wess.—Pluribus hæc exsecutus est Larcher in Notis ad h. l. S.

Cap. CXCIV. 5. *νομίας ἱστίης ταμόμεν*] Vide I. Brodæum lib. I. Miscell. c. 10. et P. Leopardum Emend. XIII. 13. qui Baiffium ac Vallam comiter in viam revocarunt. De sutilibus navibus culte Antiphilus, Anthol. I. 57. p. 116. (Analect. Brunck. T. II. p. 176. n. 27.) Wess.

11. *βίκους φοινικηΐους κατάγ. οἴνου*] Adstipulor doctis viris, qui cum Valla *φοινικηΐου* corrigunt. Frequens in oriente id vini genus. Xenophon *Κύρου Ἀναβ.* I. p. 54. Ed. Hutchins. *οἶνον ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος* adpellat. Noster suo more *φοινικήϊον*, II. 86. III. 20. Supra (l. 10.) *ἀπιῶσι* cur deterius *τῇ ἀπιεῖσι*, Med. habitum fuerit, non capio. Vide II. 86. Wess.

16. *ἵνος ζωὸς ἔνεστι*] Sic oportuit. *Ζῶς* Græcæ dialecti formam non habet. Si *σῶς* fuisset, servassem. Noster IV. 76. *ἢν σῶς καὶ ὑγιὴς ἀποσωσήσῃ*: et sæpe Attici scriptores, Sophocles Œd. Colon. 1205. Euripid. Hecub. 994. Plato Phædon. p. 87. B. Vide Eustath. in Hom. p. 957. (p. 940. ed. Bas.) et Thomam M. in *Σῶς*. Wess.—Equidem ne *σῶς* quidem probaturus eram, quod profecto non erat hujus loci. S.

19. *ἀπεκηρύξαν*] Quantillum erat litera transposita scripsisse *ἐπανεκηρύξαν*: insuper sub præcone vendebant: postquam nempe *διαβίωνται τὸν φόρτον*, —— *τὴν καλάμην πᾶσαν ἐπανεκηρύξαν*. A Gronovio vulgatum (nempe *ἀπεκηρύξαν*, quod in Var. Lect. ed. S. adnotare oblitus eram) cum *ἀπεμπωλεῖν* comparabat Clar. Abresch, Diluc. Thuc. p. 584. *ἐγκηρύσσειν* tamen Græcum esse mecum, opinor, negaturus: Thucydideum *ἐπανεῖπον* e lib. VI. c. 60. ab Hesychio et Suida enotatum, ad nostrum illud aptius respondet. Maxima voce utentes sæpe dicuntur *ἀναφωνῆσαι*, *ἀναπηρύσσειν*, *ἀνιστῆν*. De præcone res vendendas proclamante *ἀναπηρύσσειν* bis adhibuit, Herod. I. 196. Noster tamen loco si Codices conspirarent in *ἀπεκηρύξαν*, causæ nihil esset cur repudiaretur verbum, interdum significans per præconem vendere, vel vendenda voci subjicere præconis, *ὑπὸ κήρυκος* vel *ὑπὸ κήρυκι πωλεῖν*: velut apud Demosth. contr. Aristocr. p. 436. §. 325. (p. 687, 23. ed. Reisk.) et in versu Comici Platonis, qui sic scribi debuerat ap. Harpocr. in voce, *Σκευάρια δὲ κλίψας ἀπεκήρυξ' ἐκφέρων*. Menandri *ἀπεκήρυξεν* Ammonius in voc. *Κηρύξαι* explicat *ὑπὸ κήρυκι ἐπώλησε*. Lysiæ forte restituendum isto sensu verbum frequentat in *Βίων πράσει* Lucianus. Valck.—Veram esse scripturam *ἀφ' ὧν ἐκήρυξαν*, quam noster cod. F. obtulit, neminem qui paulisper Herodotum triverit, dubitaturum esse confido. S.

Cap. CXCV. [1. *λιθῶν ποδ. λινέῳ*. Lineas vestes ab Herodoto dici non modo quæ ex lino, sed et quæ ex gossypio confectæ erant, quum alii viri docti observarunt, tum *Heeren* in Ideen über die Politik—der alten Welt, T. I. p. 137. Cæterum simillimus Ægyptiorum vestitus apud Nostrum, lib. II. c. 81. S.]

2. *εἰρίνεον λιθῶνα*] Bene Ask. Scriptor ipse VII. 91. *καὶ λιθῶνας εἰρινέους ἐνδιδυκότες*. Adde *πίλους εἰρινέους*, IV. 73. et II. 81. Non adjungo, Strabonem omnia hæc suo sermone repræsentasse, lib. XVI. p. 1082. A.; id monere debeo, restitutam in integrum Aldi et plurium schedarum scripturam esse. Quod Medic. dedit, hiulcum est, neque habet *περιβαλλόμενος* et *ἴχνη* suum sibi fulcrum. (immo verbum *ἐνδύνω*, fulcrum

satis commodum. Vide Var. Lect. ed. S.) Solet Herodotus creberrime a plurali ad singularem numerum pergere et ad priorem reverti, uti c. 197. Mos idem aliis. Ecce ex Hesiodi Aspid. v. 253. et seqq. de Parcis ὃν δὴ πρῶτον μιμάσκοιν —— ἀμφὶ μὲν αὐτῷ βάλλ' ὄνυχας μεγάλους·— αἱ δὲ φρένας, etc. Quæ hujus loci structuræ adcurate respondent. Poëtæ deest ἐμάσκη, cujusmodi vox et hic ad sententiæ conplementum advocanda est, ac sæpe alias. Wess.

Cap. CXCVI. 4. ὡς ἂν αἱ παρθένοι, etc.] Legendum puto vel ὧν ἂν, aut, si quis illud præferat, τοῖσι ἂν αἱ παρθένοι γινόιατο γάμων ὡραῖαι. Legitur lib. II. 85. τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκηίων ἄνδρωπος. De puellarum hoc apud Assyrios mercatu Nicolaus agit Damasc. Stobæi, p. 293, 16. Ælian. Var. Hist. IV. (c. 1.) p. 328. et ibi Perizonius. Σωφρονέσταται περὶ πόσον τὰς θυγατέρας περιέσπουσι, Zenobius Prov. V. 25. Valck.—Vulgatum ὡς ἄν, quod tenent libri omnes, percommode tueri locum suum poterit. S.

13. ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ ἴδιοι, etc.] Duæ si transponerentur voculæ, meo quidem judicio rectius ista cohærerent, hunc in modum scripta: ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἦσαν ἐπίγαμοι, οἳ δὴ ἴδιοι μὲν οὐδὲν ἰδίοντο χρηστοῦ, οὕτω αὖ χρήματά τε καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον. Valck.—Fluit multo lenior oratio, si conjecturam amplectaris. Reiskius maluit ἐπίγαμοι, οὐ μέν τω γ' ἴδιος οὐδὲν ἰδίοντο χρηστοῦ, οἱ δ' αὖ χρήματα, etc. Wess.—At et perspicua satis est vulgata scriptura, et mirifice convenit stylo Herodoti: quare, in librorum potissimum consensu, sollicitari non debet. S.

15. ὡς γὰρ δὴ διεξέλθοι ὁ κήρυξ] Vulgatum ὡς γὰρ δή οἱ ἐξέλθοι ὁ κήρυξ πωλέων mihi certe non placet. Valck.—Reiskius corrigit sicut ante eum St. Berglerus, ὡς γὰρ διεξέλθοι ὁ κήρυξ: quo sententia paullo sit expeditior. Wess.—Et luculenta et necessaria hæc nobis visa erat emendatio, Wyttenbachio etiam probata in Notis ad Selecta, &c. p. 354. Particulam δὴ tamen cum Reizio tenendam putavi. Potuerat dein scribi διὰ τῶν ἐνιαυσιστάτων, qua structura utitur Noster III. 11, 10. sed perinde etiam cum accus. casu construi idem verbum potuit. S.

24. οὕτω ἀπάγεσθαι] Præclare Medic. quamquam et sua venus est in lectione schedarum Ask. ἂν ἄγεσθαι, a qua non multum Aldus recedit. (Vide Var. Lect. ed. S.) Tritum est οὕτω in sententiæ consecutione. Noster II. 92. ἐν πλιβάνῳ διαφανεῖ πνίξαντες, οὕτω τρώγουσι: quibus usus est Georg. Raphelius ad Act. Apost. xx. 11. Alia conduxit Jo. Taylor in Demosthenis Midianam, p. 193. (in Appar. Reisk. Vol. I. p. 628.) Wess.—Sic Noster I. 94, 20. II. 100, 8. et frequenter alibi. In Cebetis Tabula c. 19. nostræ ed. junguntur εἶτα οὕτως, sequente ἄν particula, ut h. l. S.

26. ὁ μὲν νυν κάλλιστος νόμος, etc.] H. Stephanus hic præpostere quædam collocata in Græcis esse exemplaribus putavit; sensum esse: Et hæc quidem apud illos honestissima consuetudo erat, ne injuria illas afficerent, neque in aliam urbem abducerent. Verum ad hæc usque tempora non permansit. Cum quo non facio. Græca bene habent. Quæ sedem ille migrasse opinatus est, sua statione everti non possunt. Scripserat, licuisse ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέεσθαι. Itaque aliorsum emtæ abduci poterant, ac sic injuriis adfici: præterea occupata urbe ab inimicis, ejus rei amplior copia. Quare tenuiores καταπορνεύειν τὰ θήλεα τέκνα maluerunt prorsus uti Lydi I. 94. Wess.

Cap. CXCVII. 1. Δεύτερος δὲ] Hæc apta et nexa sunt cap. 196. init. ὁ μὲν

σοφώτατος ὅδε: quali periodo longiore et alibi utitur. Post pauca (l. 4.) Reiskius, εἴ τις ἢ καὶ αὐτὸς——ἴσασι: nulla gravi caussa. Plutarchus eadem in re, εἴ τι πρόσφορον ἴχοι παιδών· αὐτὸς ἢ παίοντα διερωτώσας, T. II. p. 1128. E. Adde Strabonem XVI. p. 1082. (p. 746. Cas.) Nostri æmulatorem. Rudia medicæ artis primordia tali ex veterum more haud pauci repetunt. Nominavit nonnullos Almelovenius ad Strabonem, alios Davisius in Max. Tyrii Diss. XII. p. 540. Wess.

Cap. CXCVIII. 3. περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἴζει] Etsi περὶ καταγίζειν, II. 47. posuerit, certæ sunt schedæ veteres, et justa Gronovii opera. Alioqui locus Heinsianæ conjecturæ, quâ παρὰ θυμίημα voluit, obportunus esset. Dedit eam Jungermannus ad Polluc. I. 26. Adtigit et hæc Strabo XVI. p. 1081. (p. 745. ed. Cas.) Jo. autem Spencerus hunc et non dissimilem lustrationis in Hebræorum jure ritum ex Ægypto arcessit, suo tamen arbitrio et sine teste, Leg. Hebræor. lib. I. 8. p. 257. Egregie Theano rogata, ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύσει, ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, εἶπε, παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε, in Stobæi Serm. LXXII. p. 443. et Diogen. Laërt. VIII. 43. cum Menagii observatione. Wess.

Cap. CXCIX. 8. στέφανον —— θώμιγγος] Strabo θώμιγγι δ' ἔοικασι ἰκάστη, hoc ex loco, XVI. p. 1081. c. Referunt huc, neque injuria, ex Epistola, quæ Jeremiæ tribuitur, versum 43. αἱ δὲ γυναῖκες περιδέδμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται. Conveniunt egregie, et turpem harum mulierculârum morem describunt; uti copiose docuit Nic. Bondt V. C. in docta Dissert. ad eam Epistolam, quam me suasore scripsit et duce defendit. Θώμιγγες sunt σχοινία. Quod Noster I. 26. de Ephesiis, urbem suam Dianæ consecrantibus, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος, id Polyæno VI. 50. θώμιγγας συνάψαι ταῖς κίοσι τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀρτέμιδος, pariterque Æliano Var. Hist. III. 26. Wess.—Vittam sive fasciam in funiculi modum tortam intelligebat *Heyne* in commentatione De Babyloniorum instituto religioso, ut mulieres ad Veneris templum prostarent; inter Commentationes Societ. Reg. Götting. T. XVI.

10. διίξεσθαι πάντα τρόπον ὁδῶν ἴχουσι] Πάντα τρόπον διανίχουσι, i. e. διήκουσι, Cl. Reiskius, quem sua correctione frui patior. Wess.—Vocabulo τρόπος de directione qua ducitur linea etiam alibi utitur Noster. Potest autem constructio istorum verborum duplici modo intelligi: sive, ut accusativi πάντα τρόπον pendeant a verbo ἴχουσι, quemadmodum II. 108, 11. dictæ videri poterant διώρυχες —— παντοίους τρόπους ἴχουσαι: sive potius, ut verbum ἴχουσι absolute positum intelligatur, tendunt, directi sunt, ducti sunt transitus, sicut c. 180, 11. 181, 11. et sæpe alibi; quo ita posito, consequens est, ut πάντα τρόπον intelligamus κατὰ πάντα τρόπον, quomodo c. 189, 16. seq. habemus διώρυχας —— στρατιὰς πάντα τρόπον. Vocab. ὁδῶν si hinc abesset, nemo desideraturus erat: neque tamen opus est ut ei hic locus invideatur. S.

[15. Μύλιττα] Conf. cap. 131, 12. ibique notata. S.]

21. ὅσαι μὲν νυν ἰδιός τι ἰκαμμίναι εἰσὶ] Vertebatur quotquot forma et proceritate potuerunt aliquos capere, ex ἰφάπτομαι: sed qui id fieri possit, fateor me ignorare: debuit sane Herodotus, hoc si voluit, alia verborum structura sententiam declarare: præterea VIII. 105. παῖδες ἰδίου ἰκαμμίνου, pueri sunt forma præditi, quales et hæ mulierculæ. Laudo tamen Medic. quem levi auxilio juvabam olim, πεπαμίναι legens. Sunt ἴδιος πεπαμίναι, quæ pulcritudinis possessionem, ut sic dicam, habent, sive

forma elegante instructæ. Hesychius πισαμίνος, παντημίνος. Sic πισαμίνος νόσος, de ægro, Æschylo Agam. 844. et φρόνημα πασι δύσθιον πισαμίνη, Choëph. 189. In Philostrato, Vit. Apoll. VIII. 26. p. 307. de Scythis, οἰκίας τε ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πίπτανται: scribi oportuerat πίπτωνται: quæ enim adscripsit Cl. Olearius, aliena sunt. Ἄνθρωπον πολλὰς οἰκίας πισαμίνον dabit Themistius Or. XXIV. p. 307. A. Neque suspicioni diversior nocebat casus: cui Pempeli succurrebat fragmentum in Stob. Serm. LXXVII. p. 460. σιμὸν γάρ τι καὶ ϑείας φύσιος πισαμίνον ἀμῶν τὸ τῶν φυτησάντων ἴδευμά ἐστιν. Nunc conjecturæ non admodum indulgeo. Ἐφημμίναι sive ἐπαμμίναι ἴδιος vi verbi ἐφῆφθαι erunt formosæ, quæ speciem sibi aptam et quasi connexam habebant. Convenit, quod hac origine manavit, Cœlum stellis fulgentibus aptum ex Ennio, et Lucretii vestis purpurea, atque auro signisque ingentibus apta. Plura Cario in Gellii I. 15. Mox ἀπαλλάσσονται refinxi; sic enim plerumque solet. WESS.

[24. τριήτια καὶ τετραήτια ——χρέον] Non continuum tempus indicari conjectabat Heynius l. c. p. 33. sed certos fuisse dies festos, quibus ad religionem solvendam templum adirent mulieres. S.]

25. καὶ τῆς Κύπρου, etc.] In more illic habebant, ἐπαιρισμῷ τὰς ἑωυτῶν κόρας ἀφοσιοῦν, uti Athenæus loquitur lib. XII. 3. p. 516. B. Non repeto, quæ de Amathusiis Paphiisque Jo. Meursius conduxit, Cypri lib. I. 8. et II. 15. WESS.

CAP. CC. 5. σῶσι διὰ σιδόνος] Incernunt per linteum, ut recte cepit P. Leopardus, Em. VII. c. XI. Huc respiciens Etymologus, p. 710, 41. Ἡρόδοτος, inquit, τοῦ σῶ τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν Σῶσιν, ἀντὶ τοῦ σήθουσι. Reperiuntur et νῶσιν, ἀντὶ τοῦ νήθουσιν, et alia hujus generis apud Atticos plurima. VALCK.

CAP. CCI. 5. ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων] Confer lib. IV. 26. Turpis error Philostrati est, Heroic. c. 5. p. 704. ubi ἐλάσας γὰρ Κῦρος ὑπὲρ στρατιὰν Ἴστρου ἐπὶ Μασσαγέτας τε καὶ Ἰσσηδόνας, etc. quasi ultra Istrum atque in ipsa Europa Massagetarum et Issedonum sedes fuisset. Adde Ammianum XXIII. 6. in simili luto hærentem. WESS.— Conf. Cellarii Geogr. Ant. III. 21. p. 837. S.

CAP. CCII. 1. Ὁ δὲ Ἀράξης λίγιστα καὶ μίζων καὶ ἐλάττων εἶναι, etc.] Nescio quid Cl. Reiskium inpulerit, ut in priore καὶ nomen magni et clari fluvii abditum esse decreverit. Potest utique omne flumen certa quadam ratione minus alio et majus esse. Verum id Noster spectasse non videtur: narrat diversas discrepantium opiniones, quarum aliæ majorem Istro, minorem aliæ *Araxem* perhibebant. (forsan, quod alii alium fluvium Araxen intellexissent.) Namque omnia, quæ de eo amne prodidit, ex auditione accepit, minime fida; tametsi, uti videtur, ipsius Araxes sit Rha sive Volga. Vide Jonæ Hanway Itinera, lib. I. 10. WESS.—Vide mox ad l. 15. S.

8. πῦρ ἀναπαύσωνται] Herodoteum est πῦρ ἀναπαύσασθαι. Hinc, ut suspicor, edoctus istum adtigit Massagetarum morem Max. Tyr. XXVII. 6. νήσαντες πυρὰν, ϑυμιῶντες ἰνδικὰς βοτάνας, περιπαβίσαντες ἐν κύκλῳ τῇ πυρᾷ, ὥσπερ κρατῆρι ἰώχοῦνται τῇ ὀδμῇ, etc. Ad quem locum Dionis Chrys. verba Dan. Heinsius excitavit p. 61. Similis quædam Scytharum consuetudo memoratur Herod. lib. IV. c. 75. VALCK.

10. καταγιζομένου τοῦ καρποῦ] Optime Med. et Ask. Vitium, quod Aldinum occuparat, odoratus H. Stephanus est in Vocib. Herodot. et Jungermannus ad Polluc. I. 26. Herodotus secum consentit, (sic enim I. 183, 9. et alibi.) sermonisque usus adstipulatur. Ælianus,

de Animal. X. 50. πολλῶν δὲ ἐφ' αὐτὸν καθαγιζομένων θυμάτων——ἐξάστεται: et XIII. 21. τοῦ δίεμπτος παρειλὼν ὀλίγον καθήγισεν ἐπὶ πυρός. Junge Platonem in Critia, p. 119. fin. et agnosces Serranum errare. Wess.

15. Ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει μὲν, etc.] Carpit hæc Strabo XI. p. 803. (p. 531. ed. Cas.) quædam Nostro adfingens, quorum ille auctoritatem defugit. (Strabonis verba hæc sunt: φησὶ γὰρ (sc. Herodotus) ἐκ Ματιανῶν αὐτὸν ῥέοντα, εἰς τετταράκοντα ποταμοὺς σχίζεσθαι, μεῤίζειν δὲ Σκύθας καὶ Βακτριανούς. Tum adjicit *Strabo*, Callisthenem quidem in his secutum esse Herodoti rationem.) In Araxis fluvii ortu credibile fit, Herodotum esse falsum. Si fontes fuerint in Matienis, oportet Mediæ (aut Armeniæ) flumen illud detur. Longe vero extra Mediæ fines Massagetæ, Issedones et Scythæ, quos ejusdem amnis accolas, Diodorus II. 43. statuit, habitarunt: præterea in omni Media nullum ejusmodi flumen, quod tot ostiis Caspio mari jungatur. Congruunt pleraque omnia, si Matienos montes excipias, fluvio Volgæ, qui et amplissimus et diversis oribus in Caspium mare exoneratur. Ostia ad octoginta et amplius, quæ insulas ingentes incingunt, memorat Ampl. Nic. Witsenius in Tartariæ Descriptione Belgica, p. 700. Amnis olim Ros, Ras, Aras adpellabatur; unde Græcorum Ἀράξης, quo etiam titulo plures orientis fluvii insignes sunt: de quibus, sicuti et de hoc Araxe sive Volga Ampl. Bouherius Diss. Herodot. cap. 18. p. 190. et prior eo Th. Sig. Baierus in Origin. Scythic. Commentar. Petropolit. T. I. p. 393. Id mirum accidit, animadversum non esse verborum, in Aristotelis Meteorol. I. 13. (T. I. pag. 545. ed. Du Val.) transpositionem, factumque adeo, ut nunc ibi Araxes, cujus partem perhibet Tanaim, derivetur ex Indiæ monte Parapomiso, errore mirifico. Verum Philosophi verba, καὶ ὁ Ἀράξης· τούτου δ' ὁ Τάναϊς ἐκσχίζεται μέρος ὢν εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, collocata olim fuerant post Caucasi montis mentionem et amnium inde devolventium, antes voces καὶ ὁ Φᾶσις. Postulare seriem rei et orationis eam verborum istorum migrationem, agnoscet qui Philosophum consuluerit. Mihi longiori esse non licet. Wess.—Quod de Aristotelis loco obiter Wesselingius monuit, id vellem expensum excussumque fuisse a doctissimo de Sainte-Croix, Philosophi verba citante in Exam. Crit. etc. pag. 693. sed satis ibi habente monuisse, errorum illa plena esse. Mihi videtur Aristoteles illum falso nominatum a Macedonibus Tanaim, qui Iaxartes erat, (de quo conf. quæ olim ad Polyb. X. 48. notavimus) cum vero Tanai confudisse miscuisseque. Ad *Araxen* fluvium quod spectat, Nostro hic et alibi memoratum, diversissimas in partes viri docti abierunt. Libro IV. quidem cap. 11. ubi Scythæ Asiam olim incolentes, a Massagetis pulsi, trajecto Araxe fluvio in fines Cimmeriorum abiisse memorantur; ibi Heerenio adsentior (Ideen über die Politik, etc. der alten Welt, T. I. pag. 885.) vix posse de alio fluvio quam de Wolga cogitari. At, usque ad Wolgam penetrasse Cyrum, parum est probabile: et post Wesselingium nemo, quod sciam, nisi Larcherus, hunc Araxen, de quo h. l. agitur, qui Massagetarum fines a Cyri imperio disterminavit, Wolgam intellexit. Extant super hoc Herodoti loco disputationes trium Academicorum Parisiensium in Hist. de l'Acad. des Inscript. T. XVI. p. 69—85. Horum unus De la Nauze p. 69 seqq. contendit, et hic, et IV. 11. et IV. 40. ubicumque Araxen fluvium Herodotus memorat, nullum alium ab eo dici, nisi Armeniæ fluvium, geogra-

phis omnibus sub hoc nomine cognitum, qui ab occidente in Caspium mare influit. Cui duo alii docti viri, De Guignes ibid. p. 76 seqq. et Danville p. 79. seqq. firmissimas opposuerunt rationes; quibus jam olim persuasi, quum alii, tum Is. Vossius ad Melam, III. 5. p. 803. et Cellarius Geogr. Antiq. III. 21. p. 829. evicerant, ad orientem Caspii maris quærendum hunc Herodoti Araxen esse. Ac hi quidem omnes Oxum fluvium hunc esse statuerunt. Rectius vero Heeren l. c. p. 912. (quum aliis rationibus motus, tum quod Oxus apud Nostrum Aces est, III. 117, 7.) fluvium magis septemtrionalem Iaxarten h. l. intelligit: cum quo congruit, quod ad Iaxartem a Cyro conditum oppidum memoratur, cui Κυρίσχατα nomen; de quo Cellarius, pag. 834. et 836. Atque in eamdem partem (Iaxarten hic esse intelligendum) Danvillius etiam inclinabat, l. c. p. 84. et Geogr. Anc. T. II. p. 308. qui etiam in Tabula Orbis antiqui anno 1763. edita lacum illum ab oriente maris Caspii, hodie sub nomine Aral notum, hoc titulo insignivit, Paludes recipientes Araxem apud Herodotum. Ejusdem sententiæ patronum se professus etiam est solertissimus Geographus Barbié Du Bocage, (in Commentatione Examini critico, etc. auctore de Ste-Croix adnexa, p. 829.) aitque secum sentire celeb. Rennel; cujus librum Geographica Herodoti illustrantem mihi præsto non esse doleo. Quo magis miratus sum, quum Mannertum, virum de notitia orbis antiqui præclare meritum, vidi cum Parisiensi olim Academico De la Nauze facientem, contendentemque et hic et alibi, ubicumque Araxen nominat Herodotus, Armeniæ Araxen esse intelligendum, T. IV. pag. 87. et 90. et T. V. Part. II. pag. 209 seqq. Qua quidem in sententia etiam doctissimum De Ste-Croix fuisse, ex Larcheri ad h. l. adnotatione intellexi. Quibus hoc unum aliquatenus favere videri poterat, et ne id quidem magnopere, quod in Matienis ortum capere Araxen ait Noster: qui scilicet hac in re Armenium Araxen cum altero illo, qui Iaxartes est, confudisse videtur. Nam, quod ad aliam rationem spectat qua illi nituntur, quod apud eumdem Nostrum IV. 40, 4. ὁ Ἀράξης ποταμὸς dicitur ῥέων πρὸς ἡλίου ἀνίσχοντα, quod vulgo interpretantur contra solem orientem fluit, quam et ego versionem imprudens secutus sum; potuerant quidem per se verba Scriptoris in istam accipi sententiam, quemadmodum apud eumden v. gr. IV. 49, 2. et 7. et 12. ῥέουσις πρὸς βοῤῥῆν ἄνεμον dicuntur fluvii versus septemtrionem decurrentes: eaque interpretatione adducti etiam duo ex Parisiensibus Academicis quos supra nominavi, De Guignes et Danville, hactenus adsensi sunt collegæ, ut isto loco, IV. 40. de Armenio Araxe loqui Herodotum censerent. At res ipsa docere poterat, falsam ibi esse istam interpretationem, reddendaque ibi Græca verba his Latinis debuisse, ad orientem (sive, ut Latine rectius dicam, ab oriente) fluens, nempe ab oriente Caspii maris. Sic sane ibid. IV. 40, 2. τὰ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατέλλοντα, sunt regiones ad orientem (in partibus orientalibus) sitæ: eademque notione I. 201, 3. ait ἔθνος οἰκημένον πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολάς. Et c. 204. 1. et 2. habes τὰ μὲν πρὸς ἑσπέρην τῆς Θαλάσσης ταύτης, et τὰ δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, qua parte sedes sunt Massagetarum, quos Araxes fl. a Cyri ditione separat. cf. c. 206, 9 seq. Similiter Πυρετὸς fluvius, IV. 48, 7. unus ex illis quinque qui e Scythia decurrentes (adeoque a septemtrione) in Istrum influunt, dicitur πρὸς ἠῶ ῥέων, non quod versus orientem dirigatur ejus cursus; sed quod

ille magis, quam cæteri ad orientem, ab oriente sit, et in ea parte Istri, quæ maxime orientem spectat, in hunc fluvium incidat; contra Tiarantus ibid. memoratur magis ad occidentem vel ab occidente esse, πρὸς ἑσπέρης μᾶλλον: nam πρὸς præpositio ista notione promiscue cum genit. et cum acc. casu construitur, ut IV. 17, 10. et 12. IV. 122, 8. et frequenter alias. Denique de verbo ῥέειν observemus, quum ῥέειν dicitur fluvius, non continuo de cursu fluminis, et de directione cogitandum esse qua flumen decurrit: sed quemadmodum, ubi de situ oppidi vel regionis agitur, κεῖται dicimus, aut ἵδρυται, aut simile quid; sic quum de fluvio quæritur qua parte, quave in regione sit, in hac aut illa regione fluere (ῥέειν) illum dici. Priori verbi notione dicendum erat ῥέων ἀπὸ ἀελίου ἀνίσχοντος, posteriori notione nullo incommodo eamdemque in sententiam dici potuit ῥέων πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. Est vero præterea in hoc loco, in quo versamur, aliud quidpiam quod viros nonnullos doctissimos, et in his ipsum Wesselingium nostrum, aliquatenus turbavit; scilicet quod verba illa (l. 17.) στόμασι δὲ ἐξερύγεται τεσσεράκοντα ubi quidem de numero dubitatio quædam subnasci poterat) ita interpretati sunt, quasi Herodotus diceret, per quadraginta ostia in mare Caspium influere illum amnem: quod quidem prorsus contra est, quum diserte ille doceat, cæteros alveos in paludes et lacunas exire, nonnisi unum in mare influere. Ex quo satis adparet, ἐρεύγεσθαι non de ostiis in mare se exonerantibus debere accipi, sed de rivis e quadraginta orificiis scaturientibus et magna vi erumpentibus. Sic ἐρεύγονται ἐκ μυχῶν πάγαι apud Pindarum, Pyth. I. 40. S.

21. ῥέει διὰ καθαροῦ] Insolens hæc dictio visa nonnullis fuit, mihi nullo modo. Omnia amnis ostia, præter unum, in paludes et stagna lutosa evolvebantur: illud διὰ καθαροῦ, videlicet τέσσερα, labebatur, minime turbidum et limosum. Tale de Borysthene IV. 53. ῥέει τε καθαρὸς παρὰ θολερούς. Neque dissimile, si dicendi genus adtendas, βῆναι ἐν καθαρῷ Sophocleum, Œdip. Col. 1646. et Homeri Ἰλ. κ'. 199. ἰδρώοντο Ἐν καθαρῷ: tum Ἰλ. ψ'. 61. Restitutum in pristinam stationem paullo supra (l. 19. conf. Var. Lect. ed. S.) est κατοικίσεται. Vide Horrei Observ. Herod. p. 115. Wess.—διὰ καθαροῦ commodius intelligetur per loca ubi nullum obstat impedimentum. Conf. VII. 183, 6. et Aristoph. Eccl. 320. S.

22. ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα, etc.] Verissime Noster, cui paria facit Aristoteles Meteorol. II. 1. et Diodorus Sicul. XVIII. 5. Ceteri fere omnes ex oceano septemtrionali Caspium mare influere tradiderunt, inprudenter horum ducum vestigia deserentes. Vid. Casaubon. in Strabon. XI. p. 773. (p. 507.) Vossium ad Melam III. 5, 16. Πᾶσαι (l. 24.) revocavi in suam sedem. Wess.

Cap. CCIII. 6. καὶ πλήθει μέγιστον] Gronov. bene. Aristoteles de Caucaso: Meteorol. I. 13. ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον ὄρος —— καὶ πλήθει καὶ ὕψει: tum post pauca τοῦ δὲ πλήθους (σημεῖον) ὅτι πολλὰς ἴσχει ὁδοὺς, ἐν αἷς ἔθνη κατοικεῖ πολλά. Quem philosophi locum adscripserat et Berglerus. Nec convenit tamen omni ex parte. Aristoteles πλῆθος retulit ad incolentium multitudinem et sedes. Noster latissimam ejus amplitudinem et vastitatem spectavit. Mox cap. 204. πεδίον ἐκδέκεται, πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄποψιν: et IV. 123. Statim (l. 7.) τὰ πολλὰ πάντα artissime junxi, uti lib. II. 35. Wess.—Nempe olim importune post πολλὰ comma erat insertum: Poterant autem τὰ πολλὰ πάντα videri ἔθνεα dici, quomodo nos cum aliis accepimus: rectius vero absolute et adverbialiter posita illa formula τὰ πολλὰ πάντα accipietur, ut τὰ πολλὰ idem valeat ac ὡς ἐπὶ πολὺ,

plerumque, ut plurimum, plurima ex parte, et adjecto vocab. πάντα, longe plurimum, longe plurima ex parte; scil. nulla fere alia re vitam sustentant, nisi fructibus sylvestribus. Conf. Schæferum ad Bosii Ellips. p. 427. seq. et qui ibi laudatur Hemsterh. ad Luciani Dial. Mort. I. 2. Conf. Nostrum V. 67, 5. S.

10. ζῶα ἰωυτοῖσι ἐς τὴν ἐσθῆτα ἐγγεάφειν] Herodoto, sicuti Eustathius monuit in Iliad. p. 626. (p. 481, 6. ed. Bas.) ζῶα γεάφειν et γεάφισθαι ex vetere more est pingere, uti IV. 88. Hoc si valeat, variis coloribus et picturis vestes infecerunt Caucasii. Strabo in eam sententiam verba transtulit, τὴν δ' ἐσθῆτα ποικίλλουσιν ἐκ χρίσεσι φαρμάκων, διαπέπλεον ἔχουσι τὸ ἄνθος, lib. XI. p. 781. (p. 513. ed. Cas.) Sed dubito, an jure fecerit. Wess.—Ad Massagetas retulit Strabo quæ de Caucasiis hic tradit Noster. Cæterum, cur dubitarit Wesseling. recte-ne sententiam verborum Herodoti expresserit, non video. ζῶα ἐγγεάφειν perapte uno verbo ποικίλλειν potuit reddi. ζῶα figuras dici et imagines cujuscumque generis, supra ad c. 70, 4. monui. Priscus vocabuli usus etiam sequiore ætate in nomine ζωγράφος, pictor, superfuit. Apud Polyb. XXXI. 3, 10. ζωταὶ dicuntur vestes pictæ, variegatæ. S.

Cap. CCV. 2. Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα] Patet ex Suida, in reginæ nominis principio scripturæ constantiam non fuisse. Lucianus Contempl. c. 13. Τώμυρις ἐπίσης ἐστί, ubi præclare hac de regina et nominis scriptione T. Hemsterhusius. Codices Herodoti nihil variant; in Justini, Frontini, Valerii M. schedis discordia viget, qua de Oudendorpius ad Frontin. II. 5, 5. Recte P. Burmannus Secundus Anthol. Latin. II. Epigr. 6. edidit, quam Tomyris turbata valet, cognovit in utre, nimirum Cyrus. Wess.

7. ἰωυτίσιο —— στρατηΐην] Ita oportuit. Κροῖσος —— ἐπωίητο στρατηΐην ἐς Καππαδοκίην I. 71. Verum crebro librarii inprudentes mutatum iverunt, veluti III. 3. et 56. IV. 83. atque alibi, at contra tabulas. Wess.

Cap. CCVI. 5. ἀνίχνιν ὀρίων ἄρχοντας] Si οὐρίων esset, fors melius haberet. Docet Strabo Massagetarum plures loca montana habuisse, lib. XI. p. 780. Tomyrin præterea Cyro posuisse in montibus insidias Justinus auctor est I. 8. Hoc amplius, οὖρος, terminus, Ionibus ψιλοῦται, teste Eustathio ad Iliad. p. 149, 15. Sed nolo contra MSS. niti. Mox (l. 8.) προθυμέεσι optime Paris. A.: id postulat linguæ genius ex προθυμέομαι. Aldi operæ dederant προθυμέεσι errantes: cujus ibi tonus verbi innuit in scripto libro προθυμέεται fuisse. Ex Aldo error late ad omnes editos manavit, L. Küstero in Clerici Bibl. Vet. et Nov. T. V. p. 407. bene monente. Wess.—Mireris quid sit quod in illa dictione ἀνίχνιν ὀρίων desiderarit Wesselingius, quum præsertim jam c. 80, 20. simillime dictum viderimus οὐκ ἀνίχνεται ὀρίων. Sed et alibi apud Nostrum eadem prorsus formula occurrit, de qua vide Valckenar. ad lib. V. c. 19, 14. Neque vero probari posse id, quod de Aldina scriptura προθυμέεσι idem Vir longe doctissimus pronunciavit, intelligetur ex his quæ in Var. Lect. (ed. S.) a nobis adposita sunt. S.

8. et seqq. φέρε, μόχθον μὲν —— ἄφεις] Omnia ista Reiskius suo deposita loco negat: sedem olim habuisse et occupare rursus debere post σὺ τὼυτὸ τοῦτο ποίεε, atque hunc quidem ad modum, φέρε, ἡμέων ἀναχωρησάντων —— σὺ τωυτὸ τοῦτο ποίεε, μόχθον δὲ, τὸν ἔχεις ζευγνὺς, etc. Mihi opera displicet, quippe voluntaria et nimium audax. Bene Tomyris, omitti posse ærumnosum laborem jungendi struendique pontis, admonet: se tridui itinere retro cessuram, facilemque adeo

amnis trajectum ratibus et navigiis, citra eum laborem, Cyro fore. Mox πωίω (l. 15.) ex schedis probavi. Wess.

Cap. CCVII. 5 seq. παθήματα —— ἀχάριστα] Potuerat ἀχάριστα sedis possessionem tueri. Homer. Odyss. Θ'. 236. ἐπεὶ οὐκ ἀχάριστα μετ' ἡμῶν ταῦτ' ἀγορεύεις. i. e. ut in scholiis, ἀηδῆ. Hesychius Ἀχαρίστιεον, ἀχαριτώτιεον, quod firmat verbis poëtæ Odyss. Τ'. 392. Quia tamen potiores scripti ἀχάριστα præferunt, eos non desero. Dant Codices VII. 156. συνείκημα ἀχαριστότατον. Corrigit Mos. Solanus ὡς δὲ καὶ ἀχάριστός εἰμι suo periculo, in Luciani Merced. Cond. cap. 30., ubi ex margine Aldinæ meæ ἄχαρις præstiterat. Εὐχάριστος Xenophontis, Appiani, Æliani, et præscripta Hesychii verba, analogiam vocabuli roborant. Vide ad Diodori XVIII. 28. Wess.—Videri poterat proverbialiter dictum, Παθήματα μαθήματα: et miratus sum nihil tale apud Paroemiographos reperiri. S.

10. κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων ἐστί, etc.] Aristoteles Problem. Sect. 17. p. 129. hæc spectasse videtur, καθάπερ καί φασι κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα. Vidit hoc et Herodoto suo adscripsit Schurzfleischius, sicuti ex Cl. Walchio accepi. Amant hoc genus et Latini, sed varie. Seneca Cons. ad Marc. cap. 15. Sed videlicet it in orbem ista tempestas. Aliter Hilarius Pictav. lib. II. ad Constantium Imp. c. 4. Orbem æternum erroris et redeuntis in se semper certaminis circumtulerunt. Vide Gronovium. Wess.—At nihil, quod huc faciat, apud Gronov. reperies, nisi quod orbem illum reipublicæ huc trahat, Ciceroni memoratum, ad Attic. lib. II. Epist. 9. et 21. S.

19. κυήσας τοὺς ἐναντιουμένους] Hoc esse unicum in Herodoto exemplum hujus sic conpositi verbi: per reliqua non occurrere nisi simplex ἀντιόω, adscripsit, ut Mediceo faveret, vir Celeb.; cujus illi memoria decreti utique evanuit, cum ἐναντιωθῆναι (ἠναντιώθη) ex illo libro reposuit VII. 10, 2., motus Artabani verbis sect. 4. ejusdem capitis, εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναί σοι δίλω. Fugerunt eumdem ista VII. 49. καὶ δή σοι οἰδενὸς ἐναντιωμένου. Quæ satis sunt ad conpositum retinendum, pariterque patefaciunt, quanta cautione, ne similis peccati rei evadamus, et quanta indulgentia, si quid ab aliis tali in re aberretur, uti, æquum sit. (Cæterum vide Var. Lect. ed. S. ad h. l.) Quæ hæc antevertunt, (l. 19.) τοῦτό γὰρ ἀντιθήσω, tangit versatque P. Horreus Obs. Herod. c. 19. Wess.

22. ὑποχωρῆσαι τῆς χώρης] Amplector Medicoum. Non sum nescius, Horreum animose stetisse pro vetere τῆς μάχης, Obs. Herod. c. 16. Verum, quod bene Gronov., nihil de pugna præcesit liquido, neque eam Cyro Crœsus suadet: immo vero, ut in reginæ Massagetarum fines transeat, et positis insidiis ad flumen Araxen se recipiat. Opportunum est ad dictionis habitum Demosthenis celebre dictum pro Coron. p. 162., quo tanquam emblemate Diodorus seriem scriptionis distinxit, XVI. 85. τότε γὰρ τῷ Πύθωνι —— οὐκ εἶξα, οὐδ' ὑπεχώρησα: neque alienus Luciani in Tox. locus c. 36., de quo Abreschius recte Lect. Aristæn. lib. II. p. 186. Jam, si cum viro Reverendo (Horreo) mox διαβάντα (l. 23.) instauratum velis, non contentiose obnitar. Certe περιγίνεσθαι servari debuit. Wess.—At nec spernendus aoristus περιγενέσθαι. S.

27. τῶν πρεσβύτων ἀρ. πολλὰ] Laurentius magna vi pecorum mactata; cujus versio moveri non debuerat. Πρόβατα olim πάντα τὰ τετράποδα dicebantur. Vide Schol. in Ἰλ. Ξ'. 124. Herodoti loca non adnumerabo: in quis sæpe oves intelligunt, uti hic Gronov.

De Hippocratis more multa Galenus in librum de Articul. p. 587., multa quoque Eustachius ad Erotian. p. 92. (p. 302. seq. ed. Franz.) et Foësius in Œconom. (voc. Πρόβατα.) Hæc tenuia videntur, nec recusant tamen adponi. Wess.

Cap. CCVIII. 1. Γνῶμαι μὲν αὗται συνίσασαν] In medium venere in Latinis, ex Gronovii opinione. Pæne puto contrarias indicari, ut erant, sententias. Tales συνιστηνῦαι γνῶμαι VII. 142., dissentiente Porto. Tale IV. 132. συνιστήκεε δὲ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἡ Γοβρύεω, in MSS. Tum VIII. 79. συνιστηκότων τῶν στρατηγῶν, contra se consistentibus ducibus. Wess.—Conf. I. 214, 9. Haud male Valla h. l. in discussionem venere. S.

6. τῷ περ τὴν βασιληΐην ἰδίδου] Solebat rex Persarum bellum ingressurus, ob incertum expeditionum successum, ex lege successorem designare, uti est VII. 2. Neque hoc neglexit Brisson. Regn. Pers. I. 9. Wess.

Cap. CCIX. 6. τῷ Ἀρσάμιος] Sic bene: vide VII. 11. et 224. In somnio Cyrus explicando nimius est. Vanæ artis consultissimus Artemidorus censet id genus πλουσίοις καὶ τοῖς μέγα δυναμένοις ἀρχὰς περιποιῆν, Oniroerit. II. 72. uti Dario contigit. Wess.

[22. ποίεε, ὅκως, ἱστὰν—ἰκεῖ, ὡς μοι, etc. Aut ὅκως aut ὡς abesse poterat: sed ὡς post parenthesin ex abundantia adjicitur, quasi Latine dicas, ut, inquam, mihi, etc. Nisi pro ὅκως, οὕτω legas; qua tamen novatione nil opus est. S.]

Cap. CCX. 2. τῷδε ὁ δαίμων] Exquisitum illud et delicatum (τῷδε οἱ ὁ δαίμ.) quod ex Med. receptum erat, vix ulli adgnoscunt et sentiunt. Si τῷ δὲ aut τῷδε δὲ cum Reiskio et Valcken. malueris, constabit oratio: præcessit Κῦρος μέν. Porro (l. 4.) ἀμείβεται ἂν restitui: neque enim simili in dictione casum tertium amant. Wess.

10. χρῆσθαι αὐτῷ τούτῳ ὁ, τι, etc.] Gelo in Æliani Var. XIII. 27. καὶ δίδωμι χρῆσθαι ὁ, τι βούλεσθε. Scriptorum codicum τοῦτο ὅ, τι σὺ βούλεαι animum advertit. An plenissimam dictionis structuram exhibere voluerunt? Mox cap. 215. οὐδ' ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν: et II. 108. τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο. Libanius, Or. X. p. 288. D. καὶ περὶ τοῦ τί χρήσιται τὸ σῶμα τοῦ πολεμίου σκεπτοῦντα. Ubi τῷ σώματι alius mallet fortasse. Sed lege Hutchinson. ad Xenophont. Agesil. p. 84. Wess.—Haud cunctanter recipi τοῦτο debuit, intelligendo κατὰ τοῦτο. Itaque τοῦτο ὅ τι idem valet ac οὕτω ὡς. S.

Cap. CCXI. [3. καὶ Περσίων τοῦ καθαροῦ στρατοῦ] *Valla*, cum expedita manu. *Gronovius*, cum integra et pura exercitus parte, quod tenuit Wess. Mihi adjectum vocab. Περσίων, quod commode abesse alioqui poterat, indicare videtur, eam intelligendam exercitus partem, quæ ex puris putis Persis maxime composita erat. S.]

8. κλιθίνοις δαίνυντο] Verbi speciem Ionicam non repudio: sic Poëta Ἰλ. Α'. 468. In Hesychio δαίνυντο, ἐνέχοντο, geminata, ut in Ask., littera. De Istris simili pæne in re cultissime Livius XLI. 2. Ibi quum omnium rerum paratam expositamque copiam—invenissent, regulus accubans epulari cœpit: mox idem ceteri omnes, armorum hostiumque obliti, faciunt: et, ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant. Mito Justinum, et Polyæni aberrationes lib. VIII. 28. Wess.

Cap. CCXII. 6. ἐπαναστάσιν] Minus considerate Jos. Wasse ad Thucyd. p. 427. (ad Thucyd. VI. 78.) quod forsan in Cod. scripto repererat, ἐπαναστήσειν

hic legendum esse putabat. Codicibus antiquior Athenæus hæc habet ut Herodotea lib. XIV. p. 613. B. *κατιόντος τοῦ οἴνου εἰς τὸ σῶμα, ἐπαναπλίει κακὰ ἴσια καὶ μαινόμενα.* Eustath. in Ἰλ. Σ'. p. 1212, 12. *ἀναπλώει ἴσια μαινομένῳ περίοντα*: bis alibi tangens illud dictum, habet *ἀναπλώει*, in Ἰλ. Φ'. pag. 1330, 28. et in Od. Τ'. p. 685, 16. Ionicum est et Herodoteum *ἐπαναπλώειν*. VALCK.

Ibid. *ἐπαναπλίειν ὑμῖν ἴσια κακὰ*] Laurentius, ad reginæ mentem non absurde, improba a vobis verba fundantur: quæ vir Celeb. correxit, ut vides, (nempe, ut,—improbis vos verbis impleamini,) nescio quid spectans. Ἀναπλεῖν præter alia dicuntur, quæ in summa aqua fluitant. Ælian. Anim. XI. 22. de delphino, ex fundo maris emergente, *καὶ αὖθις ἀφυπνισθεὶς τῇ κρούσει ἀναπλεῖ πάλιν*: tum de sicca tussi, cum nihil egeritur, neque in ore fluitat, XIV. 20. *ἀναπλεῖν δ' αὐτῷ οὐδὲ ἴν*: et mox *ἀναπλεῖ δὲ οὐδέν*. Indicat Tomyris, ebriis sursum tendere et quasi in ore natare inproba verba. Non disparia Abreschius Diluc. Thucyd. pag. 363. Ἐπαναπλώειν Herodoti sermoni melius congruebat. Vide VI. 26. 33, 116, etc. WESS.

7. Recte legitur *φαρμάκῳ δολώσας*. Galeo non debuerat in mentem venire *δηλήσας*. *δηλήσασθαι* tantum admisit usus. Δολῶσαι, qua hic structura, legitur in Xenophont. K. Π. I. p. 20, 13. *δολοῦν ὅς ἀγρίους πλίγμασι καὶ ἰρύγμασιν*: et in Euripidis Iphig. Aul. 898. VALCK.—Quod hic *δολώσας* id c. 214, 18. *ἰλὼν δόλῳ*. S.

6. *νῦν ἂν μεν εὖ παραινοίσης*] Si codicibus abesset, *μεν* non requireretur. VALCK.

12. *Ἥλιον ὑπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγ. δεσπότην*] Frequens alibi locorum Solis titulus. Ægyptii, *ὦ δέσποτα ἥλιε καὶ Θεοὶ πάντες*, ex Euphanto apud Porphyrium Abstin. Anim. IV. 10. Hydaspes Æthiops, *ὦ δέσποτα ἥλιε καὶ σιλήνη δέσποινα*, in extremo lib. X. Heliodori. Neque id mirum, cum diis omnibus tribuatur, uti Isthm. Pindari VI. 7. Eurip. Hippol. 88. Aristoph. Vesp. 870. Sed desino, nec tango sacras nostras litteras. Tu vide Cuperum Harpocr. p. 113. et N. Heinsium in Ovidii Heroid. IV. 12. WESS.

13. *ἦ μὴν σὲ ἐγὼ*] Perverse scripta prostant in Etymologico M. p. 416, 48. Sylburgius alia contulit, quæ leguntur infra c. 214. Schol. ad Dion. Chrys. p. 592. in Morelli Collect. *τὴν Κύρου*, inquit, *ὑπὸ τῆς Μούριδος (ὑπὸ Τομύριδος) τῆς Μασσαγέτιδος σφαγὴν Ἡρόδοτος ἀναγράφει*. De Tomyri notans vir Magnus ad Luciani (Contempl.) p. 508. hoc etiam Scholion excitat ex corrigit. VALCK.—Herodoti stylo convenientius futurum fuisse *ἦ μὲν*, in Var. Lect. monui. S.

CAP. CCXIV. 1. *ὡς ὁ Κῦρος οὐκ ἐπήκουσε*] Expuli inportunum, *οἱ*, quod unde in hanc viciniam inmigraverit, non quæro sollicite. (Vide Var. Lect. ed. S.) Mox *καὶ δὴ καὶ* (l. 4.) in integrum restitui. *καὶ* post *δὴ* et h. l. ejecit Gronov. et II. 154. Mediceo suo obtemperans, citra causam urgentem. Vide I. 129. 165. VIII. 79. etc. WESS.

11. *αὐτοῦ ταύτῃ*] Apta hæc et nexa recte voluit Arch., servato scriptoris more, ut VI. 16. et 30. et crebberrime alias. In annis, quos Cyrus regnando transegit, magna apud veteres discordia intercedit. Adi Simsonii Chron. A. M. 3746. Bene pro mente Herodoti Sulpicius Sever. II. 9. Cyrus undetriginta annis rerum potitus est; sic enim scripsisse videtur. In Edd. uno et triginta. Quo quidem in dictionis genere non infrequens olim lapsus. Fabii Annal. IV.

duo et vicesimo, Grammaticus duo de vicesimo correxit apud Gellium Noct. Att. V. 4. Lege Vallæ et Gronov. adnotata Livio XXIII. 37. et Observ. meas I. 29. Wess.

15. ἐνασπῆκε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκόν] Quid vir Celeb. pro Medic. conduxerit, adsumi facile potest: sumi quoque Horrei ambigua et operosa disputatio Obs. Herodot. c. 20. Potestne vero ἐνασπᾶσθαι adsignificare, (quod Gronov. voluerat) adligavit superiori utris ori, ut modo posset demittere quasi ad potandum, modo rursus attrahere, ut intermitteret? ego non dixero. Quanto lenius et expeditius Aldinum totque Codicum ἐνατῆκε demisit! Hoc reperisse videntur Valerius Maximus, Justinus, quos docti viri antestati fuerunt, et Lucianus Contempl. c. 13. Καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτιμοῦσα αὕτη, Tomyris, τοῦ Κύρου, ἐς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. Nec morabitur quemquam Ionicæ monetæ verbum. Suidas receptiore more, Ἐναφῆκαν, ἐνέβαλον. Ἐναφῆκαν τῇ δεξιᾷ σφῆνας, ὡς διασταίη. Wess. — Haud dubie lenius et expeditius erat ἐνασπῆκε: sed alterum ἐνασπᾶτε (ab ἐνασπάσσω, Ion. pro ἐνασπάσσω) hoc ipso, quod paulo difficiliorem habet explicatum, advertere animum debuit editoris. S.

17. Σὺ μὲν ἐμὲ ζῶσαν, etc.] Egregie hæc adserta et explicita sunt a cel. Gronovio. Wess. — Herodoteam verbi formam ζώουσαν, quum noster codex MS. dederit, aspernari non debui. S.

21. ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος] Par aliorum, Nostri tamen vestigia prementium; tragica exitus Cyri deploratio. Quam longe vero ab ea Xenophon, Strabo, Lucianus, ut plures ne adnumerem, deflectunt! Pro Ctesia eruditam observationem Cl. Pelloutier Histor. Acad. Scient. Berolin. T. X. p. 502. inseruit. Nec desunt, quibus Xenophontis potior videtur narratio. Vide Camp. Vitringam in Iesaiæ c. XLV. 2. Ego in tanta discordia arbitrium recuso. Wess.

Cap. CCXV. 1. τῇ Σκυθικῇ φορέουσι] Non placet Remig. τῇ Περσικῇ, multo minus magni viri τῇ Σηρικῇ ad Strabon. XI. p. 781. (Casaub. ad p. 513. suæ ed.) Habuerunt Scythæ suum sibi amiciendi modum, quo et aliæ vicinarum gentium sese ornaverunt. De Androphagis IV. 106. ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην. Wess.

6. ἄρδιες καὶ σαγάρεις] Scholiastes adleverat his, ἄρδιες, φαρέτρας: hinc scholion in Vind. et Arch. hinc Suidas, Ἄρδις, πληθυντικῶς ἀντὶ τοῦ φαρέτρας, etiam alii. Perperam omnes. Ἄρδις est sagittæ cuspis. Ἄρδιν μίην ἀπὸ τοῦ ὀϊστοῦ κομίσαι, IV. 81. Δίκρουν ἄρδιν reposuit in corrupto Leschæ versu Scaliger ad Euseb. An. MCCCLX. p. 82. Servius Æneid. XII. 404. Hic forcipem dixit, quod Græci ἀρδιοθήραν dicunt, qua solent spicula vulneribus evelli; ἄρδια enim spicula sagittarum appellantur. Ubi equidem ἄρδιες mallem, uti apud Æschylum Prometh. 878. (885. ed. Brunck.) in Ara II. Dosiadæ, (Analect. Brunck. T. I. p. 413.) et Lycophr. v. 914. (Nisi ἄρδιον forma diminutiva est nominis ἄρδις.) Σαγάρεις ex Armenorum dialecto illustrant Whistoni fratres, Præf. ad Mosem Chorenens. p. 5. Wess. — De terminatione plurali nominum ἄρδις et σαγάρις vide Var. Lect. (ed. S.) ad l. 4. S.

Cap. CCXVI. 5. τὸν φαρετρεῶνα ἀποκρ. πρὸ τῆς ἀμάξης] Vid. IV. 172. Ælian. Hist. An. VI. 160. Μασσαγέται μὲν, ὡς Ἡρόδοτος λέγει, τὸν φαρετρεῶνα πρό γε ἑαυτῶν κρεμάσαντες, ἵππα μέντοι, etc. Interpres suspensa ad plaustrum pharetra: unde suspicio justa est, πρό γε ἅρματος, aut simile quid, legisse eum. Nupera Æliani editio Herodoti obli-

ta non est, de mendo silet: quæ taciturnitas mihi in pravis ejus scriptoris locis sæpe displicuit. Wess. — Forsan vero vetus Æliani interpres, quod huic auctori deerat, suo arbitratu ex Herodoto supplevit: cujusmodi ratione subinde usos esse doctos Græcorum auctorum Interpretes, haud semel mihi videor observasse. Ex eodem Nostro, ut alia ex hac narratione, sic et hoc habet Strabo XI. pag. 413. *τὴν φαρέτραν ἐξαρτήσας* (sic recte nupera ed. Lipsiens. pro mendoso olim *ἐξαρτύσας*) *ἐκ τῆς ἀμάξης*. S.

11. *οὐ καταπιστεύσαι*, etc.] Schedæ veteres hoc sibi expostulant. Barbarum illum morem Massagetarum et Derbicum illustravit Jo. Alb. Fabricius ad Sexti Philosophi Hypotyp. III. 24. p. 179. Cultissime Fragm. Pythagor. p. 713. ed. Gal. *Μασσαγέται δὲ τὰς γονίας καταπίνουσι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἡμῖν, ἐν τοῖς σίναις τυθάφθαι.* Wess.

17. *πάντων τῶν θηλέων τὸ τάχιστον*] Laurentius e pecoribus omnibus pernicissimum, quasi *πτηνῶν* legisset, quæ H. Stephani conjectura. In Arch. et Vind., quibus simillimas schedas Valla versavit, nihil ejusmodi. Eustathius in Iliad. pag. 36, 30. (p. 27, 43. ed. Bas.) *τὸ ἐν τοῖς πτιζοῖς ταχύτατον.* et pag. 339, 41. (pag. 257, 15.) *τὸ ἐν ζώοις τάχιστον*: quæ posteriora Herodoteis proxima sunt. In eo Episcopus errat, quod equorum victimas ex Herodoto Persis contribuat. Vera res est; citra tamen Nostri testimonium. B. Brissonium consule Regn. Pers. II. 5. p. 339. Wess.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM SECUNDUM.

AD CAP. II. Lin. 1. πρὶν μὲν ἦ Ψαμμήνιχον σφέων βασιλεῦσα.] Suum Scriptor recepit. Sic IV. 147. πρὶν ἢ Θήρων ἰλθεῖν ἐς Λακεδαίμονας, et c. 167. πρὶν δὲ ἢ ἀποστεῖλαι τὴν στρατιήν. Medicei Ψαμμήνιχος (quod imprudenter receperat Gron.) Herodoteæ facilitati et γλαφυρότητι pugnare, optime D'Orvillius monuit ad Chariton. I. 4. p. 52. (p. 221. ed. Lips.) Nam quæ P. Horreus utramque in partem disputat, nimis docta et arcessita sunt, Obs. Herod. c. 21. Ψαμμήτιχον superiore libro c. 105. vidimus: hoc vero Ψαμμήνιχος, Ψαμμήτιχος, Ψαμμίνιχος in membranis est. Par apud alios discrepantia. (Vide nostram Var. Lect.) Mihi dubium nullum est, quin constitutum quid in eo nomine scriptor habuerit. Inclino in Ψαμμίτιχος. WESS.

8. Παιδία δύο νεογνὰ] Pollux II. 8. νέογνα reperisse videtur: ἄμεινον δ' αὐτοῦ τὸ παρ' Ἡροδότῳ νήογνον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο Ἰωνικόν. Ubi doctissimus Heringa Obs. c. 3. hoc ex loco νεογνὸν refingit; contra ea Cl. Piersonus Veris. II. 8. p. 234. νεογόνῳ vindicem dat Euripid. Cycl. v. 205. et Ion. v. 1001. Hactenus bene: quod insuper addit, scriptum hic fuisse olim παιδία δύο νεογιλὰ, non adducor, ut credam. Certe præter statuentis arbitrium non exputo caussam. Obstant et Codd. omnes. (in νεογνὰ consentientes.) Δύο locum recepit, quem Horreus in laboriosis ad hujus libri principium disputationibus illi deferebat. WESS.

9. μηδένα ἀντίον —— φωνὴν ἶσαι] Mediceus cum sequace Ask. aberravit. Nihil verius Aldino, tot schedarum patrocinio protecto: taceo de cespitante verborum ordine. Schol. Apollon. Rh. IV. 262. hac ipsa in re, κελεύσαντα μηδένα μηδὲν αὐτοῖς φθέγγεσθαι. Ostendit præterea ἶσαι φωνὴν, quod etsi Portus Ἰωνικῶς καὶ Αἰολικῶς, verso aspero in tenuem spiritum, putaverit dictum, præfero ἶσαι, ut consuetudo fert. Habet Persen Ἑλλάδα γλῶσσαν ἶσαν IX. 16. WESS.

11 ἰωαγιέων σφέας αἶγας· πλήσαντα δὲ] Cogor ἰκὼν ἀέκοντί γε Θυμῷ in omnia alia, ac vir Celeb., ire. Ἀγιέων et ἰωαγιέων, nemine obloquente, sunt Ionica. Et negabimus talia scriptori, hoc genus sectato? Πλήσαντας nexus orationis, ut errantis amanuensis peccatum, convellit, nec ferunt MSS. In Tzetze, Chil. IV. 796. hanc historiam explicante, male legitur

Θηλάζειν πρωτοτοκάμενος ἐκεῖνα τὰς μητέρας·

dederat ipse τὰς μηκάδας, capras. WESS.

15. ὡς γὰρ δίστης χρόνος, etc.] Postquam enim ista pastor fecerat per biennium. Perperam posita distinctio Herodoteam obscuraverat loquendi formam. (scil. post ἰγιγόνει comma interpositum erat.) Lib. I. c. 113. ὡς δὲ τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐπεμήνη ἰγίνετο: triduo post infantem expositum. III. 56. ὅς σφι τεσσεράκοντα ἰγιγόνεσαν ἡμέραι πολιορκέουσι Σάμον. IX. 38. ἡμέρας δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἰγιγόνεσαν ἐκτώ. Apud

alios etiam hic illic similia prostant: Thucydides III. 29. ἡμίεραι μάλιστα ἦσαν τῇ Μιτυλήνῃ ἁλωκυίᾳ ἐπτὰ, ὅτι, etc. Demosthenes contr. Mid. p. 341. §. 150. et p. 550. §. 42. (ed. Lamb.) ἡμίεραι ἦσαν συχναὶ ἐπιδημοῦσι τούτοις. Imitantur et hoc Atticistæ. VALCK. — Quod in Var. Lect. (ed. S.) de scriptura vocabuli δίστης monui, id sic positum oportuerat: "In F. διστὴς a pr. m. dein adjectus alius accentus super ι." S.

18. βιπὸς ἰφώτιον] Adsentior Gronovio. Opus certe non fuerat, ut ex barbaro vocabulo eruditæ rixæ materies gigneretur. Hipponax in Strabon. VII. p. 524. (p. 340. ed. Cas.) Κυφίων βίπος φάγοντι καὶ Ἀμαδοκίων πυρόν. Plura Cl. Albert. in Hesych. et P. Horreus Obs. Herod. c. 31. WESS.—Adde omnino Polluc. V. 88. et quæ ibi notarunt Interpretes. S.

25. περισβυτέρους εἶναι ἑαυτῶν] Supra c. 2. οἳ γενέσθαι πρῶτοι ἀνθρώπων: et Φρύγας πρεσβυτέρους γενέσθαι ἑαυτῶν. Quæ mihi suadere videntur, scholion hæc occupasse, et ex tribus Codd. præstare πρώτους —— ἑαυτῶν. Suidam in Βιπαισίλπιος simili quid offerre, Galeus vere adscripsit. De structura securos nos esse Ælian. Anim. VIII. 12. jubet: οἱ πρῶτοί μου ταῦτα ἀνιχνεύσαντες. Manetho I. 329. βρεφίων γενέσθαι πρῶτον Μητέρος εἰς ἀΐδην πίμψει: quæ ipsa iterat IV. 404. Alia hoc de genere Georg. Herwartus, Chronol. c. 241. in quis haud pauca ἀπρονδιάνυτα, optime I. Perizonio, quo me olim doctore usum gratus testificor, docente in Dissert. de August. Orb. Descript. §. 21. et meliora in medium collocante. Mox (c. 3. l. 1.) τοῦ resecui. WESS.

CAP. III. 10. Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι] Disputari utramque hic in partem possunt multa; quo ego labore supersedebo. Laudo et amplector Gronovii (λογιώτ. probantis) judicium. Λογιμώτατοι Nostro honoratissimi plerumque semper sunt et dicuntur, sive δοκιμώτατοι, uti ex MSS. III. 127. patefiet. Qui quidem titulus Heliopolitanis cur tandem erit præcipuus? Immo vero ceteris sollertia et eruditione priores erant. Nic. Damascenus in Eusebii Pr. Evang. IX. 16. καὶ συνῆν Αἰγυπτίων τοῖς λογιωτάτοις. Plura olim constipavi in Diodori II. 4. Nunc adstruo hoc Justini Martyr. ex Dial. cum Tryph. p. 168. Ed. Thirlb. περιτίμητόν ἐστιν τὴν ἀκριβεστάτην τῆς παιδίας ὑμῶν, ἣν οἱ λόγιοι τοῦ Θεοῦ διὰ πάντων τούτων τῶν λόγων ἀξιοῦσι. Corrigit vir doctus, οἱ προφῆται, ego λόγιοι τοῦ Θεοῦ, et sacros prophetas intelligo. WESS.

CAP. IV. 4. ἐκ τῶν ἄστρων] Bene Med. Quod (l. 6.) additur διὰ τρίτου ἔτους, id doctos exercuit viros, Leonem Allatium Mens. Temp. cap. XV. p. 188. et Alph. Caranzam, Leoni consentaneum; Diatrib. c. 3. Decernit uterque, aliam innui intercalationem, ac I. 32. neque sibi in Græcorum anni forma bene consentire Scriptorem. Verius D. Petavius Auctar. Doct. Temp. lib. IV. 3. διὰ τρίτου ἔτους ineunte anno tertio interpretatur. Proinde alternis fiebat, uti Musa prima significavit, intercalatio; quæ et H. Dodwelli opinio Diss. I. de Cyclis p. 50. WESS.—Conf. ad I. 32, 10. notata. S.

8. ἐναγόντων —— πέντε ἡμέρας] Has ἐναγομένας, sive intercalares quinque dies, non habuit insuper Diodor. I. 50. sicuti nec alii, quorum in Ægyptiorum anno occupata cura fuit; in quibus excellit sollertissima Nic. Averanii opera, Diss. de Mensib. Ægypt. c. 4. WESS.

14. βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον Αἰγύπτου, etc.] Non erat ad sententiam valde necessaria Αἰγύπτου mentio, nec placuit eam hinc amoliri ob hæc Diodori I. 45. μετὰ τοὺς θεοὺς τοίνυν πρῶτόν φασι βασιλεῦσαι τῆς

Αἰγύπτου Μενῆν. In regis nomine, qui primus ex hominibus, ut ea in regione perhibebant, principem egit, scribentium insignis discrepantia est. Μῆνα magno numero codices malunt, neque aliter suo in libro invenit Eusebius Chron. p. 14. Nostrum nominatim testem vocans. Μίνως βασιλέως meminit Plut. Isid. et Osir. c. 8. ubi nonnulla Sam. Sqire. In Catalogo Eratosthenis apud Syncellum Μίνης Θηβαῖος, ὃ ἑρμηνεύεται Διόνυσος, ubi Μήνης et αἰώνιος ex indole veteris Copticæ dialecti docte correxit P. Ern. Iablonskius adnotat. ad Catalog. istum in T. II. Chronol. Vignolii. p. 736. Quare hoc amplexus sum, sicuti et (l. 17.) Μοίριος. Vide c. 13. et Diodor. I. 51. et Salmas. de Ann. Climact. p. 567. Wess.

Cap. V. 4. δῶρον τοῦ ποταμοῦ] Hoc, sive Hecatæi, sive Herodoti dictum, adprime multis placuit: probata et opinio est de recente inferioris Ægypti origine ex continuis Nili incrementis. Ποταμόχωστος propterea Diodoro I. 34. III. 3. a quo Aristoteles Meteorol. I. 14. non deflectit. Quæ quidem opinatio, adeo olim recepta, ex earum est numero, quæ post accuratum examen laudantur ab his, culpantur ab illis. Diligentissimus Shaw Observ. Geograph. Syriæ et Ægypti, p. 183. Herodoti patronicium profitetur, Niloque vindicat illum regionis, cui Delta nomen est, tractum. Alia Cl. Freretus et egregie erudita contra priscam istam suspicionem Conment. Acad. Inscript. T. XVI. p. 333. et XVIII. p. 188. quæ, quin consensum anferant, nihil admodum impedit. Lege etiam S. Bocharti, Phal. IV. 25. p. 261. Wess.—In dubio Wesselingius reliquit, Herodoto-ne an Hecatæo tribuendum illud dictum sit, inferiorem Ægyptum *Nili donum* esse. Nempe ad utrumque horum Scriptorum idem dictum retulit Arrianus, de Exped. Alex. V. 6. sed ita, ut dubitaverit ipse, sit-ne prisci Hecatæi Mileaii id opus, ubi idem dictum, sicut apud Herodotum legebatur. Quem locum producens Creuzerus (in Antiquiss. Historicor. Græc. Fragmentis, p. 29.) existimat, ex ipsa Nostri narratione perquam probabile fieri, de re certe, de qua hic agitur, Hecatæum Milesium jam ante Herodotum in eadem fuisse sententia: quum præsertim et Porphyrius apud Eusebium dicat, multa ex Hecatæo ad verbum transscripsisse Herodotum. Sed id quidem utcumque sit, (de quo conf. Valckenar. ad Nostrum, cap. 77, 12. hujus libri) Strabo certe constanter dictum illud ad unum Herodotum auctorem refert, XII. 560. D. XV. 691. B. aliisque locis in Var. Lect. (ed. S.) citatis. Denique illud certum est: etiamsi ab aliis quoque relatam hanc sententiam audivit legitve Herodotus, suum tamen ille judicium secutus eamdem rationibus hic adpositis confirmavit. Et, recte judicasse admirabilem nostrum Scriptorem, extra dubitationem posuisse videtur *Andreossi*, Vir multis nominibus illustris, in Description de l'Egypte publiée par ordre de S. M. etc. Etat moderne, Memoires, T. I. p. 272. seq. merito laudatus ab Heeren, in Ideen uber die Politik, etc. der alten Welt, T. II. p. 541. seq. Eamdem sententiam confirmat Geoffroy de Saint-Hilaire in eodem splendido opere, Description de l'Egypte, etc. Histoire Naturelle, T. I. p. 1. seq. Quæ in contrariam partem disputata sunt, summatim ea exposuit Larcher in Notis ad h. l. T. II. p. 159. seqq. S.

Cap. VI. 3. ἀπὸ τοῦ Πλινθινήσιου πόλεως] Verum erit Πλινθινήσου. Oppido nomen Πλινθίνη, quod lacui Mareotico, cui vicinum erat, nomen Πλινθίνητου dedit. Scylax Πλίνθινον πόλιν vocat, Peripli, p. 106. ubi Vossius et Holsteni-

us, ad Ethnicographi Παλούσιον videndum Mox (l. 4.) in possessionem, unde dejecerat Medicei auctoritas, τείνου rediit. Scriptor ita voluit, nam III. 5. μίσχει Σιρβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς Θάλασσαν. Et hac quidem in defensione P. Horreo adsensum non nego Obs. Herod. c. 42. Quæ vero Noster eodem loco adjungit, Ægypti initia cum Serbonide palude ex Syria properantibus fuisse, liquido ea adfirmant, quæ hic succedunt, et Gronovii explicationem. Wess.

[9. σχοῖνος ἑκάστη —— ἑξήκοντα σταδίων] Schœnum Noster facit sexaginta stadiorum. conf. 9. 2. seq. At, non eamdem in diversis Ægypti partibus, sed diversissimam habitam esse schœni mensuram, tradidit Artemidorus apud Strab. XVII. p. 804. fuisse enim schœnos alibi stadiorum 40, alibi 30, alibi 60, denique alibi etiam 120 stadiorum. S.]

10. σταδίους ἑξακοσίους καὶ τρισχιλίους] De discrepante in hac Ægypti mensura stadiorum apud Diodorum et Strabonem numero vir magnus in Strabon. XVII. p. 1135. (Casaub. ad p. 786. suæ ed.) De Parasanga, similia V. 53. et Agathias Schol. II. p. 43. D. ex Nostro. Aliorum dissensum non præteriit Strabo XI. p. 788. A. (p. 518. med.) sicuti nec τὸ ἔκτατον τῆς σχοίνου μίτρον in diversis Ægypti locis XVII. p. 1156. B. (p. 803. extr. et seq.) Wess. —De stadii mensura quo usus est Herodotus, præter Gosselini uberrimam commentationem de stadiis veterum Græcorum, quæ Tomo primo Gallicæ versionis Strabonis continetur, consuli possunt Danville et de la Nauze, in Comment. Acad. Reg. Inscr. T. XXXV. p. 574. seq. et T. XXXVI. p. 86. seqq. Denique du Bois-Aymé in Commentat. de priscis limitibus Maris Rubri, in Description de l'Egypte, etc. Etat moderne Mémoires, T. I. p. 188, seq. Conf. Adn. ad II. 158, 19. S.

Cap. VII. 4. ἐξ Ἀθηναίων] Quod aliquoties auctoritate libri Medicei posuit Gronovius, hic etiam debuerat ἐξ Ἀθηνῶν, Athenis, vulgari: nimis ille frequenter vocem perperam scriptam reliquit, nimirum hic v. 49. p. 42, 16. p. 373, 24. 381, 24. 403, 49. 409, 21. 490, 33. 497, 49. 498, 43. 511, 11. 549, 15. (I. 98. VI. 127. VII. 6. et 62. et 90. VIII. 100. et 118. et 120. IX. 7, 6. et IX. 106.) quibus in locis similiter Ἀθηνῶν scribendum. Θῆβαι Ionice flectitur in Θηβίων, quod pro Θηβαίων poni debuerat, p. 91, 35, 37. p. 109, 46. (II. 9, 7. seq. II. 54.) Recte scribitur ἀπὸ Θηβίων τῶν Αἰγυπτίων, p. 279, 33. p. 110, 10. (IV. 181. II. 55.) Hujus generis Ionica cum toties in his recte scripta recurrant, cur ista tandem depravata relinquerentur? Valck.

Ibid. ἐξ Ἀθηνέων] Sic decuit, et statim. Scripsi quoque Πίσαν, (l. 6.) quorsum et Mediceus, leviter aberrans, ducit. Non ignoro, Πίσσαν sæpius nobilem urbem pingi; propius tamen ad vocabuli originem illud est. Aram XII. deorum Athenis habet VI. 108. fuitque in foro, ab Hippia, Pisistrati filio, olim dedicata apud Thucydidem VI. 54. Nam, quod eam in via, qua Athenis Pisas ibatur, et XV. quidem stadiis ab urbe, ex Herodoto locat Barbeyracius Histor. Fœder. Part. I. p. 72. id festinanti excidisse opinor. Wess.

7. τῶν οὐδῶν τουτέων τὸ μὴ ἴσας, etc.] Legebat scholiastes τὸ μὴ ἀνίσας: adscripsit enim ἀνίσας, ἀνωμάλους, quod ἀνωμάλους ἴσας si cum Abreschio formaveris, cessabunt Corinthi (Gregor. Dial. Ion. §. 115. ubi vide quæ Koenius notavit.) et aliorum ineptiæ. Hic vero me properantem paulisper moratur τῶν οὐδῶν scriptio. Toties totiesque τῆς ὁδοῦ mentio recurrit, species Ionica hic et III. 126. in

sede mansit. Homerus Odyss. ρ'. 196. ἐπιὴ φάσ' ἀμφαλοῦ ἴμμεναι οὐδόν: ubi vide Eustath. (p. 613. ed. Bas. p. 1815. ed. Rom. Conf. eumdem ad Ἰλ. α'. p. 18, 10.) et Etymolog. p. 615. Male nunc illis precarer, qui tantum sibi juris in mutanda scriptoris dialecto sumserunt? At quid proficies? Διαφέρον an διάφορον præoptes, in libero arbitratu est. Posteriori sese addixit P. Horreus, Obs. Herod. c. 33. Wess.—Quod si ab Herodoti manu est scriptura οὐδῶν, licuerat ergo Nostro (sicuti sæpius observavi) in eisdem verbis modo Ionicis uti formis, modo communibus. Sin ab aliis invecta ista scriptura est; non vana fuerit suspicio quam passim significavi, præter jus et fas subinde a nonnullis (et maxime quidem a Veneto Editore) obtrusas esse Nostro Ionicas formas, ubi communibus ipse usus erat. Ad rem quod spectat, de qua hic agitur, non est nostri instituti varias excutere virorum doctorum sententias. Videndus Dauville a Larchero ad h. l. citatus, ipseque Larcher in Notis ad h. l. et in Indice geographico, voc. Heliopolis, auctoresque quos ibi laudavit. Danvillii accusationem, confudisse h. l. Herodotum minora stadia, quibus constanter in Ægypti historia utitur, cum Olympicis stadiis, repetiit Cahirensis Academicus Du Bois-Aymé loco paullo ante citato. S.

10. ὡς μὴ εἶναι] Inmigravit in locum suum ὡς, Medicco odiosum. Non nego, citra damnum abesse potuisse: at vincit Codicum imperium. Potuerat etiam in his, ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην —— εἶναι, brevi secuturis, (Cap. VIII. l. 7.) desiderari: et Reiskius inductum voluit. Verum sæpe locum tenet, quem sine detrimento relinquere poterat. (Confer ad I. 58, 6. notata.) Vide T. Hemsterh. in Luciani Dial. Mort. XII. 1. (?) et Horreum Obs. Herod. c. 43. Porro ἐν τῷ καὶ λιθοτ. (cap. 8. l. 4.) similem ob caussam revocavi. Wess.

Cap. VIII. 6. ταύτῃ μὲν λᾶγον, etc.] Hoc loco, ubi sunt lapicidinæ, desinens mons, scil. non amplius in directione a septemtrione ad meridiem pergens, flectitur in eam quam dixi partem; scilicet versus Rubrum mare, (ut l. 4. dixit) ibique continenter sursum tendit, secundum mare illud (adeoque orientem versus, saltem versus orientem æstivum) pergens usque ad regionem thuriferam. S.

10. Τὸ δὲ πρὸς Λιβύης, etc.] Verius erit τῇ δὲ πρὸς Λ. Pendent enim ex superioribus τῇ μὲν γὰρ τῆς Ἀραβίης κ. λ. cujus quidem conjecturæ suasore utor Cl. Pauw. (At τὸ δὲ (nempe κατὰ τὸ) idem valet ac τῇ δέ.) Quæ vero consequuntur (l. 11.) de saxeo monte, in quo Pyramides, turbata vehementer ex Medic. sunt. Probare possum ψάμμῳ κατειλυμένον, uti ψαμάθῳ εἰλυμένα πολλῇ Odyss. Ξ'. 136. quamquam κατειλημένον ex εἰλέω non minus bonum. In Philostrati Heroic. c. 2. p. 693. Jupiter εἰλημένος πόρῳ, qui εἰλυμένος, Gregor. Nazianz. Stelit. I. p. 72. Ed. Montac. φλογιερῇ εἰλημένα χροιῇ —— φαλάγγια Nicand. Theriac. 754. Possum etiam, si qui κατειλημμένον maluerit, uti P. Horreus Obs. Herod. c. 44. pati. At ægre exilii pœnam fero, quam τεταμμένον Medicei decreto sustinuit: facit enim orationem intricatiorem, et scriptorem sibi contrarium; hoc enim de monte, c. 12. καὶ ψάμμου μοῦνον Αἰγύπτου ὄρος τοῦτο τὸ ὑπὲρ Μέμφιος ἔχον. Sabulo itaque obsitus non fuit mons Arabiæ prætentus et in Erythræum mare tendens, cujus contrarium Medicei auctoritas viro doctissimo extorsit. Quæ quidem discordia desinet, ubi ex Codicum consensu ψάμμῳ κατειλ., τεταμμένον τὸν αὐτ. πρόσω καὶ τοῦ Ἀραβίου κ. λ. redierit. Innuunt enim, montem hunc porrectum in meridiem versus fuisse, quod de Arabio monte paullo superius deposuerat. Wess.—Non vero τεταμμένον, ut Wess.

cum aliis, sed τετραμίνον, simplici μ litera, ut par erat, editum me voluisse professus sum in Var. Lect. (ed. S.) sed invitus video aliter visum esse typothetæ nostro. S.

14. οὐκέτι πολλὸν χωρίον] Hoc postulabat sermonis series, et edunt membranæ: venerat etiam in conjecturam Reiskii. Quæ statim memorantur, de Ægypto in arctum spatio navigationis IV. dierum constricta, deinde vero laxiore, non placent Aristidi, T. II. p. 343. esse enim contra veri fidem; sese experiundo conperisse, in angustias tum magis et magis cogi: cui fere consentit B. Maillet Descript. Ægypti, p. 44. Wess.—Recentiorum Itineratorum testimonio firmari Herodoti rationem adnotavit Larcher, provocans ad tabulam geographicam in Nordeni Itineribus, et ad Savary Epist. I. de Ægypto, p. 5. S.

Cap. IX. [1. ἐστὶ ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων, etc.] Vide ne justo minor sit novenarius numerus. Quod si enim stadia sunt 4860, adverso flumine naviganti quotidie 540 stadia fuerint conficienda: quod, quamvis exiguam statuas stadii mensuram, nimium videtur; quum præsertim adverso flumine, ut c. 96. tradit Noster, non aliter, nisi navi fune secundum ripam tracta, navigare potuerint. S.]

7. μίχρι Θηβίων] Belle Remig. schedæ. Cl. Gronovius attigit hæc ad Arrian. Ἀναβ. III. 5. p. 109., ex Medic. idem asserens Herodoto. Cur illam rem hic tacitam habuerit, non exputo. Libro III. 26. caute minus Θηβῶν ex eo codice, ubi Θηβίων legebatur rectissime, reposuit. Wess.—Conf. Valck. ad cap. 7, 4. Ad rem quod spectat, quum a mari usque Thebas nunc stadia ponit 6120, haud utique congruit hæc summa cum ante positis. Nam a mari usque Heliopolin (cap. 7.) posuerat 1500 stadia; jam ab Heliopoli Thebas 4860: unde conficitur stadiorum summa a mari usque Thebas 6360. S.

Cap. X. 4. ἰφαίνετό μοι—κόλπος θαλάσσης] Expressit Plinius Hist. N. H. 85. Herodoto quidem si credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Æthiopum montes; itemque a planis Arabiæ. Mare et circa Ilium et tota Teuthrania, quaque campos intulerit Mæander. Paria illis ex Nostro et Nearcho Strabo XIII. p. 1013. (p. 691. ed. Cas.) et Arrianus, Ἀναβ. V. 6. p. 203., Herodoti non oblitus. Mox (l. 6.) Thucydidis exemplo tueri se ὡς potuit, ὡς μικρὸν μιγάλῳ εἰκάσαι lib. IV. 35. Wess.—Amant autem Iones ἔστι pro ὡς. De re ipsa conf. supra ad c. 5, 4. notata. S.

8. Νείλου, ἑόντος πενταστόμου] Notissimus septem geminus Nilus et Virgilio, ἑπτάπορος, Dionysio Perieg. 264. πολύστομος sive, ut in scholiis, πολύστομος, Nicandro Theriac. 175. Prætulit ex Med. πενταστόμου titulum Gronov. motus (opinor) verbis c. 17., ubi ἰθαγενέα στόματα Nili quinque; duo quæ septenarium numerum explent, manu facta, ὀρυκτά. Eustath. optime, Ἡρόδοτος δὲ πεντάστομον εἶναι λέγει τὸν Νεῖλον, ἤγουν κατὰ τὰ φυσικὰ στόματα, ὡς δύο τινῶν ὀρυκτῶν ὄντων, ad Dionys. v. 226. Ad quæ hominum opere effossa ostia cum non attenderetur, convaluit de septem amnis ostiis longe didita, et tot scriptis Codd. recepta, fama, quæ utique firmior foret, modo septem fluvii Esaiæ XI. 15. Nilum ejusque rivos declararent. Tu magni Theologi, Camp. Vitringæ, commentarium consule et de Nili ostiis observata; tum B. Maillet Descript. Ægypti, pag. 49. Mox (l. 11.) μιγάδια bene Gronov. Wess.

14. τῶν Ἐχινάδων νήσων, etc.] Hæc et sequentia videntur observata Thucydidi II. 102. εἰσὶ τῶν νήσων αἳ ἠπείρωνται· ἐλπὶς δὲ καὶ πάσας οὕτω ἐν πολλῷ τινι ἂν

χρόνῳ τοῦτο παθεῖν: ubi viri docti non meminerunt hujus loci. Valck.—Conf. quæ ad h. l. ex Pausan. VIII. 24. p. 647. et ex Woodii libro de Ingenio et scriptis Homeri, p. 7. Larcherus adnotavit. S.

Cap. XI. 2. ἰσίχων ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς, etc.] Ex conjectura G. Raphelius in priorem Petri c. ii. 6. ἐσχίων, sed minime fideli. Supra I. 193. ἰσίχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω. et II. 158. ἰσίχει δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θαλάσσαν. Aristides, T. II. p. 354. ed. Jebb., εἰς τοὺς παρ' ἡμῖν τόπους ἰσίχει θάλαττα, ἣ καλεῖται Κασπία. Quæ quidem efficiunt, ut post pauca (l. 9.) ἐκ τῆς βορ. θαλ. κόλπου ἰσίχουσα pæne ex Remig. admittam. Recepi sine hæsitatione (l. 4.) ἐς τὴν ἐρυθρὴν θάλ. Arch. monente, ut c. 9. et sæpe. Wess.

[5. ἡμέραι ἀναισιμοῦνται στεσιεράκοντα, etc.] Super hoc loco disputantem audire juvabit doctum Academicum Cahirensem Le Pere, in Déscription de l'Egypte publiée par ordre, etc. Etat moderne, T. I. p. 102. et quem is ibi laudat Gosselin, in Recherches sur la Navigation des Anciens, T. II. p. 163. S.

7. ῥηχίη δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἄμπωτις] De aquarum isto in sinu fluxu et refluxu non dubia est res. Neque ignota calumnia vetus in Mosem et Judæos, Arabicum sinum transgressos. Scholiastes in Ptolemæi Tetrabibl. pag. 83. ἀμπώτιδος γὰρ γινομένης φυγὰς παρῆλθεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης Μώσης. Docte et animose pro divino Judæorum legislatore Vignolius, Chronol. lib. III. 1. p. 663. etc. Wess.—De insolito prorsus et prodigioso maris illius refluxu, cujus ex prisco ævo memoria apud accolas duravit, vide Diodor. Sic. III. 40. extr. et quæ ibi Wesseling. adnotavit. S.

9. ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης] Bene Ask. postulante dialecto. Sensit et Reiskius. Confer II. 158, 159. IV. 37, 42. Ita vero Mare Mediterraneum, et quæ illi junguntur, nuncupat. Νοτίη θάλασσα est Erythræum, cujus pars Arabicus sinus. Wess.—βορηΐης cum Ask. agnoscit etiam noster F. pro quo ante Wess. βορείης hic legebatur; quod in Var. Lect. (ed. S.) adnotare neglexeram. S.

11. σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντιτραίνοντας τοὺς μύχους] Præclara Medic. et Ask. scriptura, jure merito a viro Celeb. instaurata et defensa. Memini Diodoro III. 44. simile auxilium ferre et aliorum exemplis stabilire; quibus hoc Æschyli adstruo, Choëphor. 449. δι' ὄτων συντίτραινε μῦθον ἠσύχῳ φρένων βάσει, cothurno incedens, neque alienum tamen. Wess.

16. χωσθῆναι ἄν κού γε δὴ ἐν τῷ προαναισιμ. etc.] Adhæreo ad hanc disputationem, neque me expedio. Arch. εἶμαι (pro ἢ ἰμὶ, l. 17. ubi in nostra Var. Lect. perperam εἶμοι posuit typotheta.) non multum juvat, nec Reiskii opera in Miscell. Lips. vol. VII. pag. 629. Adscribam Cl. Pauw conjecturam, ut arbitrandi sit facultas. Fors, inquit, una littera detracta, et distinctione leviter mutata, optime locus emendabitur: ἐγὼ μὲν γὰρ —— χωσθῆναι ἄν κου γε ἢ ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ —— εὖτε ἂν χωσθείη κόλπος κ. λ. Opinor intra x. annorum millia alicubi aggeratum esse: an sinus longe hoc Arabico major non posset oppleri intra illud temporis spatium, quod ante nativitatem meam a rerum primordiis effluxit? Hæc ille. Wess.

17. πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι] Formularum Herodoti non incuriosus haud sane memini, sic alibi loquutum historicum: quod si Codicibus ista vetustis abessent, tum certe judicarem aliunde invecta, ad ista scilicet explicanda, ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ. Tota fortasse periodus sic primitus scripta prodierat: ἐγὼ μέντοι ἔλπομαί γε καὶ μυρίων ἐντὸς χωσθῆναι ἄν κου γε δὴ ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ

οὐκ ἂν χωσθείη κόλπος καὶ πολλῷ μείζων ἔτι τούτου ὑπὸ τοσούτου τε ποταμοῦ καὶ οὕτως ἐργατικοῦ; In his solemne illud ἦπου vel Herodoti ἦκου γε δὴ non cadet in dubitationem quin genuinum sit, suumque indat interrogationi vigorem. VALCK.—Cur suspecta haberemus illa verba πρότερον —— γινέσθαι, non satis equidem caussæ vidi. Si ἦ κου dedisset vel unus liber, lubens accepturus eram. Interim κοῦ γε δή, eadem notione atque πῶς γε δή, ferendum putavi. καί γε δὴ legendum censet Benedictus in Actis Semin. Philol. Lips. Vol. II. P. II. pag. 285. Cæterum μείζων ἔτι τούτου, non cum Pavio apud Wess. intelligendus sinus *hoc Arabico* major; sed *hoc Ægyptio*, ut recte Larcherus accepit; nempe major hoc, quem Herodotus existimat olim eam regionem occupasse, quæ nunc Ægyptus est. S.

CAP. XII. [3. τῆς ἐχομένης γῆς] In Lat. vers. perperam positum regionem utrique adjacentem, ubi *utrimque* scripseram. S.]

Ibid. κογχύλιά τε φαινόμενα] Ris vera est, fulta testimonio Plut. Isid. et Osir. c. 40. p. 102., sed aliunde derivanda. Altissimos Europæ, Asiæ atque Americæ montium vertices varia conchyliorum genera insederunt; quæ unde advenisse putes, si generalem inundationem, qualis Noachi tempore, recuses. Non nescio, inter philosophos necdum super illo negotio convenisse; neque id demiror. Quæ enim inter eos in tanto dissentiendi et disputandi pruritu concordia? Adi S. Bochartum Phal. IV. 24. et Freretum Comment. Acad. Inscript. T. XV. p. 342. WESS.—Nostra quidem ætate consentiunt fere eruditissimi quique viri, posse debereque conchylia marina in montium visceribus reperiunda, salva fide Mosaicæ narrationis, ex ævo derivari Noachica inundatione longe superiori. S.

6. πρὸς δὲ, τῇ χώρῃ, οὔτι, etc.] Laborabant hæc mala punctione: πρὸς δὲ, præterea, sicuti ad I. 156. adscriptum est. Pendet sermo ex ἰδὼν, cui superius suus locus. Vidit hoc Reiskius, brevi post (l. 8.) οὐ μὴν corrigens. WESS. — Reiskii conjecturam veterum codicum auctoritate vidimus firmatam. S.

CAP. XIII. 3. ἀρδῖσκει Αἴγυπτον] Medic. ex Ionum consuetudine. Abydenus in Eusebii Pr. Evang. IX. 41. πύλας ἐπίστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδισκον τὸ πεδίον. Scripsi etiam εἰναλόσια, quemadmodum II. 145. Homeri εἰνάτερ, εἰναετίς nunc non attingo. Mire placet Gronoviana hujus loci explanatio. WESS. —Scilicet et Μοίρι et τετιυλκέσι e suo cod. restituit Gron. cui fere et nostri adsentiuntur libri. S.

[5. νῦν δὲ, ἢν μὴ ἐπ' ἐκκαίδεκα, etc. Quum hodieque eadem fere obtineat ratio, monuit Rich. Pococke (*Descript. of the East*, Vol. I. pag. 251.) citatus a Larchero, opinione videri hactenus falsum esse Herodotum, quod sua ætate tanto majori incremento Nili ad irrigandam Ægyptum opus fuisse quam Moeridis regis ætate: octo enim illos cubitos, quos (l. 3.) ei dixerant sacerdotes, intelligi debuisse de incremento supra consuetam per se fluvii altitudinem; adeoque non differre illam mensuram ab hac XVI. cubitorum, quæ intelligenda de fluvii altitudine ab imo inde alveo. Cæterum cum Nostro conf. Strab. XVII. 788. ed. Cas. et Plin. lib. V. cap. IX. sect. 10. S.]

10. κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος] Dum quis ista nobis probabiliter interpretetur, suspicabor equidem ex interpretamentis nata, quæ quis olim vicinis adposuerit. Certe nihil impedit hoc in loco κατὰ λόγον per κατὰ τὸ ὅμοιον interpretari, et ἐς ὕψος, εἰς αὔξησιν. Mea saltem opinione nihil distarent κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος· et κατὰ τὸ ὅμοιον ἐπιδιδοῖ ἐς

αὔξησιν. Cap. seq. 14. εἴ σφι ἐθελήσει (sic legerim.)—ἡ χώρη ἡ ἤπειρος Μέμφιος —κατὰ λόγον τοῦ παρεχομένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι. VALCK.

Ibid. κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὁμοῖον ἀποδιδοῖ ἐς αὔξησιν] Invenit et hic manifestam ταυτολογίαν Cl. Reiskius, sciolorum opera natam, Miscell. Lips. Vol. VII. pag. 629. Putares quodammodo adstipulari schedas Ask. in quis hiatus, sed ex scribæ socorde negligentia: eadem verborum ἐπιδιδοῖ et ἀποδιδοῖ terminatio hominis oculos, ut in medio utriusque posita omitteret, præstrinxit. Herodoti dictiones bene constant: ἐς ὕψος altitudinem sóli, ἐς αὔξησιν ejusdem incrementum, quo latius in vicinum mare protenditur, declarant. Ceterum XVI. aut XV. cubitos amnem adscendisse et arva inundasse olim, argumento est Nili figura XVI. liberis circa ludentibus, per quos totidem cubita summi incrementi augentis se amnis intelliguntur in Plinii Hist. Nat. XXXVI. 7. ubi Harduinus; cui jungendus Shaw Obs. Geogr. Syr. et Ægypti, cap. 5. p. 181. quantum aquis seriore tempore terra ea increverit, ex Arabibus docens. WESS.—Non ταυτολογίαι, quam dicunt, me turbaverat. Non parcum esse verborum, nec repetitas in eamdem sententiam ῥήσεις aspernari Nostrum, satis constat. Sed de verbo ἀποδιδοῖ dubitaveram, etiamque nunc dubito, idemne ac ἐπιδιδοῖ significare possit. Illud video, ἐς αὔξησιν posse eamdem in sententiam atque ἐς ὕψος accipi: juncta mox utraque voce ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι dicit Noster, c. 14, 5. Schæferus quid spectarit, ex conjectura sic edens, καὶ μὴ τὸ ὅμοιον ἀποδιδοῖ ἐς αὔξησιν καταλύζοντος τοῦ ποταμοῦ, profiteor me haud liquido percepisse. Ad verbum id fuerit, neque tantumdem *reddit* ad augendum inundans flumen; quod ad eam videtur interpretationem accedere, quam reliquæ versioni in parenthesi interjeci. Sed quæro, quisnam reddit? nam nominativus, ἡ χώρη αὕτη, qui præcedit, ad verbum ἀποδιδοῖ, ista notione acceptum, referri vix potest. Commodum foret, καὶ μὴ ὁ Ζεὺς τὸ ὁμοῖον ἀποδιδοῖ, etc. si modo vestigium aliquod scripturæ hujusmodi vel in uno libro superesset. S.

19. ὕδατος οὐδεμίη ἄλλη ἀποστροφὴ] Valla ἀποστροφὴν in versione neglexerat, sententia loci contentus. A Gronovio venit, quibus nulla sit aversio aquæ. Præstare aquæ perfugium sive remedium, Portus dudum monuit. Noster VIII. 109. ἵνα—ἀποστροφὴν ἴσχῃ pro quo ἀποστροφὴν καὶ καταφυγὴν ἴσχειν Plutarch. T. II. p. 491. E. Et πάσης ἀποστροφῆς εἰργμένος, cui perfugii et salutis via est interclusa, in Philostr. Vita Apol. VIII. 13., tum ἀποστροφὴν ἐποιοῦντο τοῦ Ἀθηναίων, δήμου de Vit. Soph. I. IV. p. 549., cujus præsidium et patrocinium rogabant. Hoc amplius de dira pressis fame Liban. Declam. XIX. p. 509. B. πᾶν γὰρ τὸ ἔμψυχον ἐκτείνετο— τοῦτο ἦν αὐτοῖς ἀποστροφὴ τοῦ κακοῦ. Quæ quidem de dictionis usu abunde erunt. Addo, Josephum Bell. Jud. II. 11, 4. ἀποστροφὴν σωτήριον dixisse, quæ Thucydidi ἀπόστροφὴ σωτηρίας. Vide Abreschii Dilucid. Thucyd. p. 782. Μούνου (l. 20.) Paris. C. minime malum videtur. WESS.

Ibid. ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον] Non enim certe habent aquam quæ agros irriget, nisi pluviam duntaxat. Valla dederat, nisi tantum a Jove. Romani quidem augures, pro cœlo fulgente, tonante, dicere sueverant, Jove fulgente, tonante, Cicero de N. D. II. c. 25. Cœlum et Æthera Jovem nuncupabant. Rarius illud Comici Platonis, quod sororis erat, marito tribuentis, apud Etymologum voc. Εὔδιος: Ἀὴρ, ὅν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία. Quævis cœli tempestas

Jovi contribuebatur. Illud Aristoph. in Av. 1501. Τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ; recte cepit Küster. quel temps fait-il? Theocritus Eid. IV. 43. Καὶ Ζεὺς ἄλλοτε μὲν πίλυι αἴθριος, ἄλλοτα δ' ὖει, e Theognidis versu 26. quem expressit etiam Sophocles in Polyxenæ fragm. ap. Stob. pag. 344, 4. Orpheus τὸν ὄμβρον dixerat δάκρυα Διός, teste Epigene ap. Clem. Alex. Strom. V. pag. 676, 3. Aquam pluviam Plato dixit τὰ ἐκ Διὸς vel παρὰ τοῦ Διὸς ὕδατα, τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα νάματα, T. II. pag. 761. A. 844. A. T. III. pag. 111. c. Cum pluebat, elegantioribus ὁ Ζεὺς, vel ὁ Θεὸς, ὕειν dicebatur; (quam formulam Alcæus jam adhibuit Lyricus apud Athen. X. pag. 430. A.) Athenis vulgo ποιεῖν ὕδωρ: attigit Casaub. ad Theoph. c. 3. p. 32. Nondum in Socratis schola corrupti senis Attici piam persuasionem memorat, Aristoph. Nub. 372. Καί τοί περύτερον τὸν Δί' ἀληθῶς ὄμην διὰ κοσκινοῦ οὐρεῖν. Valck.

Cap. XIV. [8. ἀσωτητόσατα, etc. Putes cum *Heynio* ad Pindar. Ol. II. 111. ante oculos Herodoto fuisse poëtæ versus illos, ἀσωτέστερον ἰσβλῷ νέμονται βίοτον, etc. S.]

12. ὦλλοι ἄνθρωποι] Debetur Arch. Variant in vocis scriptura editi libri, ὄλλοι, I. 48. et 125. ὀ 'λλοι, II. 51. ὅλλοι ex Med. bis II. 36. Schol. Apollon. Rhod. I. 1081. ὅ 'λλοι μὲν ῥα ἡ τοιαύτη συναλοιφὴ τῆς ιωωτέρας ἰάδος ἐστί. διὸ μέμφονται Ζηνοδότῳ ἰέτόντι, ὅ 'λλοι μὲν ῥα Θεὸ καὶ ἀνέρες. (Iliad. B'. 1.) οὐ κέχρηται γὰρ ταύτῃ Ὅμηρος. Paria ad v. 998. At III. 356. et 365. ὦλλοι, quod præstare opinor ob synalœphes indolem. De Homero quod critici produnt, falsæ opinioni tribuit Barnes. in Iliad. Λ'. 288. Ceterum mirabilem hanc Ægypti ubertatem, quæ sine magno et sollicito labore votis agricolæ respondet, Diodorus, I. 36. non præteriit. Wess.—Conf. Var. Lect. (ed. S.) ad I. 125, 12. et VIII. 67, 11. S.

15. Ἰσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς, etc.] Galeo designatus Plutarchi locus e lib. IV. Symp. legitur, pag. 670. A. B. Rem sane vix credibilem suo quoque testimonio confirmat Eudoxus apud Ælianum de Nat. An. X. c. 16. hanc reddens rationem, cur a suibus mactandis abstineant Ægyptii: φιλέμιναι, ἐπεὶ τοῦ σίτου σπαρέντος, ἐπάγουσι τὰς ἀγέλας αὐτῶν· αἱ δὲ πατοῦσι τοὺς πυροὺς, καὶ εἰς ὑγρὰν τὴν γῆν ἐδεῦσιν, ἵνα μείνῃ ἔμβιος, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν ἐρπύδων ἀναλωθῇ. Mihi quoque sues hac in re non placent; sed, si jumentorum gregem designare voluisset, scripsisset utique βοῦς: et, ἐπειὰν δὲ κατατατηθῇ τῇσι βουσὶ τὸ σπέρμα. Neque tamen hanc fabulam ornandam esse censuerim; quam Herodoto deberi minime dubito, secundum quem suum in segetes immissorum ungulis e spicis grana debuerunt exteri: ita mihi capienda videntur ista quæ sequuntur, ἀποδινήσας δὲ τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον οὕτω νομίζεται, suum ungulis excussum frumentum convehit. Quod aliis diceretur ἀπαλοήσας, Herodoto dicitur ἀποδινήσας. Aream Telesilla δῖνον vocaverat: Athen. XI. p. 467. F. Τελέσιλλα δὲ ἡ Ἀργεῖα καὶ τὴν ἅλω παλεῖ δῖνον: hinc Eustath. Ἰλ. υ'. p. 1283, 4. (p. 1207. ed. Rom.) Ælianus duobus in locis rarissimo hoc usu forsan alibi non obviam vocem adhibuit. Vid. elegantissima Epist. Critica II. D. Ruhnkenii, p. 43. Valck.

Ibid. Ἰσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς, etc.] Adsentiuntur Plutarchus IV. Symp. c. 5. et Eudoxus in Animal. Histor. Æliani X. 16., quos olim Galeo, non sues, sed boves intelligenti, opposui ad Diodorum. (lib. I. cap. 36.) Nec pœnitet operæ. τὰς enim ὗς boves indicare, quibus testibus probabitur unquam? Creant tamen sues in illa sementis et trituræ consuetudine molestiam. Si ve-

rum est quod perhibetur, oportet diverso fuerint ingenio per Ægypti agros atque alibi locorum, rostrique usum rusticorum utilitati posthabuerint. At sus sui semper generis et indolis est, vorax pecus et gulæ indulgens. (" Sues im- " missæ in sementem, ait *Galeus*, haud " dubie omne frumentum in ventres " potius, quam in limum, recondent.") Ægyptii præterea boves, ut multæ nationes, triturandis frugibus adhibuerint. Cyrillus in Esaiæ c. 28. Αἰγυπτίων μὲν παῖδες συνιένται ἐξ ἀγρῶν ἐπὶ τὴν ἅλωσα δράγματα, εἶτα βοῦς ἐπαφίσιτες αὐτοῖς, καὶ ἐν κύκλῳ περιελαύνοντες, καταλιτσύνουσι ταῖς χηλαῖς τὰς ἀσπάχνας. Prudenter profecto: sunt enim boves ad id negotium porcis multo aptiores. Considera præterea, quod Galeus non neglexit, sues ab Ægyptiis studiosissime fuisse vitatos. (conf. c. 47.) Equidem, ni mihi obstarent Plutarchus atque Eudoxus, venisse ex scriptoris calamo ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν βοῦς et τῇσι βουσὶ τὸ σπέρμα, tum ἀποδυήσας δὲ τῇσι βουσὶ arbitrarer. Quid enim, si menda utriusque ætatem anteverterit? Diodorus generali vocabulo βοσκημάτων uti maluit, suibus fortasse hanc operam negans. Trituræ autem illum in oriente atque alibi morem copiose præter alios exsequitur Christ. Schoettgenius Antiq. Tritur. Sect. IX. et Ægyptiorum Fr. Lud. Norden Itin. Ægypt. p. 58. Wess.—*Plinius* Hist. Nat. lib. XVIII. cap. XVIII. sect. 47. Vulgo credebatur, a Nili recessu serere solitos, mox *sues* impellere vestigiis semina deprimentes in madido solo: et credo antiquitus factitatum. Sic (uno Diodoro excepto; qui, dissimulans difficultatem, generale nomen βοσκήματα posuit) de semine per *sues* depresso consentiunt omnes. Eodem vero animali ad exterenda e spicis matura grana usos esse Ægyptios, nemo quod sciam dixit, nec per se credibile est: boum opera ad hoc uti solitos esse populos versus orientem æstivum habitantes, satis constat. Quare scripturam istam, ἐμβάλλουσι—ὗς, et ἐπεὰν δὲ κατασ. τῇσι ὑσὶ, ab Herodoti manu esse, in dubium vocari non debet: sed deinde scripsisse eumdem ἀποδυήσας δὲ τῇσι βουσὶ perquam probabile debet videri. Larcher (suffragante Borh. in Appar. Crit. T. II. p. 803. seq.) utrimque, pro τῇσι ὑσὶ, τῇσι βουσὶ corrigens, ne tamen prorsus hinc amandarentur sues, verba ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς, ante ista, σπείρας ἕκαστος, etc. reponenda censuit: nempe ante sementem immissas esse in agros sues, scilicet ad devorandas radices plantarum aquatilium, quæ sementi nocituræ erant. S.

Cap. XV. 3. τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς] Non scripsit aliter. Agitur de regione Delta, cujus ad mare tractum, cum ea sola Ægyptus haberetur, usque ad Taricheas Pelusiacas ejusdem esse Iones censebant. Consimile, quod sequitur, τὰ μὲν Λιβύης, τὰ δὲ Ἀραβίης εἶναι. Postulat porro rei et orationis habitus, ne Ald. et plurium schedarum (*l.* 6.) ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτὴν pro quisquilliis putetur. Ταριχηῖων sive Ταριχηίων Arch. species est Ionica, neque spernenda. Fuere in Ægypto eo titulo loca conpluria. Vide II. 113. et Steph. Byz. in voce. Nominis fortasse caussa ex contumulatis ibi hominum animaliumque cadaveribus, quæ more gentis diligenti cura condiebantur, uti c. 86. Ταριχείας τῶν ζώων dabit Ælian. de Animal. X. 29. νεκρῶν ταρίχειαν, Diodor. I. 91. Wess.

[11. ἤδη γάρ σφι] Ἦ τοι γάρ σφι, profecto enim, corrigit Benedictus in Act. Sem. Philol. Lips. Vol. II. P. II. p. 286. Cum eodem viro docto initio hujus cap. Εἰ ὦν βουλοίμεθα malim, ob id quod dein l. 9. huic respondet, ἀποδεικνύομεν ἄν. S.]

16. τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀκήσουσι] Posset Aldi ἀκύσουσι patronos advocare Euripid. Orest. 1253. Hecub. 155. Supplic. 800. Sophocl. Ajac. 896. ut de Pindaro aliisque taceam. Verum membranarum potior sententia, cui usus respondet. Æschylus VII. Theb. 871. εἶμαι —— στηθέων ἥσειν ἄλγος. Euripid. Med. 1176. ἦκεν ὀλολυγῆς μίγαν πωκυτόν. Quod et in Sophocl. Ajac. 862. Apollon. Rhod. IV. 874. ἦκε δ' ἀϋτὴν ἐμιῥαλίην: etc. Wess.—φωνὴν εἶναι habes apud Nostrum II. 2, 10. ubi de eadem re agitur. S.

Cap. XVI. 4. τρία μέρια εἶναι γῆν πᾶσαν, etc.] Vide IV. 42. In ea nostri orbis partitione magnus olim dissensus. Plerique in parte tertia Africam posuere; pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa: ita Sallustius Bell. Jug. cap. 17. Sed veterum plures Asiam duntaxat et Europam novisse, Isocratis, Hippocratis, aliorumque testimoniis firmatur. Lege Olympiodorum ad Aristotel. I. Meteorolog. p. 23. Scholiast. in Ptolemæi Tetrabibl. p. 58. et Lucanum IX. 411. Wess.

9. ὑδρίζων τῇ Λιβύῃ] Nilus dici potest τὴν Ἀσίην οὐρίζων: sed non item, ut arbitror, τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῇ Λιβύῃ. Suspicor adeo συνουρίζων scribendum. Valck. —τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῆς Λιβύης ex Remig. præfero, tacitam præpositionem (ἀπὸ) adsciscens. Wess.

10. ὅστις ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης, etc.] Emendata (a Gronovio) Vallæ Latina, ut sit in eo id quod medium est Asiæ et Africæ, meras tenebras offundunt. Voluit, ἐν μεθορίῳ Asiæ et Africæ Delta, ea ex sententia, esse oportere, atque ita neutrius. Erant super ejus situ olim discordes. Schol. Apollon. Rhod. IV. 1571. ἡ δὲ Αἴγυπτος κατὰ μέν τινας, τῆς Ἀσίας ἐστί· κατὰ δὲ τινας, τῆς Λιβύης: et Auctor de mundo, quem Aristotelem male vocant, cap. 3. Wess.

Cap. XVII. 12. μίχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος] Similia his cap. 97. (et c. 15, 6.) et Mela I. 9. Adscribam Achillis Tatii verba Amor. lib. IV. p. 245., sanioris coloris indiga: ὁ Νεῖλος ῥεῖ μὲν ἀναθὼν ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἔστιν ὡς τεσσῶσιν ῥοῖσιν ἄχρι Μέμφεως, καὶ ἔστι μικρὸν κάτω πέρας. Σάϊος ὄνομα τῇ κώμῃ πρὸς τῷ τέλει τοῦ μεγάλου ῥεύματος: ubi τέλος τ. μ. ῥεύματος haud aliud ac Nostri ἀξὺ τοῦ Δίλτα, sive acumen Delta, uti in Pomponio legunt. At quid Σάϊος; Salmasius Ægyptiacum tali nomine pagum legisse se negat, et negabunt alii cum ipso Tatio; qui quidem ad hunc forte modum dederat: καὶ ἔστι μικρὸν κάτω κώμη· Κερκάσωρος ὄνομα τῇ κώμῃ· πρὸς τῷ, etc. Quæ continuo subjunguntur de majore amne ad hunc pagum in tres scisso, in animo illi Herodotea fuisse, manifestant. Atque hæc præcipua ex parte viro doctissimo Steph. Bergler debentur. Wess.

24. τῷ μὲν Σαϊτικὸν] Ταυιτικὸν corrigentes male agunt, neque a Strabone XVII. p. 1154. (p. 802. ed. Cas.) adjuvantur: siquidem illius τὸ Ταυιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι, ex amne Bubastico sive Pelusio divergit: Herodoti vero ex Sebennytico. Credo rivo huic, quia præfecturam Saiticam rade-bat, nomen venisse. Addam Platonis ex Timæo, p. 21. E. verba, ad hanc rem opportuna: Ἔστι τις πᾶν Αἴγυπτον ἐν τῷ Δίλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός· τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς: quibus non male nectentur Proclodis putata, p. 50. Confer Cellarium Geogr. IV. 1. pag. 24. horum oblitum. Wess.

25. καὶ τὸ Βουκολικὸν] Haud aliter Eustath. in Dionys. v. 226. Nostrum secutus. Apud alios de eo silentium. Non male conponitur cum Phatnitico Diodori I. 33. XX. 76. prope quod videntur τὰ βουκόλια, famosa latronum

domicilia, fuisse; descripta eleganter abs Heliodoro I. pag. 10. Achille Tatio IV. pag. 250. tanquam loca palustria, ad struendas insidias et ad prædæ receptacula conmodissime posita. Etiam aliunde cognitum est, ad Phatniticum ostium pertinuisse regionem, cui a palustri situ Ἑλεαρχίας titulus, uti ad Hieroclis Synecdem. p. 726. significatum fuit. Quæ quidem omnia persuadent, ostium Βουκολικὸν et Phatniticum non discrepare, nominisque caussam patefaciunt. Wess.

Cap. XVIII. 3. τὸ ἐγὼ τῇσι ἰμιωυτοῦ γνωμῇσι ὕστερον] Lenissima correctione sic ista mihi concinnanda videntur: meam quoque firmat sententiam Ammonis oraculum: τὸ ἐγὼ τῆς ἰμιωυτοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἰγύπτου ἐπυθόμην, quod postea demum intellexi, quam sic de Ægypto judicare in animum induxissem. Edixerat Ammon, Αἴγυπτον εἶναι ταύτην, τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἔρδει. In eamdem ferme sententiam, lib. II. c. 104. Colchi, inquit, esse videntur Ægyptii: νοήσας δὲ πρότερον αὐτὸς ἢ ἀκούσας ἄλλων λέγω. Jam quod vulgatur, τῇσι —— γνώμῃσι ὕστερον, prorsus esset insolens in Herodoto, ὕστερον jungente passim cum casu secundo. Præterea, de sua solius ubicunque loquitur sententia, vicies minimum γνώμην ponit numero singulari. Valck.—Potiorem emendationis partem: τῆς ἰμ. γνώμης, lubens accepi. Potuerat deinde quidem περὶ Αἰγύπτου dicere Noster, sed movere vulgatum περὶ Αἴγυπτον non erat opus. Sic enim et alibi loquitur Noster: verbi gr. εἰρώτεον περὶ Πακτύην, I. 158, 2. idem est ac περὶ Πακτύου, ibid. l. 9. S.

7. τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκίῃ] Maluissem, si MSS. exemplo præivissent, θρησκηΐῃ. Quod Arch. hic et cap. 37. obtulit, in lucro putavi. Scholia a Johnstono publicata in Sophoclis Electr. 996. τῆς ναυτίρας Ἰάδος ἐστὶ τὸ λίγνυν τὴν προμήθειαν, προμηθίαν· καὶ τὴν εὐέστιαν, εὐεστίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. Mox (l. 10.) καὶ οὐκ ὁμολογίειν de sermone videtur intellexisse; ὁμολογίουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν in simili re, I. 142. Wess.

Cap. XIX. 5. πιλάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν, etc.] Medicei πίλας Plinii verbis munitur, non omnino congruis: In totum autem revocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus, centesimo die. (lib. V. cap. IX. sect. 10. p. 256. ed. Harduin.) Quid enim hic de Libra et centesimo die, quo intra ripas cogitur iterum, tametsi πίλας probaveris? Hæc et alia bene Salmasius in Solin. p. 310. Verum est, intra idem ferme spatium temporis, quo increverat, amnem decrescere. Culte Aristides, T. II. p. 338. οὐ τοίνυν μόνον αὔξεται καθ' ὁ Νεῖλος, ἀλλὰ καὶ ἀπολήγει τεταγμένως ὁπόσω, καὶ σχιδὸν οὐκ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ καθίσταται εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἢ ἐν ὅσῳ περιὼν ἐξεπλήρωσε. Diodorus præterea I. 38. Utrum vero idem Noster indicaverit, caussa dubitandi adest in dissensu tot schedarum: habet quoque nescio quid scabri πίλας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τουτέων ἡμιε., quod detractum vulgato cernitur. Πιλάσας paullo minus est ac πληρώσας ἐς τὸν ἀριθμὸν, c. 7. In Latinis nihil mutavi, dubius tamen de Laurentio, cujus membranæ, quod mihi liquido constat, persimiles Arch. et Vind. fuere. Wess.—Vallæ Latina hæc erant: et prope totidem diebus retrocedat, relinquens fluenta. Ex quo quidem non conficitur, πίλας illum in suo exemplari legisse; quæ absurda scriptura est, ex veteris alicujus librarii negligentia derivata: illud adparet, τὸν ἀριθμὸν τουτέων ἡμερέων de aliis centum diebus, quibus decrescat Nilus, intellexisse hunc interpretem. Quod in nostra Var. Lect. pro scriptura πίλας testes citantur codd. Med. Ask. Arch. loco Arch. poni Pass. debuerat. Quo pacto vero Plinii verba scripturæ πίλας faveant, equidem non exputo: nec omnino satis adparet, quid

Herodotum ibi testem citans spectarit Romanus scriptor. Illud multis documentis constat, sæpe Plinium testimonia auctorum, quos nominat aut sequitur, parum adcurate adponere, adjicere interdum nonnulla verbis auctorum, alia detrahere; subinde etiam Græcorum auctorum sententiam non recte accepisse interpretatumque esse: quod in tam immensa suscepti operis mole, in tamque infinita rerum, quas complectitur, varietate nemini magnopere mirum debet videri. Quod h. l. ait Noster ἀπολείπων τὸ βίσθιον, (nempe κατὰ τὸ βίσθιον, deficit quoad fluentum, quoad aquam quam vehit) pro eo alibi simpliciter, ἐπειὰν ἀπολίπῃ ὁ Νεῖλος, II. 93, 27. quando deficit Nilus. Similiter absolute, c. 22, 14. ἐκτῖναι —— δι' ἧστες ἰόντες εὖπ ἀπολείπουσι. Quare etiam cap. 14, 13. ἐπειὰν ὁ ποταμὸς —— ἀπολίπῃ ἐπίσω eodem modo accipiendum, quamquam ibi ex præcedd. intelligendum videri potuerat ἀπολιπὼν τὰς ἀρούρας. Pro ἀπολείπων perinde etiam ἐπιλείπων potuerat dicere, sicut VII. 43, 3. (quamquam et ibi ἀπείλεσι, pro ἐπείλεσι, probati codd. dabant:) et III. 108, 6. In verbi πιλάσας interpretatione dissentiunt interpretes. Ut Vallam omittam, recte videtur Wesseling. dictionem πιλάσας ἐς τὸν ἀριθμὸν cum illa c. 7, 11. πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον contulisse; ut sit paullo minus πιλάσας, quam πληρώσας. Conf. IV. 181, 20. Larcherus vero πιλάσας de accessu i. e. de incremento fluvii accepit, cui opponatur τὸ ἀπίεχεσθαι, recessus s. diminutio. At (ut taceam, inauditum esse illum verbi πιλάζειν usum) satis erat perspicuum, ἀπίεχεσθαι h. l. opponi superiori κατίεχεσθαι, quemadmodum ἀπολείπων opponitur superiori πληθύων. S.

[12. αὖρας ἀποπνεούσας] Commode h. l. Larcherus ex Scholiis ad Sophoclis Ajac. 683. hæc adposuit: Διαφέρουσι ἀλλήλων, (αὔρα καὶ ἄνεμος,) τῷ μὲν τὴν αὔραν ἐπὶ τῶν ἐξ ὑγροῦ ἐπνεόντων τάττεσθαι· τὸν δὲ ἄνεμον, ἐπὶ τῶν ἐν αἰρι πνευμάτων. S.]

Cap. XX. [1. Ἑλλήνων μέν τινες] Varias variorum Auctorum de Incremento Nili ejusque caussis sententias, ex Plutarcho de Placitis Philos. lib. IV. cap. 1. tum ex Incerto auctore, porro ex Theophylacto Simocatta, lib. VII. Histor. cap. 17. ex Diodor. Sic. lib. I. ex Aristidis oratione Ægyptiaca, ex Strabonis lib. XVII. ex Xiphilini Epit. Dionis Cassii, ex Heliodori Æthiopicor. lib. II. denique ex Theodoreti Serm. IV. de Græcorum affect. curandis, collectas Godofr. Jungermanus suæ Herodoti editioni, Adpendicis loco adjecit. Eædemque omnes eclogæ, ex prædictis Scriptoribus excerptæ, in Londinensi editione Herodoti, quæ Galei nomen præfert, in editione Gronoviana denique in Wesselingiana, eodem modo repetitæ sunt: qua accessione augere hanc nostram Herodoti editionem inutile judicavimus. Cæterum quod ad Incerti, quem dixi, Scriptoris fragmentum spectat, consuli velim quæ in brevi Præfatione Eclogæ ex Ctesiæ Persicis præmissa (T. IV. Part 1. hujus edit. sub finem) monita sunt. Præsertim vero conferri cum Nostro merentur quæ de eodem argumento Diodorus Siculus, lib. I. cap. 38—41. congessit; quorum quidem minima pars in eadem, quam dixi, Jungermaniana Adpendice exhibetur. S.]

12. πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοὶ] Sunt quibus hæc displicent: esse enim quidem plures in Syria fluvios; sed evolvi in Mare Mediterraneum, eorumque in solem occidentem ostia tendere, non boream. Qui quidem si meminissent, etesias non magis e septemtrione quam occidentis plaga, sive εὐδίη τις μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἄρκτου ἢπειρ τῆς ἑσπερίης

spirare, ut, post Aristotelem, Meteorol. II. 6. Diodorus observavit I. 39. in alia utique invissent. De etesiis autem, atque eorum in Nili, æstate exundantis, ostia vehemente flatu, quæ veterum nonnulli tradiderunt, a vero non recedunt. Philo, Ægypti incola, id fassus ultro est, Vit. Mos. I. p. 620. A. et nostra ætate, diu eadem in regione occupatus, B. Maillet Descript. Ægypti, p. 55. Neque ea tamen unica increscentis Nili caussa. Wess.

Cap. XXII. 5. ἀπὸ τῶν θερμοτάτων τόπων ῥέων, etc.] Ψυχρότερα conjectura adsecutus Corn. de Pauw fuit. Adposite Aristides, T. II. p. 334. ἐρεθίσαι μὲν γὰρ ἐκ τῶν θερμοτάτων τῆς οἰκουμένης ὁ Νεῖλος δύσφορον, καὶ ψυχαῖον εἰς ἥττον αἰεὶ θερμήν. Wess.—Discrepantiam codicum in verbis τόπων et ῥέων diligentius consideranti perquam probabile videri debet, vocab. τόπων ex scholio interlineari esse invectum; quo factum, ut ex eisdem codicibus, quibus hoc infertum, verum verbum ῥέων expelleretur. Quare, nisi prorsus ejiciendum vocab. τόπων, cancellis saltem, ut suspectum, fuerit circumdandum. S.

6. τῶν τὰ πολλά ἐστι] Reiskius, τὰ δὲ τιμήρια πολλά ἐστι——ὡς etc. Ego τῶν τὰ πολλὰ non moveo, et τιμήρια sive μαρτύρια ad sententiam arcesso. Quorum, paullo ante scriptorum, indicia multa adsunt viro, etc. Nec discrepat sententia Abreschii. Prudenter vero de Nili incrementis Arrian. Indic. c. 6. Wess.—Si nude legeretur τῶν πολλά ἐστι, facile adsentirer viris doctissimis, intelligi e sequentibus τιμήρια posse: sed turbat adjectus τὰ articulus, qui quid huc faciat non video. S.

12. ὅσαι ἐν πίνει ἡμέρῃσι] Tan. Fabri lib. I. Ep. 70. correctionem (ἓν πίνει, pro ἐν πίνει.) merito explosit Gronovius, suffecta alia, minime meliore. (ἐν πανὶ ἢ μίξεσι.) A. Gellius N. Attic. VIII. 4. super hoc loco disputaverat, non sine Nostri taxatione, quod scriptor historiæ memoratissimus de aqua pluviali et nive rem non satis exploratam pro conperta posuerit, sicuti præfert capitis IV. argumentum. Periit, quod dolemus, disputatio; verba quæ superant, idem tum in Herodoto fuisse, quod nunc examinamus, conmonstrant. Ponunt enim de nive et aqua pluviali rem pro conperta non satis exploratam: neque usquam ulla in Musa talis deposita est. Vim proinde arceo, opinatus cœli habitum et clima, sub quo scriptor aut Halicarnassi aut Thurii vitam transegit, paucis post nivem diebus pluviosum fuisse. Ut ut hoc fuit, per illud mihi mirum accidit, doctissimos viros Gelliana, adeo obportuna, neglectui habuisse. Quæ consequuntur de adusto hominum colore et de gruibus, Seneca non præteriit Quæst. Nat. IV. 2. cui Euripidis cothurnum Helen. v. 1497. adcommoda. Wess.

[17. εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ἐνεῶν. Pro copia quam amat Herodotus facile crediderim placuisse ei repetitam ante καὶ ἐνεῶν particulam εἰ. Certe restitutam eam malim, quam cum Benedicto rescribere εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὕεσιν ἄν; cui novationi non est hic locus, quod et de multis aliis dicendum ab eodem viro docto propositis, quæ, ne longior sim, silentio prætereo. S.]

Cap. XXIII. 3. ποταμὸν Ὠκεανὸν] De eodem iterum IV. 8. Homeri ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῖο, Iliad. Σ'. 245. varie olim docti homines agitarunt, quemadmodum ex Strabone novimus, lib. I. p. 9. (p. 4. ed. Cas.) Ægyptii autem, siquidem Diodoro I. 12. 36. et 96. adcredimus, Nilum suum pro Oceano censebant; alii ex mari Oceano amnis incrementa, quos Seneca in ordinem coëgit, derivabant. Confer Libanium, in Basilico, p. 140. Herodotea hæc amplexum. Wess.

Cap. XXIV. 6. τῆς γὰρ ἂν ἀγχοτάτω ἡ χώρης] Inpendit qualemcumque his operam G. Raphelius ad Matth. cap. XII. 35. sed usus vetere Editione. Mediceo jure merito Gronovius obsecutus est, repulsa T. Fabri, lib. I. Ep. 7. correctione. Θεὶς de sole tritissimum. Appianus Præfat. ἀεχομένου τι καὶ δυομένου τοῦ Ἡλίου. Quæ autem Noster de Nili auctis per æstatem aquis et earum caussa, aliena sunt et sæpe explosa. Lege Aristidem, T. II. p. 341. et Diodorum I. 38. Wess.

Cap. XXV. 4. οὐκ ἰόντων ἀνίμων ψυχρῶν] Postulat ratio et rerum usus, ut calidæ regionis calidi sint venti. Propterea Pavius, (quum abesset olim negans particula) contraria contrariis adjuvanda et medicanda professus, Θερμῶν, quo etiam modo Reisk. in litteris ad me aut ξηρῶν, substituit. Scio eumdem Cl. virum, damnata superiore sententia, nihil mutatum velle, et turpem errorem scriptori inpingere. Mihi nulla hic aberratio placet, sed quod ex Arch. provenit, et scriptor ipse adfirmat, c. 22. Dedi et suam sedem participio ἰόντος, (l. 3.) quam amiserat. Wess.

12. ἀλλὰ καὶ ὑπολείπεσθαι] Verius hoc. (scil. quam ἀπολείπ.) Cui usui autem illa circa solem relicta aqua? An ut illi alimento, quæ plurium olim persuasio, cederet? Γιλεῖοι πάντες, ὅσοι τῶν πρότερον ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῷ ὑγρῷ, graviter Philosophus, Meteorol. II. 2. Sequentia ad examen vocavit Salmasius in Solin. p. 303. Wess.

Cap. XXVI. 1. αἴτιος,——καὶ τὸν ἥλιον ξηρὸν——εἶναι] Reiskius καὶ τοῦ τὸν ἥλιον reponit. Wess.—Alius scriptor articulum ibi non neglecturus erat: Herodoti stylus haud ægre illo caret. Sic c. 20. 5. τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν (non τοῦ πληθύειν) τὸν ποταμόν. Scilicet in hujusmodi dictionibus ad infinitivum subintelligi debet ὡς particula. S.

2. διακαίων τὴν διέξοδον αὐτοῦ] In Adnotationibus Gronov. αὐτῷ Medicei sumitur ac si αὐτῷ sive ἑωϋτῷ foret. Malo Aldi et plurium schedarum, atque ad aërem, qui solis transitu excandescat, referre. Wess.—At αὐτοῦ quoque ad solem fuerit referendum, et pro ἑαυτοῦ accipiendum: sol exurit suum transitum, id est, omnia exurit qua transit. S.

[4. καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης, etc.] Post τοῦ οὐρανοῦ commate incisa erat oratio, parum commode: nam cohærent τῇ τοῦ οὐρανοῦ, qua cœli parte. Majore etiam incommodo olim aberat distinctio post ὠρίων, ut juncta intelligerentur τῶν ὠρίων καὶ τοῦ οὐρανοῦ: quo posito, Vigerus Idiotism. VIII. VII. 5. τῇ μὲν νυν pro καὶ τῇ μὲν νῦν poni censuerat, regulamque statuerat, apud Iones interdum καὶ subaudiri. Apta verborum interpunctione Reizius planam reddidit orationem. S.]

Cap. XXVII. 2. οὐκ οἰκός ἐστι οὐδὲν ἀποστένειν] Est cui οὐκ ἀποικός ἐστι æquius melius videtur. Repetita negatio, me arbitro, non nocet, uti neque VI. 87. (An voluit VI. 88, 2.? At id quidem paullo diversum. Cæterum satis notum est, amare Græcos repetitas particulas negantes; ac præsertim post negandi verba et similia, cujusmodi est οὐκ οἰκός ἐστι, negantes particulas adhibere, ubi nullus eis locus esse videri poterat. Vide ex Gr. II. 63. extr. III. 66, 13. III. 99, 7.) Solus-ne Nilus nihil auræ exhalet, dubium est. Nostro adsentiuntur, Diodor. Sicul. I. 38. Plinius N. H. V. 9. Aristides, p. 361. atque alii. Prudentior Theophrastus de Ventis, p. 407. quem hanc ad rem advocavit Brodæus Miscell. III. 30. Wess.

Cap. XXVIII. 1. ὡς ἐρχὴν ἐγίνετο] Non pugnabo, si qui τὴν ἐρχὴν elegerint: usus neutrum proscribit. Passim idem est ac prorsus, quomodo ex emendatione Viri Celeb. Latina. Me-

lius Laurentianum ab initio, nexu orationis postulante. Quem quidem in modum Æschines, Socr., Isocrates, Arrianus, aliique plures: de quibus eruditi viri ad Joannis Ev. c. VIII. 25. Wess.—Vide I. 86. 25. et 140. 13. ibique notata. S.

[4. ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης] *Valla*, scriba sacrarum Minervæ pecuniarum; rerum, loco pecuniarum, posuit Gronov. Verba ista Herodoti citans Pollux IV. 19. nil aliud monet, nisi quod γραμματιστὴς idem sic ac γραμματιύς. Sunt autem χρήματα non modo pecuniæ, sed et res pretiosæ cujusque generis, ut vasa, aliaque talia: VII. 190, 8. IX. 83, 3. et frequenter alias. Quam in partem Larcher in priore ed. versionis Gallicæ non male, me judice, hunc hominem nominaverat le garde des trésors sacrés; provocans etiam ad Polluc. ibid. ubi γραμματεῖον ab Atticis dici ait, ἐν ᾧ ἀργύριον ἀπίκειτο, et ad Harpocrat. voc. ἀργυροθήκη. In posteriore vero editione idem vir doctus, præeunte Michaëlis in Comment. Soc. Goetting. T. I. p. 271. hieroglyphorum, i. e. sacrarum scripturarum interpretem hic dici censuit. Id vero si voluisset Herodotus, ἱερογραμματιὺς puto dixisset, aut ἐξηγητὴς τῶν ἱερῶν γραμμάτων, non γραμματιστὴς τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης. S.]

10. τὰς ὧν δὴ κηγὰς τοῦ Νείλου] Multa hujus disputationis redarguit Aristides, non ausus tamen diffiteri, Syenen inter et Elephantinen ὡς ἀληθῶς esse πίτρας μιγάλας δύο, earumque medium ex Ægyptiorum opinione Nili fontes continere: porro altitudinem fontium tantam esse, ut sub mensuram non cadat, καὶ τὸ βάθος γε οὐκ ἰφικτὸν εἶναι, p. 345. Ex Seneca non multum discrepantia ad Solin. p. 312. adscripsit Cl. Salmasius. Cur ergo insultant scriptori, quæ auditu exceperat, narranti? Wess.

18. εἰ ἄρα ταῦτα γινόμενα ἴλιγγι] Explicat Aristides, εἰ ἄρα ταῦτ' ἀληθῆ, δοκεῖν αὐτῷ δίνας ἐνταῦθα εἶναι καὶ παλιρροίας τοῦ ποταμοῦ, et recte. Namque τὰ γινόμενα, non utique alia, quam quæ sunt et reapse contingunt. Cl. Reiskius his curam insumsit Miscell. Lips. Vol. VII. p. 630. quam, si lubet, expende et considera. Wess.—Vide Var. Lect. S.

20. οἷα δὲ ἐμβάλλοντες, etc.] Qui vo culam hinc ejecit, quia non meminerat additam voci οἷα, minuta talia cautius neglexisset ὡς ἀιτὸς ϑρίπας. Ut ἄτε, ἅτε δὲ, et ἅτε δὴ, sic et οἷα, sed frequentius οἷα δὲ, leguntur etiam apud Herod. hoc quidem eadem structura, p. 23. 15. (I. 61, 3.) οἷα δὲ παίδων οἱ ὑπαρχόντων, p. 76, 31. 160, 47. 169, 12. (I. 189, 17. III. 4, 6. III. 25, 6.) Nostro quoque loco voculam δὲ nexus necessarium monstrat. Valck.—Vide iterum nostram Var. Lect. (ed. S.) Sed, locum hunc denuo expendens, intellexi, verbis olim vulgatis nihil hic adjici, nihil detrahi debuisse; sana fuisse omnia, nonnisi prava interpunctione, inde ab edit. Gronov. ad hanc usque nostram, obscuratum fuisse orationis gressum. Nempe sic distingui oratio debebat, quemadmodum fere in editis ante Gronovium. Οὕτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστὴς, εἰ ἄρα ταῦτα γινόμενα ἴλιγγι, ἀπίφαινε (ὡς ἐμὲ κατανοέειν) δίνας τινὰς ταύτῃ ἰούσας ἰσχυρὰς καὶ παλιῤῥοίην· οἷα δὲ ἐμβάλλοντος, etc. ubi δὲ particula, post οἷα, non adversativa notione, sed, ut frequentissime alibi, continuativa vel copulativa ponitur. S.

Cap. XXIX. 5. ταύτῃ ἂν δὴ] Ταύτῃ ἄν δεῖ legit Valla; quod vel absque Codd. debuerat restitui. Eadem menda multis in locis hæret. Valck.

10. τοὺς δεῖ τούτῳ τῷ τρόπῳ διεκπλῶσαι, etc.] Dionysius Longinus περὶ Ὕψ. Sect. 26. p. 152. narrationis Herodoteæ elegantiam et perspicuitatem admiratus, ὁρᾷς, inquit, ὦ ἑταῖρε, ὡς παραλαβὼν σου

τὴν ψυχὴν διὰ τῶν τόπων ἄγει, τὴν κοινὴν ὄψιν ποιῶν. Et sunt profecto adtendentibus longe cultissima. Ἀπίξιαι, injuria in exilium abire jussum, præfert Fabri Tollique editus Longinus: alii, neglecta forma Ionica, ἀφίξῃ. Wess.—Ἀπίξιαι (Gronovii) ne Græcum quidem. ἀπίξιαι dubio vacabat, ubi in vicinis ista legebantur: τὴν διεπαλάσας ἥξεις: et ἵστατα —— ἐδιατρίβην ποιήσεται: tum αὖτις —— δυσθέατα ἡμέρας πλείστας, καὶ ἵστατα ἥξεται. Hoc etiam mutatum ivit in ἥξεις Gronovius. Valck.—Descriptionem istam Nostri imitatum esse Lucianum, Ver. Hist. II. 27. notavit Toup. ad Longin. l. c. S.

22. τῇ οὐνομά ἐστι Μερόη] Describitur a Diodoro I. 33. et Strabone XVII. p. 1139. (p. 790. ed. Cas.) quorum is a Cambysis matre, hic a sorore sive uxore ejusdem nomen sortitam perhibet: Josephus in pari fere caussa est; et tamen ab eruditissimo viro, Phaleg. II. 36. erroris propterea arguitur. Tu vide Liban. in Antiochico, p. 343. Wess.—Conf. Heeren, in Ideen über die Politik —— der alten Welt, T. II. p. 398. seqq. S.

Cap. XXX. [2. ἥξεις ἐς τοὺς Αὐτομόλους] De his Automolis, s. Transfugis Ægyptiis consuluisse juvabit quæ commentatus est *Heeren* in libro modo laudato, p. 411. seqq. et in singulari Commentatione de Militum Ægyptiorum in Æthiopiam migratione et coloniis ibi conditis, inter Commentat. Soc. Reg. Scient. Goett. T. XII. p. 48. seqq. S.

4. Ἀσμάχ] Etsi nihil hoc de vocabulo constitutum habeam, Steph. Byz. et plurium schedarum judicium sequi libuit: fateor Stephanum non nihil discedere, sed illi dudum e Nostro medicinam Hartungus fecit, Cent. I. 3. p. 641. Ἀσχὲμ Medicei cum simili Arabum vocabulo, sinistram notante, contendit Reiskius, non neglectis Auxumitis et Æthiopum urbe Auxumi. Ex Hebræorum sermone Ἀσμὰχ arcessivit H. Relandus Diss. de Coptica Ling. ad David. Wilkins, p. 97. Alii alia, quæ in re, ancipiti admodum, missa facio. Lege et Diodor. I. 67. Wess.

10. ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι, etc.] Vide c. 107. In Ald. et aliis hæc male interpuncta recte disposuit et ordinavit doctissimus Fr. Junius ad Esaiæ, cap. XXX. 3. deleto, quod vocem ἄλλη excipit, δὴ, utique non necessario. (At percommode adjecta est hæc particula: καὶ —— ἄλλη δὴ, atque *item* alia.) Daphnæ, uti idem et Bochartus, in sacris Prophetarum Oraculis Taphnes, nec longe a Pelusio in Itinerario, Anton. p. 163. Ceterum pro Assyriis, contra quos in Edd. præsidium ad Daphnas, fortasse consistent nonnulli; siquidem Psammetichus, Assyriorum potentiam dejecturus, Azotum Syriæ obsessum, c. 157. ivit. Verum ea expeditione non inpedior, quo minus Arch. et Vallæ accedam, et Valckenarium laudem. Wess.

11. Ἀραβίων καὶ Ἀσσυρίων] Sæpenumero quidem, quod a Relando, Spanhemio, aliisque ostensum, Syria et Assyria, Syri et Assyrii promiscue Veteribus commemorantur; semper tamen Herodotus Syrios sive Syros) ab Assyriis stinguit; hic itaque corrigendum Συρίων. (certe Σύρων.) Agit enim de custodibus, quos ad Ægypti fines collocarit Psammetichus: ad Orientem Ægypto sunt objecti Arabes et Syrii Palæstini: τῆς γὰρ Ἀραβίης τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται, lib. II. c. 12. ubi mox jungit τὴν Ἀραβίην τε καὶ Συρίην: tum c. 116. ὁμουρέοντι ἡ Συρίη Αἰγύπτῳ. Conferri possent in re minime dubia, lib. II. c. 158. III. 5. et 91. IV. 39. VIII. 89. Valck. — Equidem, ut in Var. Lect. (ed. S.) professus sum, Ἀραβίων τε καὶ Σύρων editum volueram. Adjectam

igitur in contextu τι particulam post Ἀραβίων velim. S.

20. οὐκ ἴα] Vetabat, Valla. Vetat lex, sive legislator, diciturque οὐκ ἐᾷν, Isæo, p. 80, 44. et Demostheni, p. 143, 96. Sed apud Herodotum οὐκ ἐᾷν nuspiam est imperantis, at mitibus verbis dissuadentis: hoc in loco fugitivos Psammetichus adsequutus multis verbis obsecrabat, Deosque Penates deserere dehortabatur; ἔδεετό τι (hoc intersero) (quæ tamen particula τι non necessario requiritur) πολλὰ λίγων, καί σφεας θεοὺς πατρῴους ἀπολιπεῖν οὐκ ἴα. Lib. V. c. 96. atque alibi ter quaterve recurrit illud eodem semper molliori significatu. Venuste Xenophon. Κυρ. Ἀναβ. VII. p. 240. 8. ἐπήρετο ὁ Σιύθης τὸν παῖδα, εἰ παίοιεν· αὐτὸν ἀντὶ ἐκείνου, (τὸν ἑρμαστὴν ἀντὶ τοῦ ἑρμένου) οὐκ ἴα ὁ παῖς, ἀλλ' ἐκέτευε μηδὲ ἕτερον κατακαίνειν: negabat puer; obsecrabatque neutrum ut interimeret. Lib. II. Ἑλλ. p. 267, 8. tametsi de Cyro dicatur, οὐκ εἴα ναυμαχεῖν, notat dehortabatur. Apud Thucyd. VI. 72. cladem passos Syracusanos suos Hermocrates ἰθάρσυνέ τε καὶ οὐκ εἴα τῷ γιγνομένῳ ἐνδιδόναι. Lib. I. 28. et VII. 48. οὐκ εἴα ἀπανίστασθαι. Veterum formulam repræsentarunt imitatores. Valck.

11. τῶν δέ τινα] Sic postulat Scriptoris consuetudo, quæ Cl. Reiskium non latuit. Respice lib. I. 84. Dictum Automolorum celebre est, obscurius abs Aristotele positum, Rhetor. III. 16. p. 149. manifestius in Diodori I. 67. et Plutarchi, T. II. 601. D. Wess.

25. τούτους ἐκείνους ἐξελόντας] Cl. Reiskius ἐξέλοντας præoptat ex vetere ἕλω, pello: quod equidem Græcis non, aufero; malo tamen, si quid novandum, ἐξελῶντας. Nam magna in his confusio; uti V. 63. III. 59. Verum mutandi nulla necessitas. Wess.—Nullo pacto sollicitari ἐξελόντας debuit. Vide I. 103, 12. I. 159, 12. etc. Et aptus huic loco erat aoristus, significatione præteriti temporis: non enim ipsi incolere regionem potuerunt, quin illos ejecissent. S.

Cap. XXXI. 2. οὗτοι γὰρ συμβαλλομένῳ μῆνες] In mensium numero, quos ab Elephantine Meroën versus et Automolos proficiscentes conterunt, dissentit Aristides Orat. Ægypt. p. 346. Cujus discordiæ caussa est, quod ambo ex aliorum narrationibus, sæpe numero ambiguis, acceperunt. Statim, auxilio Arch. et Vind. τοσοῦτοι γὰρ συμβ. si volueris, haud erit pravum; quæ et Reiskii conjectura. Wess.

Cap. XXXII. 1. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἤκουσα] Si sensui non possit satisfacere, poni (hoc a Gron.) non debuerat: acrius consideranti Gronovio latere videbatur Ἀλλ' ἄττα. Sed hoc æque sensum relinqueret pendentem, Atticis pro ἄ τινα frequentatum; non tamen Herodoto, semper Ionum more ἅσσα scribenti. Sincera mihi quidem videntur olim vulgata: Ἀλλὰ τάδε μὲν ἤκ. Sed hæc quidem, quæ nempe dicturus sum, a Cyrenæis intellexi. Paullo post (l. 4.) Herodotea Gronov. interpolavit, vocibus περὶ τοῦ Νείλου e MS. (perperam) inculcatis. Valck.— Quæ hoc cap. de juvenum Nasamonum itinere per deserta Libyæ narrantur, interpretatus est illustravitque Heeren, in libro jam sæpius a nobis laudato, Ideen, etc. T. II. p. 216 seqq. S.

3. καὶ ἀπικίσθαι ἐς λόγους Ἐτεάρχῳ] Resecui inportunum Medicei glossema: quisque videt, nisi si amore membranarum nimio cœcutiat, ex sequentibus in hanc viciniam migrasse, et optime ex plerisque omnibus Codd. abesse. Id quoque inmutavi, quod paullo ante Florentia dederat, (ἀλλὰ τὰ μὲν) opinorque suspicionem de lacuna, qua de Miscell. Lipsiensia, in spongiam abiise. Nasamonum in Lybia sedem IV. 182. designat. Wess.

16. ἢ τιλιυτῇ τῆς Διβύης] Male hæc

tinniunt. Scripserat aut ἡ τελευτὴ τῆς Λιβύης, quorsum tendit Ask. aut ἡ τελευτὴ τὰ τῆς, quæ Reiskii sententia. (conf. Var. Lect. ed. S.) Certum est, veterum opinione promontorium Soloënta, quod et IV. 43., Africæ versus occidentem solem censitum fuisse terminum. Mox (l. 19.) τῶν ἐπὶ θάλασσαν revocavi, scriptoris mori et Codicum auctoritati obsecundans. Adsolet sane Africæ in Mediterraneum Mare vergentes nationes τοὺς ἐπὶ θάλασσαν κατήκοντας, tum ὑπὸ τούτων et ὑπὸ θαλάσσης eas adpellare, quæ regionis interiora καὶ θηριώδια habent. Vide modo IV. 171. et 181. et exemplorum abunde erit. Wess.

22. Ἐπὶ δὲ τοὺς νιννίας, etc.] Corrigebat vir doctissimus (Reiskius puto) scriptis ad me litteris, εἰσὶν δὲ, ut respondeat superioribus φάναι παρὰ σφίσι γενέσθαι, aut potius εἶσον δὲ. Ego aliter censeo. Frequens in hoc scriptore, neque nesciebat vir Cl., ἐπὶ atque ἐπί γε, infinita oratione sequente: similes structuræ IV. 10. VII. 3. et 150. VIII. 111. dicta adfirmant, et quæ H. Stephanus de Dialect. p. 138. Wess. — At non id turbaverat viros doctos, quod in obliqua oratione particula ἐπὶ cum infinitivo modo constructa est: sed quod, si ἐπὶ notione postquam accipitur (qua eam Wess. accepisse videtur) ἀναπόδοτος videretur esse oratio. Itaque Vigerus, hunc locum tractans, (Idiot. Græc. VII. 6. 4.) ἐπὶ hic notione particulæ ἔπειτα, deinde, accipiendum esse statuit. Quum vero satis constet, nusquam alibi ἐπὶ ista notione adhiberi, emendatione opus esse Reizius cum Reiskio censuit, et ex conjectura εἶσον, (scil. οἱ Νασαμῶνες) in contextu posuit, ut in Var. Lect. (ed. S.) a nobis dictum est; non εἶσιν, ut in brevi notula sub contextu nostro perperam positum. Hermannus in Adnot. 241. ad Vigerum, recta interpretatione, non emendatione, indigere hunc locum monuit: notione caussali, satis usitata, hic positam esse ἐπὶ particulam, commode per nam reddendam: referri enim eam ad id quod proxime suis verbis Herodotus dixerat, regionem illam esse feris refertam, aqua carentem, desertam: hæc illum confirmaturum iis, quæ reliqua erant de Etearchi narratione, pergere, nam juvenes illos talem, qualem modo ipse dixerat, Lybiam invenisse. Quæ quidem ratio a Viro et doctissimo et perspicacissimo inita, ut dicam quod sentio, mihi quidem ad expediendam hujus loci difficultatem haud admodum adcommodata videtur. Iterum iterumque totam istam ῥῆσιν relegens intellexisse mihi videor, particulam ἐπὶ recte hic a Wesselingio ea notione, quæ in narrationibus præsertim usitatissima est, acceptam fuisse; apodosin autem periodi in illis verbis inesse διεξελθόντας δὲ —— ἴδιόν δέ κοτε, etc. itaque post ἄνιμον, l. 27. loco majoris puncti, quod ibi posuimus, recte in superioribus editionibus minori puncto distinctam fuisse orationem. In apodoseos initio poni subinde particulam δὲ, præsertim quando in protasi eadem posita erat, satis notum: quo de genere conf. Lexicon Polybian. p. 125. et vide Herodot. I. 116, 11. et 14.— Atque hæc ita non modo a me scripta, verum etiam a typographo descripta erant, et prelo jam submittenda, quum mihi traditur secunda Vigeri Hermanniana editio, anno MDCCCXIII. in lucem emissa; ex qua haud mediocri cum voluptate cognovi, eumdem clarissimum Virum, mutata priore sententia, istum Herodoti locum, in quo versamur, eodem prorsus modo, quo a nobis factum, expediendum censere. S.

31. ἄνδρας μικροὺς, μυρίων ἐλάσσονας] Pygmæi sunt, prudentius, quam poëtarum in fabellis, hic descripti; a quorum pictura non longe abit Nonnosi, qui eos in Æthiopiæ finibus vidit, narratio. Sic Photius ex eo, Cod. III. Biblioth.

p. 8. ἐνίστυχε γάρ τισι μορφὴν μὲν καὶ ἰδίαν ἴσχουσιν ἀνθρωπίνην, βραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθος, καὶ μίλασί τὴν χρόαν, ὑπὸ δὲ τριχῶν διδασυμένοις διὰ παντὸς τοῦ σώματος. Itaque in fabulis, si illa fide fulciuntur, putari non debent. Idem nempe, bene Is. Vossius, efficiunt æstus et frigus intensissimum, quamvis diversa ratione: nam, qui nimio sole coquuntur, illi breves sunt et exiles, præsertim in siticulosis regionibus, ad Melam III. 8. quibus jungi possunt a Jobo Ludolfo disputata Conment. in Histor. Æthiop. p. 70. Wess.

Cap. XXXIII. 7. καὶ μίσην τάμνων Λιβύην· καὶ] Aut hæc, aut superior, quippe lenem orationis cursum turbans, inducenda copula est. Mediam autem Africam permeare Nilum, si districte adfirmetur, vero non erit simile. Quare Ampl. Bouherius Dissert. Herod. c. 18. p. 190. confusionem amnium, Nili, et ejus cui Niger nomen, hic invenit; fortasse citra jus. Haud sane aliter hæc accipi possunt, quam quæ de Istro, μίσην σχίζων τὴν Εὐρώπην: quæ quidem si arte presseris, simili laborabunt difficultate. Wess.—At Herodoti quidem hæc fuit sententia, Nilum mediam e transverso permeare Africam, Istrumque mediam Europam. Priorem καὶ particulam, Wesselingii monitum secutus abjecit Reizius: quam equidem, jubente codicum consensu, restitui. Pluribus autem rationibus tueri illa locum suum potest; quarum rationum hæc simplicissima, ut repetitum verbum ῥέει subintelligas: ῥέει ἐκ Λιβύης, καὶ (ῥέει) μίσην τάμνων Λιβύην. S.

11. Πυρήνης πόλιος] Nollem dicam Laurentio a Viro Cl. inpactam, ex non geminata canina littera: secutus est suas schedas, quibus aliæ consentiunt, præterque omnes Aristoteles Meteorol. I. 13. Isthic autem Philosophus montem signavit, Noster urbem; quo titulo in Celtis cum nulla sit, Guil. Sukius ad Peripl. Ponti Euxin. p. 164. Πυρήνης ὄρους sive ὄρεος, vel aliud quid hujusmodi, legendum conjicit esse: cui paria non facio. Herodotus ex auditu hæc deponit, in omnibus non fallente. Monuit Glareanus et Stukius ex eo, non longe ab Istri fontibus duo amnes Brygen seu Pregen scaturire et cum eo misceri, vicinamque illis regionem Preginam sive Pryginam adpellari: fieri potuisse, ut Πυρήνη inde gigneretur, Gemina illis Dalecampius ad Plinium H. Nat. IV. 12. in eo reprehendendus, quod Πυρηνήνης χώρης Nostro obtrudat. Wess.

11. Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακληΐων στηλέων] Corrigunt doctissimi viri Jo. Clericus et Bouherius Diss. Herodot. c. 19. ἔσω Ἡρ. στηλέων, siquidem Celtæ, sub quorum nomine Hispani continentur, extra columnas istas censeri nequeant. At hæc vide. Ad Calpen fixæ credebantur columnæ; unde diversa ratione cis et uls columnas multa considerari poterant. Omnia extra Herculis fretum in Oceanum versa ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων Straboni I. p. 82. (p. 47. extr. ed. Cas.) cui et pars extima Lusitaniæ, sese vehementer porrigens ac incurvans, τὸ ἐκτὸς Ἡρακλείων στηλῶν κύρτωμα τῆς Εὐρώπης, p. 112. (p. 64. Cas.) Præterea ἐντὸς στηλῶν insulæ contra Hispaniam in Mediterraneo Mari, ἔξω δὲ στηλῶν, τὰ Γάδιρα sive Gades, lib. III. p. 256. (p. 168.) Jam Celtæ ad flumen Anam et Lusitaniæ promontorium Sacrum et Nerium, cui et Celtico nomen, sedes olim habuerunt, eodem teste lib. III. p. 230. B. (p. 153.) Atque his dudum scriptis adfertur Biblioth. Germ. T. XXIV. pars II. in qua Cl. Pellouterii Responsio ad Cel. Schœpflini dubia, de situ Celtarum in Hispania eadem tradens, p. 396. Wess.

14. ῥέων —— διὰ πάσης Εὐρώπης] Hæ

quidem voces orationis Herodoteæ lenem cursum impediunt, Criticisque furcillis hinc videntur ejiciendæ; si vera suspicor, sic olim ad oram positæ:

τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου τῇ Ἰστριηνοὶ Μιλησίων οἰκίουσι ἄποικοι	ῥέων διὰ πάσης Εὐρώπης

Repeti poterant e lib. IV. c. 49. ubi ῥέει διὰ πάσης Εὐρώπης ὁ Ἴστρος (ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ) ῥέων δὲ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ἐς τὰ πλάγια τῆς Σκυθίης ἐσβάλλει. Hic ista post parenthesin Herodoteo more requirebatur repetitio: nostro loco paulo dixerat ante de Danubio (l. 11.) ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. Istis, quæ dicebam, rejectis nihil hic remanet impediti. Locorum præterea monstrat comparatio, quomodo capiendum sit μετὰ Κύνητας, IV. 49. exceptis nempe Cynesiis. Hi ultimi habitabant ad Occidentem Europæ; Celtæ pæne ultimi: in Celtarum regione ponit Herodotus Danubii fontes, illinc per Europam fluentis, seseque tandem in Pontum Euxinum circa Istriam exonerantis. Valck.—Abjecta a Reizio verba revocavi cum Schæfero. Post Ἴστρος comma interposui, quod aberat vulgo. S.

Cap. XXXIV. 6. ἡ δὲ Αἴγυπτος —— κέεται] Hæc alienissimo loco legi contendit T. Faber, atque in librum IV. reducenda: Quid enim, inquit Epist. I. p. 29. ad comparationem Nili cum Danubio situs Ægypti, qua Ciliciæ montana aspicit, facere potest? Mea sententia lib. IV. prorsus ista locum non invenirent; hic autem pernecessaria apte respondent ad argumentationem Herodoti, haud sanequam comparantis longitudinem Nili per Ægyptum cum cursu Danubii per Europam fluentis, quod putabat Faber: nihil minus. Ostendere nititur, τὸν Νεῖλον τῷ Ἴστρῳ ἐκ τῶν ἴσων μέτρων ἐρεῖσθαι. (cap. 33, 9.) Tractum ille duntaxat cursumque Nili atque Istri comparat ab Occidente versus Orientem fluentium. Ad quæstionem a Fabricio sibi positam altius Herodotea retractare debuerat Faber. Nilus secundum Herodotum (II. 22.) Libyam permeans et Æthiopiam ἐκδιδοῖ ἐς Αἴγυπτον. Quousque supra Ægyptum Nili fontes persequuti dicantur, narrat cap. 29. et seqq. Supra Ægyptum fluit ab Occidente, ῥέει ἀπὸ ἑσπέρης τι καὶ ἡλίου δυσμέων. (cap. 31; 5.) Tum narrationem interserit, qua per Libyæ deserta quam longissime progressi juvenes Nasamones flumen invenisse magnum dicuntur, ῥέειν δὲ (cap. 32, 38.) ἀπὸ ἑσπέρης αὐτὸν πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα. Nilum fuisse conjicit Herodotus; tandem hunc Nili cursum comparans cum cursu Danubii. Nilus ipsi dicitur μέσην τάμνων Λιβύην: Ister μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. Nilus fluit ab Occidente Libyæ; Ister ab Occidentali parte Europæ. Ister τελευτᾷ ἐς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου, τῇ Ἰστριηνοὶ—οἰκέουσι: Nilus ἐκδιδοῖ ἐς Αἴγυπτον. Ægyptus terminus est Orientalis, ad quem ab Occidente Libyam pervadens pertingit Nilus: hanc, cursu mutato, mediam secans effluit in mare. Jam vero monstrandum erat, Ægypto objectum respondere locum, quo se Danubius in Pontum exoneraret Euxinum: Ægypto, inquit, opposita est Cilicia montana: hinc recta via pergendo quinque diebus perveniri potest Sinopem, ad Pontum Euxinum sitam: Sinope objacet Istro, se in illud mare exoneranti. Tandem e dictis concludit: οὕτω τὸν Νεῖλον δοκέω, διὰ πάσης τῆς Λιβύης (per totam Africam; ut Danubius per totam Europam:) διῃόντα, ἐξισοῦσθαι τῷ Ἴστρῳ. Valck.

9. ἀντίον κέεται] Gronovium vide ni-

mis argutantem. (Putaverat ille, legi hic debere τῷ Ἴστρῳ ἀντίη κίηται: paullo ante vero, τῆς ὀρ. Κιλικίης ἀντίον κίηται.) Usus ἀντίην patrio casui jungit, quemadmodum scuti Hesiodei v. 434. et 444. adnectit idem dandi inflexioni ἀντίον VI. 77. in scriptis Codd. Hoc si nolis, quidni ἀντίη retinebitur? Wess.

Cap. XXXV. 2. πλεῦσα Θωυμάσια ἴχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη] Πλέω Θωϋμάσια sedem pristinam recepit. Lege tamen Clar. Abresch Diluc. Thucyd. p. 514. Wess.—Probavi equidem superlativum, notione comparativi positam. Similiter πρῶτος sequente ἤ particula habes IX. 27, 7. Conf. Wessel. ad VII. 16. et Hermann. Adnot. 57. ad Viger.

[7. τὰ πολλὰ πάντα. Vide ad I. 203, 6. notata. S.]

7. ἤθεά τε καὶ νόμευς] Quinimo ἴθεά τε καὶ νόμευς habebant Ægyptii, quæ pleraque prorsus essent aliorum populorum moribus atque institutis contraria. Ἐπεὶ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στίγας Θαλεῦσιν ἱστουργοῦντες· αἱ δὲ σύννομοι Τὰ ἔνδον βίου τροφῖα πορσύνουσ' ἀεί: Sophocles Œd. in Col. v. 331. Herodotus, αἱ μὲν γυναῖκες, inquit, ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι, οἱ δὲ ἄνδρες κατ' οἴκους ἱστοῖς ὑφαίνουσι. Secundum Nymphodorum ἐν τῷ ιγ sive ἐν τῷ γ τῶν Βαρβαρικῶν apud Schol. Soph. muliebria munia viris in Ægypto primus adsignavit Sesostris; quod, si fidem invenit, Rex bellicosissimus censendus est, constituisse, posteaquam plurimas gentes subjugasset, ἀποστήσας τὰ πλήθη ἀπὸ τῶν πολεμικῶν ἔργων, Diodor. Sic. I. 56. qui his simillima de Amazonum maritis probabilius narrat II. 45. III. 53. Ceterum e Nymphodori fragmento Herodoteum ἀγοράζουσι interpretari debuerant ἐν ἀγορᾷ πιπρασκοῦσι, aut διατρίβουσι: quo significatu semper verbum ἀγοράζειν Herodotus, (III. 137. et 139. IV. 78. et 164.) veteres etiam Attici præsertim adhibuerunt, quorum usum Grammatici respiciunt Atticistæ. Quia rarissimum erat emendi sensu apud Oratores antiquos, in Hyperidis Deliaca, Ἀγοράσαι ἀντὶ τοῦ ὠνήσασθαι, positum adnotavit Harpocration: orationis ista pars superest in Scholiis ad Hermogenem, excitata Casaubono in Athen. X. c. VI. (Animadv. in Athen. T. V. nostræ edit. p. 371.) et d'Orvillio Exercit. Deliaca p. 110. Valck.—Cur ἴθεα, quam ἤθεα, maluerit Vir doctus, haud satis video. ἴθεα videntur magis esse consuetudines singulorum; ἤθεα, publici magis mores. Vide IV. 95, 8. 106, 2. VIII. 144, 16. De morum Ægyptiorum et Græcorum discrepantia lepidissimi exstant versiculi Anaxandridæ comici apud Athenæum lib. VII. c. 55. p. 299. seq. S.

8. αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι] Tractavit hæc ill. Ez. Spanhemius ad Julian. Or. I. p. 142. Sed ἀγοράζειν hoc loco idem est atque in fore agere et versari, sicuti III. 137. Recte Nymphodorus in Schol. Œd. Colon. Sophocl. v. 350. αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ πιπρασκοῦσι καὶ καπηλεύουσι de Ægyptiis; tum οἱ δὲ ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνουσι, at nihil ibi de texendi more, quem clarissima luce Salmasius ad Vopisci Aurelian. cap. 46. p. 564. et post eum Jo. Braunius Vestit. Sacerdot. Hebr. lib. I. 16. p. 267, etc. circumfudit. Wess.

[14. εὐμαρείη. Sic scribendum monuerat Koen. ad Gregor. Dialect. Ion. §. 119. S.]

Cap. XXXVI. 1. τῇ μὲν ἄλλῃ κομέουσι] Nihil muto. Κομόωσι Arch. (sic enim habet, non κομόουσι, uti Galeus,) librario debetur, ad notam Ionicam offenso: indidem ξυρεῦνται et ξυρῶνται venerunt, salvo meliore cap. 37. Non negavit his Cl. Salmasius operam, de Coma p. 542. talia derivans, quæ sine controversia inde confici non possunt, bene ob-

servante Cl. Dukero in Thucydid. I. 6. Wess.

3. *τοὺς μάλιστα ἰκνέεται*] A poëtis omittitur interdum in talibus præpositio; addit Herodotus; qui et hic scripsisse videtur: *ἐς τοὺς μάλιστα ἰκνέεται*, nempe *τὸ κῆδος*: qui quidem genere sint proximi, atque id circo *ταφῆις* et *κηδεσταί*. Lib. VI. c. 57. *δικάζειν πατρούχου παρθένου πέρι, ἐς τὸν ἰκνέεται ἴσχιν.* conf. c. 109. Ad aliquem venire dicitur pecunia vel hæreditas. Solon: *μὴ ἰσισχναίνειν εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται τῶν ἐφανῶν στιλευτηράντων*, apud Diogen. Laërt. I. 56. cui legi Charondæ contrariam explanans Diodorus Sic. XII. 15. *τῆς οὐσίας*, inquit, *εἰς ἰκνίους καθηκούσης*. Iis esse adjuncta Sacra, scribit Cicero de Legg. II. c. 19. ad quos patris familias morte pecunia venerit. Valck.—Ergo *ἐς τοὺς* voluerat Vir doctus. At similiter IX. 26, 32. *ἡμέας ἰκνέεσθαι*, pro *ἐς ἡμέας* dixit Noster. S.

[6. et seq. *δίαιτα*. De victu interpretatus est *Larcher*: "Les autres peuples prennent leur repas dans un endroit separé des bêtes, les Egyptiens mangent avec elles." Quas trictiore notione frequenter quidem apud alios auctores usurpari novimus id vocabulum; nec vero apud Nostrum. Vide I. 35. extr. I. 157, 8. II. 68, 17. coll. 1. 4. etc. S.]

8. *ἀντὶ πυρίων*] Et hoc instauravi. *αὐτίων*, *Θισσαλίων*, *Σουσίων* aliaque hoc de genere adhibuit; et hæc terminatio recusabitur? Melius successisset, si in Latinis, frumenti loco, triticum, et *ζειὰς* Hieronymi exemplo speltam vertissent. Belle de his Ol. Celsius Hierobotan. P. II. p. 101. et 122. Wess.

11. *τὸν δὲ πηλὸν πῆσαι χερσί.*] Huc præter Strabonem XVII. p. 1179. c. (p. 823. extr. ed. Cas.) spectat Anonym. in Pythag. reliquiis p. 714. (ed Gal.) *τὸν πηλὸν δεῖνυν ταῖς χερσὶ, τὸν σῖτον τοῖς ποσὶ, τήνοις καλὸν, ἀλλ' ἁμῖν τὸ ἐναντίον.* Qui quidem meminerit, vinum secundum Grammaticos Ionice dictum *πηλὸν*, et *οἶνον πατεῖν* Hybriæ ap. Athen. XV. pag. 696. A. hic forsan per *πηλὸν*, uvas intelligat pressas in torculari: sed vinum nuspiam ita vocat Herodotus, secundum quem vitibus etiam caruit Ægyptus: vid. Celeberr. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 19. Valck.

14. *εἵματα τῶν μὲν ἀνδρῶν ἕκαστος ἔχει δύο.*] Hinc in Schol. ad Soph. Œd. in Col. v. 331. corrigendus est Nymphodorus: *τοῖς μὲν δύο ἱμάτια περιβάλλει, τοῖς δὲ ἕν*: vulgatur, *τοῖς μὲν δ. ἱ. π. τοῖς δὲ ἕν.* Huc Sesostris ista dicitur in usum introduxisse, *ὑπολαμβάνων ἅμα τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐμβηλύνεσθαι ὃ καὶ Λυδοῖς ὕστερον συμπεσεῖν φασίν.* Lydi cum a Cyro defecissent, *πίλινοί σφισι*, inquit Crœsus apud Herod. I. 155. *πέδιλας — ὑπεδύνειν τοῖσι εἵμασι*: quod Polyænus dixit *στολὴν γυναικεῖαν φορεῖν* lib. VII. cap. 6, 4. De Cyro Lydisque narrata transtulit in Xerxen et Babylonios Plutarch. T. II. p. 173. c. De Ægyptiis conf. Herod. II. 81. Valck.

21. *διφασίοισι δὲ γράμμασι χρέωνται*] De Ægyptiorum litteris docte et prudenter Cl. Warburton Divin. Legat. Mosis lib. IV. sect. 4. Usi olim fuerunt sacris sive Hieroglyphicis, quales in obeliscis aliisque monumentis cernuntur: usi etiam *δημοτικοῖς*, quas populares et currentes adpellare licebit. Memini ætate superiore in cimeliarchio Auriaci Principis, monstrante Hemsterhusio, eruditissimi patris egregio filio, lintea videre hujusmodi litteris obpleta: habet similes facias et lintea texta illustr. Comes Caylus in Recueil d'Antiquités T. I. p. 70., adspersis præclarissimis observationibus, quas ut consideres auctor suasorque sum. Wess.

Cap. XXXVII. [4. *εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι*] Lineas vestes Herodotum videri dicere non modo quæ ex lino, sed quæ ex gossypio vel bysso confectæ erant, jam ad I. 195. 1. monuimus Ves-

tes ex gossypio sacerdotibus Ægypti gratissimæ, ait Plinius lib. XIX. cap. I. sect. II. 3. conf. Polluc. VII. 75. et Forsterum de Bysso vetèrum p. 85. laudatum Heerenio in Ideen, etc. T. I. p. 137. S.]

5. τά τε αἰδοῖα περιτάμνονται] De sacerdotibus recte: neque enim omnibus Ægyptiis illa circumcisionis, nisi si mysteriis initiari et ad sacras scientias admitti vellent, necessitas. Docuit Huëtius, Vir Cl. in Origen. ad Genes. p. 16. et in Homil. V. in Jerem. p. 159. edit. nov. multoque uberius amicus meus, olim studiosissimus auditor, C. V. Vonckius, vir Ampliss. Obs. Miscell. cap. I. p. 60. Caussam ritus, quam Noster adfert, ridiculam ait Guiliel. Jameson, Spicil. Antiq. Ægypt. c. 14. pag. 339.; potuisse enim sacerdotes munditiæ et salubritati consulere sine circumcisione. Fateor id ultro. Vitio-ne tamen cedere scriptori debet, si, quem obtendebant Ægyptii colorem, signet? Philonem Jud. de Circumcis. p. 810. c. Vir Cl. in consilium ubi misisset, potuisset sapere. Addit doctissimus Judæorum, non aliam ob rationem sacerdotes corpus adcuratissime radere, et Synesius Encom. Calvit. pag. 70. D. cum Petavii observatis. Wess.—Conf. *Michaëlis*, Mosaisches Recht, T. IV. §. 186. et *Meiners*, De Circumcisionis origine et caussis, in Commentatt. Soc. Reg. Goetting. T. XIV. pag. 211. seq. S.

11. λοῦνται δὶ δὶς τῆς ἡμέρης] Valla interdiu ter, quasi τρὶς esset. Mihi istud, modo scripti Codd. addicerent, non displiceret. Vide hoc Porphyrii ex Chæremone, Abst. An. IV. 7. τρὶς δὶ τῆς ἡμέρας ἀπιλούσαντο ψυχρῷ, ἀπό τε κοίτης, καὶ περὶ ἀρίστου, καὶ περὶς ὕπνον. Quæ et Mediceo et aberranti Arch. auctoritatem conciliant. Porro ἑσθῆτα βαλίαν Aldi et Arch. (l. 11.) habet quidpiam singulare, cui fidere non audeo. Wess.—Vulgatum λαβῖν primus dedit H. Steph. ex codice puto MS. S.

12. δίδοται——οἶνος ἀμπέλινος] Eum in modum c. 60. At c. 77. usum Ægyptiis οἶνου ἐκ κριθίων sive vini ex hordeo largitur, quoniam vites regioni deessent: quod quidem an districte verum sit, alias quæremus. Plutarchus, post Psammetichi ætatem, aditu Græcis intra regionem patefacto, vini potum regibus et sacerdotibus placuisse, de Isid. et Osir. c. 6., antea pestiferi quid illi adesse opinatis, innuit. Ut ut fuit, οἶνου οἱ μὲν οὐδ' ὅλως, οἱ δὲ ὀλίγιστα ἐγεύοντο, Chæremon in Porphyr. Abst. Anim. IV. 6. Confer Musam III. 5. Iablonski Panth. Ægypt. II. 1. pag. 131. et nota Salmasium, ἀμπέλινον de foliis, ἄμπελον, in vino usurpari adservantem ad Achillem Tat. lib. II. p. 67. Wess.

20. οὔτε τρώγουσι] Cl. Pauw corrigebat φρύγουσι, frigunt, vulgatum vitii damnans, quoniam qui fabas ἕψοντες ἐσθίουσι, eas τρώγουσι, quod Noster infitiatur: passim ἕψειν et φρύγειν contra se poni, neque τρώγειν crudas edere indicare. Speciem ea habent, nihil amplius. Debuisset scriptor, si vero niterentur, οὔτε φρύγοντες οὔτε ἕψοντες dare. At veritas deest. Τρώγειν de crudis olim placuit unice: testantur τρωκτὰ et τρώξιμα, quæ ὠμὰ ἐσθιόμενα exponit Galenus: accedit verbi in his libris usus, I. 71. II. 92. (IV. 177, 3.) Bene, quamquam generalius, Plutarchus Symp. VIII. 8. οὔτε γὰρ σκίλλαν, οὔτε σικύδια κύαμον Αἰγύπτιοι, ἀλλ' οὐδὲ ὀρῶντας ἀνίσχεσθαί φησιν ὁ Ἡρόδοτος. Egregio Medicei et Pass. πατέονται alius erit locus. (Vide Adn. ad c. 66, 7.) Nunc notemus eorumdem τῶν ἰξ ἴσασι ἀρχίερεως (l. 23.) singulare prorsus. Potuisset illi fidejussorem Vir Celeb. addere Dionem Cassium, cui ὁ ἀρχιέρεως, τῷ ἀρχιέρεϊ,

τὸν ἀρχιέρειον sese probarunt. Lege Cl. Reimari observata in Dionis LIII. pag. 712. Wess.

Cap. XXXVIII. 2. καὶ τούτου εἵνεκα δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε] Non expedio hanc consecutionem: Boves mares Epaphi censentur: Epaphus non alius ac Apis II. 133. III. 28.; propterea hunc in modum boves explorant. Hæccine consequens oratio? Saltem qualitatem aliquam aut coloris aut rei alius adjunxisset. Ægyptii rufos boves τοὺς συμμόλους βοῦς tantummodo inmolabant, usi prius examine pilorum superstitiosissimo, ὥστε κἂν μίαν ἔχῃ τρίχα μέλαιναν ἢ λευκὴν, ἄθυτον ἡγεῖσθαι, ut si vel pilum unum nigrum albumve haberet, mactari non posse arbitrarentur, testantibus Plutarch. Isid. et Osir. p. 363. B. et Diodoro I. 88. In Nostri animo, etsi verba nunc non præferant, versatum simile quid videtur. Cl. Pauw planissima fore censebat omnia, modo βοῦς τοὺς ἐρυθρούς, nigros boves, refingeretur: hos enim Epaphi sive Apidis, itidem nigricantis coloris, fuisse. Quod quidem si probetur, cur atros candidosque pilos tanta superstitione bubus evulserunt, quibus ipse Apis insignis erat? mitto vocem Herodoteam non videri. Ne longum faciam, adstipulor Viro doctissimo, aut menda turpatam, aut voce aliqua defectam esse orationem. Fac fuisse τοὺς δὲ καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρευνας, etc. et nexus erit sermoni; quam mihi suspicionem stabilire sequentia videntur et quæ principio c. 41. tum Porphyrius Abst. An. II. 55. Sed hoc doctiores perpendant. Wess.—At nihil est, quod hic magnopere desideres. Non nisi eos boves immolare licitum fuisse, qui καθαροὶ essent, per se intelligebatur: itaque statim exponit auctor, quo pacto, an καθαροὶ sit et immolari Epapho bos possit, exploretur. S.

3. ἐπισῶσαν] Ἐνισῶσαν ex Arch. scripsissem, nisi Pass. dedisset conmodius, quod et in Abreschii conjecturam Dilucid. Thucyd. p. 350. venerat. Reiskio, post pauca εἰ καθαρὴ τῶν, etc. (l. 6.) convertenti in εἰ κατοφῇ τι τῶν, num conspiciat horum quidpiam, arbitrariam emendandi rationem lubens relinquo. Wess.—Ad ἴδηται intellige ex præcedentibus ὁ δοκιμάζων, nempe τῶν τις ἱρέων, ut mox deinde ait. S.

[7. ἐν ἄλλῳ λόγῳ potest significare in alio harum Historiarum libro: sed et simpliciter, in alia narrationis parte. Id, de quo hic agitur, habes lib. III. c. 28. S.]

10. γῆν σημαντρίδα ἐπισπάσας] Contendit P. Victorius Variar. XIV. 4. hanc σημαντρίδα cum Ciceronis Orat. pro Flacco c. 16. creta Asiatica. In Salmasium ad Solin. p. 157. non dissimilia opinatum, Gronovius calamum strinxit. Quam ego litem meam non facio. Cui enim bono? Plutarchus τοὺς σφραγιστὰς τῶν ἱερῶν et sigilli cælaturam Isid. et Osir. loco supra citato, sive cap. 31. expingit: tetigit et Clar. Steph. le Moyne ad Polycarpi Epist. p. 410. talia Nostro contribuens quæ recusat. Wess.

Cap. XXXIX. 3. ἵστιτα δὲ ἐπ' αὐτοῦ ὄνου] Torsit ἐπ' αὐτοῦ Cl. Reiskium, non perspicientem, quid hoc loco velit: substituit ἵστιτα δὲ ταῦρον ὄνου, aut πύελον, βυτὸν, ναμὸν, σανδὴν, ut eligendi sit facultas. Verum abundantior ea est copia. Corn. Pauw ἵστιτα et ἐπ' αὐτοῦ visum fuit ἐκ παραλλήλου idem esse, ac dein, post hoc, statim. Equidem postea, deinde Latinorum, et αὖθις, αὖ pulcre recordor, ἐπ' αὐτῷ itidem; de isto nunc quidem addubito, in versione Gronoviana (αὐτοῦ ad βωμὸν referente) adquiescens. Recepi præterea (l. 6.) κατακεκαμένου, libris et indole sermonis requirentibus. Consentit Plutarchus Isid. et Osirid. c. 31. Quæ de devotione victimæ piacularis, et manibus

capiti ejus inpositis, exponuntur, in rem suam vertit Spencerus, Leg. Hebræor. Dissert. VIII. p. 1466. Wess.

Cap. XL. 4. Ἐπὶ τῇ περιπετείῃσι τῇ Ἴσι, etc.] Induxit hæc Medicei imperio Gronovius; ego vero, plurium Codd. jussu, veterem reduxi in sedem. Quid virum Cl. inpulerit, adnotationes ostendent; in quis tamen conplura, non magni roboris. Negat Herodoteum esse βοῶν, quam ipse vocem non movit VI. 67., quamque Parisienses scripti atque alii hoc non habent loco: urguet, bis sine caussa idem dici, repetique brevi intervallo περιπετείσαντες δὲ, θύουσι. Atqui de Ægyptiorum circumcisione, ut uno tantum utar exemplo, iteratio similis c. 36, 37. Quod illi vero validissimum argumentum ex ratione dictionis ἐξ ὧν εἶλον, pro instauratis æque firmum stat. Jam vide verborum cohærentiam: significat Noster, maximam se deam et festum ejus maximum descripturum: habent utrumque suam in possessionem restituta; quæ si auferas cum Medic., ex parte sermo truncus incedit. Adde conspirantem tot MSS. consensum. Id ignorare me fateor, Vallam quid tandem, ut καταύδωνται obdormierunt redderet, adegerit. An καθιύδωνται invenit? Quod si reperit, cautione utique fuerat opus. Wess.—Insignem speciem habere scripturam eam, quam Vir præstantissimus revocavit, minime equidem negaverim. Sed restituta illa, quam probati libri nobis conservarunt, multo aptius mihi visa erat cohærere Scriptoris oratio. S.

[5. καιλίην μὲν κινὴν πᾶσαι ἐξ ὧν εἶλον. Vide Var. Lect. (ed. S.) Plana sententia: totum abdomen exenterant, (intestina omnia ex alvo eximunt,) viscera vero in corpore relinquunt. Cur vero cum Schneidero (in Lex. crit. Græcæ linguæ, voc. Καιλία) ventriculum simul cum intestinis exemtum hic intelligamus, caussam equidem video nullam. S.]

14. ἱστὰν δὲ ἀποτύψωνται] Obversabantur ista docto nugatori, cujus Ionicum de Syria Dea libellum inter Lucianea retulerunt, T. III. p. 454. ubi Adonin ab apro interemptum in sua regione ferebant Byblii, καὶ κατὰ (sic legerim) μνήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ θρηνέουσι· —— ἱστὰν δὲ ἀποτύψωνται καὶ ἀποκλαύσωνται. Optime Hesych. Herodoteum Ἀποτύψωνται interpretatur, παύσωνται τοῦ τύψασθαι: ubi plangere desierint, Leopard. VII. Em. cap. 12. qui Lucianea quoque comparavit. Ut in his τύψασθαι et ἀποτύψασθαι, sic II. 73. πυρᾶσθαι αὐτὸ φερίοντα· ἱστὰν δὲ ἀποπυρηθῇ. Dantur hujus generis plura: Ἀποφοιτᾷν Eustathius interpretatur παύσασθαι φοιτῶντα. vid. Clariss. Piersoni Anim. in Moerid. Attic. p. 400. τῆς σχολῆς ἐκφοιτήσας est apud Diogen. Laërt. X. 6. Valck.

Cap. XLI. 2. τὰς δὲ θηλίας οὐ σφι ἔξεστι θύειν] Porphyrius Abst. An. II. 11. his consimilia, non sine naturali quadam instituti caussa. Duravit Ægyptiis ea superstitio in Constantii Imp. tempora. De bucula, hortos rigante, ἐπιχείρησαν θῦσαι καὶ ἔθυσαν ἄν, εἰ μὴ θῆλυ τοῦτο ἦν. τὰ τοιαῦτα γὰρ ἔλεγον μὴ ἐξεῖναι παρ' αὐτοῖς θύεσθαι, Athanasius Histor. Arianor. ad Monach. cap. 56. p. 378. Isidis simulacrum bubulis cornibus dabit Plutarch. Isid. et Osir. c. 19., et Nostri imitator Libanius, ἡ γὰρ δὴ Ἶσις, τὸ βούκερων ἄγαλμα, τὸ Αἰγύπτιον, Antiochici p. 353. Wess.

13. ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερίχοντα] Potuisset ὑπερίχοντας, structura vulgatiore. At Gronovium consule in cap. 66. hujus libri. (ubi hanc dictionem cum illa confert, ταῦτα γιγνόμενα, c. 66, 14.) Antigonus Caryst. Hist. Mirab. c. 23. εἶδον ἐν Αἰγύπτῳ τὸν βοῦν ἐν παραφύξῃ—

ὅσοι αὐτὰ τὰ ἱρήατα τῆς γῆς ὑπερίσχυσι, etc. Wess.

Cap. XLII. 1. ὅσοι μὲν δὴ—ἵδρυνται] Fortasse scribendum ὅσοις μὲν δὴ Διὸς Θηβαίοις ἵδρυται ἱρόν: et paulo inferius, ὅσοι δὲ δὴ τοῦ Μίνδητος ἵκτηνται ἱρόν. Voculas δὲ δὴ sic sæpenumero conjungit Herodotus, qui c. 44. εἰρόμην, ait, ὁκόσος χρόνος εἴη ἐξ οὗ σφι τὸ ἱρὸν ἵδρυται. Valck. —Non erat cur sollicitaretur vulgatum. Idem valet ἵδρυνται ac ἱδρυμένον ἔχουσι, sive ἱδρύσασι ἑωυτοῖς: pro quo ἱδρυσάμενοι ἵκτηνται dicit c. 44, 19. Cf. ad I. 180, 10. Ridicule Larcher: "Tous ceux qui ont fondé le temple de Jupiter Thébéen." S.

1. Διὸς Θηβαίος] Rediit Jovi solemnis titulus, quo I. 182. II. 54. IV. 181. superbit. Ἵδρυνται ἱρὸν in Vallæ Latinis templum incolunt, verius sacrum sive ædem constituunt, (potius constitutum habent.) ut c. 41. 44. et Diodor. Sic. I. 15. Rediit quoque Ὀσίριος, cui Med. Ionicam formam, hic inconsulte detractam, reddidit II. 157. Wess.

12. περίχισθαί τι τὴν κεφαλὴν] Pati hoc possum, si tamen opera levi fieret προσχίσθαι, sequentibus melius congrueret; quæ et Cl. Reiskii opinatio. Νέμος de arietis vellere Grammatici recusant, merito reprehensi a Sam. Bocharto Hierozoic. P. 1. c. 42. lib. II. De titulo Ammonis κριοπροσώπου nihil addam, nisi recurrere IV. 181. et in Luciani Astrol. c. 8. et Proclo in Timæum p. 30. Wess.

16. φωνὴν—νομίζοντες] Adridere posset φωνῇ, ob IV. 117. φωνῇ—νομίζουσι Σκυθικῇ. Sed illud æque probum. Sic I. 142. γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαι νενομίκασι. Alia hoc de genere Portus subpeditabit, quibus ex Dione Cassio, si quæ necessitas, magna foret accessio. In Cononis Narrat. 44. ὃς τὴν αἰχμάλωτον γυναῖκα ἐκέκτητο καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς ἔθυτο mutatum ivit Th. Galeus, non citra injuriam. Wess.

19. Ἀμμοῦν γὰρ Αἰγύπτιοι, etc.] Verius videtur Eustathii hoc ex loco Ἀμοῦν. (ut habet noster MS. F.) Namque ita Ægyptii. Plutarch. Is. et Osir. c. 9. Ἴσιν παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι Ἀμοῦν. ὃ παραγαγόντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. Hinc ex lapide inter Epigrammata Muratorii Th. Inscript. pag. 73. ΜΕΓΑΣ ΟΒΡΙΜΟΣ ΑΜΩΝ, quamquam ΑΜΜΤ in Rich. Pocockii Antiq. Inscript. pag. 30. Convenit אמון *Amun*, et המון *Hamon*, Jerem. xlvi. 25. Ezech. xxx. 15. Vide doctissimi Iablonskii Pantheon Ægypt. lib. II. 2. et Ægyptiorum mysticas has fabellas docte explanatas advertes. Wess.

24. τύπτονται—τὸν κριὸν] Arietem verberant, Laurentius. Ex usu verbi, plangunt, semet verberant oportuerat. Lucianus Dea Syr. c. 6. καὶ μυήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τι ἐκάστου ἔτεος. Poëta in Hephæstione pag. 34. κατατύπτεσθε κόραι, καὶ κατερείκεσθε χιτῶνας. Habet de hoc vocabuli usu plura Gronovius, admixtis tamen alienis, infra c. 61. Wess.

[25. ἐν ἱερῇ θήκῃ, sacra urna reddidit Valla. Nos, sacro in loculo, ut Gronov. Rectius futurum erat sacro in sepulcro. Est enim Herodoto θήκη conditorium, sive camera in qua pluribus sarcophagis locus. Vide saltem III. 16. 26. seq. S.]

Cap. XLIII. 8. ἐν δὲ δὴ καὶ τοῦτ] Haud scio an sit ἐν δὲ δὴ deterius. Lucian. Astrol. c. 4. ἐν δὲ καὶ οἰκήματα αὐτόθι ἐπίδεσαν: quod sollicitatum a viris doctis nollem. Noster III. 39. ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους—εἶλε: et V. 95. Adde Gronov. in I. 18. Aliter Aldus et ceteri pingunt, e quibus δὴ restituo; Medic. et hic Arch. illi se infestum præbuit, sicuti et III. 15. placatior alibi. Æliani Var. XIV. 38. πολλὰ καὶ ἄλλα οἶδα, ἐν δὲ τοῖς καὶ τόδε paullo diversius abit.

Wess.—In Var. Lect. (ed. S.) monere debueram, ἔνδει, non ἐν δὲ hic Wesselingium e superioribus editionibus tenuisse, quibuscum scripti libri etiam omnes (quod quidem sciam) consentiunt. Lubens tamen cum Reiz. et Schæf. ἐν δὲ correxi. Sic enim constanter adsuevit Noster: I. 185, 6. 192, 2. II. 79, 7. III. 15, 9. 38, 10. et plerumque quidem (sicut in omnibus istis locis (adjecta δὲ particula; quam et h. l. si quis revocatam cupit, quod Schæferus fecit, haud invitus patiar; nonnumquam vero etiam absque δὲ, ut I. 74, 5. II. 176, 3. VIII. 113, 15. S.

16. ὡς ἔλπομαί τι] Correxerat vir eruditus in Miscell. Lipsiens. ὡς πίπτομαί τι, quod merito in litteris ad me spernit. ἡ ἐμὴ αἰρέσις amplius est quam ἔλπομαι, et sententiam rationibus nixam exprimit, sicuti λόγος αἰρέσις, quod sanior ratio persuadet, III. 45. IV. 127. et in Platonis Critone p. 48. c., Arriano, Imp. Antonino, atque aliis. Lege Uptoni Adnotationes in Arriani Dissert. lib. I. 29. p. 155. (pag. 330. nostræ edit.) et Abreschii Dilucid. Thucyd. pag. 385. Wess.

18. ἀρχαῖός ἐστι θεὸς Αἰγυπτίων Ἡρακλέης] Dubio res caret. Habuerunt Ægyptii suum sibi numen, cui Græci Herculis titulum inpegerunt: nulla illi natalium origo ex Jovis et Alcmenæ amoribus, verum Nilo genitus tradebatur, Cicerone doctore, Nat. Deor. III. 16. Ordines deorum in ista gente varii: primi VIII. hinc XII. inde alii, ut est c. 145. ex secundis fuit Hercules. Legendus est Cl. Jablonskius Præfat. Panth. sect. 28. et lib. II. c. 3., neque enim moram in his nectere lidet. Wess.

[20. ἐστι τε ἐκ τῶν ἐκεῖ θεῶν οἱ δυώδεκα θεοὶ ἐγένοντο] Aliena prorsus erat Vallæ interpretatio: ex quo Herculem ex octo diis, qui duodecim erant, unum esse arbitrantur. Voluerat ille, puto, debuerat certe, ex duodecim diis, qui octo fuerant. ἐγένοντο cum Gronovio exstiterunt reddidi, quod et Wess. tenuerat. Commodius H. Steph. in ora versionis Laurentianæ: ex quo e diis octo facti fuerunt duodecim, quorum unum Herculem censent. Quam versionem probans Iablonski in Proleg. Panthei Ægypt. pag. LXIV. et LXXIII. ut octo diis, quos initio coluerant Ægyptii, succedente tempore adjecti fuerint quatuor alii. Larcherus, contra auctoris mentem: "il est du nombre de ces douze Dieux, qui *sont nés* des huit Dieux." S.]

Cap. XLIV. 5. ἡ δὲ σμαράγδου] Non me fugit, quid patrocinii μάραγδος ex Athenæi III. 14. (pag. 94. b.) auferre queat, sed locuples esse dubito. Noster vulgatum, nullo MSS. dissensu, probavit III. 41. (Sic corrige in nostra Var. Lect. (ed. S.) ubi perperam II. 41.) Stat et pro eodem Cl. Wasse in Thucyd. IV. 13. Latinos Zmaragdum maluisse, cognitissimum est, quo de Jan. Brouckhusius in Propert. II. 13, 43., et ab eo cumulatim citati. Μίγαθος, quod continuo (1. 6.) succedit, insolentius videtur: hinc T. Fabri μιγάλως, a Gronovio castigatum: indidem Reiskii μίγα φῶς, non magno utique molimine. Ego in Laurentii et Porti partes eo; nam Gronoviana explicatio minime se probat. Wess. —Nempe adverbialiter pro μιγάλως positum μίγαθος Portus censuit: quod utique insolentius. Quod ad Reiskii spectat conjecturam, notabile tamen est, subinde et alibi a librariis permutatas reperiri Φ et Θ literas. Cujus confusionis in Athenæo exempla nonnulla observare memini: alia duo Schæferus adnotavit, unum in notis ad Gregor. Dialect. pag. 525. alterum in Indic. Græc. in eumdem librum. p. 929. Vide etiam Wesselingii Adnot. ad II. 48, 6. et Var. Lect. (ed. S.) I. 58, 4. De smaragdina, quam Noster dicit, columna con-

suli possunt quæ Larcherus ad h. l. adnotavit. S.

11. τριηκόσια καὶ δισχίλια] Fuit Tyrus post Sidonem μεγίστη τῶν Φοινίκων καὶ ἀρχαιοτάτη πόλις, in Strabon. XVI. pag. 1097. et, illo longe potiore, Esaia Propheta c. XXIII. 7. Negari tamen haud potest, nimium priscam hic perhiberi; quod præter alios egregius Vatis ejus explanator Camp. Vitringa condocefecit. Fieri potest, ut Nostrum, antiquitatis suæ jactatores, sacerdotes Herculis circumscripserint. Quod enim Vignolius Chronol. lib. IV. 1. p. 33. τριηκόσια καὶ χίλια rescripsit, id in conjectura, incerta et fallace, deputandum est. Non addo, et ea ratione Tyri initia justo antiquiora constitui. WESS.

[12. ἱκανομὴν ἴσχουσι Θασίου εἶναι] De abundante verbo εἶναι vide ad I. 153, 17. notata. S.]

15. πίντε γενεῆσι] Δέκα γενεῆσι corrigit Maussacus ad Harpocr. p. 144. eductus a Scaligero ad Euseb. p. 37. Mendæ patebit origo, si sic voces censeantur olim collocatæ: καὶ ταῦτα δὴ γενεῆσι ι'. (id est δέκα) τρίτῃ ἐστί. Nonnunquam numerum voci γενεὰ subjicit etiam Herodotus, ut I. 185. γενεῆσι πίντε τρίτῃσι γενομένη, et IV. 147. VALCK.

Ibid. πίντε γενεῆσι ἀνδρῶν τρίτῃσι] Et hæc exercuerunt eruditorum studia. Maussacum sanna Gronovius repulit, chronologica difficultate nihil admodum motus; belle noverat ex Scaligero ad Euseb. Chron. p. 37. a Thaso et Cadmo plus quinque generationibus ad Herculem abiisse; neque nesciebat Berkelii ad Stephan. in Θάσος conatus: et pertinax tamen silentium. Ego vero non ambigo de menda vocabuli πίντε. Quid fuerit olim, conjectando vestigandum est. Maussaci δέκα γενεῆσι nimium videtur: addit enim in seriem majorum Herculis Belum, cujus ratio hic nulla. Beli filio Ægypto æquales fuerunt Cadmus et Thasus: ab Ægypto ad Herculem octo numerantur descendentes in Stephani Θάσος, qui quidem, uti Aldus et prisci Editi, Η'. δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους καὶ Θάσος παλαίτερος h. e. octo vero generationibus Hercule antiquior Thasus est. Mutavit fateor Berkelius posuitque δέκα, quod scriptus liber ι'. δὲ γενεαῖς præferret: at offendit eumdem ad lapidem, ad quem Maussacus. Jam generationum ordo et numerus in Herculem usque cum constet, adstipulor Ampl. Bouherio Diss. Herodot. c. II. p. 128. ἐκτὸς γενεῆσι reponenti. Discrepant, neque nego, ἐκτὸς et πίντε scriptura; quæ differentia notæ fortasse numerali obscurius pictæ, aut erranti amanuensi, in acceptum referenda est. WESS.—Possis cogitare Η'., olim scriptum fuisse, idque successu temporis in Π'. (i. e. πίντε) mutatum: sed scriptura Π. pro πίντε vetustior est, quam illa qua η'. octonarium numerum indicat: satisque notum, H. olim ἑκατὸν significasse. Larcherus, cujus et Adnotatio ad h. l. et uberior in hunc locum commentatio in Chronol. Herodoti consuli potest, vulgatam scripturam πίντε defendit. S.

21. ὡς ἤρωϊ ἐναγίζουσι] Sugillat Plutarchus de Malign. Herodoti p. 857. D. cavillandi studio abreptus. Herculem, Amphitryonis filium, Heroum olim ritu ac superstitione Græcos devenerari solitos testata res, atque a Diodoro IV. 39. copiosius explicita est. Non repeto quæ illi adscripta sunt. WESS.—Conf. Gregor. dialect. Ion. §. 109. ibique Koen. S.

CAP. XLV. 10. χωρὶς ὑῶν] Miror equidem hoc uno in loco tradi, fas fuisse Ægyptiis sues immorale; et tamen rerum Ægypti peritissimis viris locum de menda non fuisse suspectum. Lenissima mutatione corrigi poterit ὑῶν: ut nullas mactasse pecudes dicantur præter *oves*, boves mares vitulosque, et

hos duntaxat qui solemni ritu fuerint explorati signoque notati. In nomo tamen habitantes Thebano ἰῶν ἀπεχόμενοι αἶγας θύουσι, Mendesii contra, αἰγῶν ἀπεχόμενοι, ὄις θύουσι, uti scribit, c. 42. Sed sues abominati vulgo ne tangebant quidem Ægyptii, c. 47. uno tantum festo die Lunæ, ὅς θύσαντες, πατέονται τῶν κρεῶν· ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρῃ οὐκ ἂν ἔτι γεύσαιντο. Rem adfirmant Plutarch. de Is. et Osir. §. 8. et Ælianus Hist. An. X. c. XVI. Hic sua probabiliter idoneo testi debet Eudoxo, qui citatus ibidem φησὶ φιλοῦμένους τοὺς Αἰγυπτίους τῶν ὑῶν μὴ θύειν αὐτάς. Ægyptiorum ad Græca comparans instituta Anaxandrides apud Athen. VII. p. 299. F. Οὐκ ἰσθίως ὕεις, ἐγὼ δέ γ' ἥδομαι Μάλιστα τούτοις. Græcis excipiendi Cretenses, secundum Agathoclem, ὑὸς τῶν κρεῶν οὐ δαίσαντο, Athen. IX. pag 376. A. Qui populi præter Ægyptios sues aversati sint, enumerantur Bocharto. Vid. Celeberr. Wess. ad Diodor. T. I. pag. 380. VALCK.—Quod in Var. Lect. (ed. S.) dixi, οἰῶν hic in cod. F. scribi; id quidem, denuo nunc inspecto codice, cujus mihi usura per insigne illustris possessoris beneficium ad hunc diem concessa est, paulo aliter se habere deprehendi; sed ita ut paulo etiam magis confirmetur ea scriptura, quam ex Valckenarii conjectura recepi. Superiore quidem loco, ubi manifeste de ovibus agebatur, c. 42, 2. et 8. pro ὀΐων in hoc codice perspicue οἰῶν scribitur: at hoc loco, in quo nunc versamur, est οἶων cum acuto accentu super vocali ι: calami ductus qui super ω conspicitur, quem olim pro accentu circumflexo acceperam, indicat postremam ν literam, quæ in reliquarum literarum serie non expressa est. Vulgatum vero ὑῶν, ut Reiz et Schæfer, sic et Larcher tenuit, satis illud præsidii invenire censens in his quæ cap. 47, 8—11. leguntur. S.

11. πῶς ἂν οὕτω ἀνθρώπους θύσειεν;] Legitima foret conclusio, ni aliunde de inpia hac gentis religione exploratum haberemus. Adpellavi ad Diodori I. 88. Manethonem, Plutarchum, Porphyrium testes; adjungo Seleucum, cujus liber ab Athenæo IV. 21. p. 172. περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις Ἀνθρωποθυσίας, laudatur. Sustulit crudeles aras rex Amasis, humanarum victimarum loco placentis in usum vocatis. Quod cum diu ante Nostri ævum valuerit, inde illi hoc argumenti genus. Alia Jablonskius Panth. III. 3. pag. 75. Εἰσὶ, (l. 12.), quo modo et MS. Baroccianus, teste Wasse, ex Arch. locum inpetravit. WESS.

15. ἐμίνυε εἶη] Voluit-ne Arch. et Vind. ἐμίνυε, uti ἐστόμωσε et alia hoc de genere? Heliodori similis formula, Æth. IX. p. 424. τοῦτό τε καὶ ἡμῖν ἐμίνυε μὲν εἶη τῶν ἱερημένων, τὰ μυστικώτερα δὲ ἀῤῥήτῳ σιγῇ τετιμήσθω. WESS.

CAP. XLVI. 5. ἀγαλματοποιοὶ possessionem, unde Medic. opera exciderant, reciperarunt. Γλύφειν et γεάφειν (l. 4 et seq.) artis sunt diversæ; nec memini sub ζωγεάφους quoscunque opifices ad effigies parandas conprehendi. Ceteroqui in ordinatione verborum viro Cl. (Gronov.) accedo. WESS.

9. οὐ μοι ἥδιόν ἐστι λέγειν] Ionicam Herodoti formam loquendi aliquoties adhibuerunt Ælianus et veterum castigatissimus imitator Aristides. In hujus T. I. p. 20. τὴν θεῶν μάχην οὐχ ἥδιον ἐμοὶ γοῦν λέγειν, S. Jebb. οὐ ῥᾴδιον scribendum suspicabatur; ego contra οὐχ ἥδιον etiam reponendum arbitror, T. I. p. 624. Quod habet p. 632. ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐπεξεπίστερόν ἐστι λέγειν, mutuatus etiam est ab Herodoto, in cujus legitur proximo, cap. 47. Jo. Stobæus egregiam præbet Heracliti sententiam, p. 48, 13. ἀνθρώποις γίγνεσθαι ὁπόσα θέλουσιν, οὐκ

ἄμεινον. Verum οὐκ ἄμεινον, οὐ λῷον, οὐ χεῖρον, οὐ κάκιον, multo magis frequentantur. VALCK.

11. καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι, etc.] Si ἵνεκα in auxilium voces, uti oportet, nihil hic inconcinni. Caprarios potiore loco censebant, ob caprorum præstantiam. Hoc indicat. Verum, quæ subduntur, ἐκ δὲ τούτων οἵς μάλιστα, etc. spectant-ne eumdem caprarium? Id volunt docti interpretes; qui quidem si considerassent hirci Mendesii venerationem, pæne incredibilem ista in natione, utique ἐκ δὲ τούτων οἷς, non ad caprarium, sed ad hircos retulissent, eumque in primis, qui vulgo Θμουϊτῶν τράγος. (conf. Wess. ad Diodor. I. 84. n. 21. et Holsten. ad Stephan. Byz. voc. Θμοῦις. (Hoc mortuo, sicuti in Apidis decessu alibi, omnis Mendesiorum tractus luctui indulgebat, haud sane obitu caprarii. Notavit hanc interpretum inconsiderantiam Cl. de Pauw. τῷ Μενδησίῳ νομῷ (1. 12.) ex Arch. legitimum est, venitque in opinionem Gronovii. WESS.

[Vallæ versionem: Et inter Mendesios caprarii præcipuo honore afficiuntur, et ex his unus maxime, tenuerat Gronovius; quasi quæ continuo dein de ingenti luctu memorantur, ad mortuum caprarium spectarent, non ad hircum quem singulari religione Mendesii colebant. Contra quos recte Wesselingius monuit, ἐκ δὲ τούτων ad τοὺς αἶγας fuisse referendum. Quod vero idem vir præstantissimus in istis verbis καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι censuerit τούτων intelligi oportere ἵνεκα τούτων, id equidem nec necessarium judico, et omnino præpositioni ἵνεκα in ista φάσει non esse locum arbitror. Quidni vero τούτων τῶν αἰγῶν intelligeremus, quum plus semel αἰπόλος αἰγῶν Poëta dixerit? Odyss. ε'. 247. et 269. alibique. Pleonasmum illum, si quis est, non magis Herodotus, quam Homerus, recusaverit. In interpretandis eisdem verbis, καὶ τούτων οἱ αἰπόλαι τιμὰς μίζονας ἴσχουσι, dubius olim hæseram, utrum sententia sit, hos (scil. τοὺς ἔρσενας) majore in honore habent caprarii; an, horum (nempe τῶν αἰγῶν, caprarum hircorumque) pastores majore sunt in honore. Nunc, quamquam, sicut, μνήμην τινὸς ἴσχειν, et ὄφρην ἴσχειν τινὸς, I. 4, 7. sic fortasse etiam dici possit τιμὴν τινὸς ἴσχειν, intelligo tamen non ita loqui consuesse Nostrum: ad hæc existimo, non fuisse alios caprarum pastores, alios hircorum. Quare ejectam e Latina nostra versione priorem illam interpretationem, et in Græco contextu l. 11. post verbum ἴσχουσι, pro majore puncto, punctum minus repositum velim; ut intelligatur, ἐκ δὲ τούτων (scil. τῶν αἰγῶν, et quidem ἐκ τῶν ἐρσένων) οἷς μάλιστα τιμὰς ἴσχει, et ex hoc genere unus maxime præ cæteris in honore habetur. Cæterum, quamvis cum eo, quod ait, majore in honore esse caprarios, bene congruat id quod cap. seq. de subulcis scribit, veluti infamia quadam notatis; nolim tamen dissimulare, in tota ista φάσει haud satis expedite atque dilucide fluere orationem. Est in his haud obscura gradatio: Mendesii colunt omne genus caprinum: magis autem colunt mares quam fœminas: horum —— majore sunt in honore: ex his vero omnium maxime unus. Suspicari utique licebat, eo loco, ubi nunc οἱ αἰπόλοι leguntur, scriptum olim fuisse aliud vocabulum, quo indicabatur certum quoddam genus hircorum, quod majore in honore fuisset quam reliqui hirci; et ex quo genere denique delectus fuisset ille unus, qui maxime omnium colebatur. Tale quidpiam secutus esse videtur doctiss. *Schæfer*, quum pro οἱ αἰπόλοι (ex mera quidem conjectura, nam in vulgatum consentiunt libri,) οἱ κάλοι non modo legendum censuit, sed fidenter etiam in Herodoti Græcis po-

suit; in quo, ut in plurimis aliis, sequacem Borheckium habuit: quam novationem silentio præterire in Var. Lect. (ed. S.) non debueram. Spectaverat, puto, conjecturæ hujus auctor (sive is Schæferus ipse est, sive ab alio viro docto accepit) Theocriteum illud ex Eidyll. VIII. 51. τί δ' ὦ κόλε, καὶ λίγυ, etc. ubi Græcus Scholiastes consentiente Hesychio monuit, κόλον dici hircum cornua non habentem; quod genus Latino sermone similiter mutilum dicitur. Adjicit Scholiastes, ἢ μικρόν: quod nimirum ille fortasse sic intellexerat: sed videndum, ne μακρὸν scripserit, quomodo apud Hesych. legitur, Κόλον, μίγαν τράγον κέρατα οὐκ ἔχοντα: docuitque etiam Eustath. ad Iliad. p. 917, 16. et 18. (p. 942. ed. Rom.) κόλον a nonnullis subinde μίγαν intelligi. Sed hoc utcumque sit; illud constat, in caprino genere mutilum (τὸ κόλον) pluris olim æstimatum fuisse. Plinius, lib. VIII. cap. 50. sect. 76. Non omnibus (capris) cornua. —— Mutilis lactis major ubertas. —— Mutilum in utroque sexu utilius. Et de maribus, id est hircis, diserte Columella, lib. VII. c. 3. Si (in ea quam habitamus regione) clementior hiems, mutilum probabimus marem. In bovino genere τὸ κόλον γένος memorat Noster IV. 29. 1. ubi vide Wess. Est præterea κόλος etiam peculiare genus animantis, de quo consuli possunt quæ partim a Casaub. partim a nobis, ad Athenæi, lib. V. p. 200. f. notata sunt: (Animadv. in Athen. T. III. p. 113.) sed illud quidem non indigenum in Ægypto animal, ut de eo cogitari h. l. non possit. S.]

13. ὁ Πὰν Αἰγυπτιστὶ, Μένδης.] Sequuntur Nostrum plerique omnes. Qui Coptici sermonis usum habent, infitiantur, præterque ceteros Jablonskius Panth. II. 7. p. 273. Vide vero mihi hæc Plutarchi Is. et Osir. c 73. δῖόν ἐστιν Ἶβις —— καὶ αὐτὸς ὁ Ἄπις· οὕτω δὴ γὰρ τὸν ἐν Μένδητι τράγον καλοῦσι. Sentis-ne scriptum fuisse καὶ αὐτὸς ὁ Πάν? neque enim Apis et Pan idem, nedum hircus Mendesius usquam Apis. Unum adpello Herodotum. Nihil addo de turpissimo et detestabili hirci mulierum amore: dixi ad Diodorum, et conduxit conplura vir excellenti eruditione S. Bochartus P. I. Hierozoic. lib. II. 53. (et Jablonsk. loco cit. p. 277.) Ecce tamen istud Clementis Alex. Protrept. p. 27. de libidinoso Jove: ἐνεπίμπλατο γοῦν γυναικῶν, οὐχ ἧττον ἢ αἰγῶν ὁ Θμουϊτῶν τράγος, in quo αἰγῶν vox aliena est atque ex scholio. Hirci omnes in capras ruunt, non solus Mendesius: hujus proprium fuit, uti Jovis, in fœminas insanire. Wess.

[14. Quid sit quod ait, τοῦτο ἐς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων ἀπίκετο, haud satis in liquido. Vallæ versionem, in ostentationem hominum pervenit, cum Gronovio tenuit Wess. Contra H. Stephanus monuit, esse qui ἐπίδειξιν pro ostento hic accipiant. Jablonski, Panth. lib. II. p. 278. sic convertit, hujusque rei videndæ hominibus copia facta est. In eam sententiam, quam equidem expressi, prævere Portus et Larcher. S.]

Cap. XLVII. 2. αὐτοῖσι ἰμασίοισι] Articulum ejeci, MSS. obsecundans. Euripides Suppl. 926. Θεοὶ ζῶντ' ἀναρπάσαντες —— αὐτοῖς τιθρίπποις. Sophocles Ajac. 26. ἐφαρμόσας —— ἐρίσπουν —— αὐτοῖς πυμνίοιν ἐπιστάταις. Noster III. 126. ἀνοπτίνας δέ μιν, ἠφάνισε αὐτῷ ἵππῳ. Retinetur tamen contra morem III. 45. Confer Davisium in Maximum Tyr. Diss. VII. p. 520. Medicei Passioneique ἀπ' ἄν ἴβαψε egregie nitet. Wess.

4. οἱ συβῶται, ἰόντες] Non spernerem, si voculam καὶ Codices præberent interjectam: οἱ συβῶται, καὶ ἰόντες Αἰγύπτιοι ἐγγινίες, tametsi sint indigenæ, ἐς

ἱερὸν οὐδὲν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱσίεχουσαι μοῦνοι πάντων. Sæpius in talibus καὶ ponitur pro καίτοιγε, et apud Herod. VII. 46. αἱ συμφοραὶ —— καὶ βραχὺν ἐόντα, μακρὸν δοκέειν εἶναι ποιεῦσι, τὸν βίον. Inter septem genera Ægyptiorum memorantur et συβῶται Herodoto lib. II. c. 163. Suum greges quem in finem aluerint, (scil. eam ob operam cujus Noster meminit, cap. 14. extr.) Eudoxus tradidit apud Ælian. de Nat. An. X. 16. VALCK.

10. τοῦ αὐτοῦ χρόνου, τῇ αὐτῇ πανσελήνῳ, etc.] Emendabat sequentia τοὺς ἱρεύσας δὲ Cl. Reiskius, nulla, uti opinor, urgente causa: rectius admonet, verba præscripta bene habere atque innuere, Lunæ et Baccho eodem tempore, et plenilunio totius anni uno eodemque, sues inmolatos fuisse. (Scil. in Lat. vers. quam et Gron. et Wess. tenuit, nude positum erat per tempus plenilunii.) Adjungere potuisset Plutarchi et Æliani testimonia, quorum posterior de Animal. X. 16. θύουσιν αὐτῇ (Lunæ) ἅμαξ τοῦ ἔτους ὅν: ille Isid. et Osir. c. 8. θύοντες ἅμαξ ὄν ἐν πανσελήνῳ καὶ πανσυθίοντες. Ea enim explanationem dubio eximunt. Verum adnectitur post nonnulla (l. 14.) θυσία — τῶν ὑῶν τῇ Σιλήνῃ ποιοῦσαι, nulla Bacchi habita ratione; in quis πανσελήνῳ oportuisse, Cl. de Pauw opinio est. Equidem, etsi idem sacrorum genus adgnosco, nihil demuto. Lunæ unice meminit, siquidem ejus honori præcipua erat illa festivitas; quare et Ælianus solam nominavit. Wess.

[13. ὑπερφυέστερος. Vide Valckenarii Adnot. ad c. 46, 9. S.]

[15. ἐνιαὺν θύειν, nempe τὶς, vel ὁ θύων. Quo de genere jam alibi dictum est. Vide ad I. 132, 5. S.]

20. ὑπ' ἀσθενείης βίου πανσίνας] Aldinum βίους τε τινὰς H. Stephanus in Prolegom. secundæ editionis scribendum docuit βαιοὺς, voluit certe; at non recordatus fuit, ἀσθενείην Nostri usu morbum esse, ἀσθενείην βίου egestatem et victus tenuitatem, ut IV. 135. VIII. 51. Maneat proinde dictionis genus. Σπανίνας ὗς posuit, sicuti Plutarchus in Lucullo p. 498. A. οἱ μὲν Cyziceni ἠπόρουν βοὸς μιλαίνης πρὸς τὴν θυσίαν, καὶ σπανίσιν πλάσαντες τῷ βωμῷ παρίστησαν. Quorum, morem ejusmodi adfirmantium, St. Berglero indicium debeo. Wess. — Pauperes, qui vivum immolare animal non possent, ex farina fictum immolasse adnotavit etiam Suidas in Ἐβδομος βοῦς. S.

CAP. XLVIII. 1. τῆς ἑορτῆς τῇ δορπίῃ] Hoc ex Apaturiorum festo Ionum die huc derivavit. Wess. — Gronovius, in eamdem fere cum Valla sententiam, in festi convivali cœna: qua in versione nihil mutavit Wess. perraro omnino Latinam versionem adtingens. Mire vero Larcherus, à l'heure du repas. Equidem, vespera quæ festum antecedit: poteram, primo festi die, quod eodem redit. Vide Hesych. et Suidam in Ἀπατούρια: et confer ad Athen. IV. 171. d. notata, Animadv. T. II. p. 613. Ubi, quod dixi caussam non fuisse cur a doctissimo Hesychii editore Δορπία in Δέξασθαι mutaretur, quandoquidem et metri ratio in Philylii versiculo apud Athen. scripturam δορπία poscit, et apud Pollucem. VI. 102. eodem modo scribitur, adjici etiam Herodoti hic locus debuerat. Denique, obiter hoc loco liceat monere, vitiosam omnino videri scripturam δέξασθαι, quæ et apud Suidam et alio loco apud Hesych. occurrit: nam festorum quidem nomina, quæ per continuos aliquot dies utplurimum celebrabantur, pluralis numeri sunt apud Græcos: singulorum vero dierum nomina singulari numero efferuntur. S.

4. πλὴν χοιρῶν] Larga Gronovii dissertatio choros tuetur, porcis depulsis,

Sunt sane in Atticorum Dionysiis chori cognitissimi, unde color Medicei scripturæ. Ubi tamen omnia perpendo, Aldinum et aliorum Codd. πλὴν χοίρων sequius melius opinor. Porcorum in Lunæ et Bacchi sacris iterata præcessit mentio: additur, alia Ægyptiorum Dionysia a Græcorum Bacchanalibus vix differre, eademque videri, πλὴν χοίρων. Quæ belle procedunt. Reliqui tamen Mediceum, ne illi infestior, quod nolim, habear: Passioneus consentit. Wess.—Wesselingii auctoritatem secutus Larcherus, postlimio porcos hic restituit, miram quidem sententiæ suæ rationem in Notis ad h. l. subjiciens: "les chœurs n'étoient pas en usage dans les fêtes que célébroint les Egyptiens en l' honneur de Bacchus." Quæ res si certa et explorata esset, maximo documento foret χοιρῶν hic legendum esse; non, quod illi placuit, χοίρων. Ego cum Rez. et Schæf. χοιρῶν tenui, quum quod apud Græcos non minus quam apud Ægyptios immolare Baccho solitos porcos reperio: (Schol. ad Aristoph. Ran. 341. cum Notis Spanh.) tum quod per se multo probabilius debebat videri, χοιρῶν h. l. in χοίρων, de quibus alioquin hic agebatur, a librariis nonnullis fuisse mutatum, quam vicissim. Cæterum alteram scripturam, quæ vel sic probabilior nonnullis videri poterat, simul cum ea, quæ nobis probata est, lectorum oculis subjeci. Quod autem ait (l. 3.) τὴν ἄλλην ἑορτὴν, non sunt *alia* Ægyptiorum Dionysia, sed *reliqua ejusdem* festi solemnia. S.

6. ἀγάλματα νευόντωνται] Gemina his Lucianea Dea Syr. c. 16. καλέονται δὲ τάδε νευόντωνται: quæ quidem nervis cum moverentur, ea propter νεῦον (nutans) τὸ αἰδοῖον. Scio Corn. de Pauw σεῖον maluisse, Reiskium νεύοντα τὸ αἰδ., quibus carere licet. Gronovium consule in hujus Musæ, c. 66. (qui notavit illam verborum structuram, ἀγάλματα — νεῦον τὸ αἰδοῖον, ubi νεύοντος τοῦ αἰδοίου desiderare quispiam potuerat.) et Plutarchum Isid. et Osir. c. 36. Duravit phallorum turpis superstitio in Athanasii ævum, quo, protervus juvenis, in sacram Christianorum ædem ingressus, eorum ostentatione et jactatione usus traditur: καὶ ἕτερος δὲ μετὰ φαλλῶν εἰσελθὼν, καὶ ὡς Ἕλλην κινῶν αὐτὰ τῇ χειρὶ καὶ χλευάζων, εὐθὺς ἐσεισθήη, Histor. Arian. ad Monach. p. 379. Nunc ibi μετὰ θάλλων errore describentis: (conf. Adnot. ad II. 44, 5.) justum esse, quod repræsentavi, præclare docuit vir eruditus in Præfatione Montfauconii ad Cosmam Indicopleusten p. 19. Sed quid ego de Athanasii ætate? Supersunt in templorum ruinis, tabula Bembina, aliisque Ægyptiorum monumentis clarissima φαλλοφορείας vestigia, de quibus Cel. de la Croze Hist. Christianismi Indor. lib. VI. p. 431. doctissime. Wess.

Cap. XLIX. 3. [ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τό τε οὔνομα καὶ τὴν θυσίην] Sæpe miratus sum quid sit quod Scriptor noster non modo cultum, sed etiam *nomina* deorum (conf. c. 50, 1.) ab Ægyptiis accepisse tradat; quum tamen Græca nomina ab Ægyptiis plurimum differrent. S.]

14. ἐμόρξοντα γὰρ ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι] Desiderant in his docti viri multa. Signum extulit Cl. de la Barre Hist. Acad. Inscript. T. VI. p. 274. omnia hæc sequentibus, ut ratiocinium cohæreat, subnectens: conjunctionis γὰρ mirificam sæpe positionem ait esse; poni nonnunquam periodi principio, cujus fini accedere debeat: corrigi oportere ἐμόρξοφα γὰρ ἂν ἦν. Velle scriptorem, Non dicam etiam Ægyptios a Græcis sacrorum ritus esse mutuatos: neque enim tum Græcis fuissent recentes ac novissime introducti, sed una cum ipsis exstitissent quasi congeniti. Sic ille. Ego vero

desidero stabilitam voculæ γὰρ talem consuetudinem, nec fero conmutatam verborum explanationem, nedum ὁμότροφα. Recte dixeris ὁμότροφα ἀνθρώποισι θηρία, sicuti II. 66. quæ una cum hominibus aluntur et victitant, sive ὁμοῦ τρεφόμενα apud Xenophontem: de cerimoniis credam, ubi exempli fuerit copia. Aliud sectatus est Cl. Reiskius, excidisse ante hæc sciscens, οὐδὲ λαβὶων αὐτὰ παρ' Αἰγυπτίων Ἕλληνες: nolo quoque adseverare, ab Ægyptiis hæc sacra Græcos accepisse; ὁμαότροπα γὰρ ἂν ἦν. Quæ mihi negare videntur, quod Herodotus sæpissime insinuat, Græcos ab Ægyptiis sacrorum plures ritus sumsisse: tum ὁμότροπα leviter mutantur, quæ sua scriptor agnoscit: memorant certe Athenienses ἤθεά τι ὁμότροπα, quæ cum reliquis Græcis communia et consimilia in Sacris observabant VIII. 144. suntque ὁμότροποι in Theophrasti Charact. c. 26. quorum iidem mores, idem vitæ institutum. Ut paucis absolvam: negat Herodotus casu fortuito quadrasse Dionysia Ægyptiorum et Græcorum: tum enim in omnibus gemina germana, quod secus erat, neque noviter in Græciam invecta esse debuisse. Itaque aliunde advenisse, sed in paucis transmutata. Wess.

[Græca ista, Οὐ γὰρ δὴ συμπτώσιόν γε φήσω τὰ τοιαῦτα εἶναι ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενα τῷ θεῷ, καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι· ὁμότροπα γὰρ ἦν, etc. his Latinis Valla reddiderat: Neque enim dixerim, quæ in Ægypto fiunt huic deo, *congruere* cum iis quæ in Græcia: nam *consentanea* essent Græcis, non autem nuper introducta. Ad quæ H. Stephanus adnotavit: " Sunt qui hunc locum ita interpretentur, Neque enim dixerim, *casu contigisse* ut eadem tum in Ægypto tum in Græcia huic deo sacra fierent: sunt enim (sic ille, contra manifestam Græcorum verborum sententiam, pro forent enim) *uniusmodi* apud Græcos, neque recens introducta. Denique Gronovius hanc versionem edidit, quam et Wesseling. tenuit, et in Adnot. explanatum ivit: Neque enim dixerim, quæ in Ægypto fiunt huic deo, *casu congruere* cum iis quæ in Græcia; nam *simili modo* ea fuissent Græcis, non autem recens inducta In eamdem fere cum Gron. et Wess. sententiam eumdem locum Larcherus his verbis expressit: " Je n'attribuerai point en effet *au hazard la ressemblance* qu'on voit entre les cérémonies réligieuses des Egyptiens et celles que les Grecs ont adoptées. Si cette ressemblance n'avoit pas d'autre cause, ces cérémonies ne se trouveroient pas si éloignées des mœurs et des usages des Grecs; et d'ailleurs elles n'auroient pas été nouvellement introduites." Tum idem in Notis ad. h. l. ingenue profitetur, se per literas ad viros doctissimos, Valckenarium, Brunckium, Wyttenbachium, datas quæsisse quid illi de ista sua interpretatione hujus loci sentirent; horumque singulos, adprobantes eam, non tamen dissimulasse, vel sic nondum satis expeditam videri auctoris sententiam, ad quam quidem clariori in luce ponendam nihil ipsi in promtu haberent quod conferre possent. Mihi (ut dicam quod sentio) illa verbi συμπτώσιον interpretatio, *casu fortuito* quadrare vel congruere, ita ut hoc præsertim urgeatur de fortuito casu (in quo ex Wesselingii et Larcheri sententia vis argumenti maxime inest) non modo ad declarandam auctoris sententiam parum valere, sed et per se gratuito sumta esse, et in sermonis usu nullum invenire patrocinium videtur. Ponitur quidem nonnumquam verbum συμπίπτειν, cum dativo casu constructum, hac notione, quadrare, consentire, congruere, VI. 18, 6. VII. 151, 1. at neutiquam conjuncta casus fortuiti notione; quam quidem hic adsumendam maximeque premendam viri docti existimarunt, quum pulcre intellexissent, non posse hoc

loco Herodotum simpliciter negare, congruere Bacchi cultum apud Ægyptios et apud Græcos, quandoquidem paulo ante (c. 48. l. 4.) diserte dixerat, pæne omnibus rebus similem apud utrosque hunc cultum esse. Taceo quod, si de similitudine aut dissimilitudine hic ageretur, non in præterito tempore *συμπεσεῖν* dixisset, sed in præsenti tempore *συμπίπτειν*, quemadmodum supra *ἀνάγουσι*. Alius est hujus verbi usus, frequentatus admodum Nostro, ut *συμπίπτειν* dicantur res quæ *simul*, *eodem tempore* accidunt vel exsistunt: ubi interdum quidem adjicitur *ἁμοῦ*, *τοῦ αὐτοῦ χρόνου*, aut aliquid simile, ut I. 82, 3. V. 36, 2. VIII. 141, 7. IX. 100, 7. subinde vero etiam absolute per se ponitur id verbum eadem notione, ut V. 35. 6. VIII. 132, 16. Itaque verborum, in quibus hæremus, hæc mihi videtur esse sententia: Nam illud nimirum profecto non dicam, simul eodem tempore exstitisse ortumque cepisse Bacchi cultum apud Ægyptios et apud Græcos. Tum vero, quamquam vel sic fortasse defendi posset *ἁμότροπα*, reliquis moribus consentanea, tamen perquam probabile mihi videtur, *ὁμότροφα* (ut olim Academicus Parisiensis De la Barre voluit, cum quo Corayus apud Larcherum consentit) scripsisse Herodotum; idque vocabulum a librariis, qui de moribus atque institutis hic agi vidissent, tomere in *ἁμότροπα* fuisse mutatum. Requirebatur hoc loco vocabulum, cujus significatio et apta esset ad id quod præcedebat, *συμπεσεῖν*, et opposita esset ei quod sequitur, *ἀλλ' οὐ πάντῃ ἐοικυῖα*: atqui talis est vis vocabuli *ὁμότροφα*, non illius *ἁμότροπα*. Quare in Lat. nostra versione, loco illorum verborum, reliquis Græcorum moribus institutisque conformia, rectius hæc ponentur, origini gentis coæva, aut si qua sunt alia in eamdem sententiam commodiora. De animalibus dici *ὁμότροφα* posse consentit Wesselingius, et qui ei suffragatur Larcherus; de cærimoniis dici posse non credunt, donec exempli fiat copia. Jam prorsus quidem adæquatum, quod adferam, exemplum in promtu mihi non est: sed, quemadmodum *σύντροφος* non modo de animalibus aut hominibus dicitur, verum etiam de rebus quibusdam, v. c. *σύντροφος δίαιτα*, ita quidem ut etiam morbos, qui inter homines consueti sunt, *ξυντρόφους νόσους* vel *ξύντροφα κακὰ* Thucydides dixerit, II. 50. sic non admodum alienum videri debet, si *ὁμότροφα* dicuntur instituta simul cum populo aliquo nata, origini gentis coæva. S.]

17. Μελάμπους τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, etc.] Hæc Diodoro obversata suspicor I. 97. Melampodem tamen in Ægyptum deducenti. De Nicephoro, cui Αἰγυπτίων ἱερογραμματεὺς καὶ ἱεροφάντης Melampus, non repeto ibi dicta. Wess.

Cap. L. [5. ὡς καὶ πρότερον, etc.] Vide c. 43, 10. seq. S.]

7. τῶν ἄλλων Θεῶν Αἰγυπτίοισι] Sic juncta procedere debent. Gronovius copulam, his olim præfixam, justissime induxit: turbabat scriptoris sententiam. Scripsi præterea τῶν δὴ, (l. 8.) distracta voce, quod et Reiskio libuit. Neptunum vero Afrorum habet IV. 188. atque hinc Eustath. in Homer. p. 1386, 38. (Od. p. 13, 47. ed. Bas.) Wess.

Cap. LI. 2. ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι] Explent locutionis formulam, adscito et intellecto ex sequentibus *μαθόντες*. Vide Abreschii Dilucid. Thucyd. p. 493. (Sic vero etiam IV. 27, 4. παρὰ Σκυθέων νενομίκαμεν, quod idem valet ac παρελάβομεν) De Mercurii Græcorum obscœnius excitata et inprobiore natura Kühnium vide in Pausaniæ lib. IV. 26. p. 518. (cf. Cic. Nat. Deor. III. 22.) Est autem Nostri plausibilis suspicio, siquidem Hermetis Ægyptii paullo diversior habitus et indoles in Panth. Jablonskii, lib. V. 5. Jam cur ἤδη τετυπωῦτα

(l. 6.) acrius multo quam δὴ τηνικ. sit, causa nulla est, nisi ex deliciis Medicei. Auctor ipsemet Aldinum modo, modo illud maluit, sicuti alii. Inspice I. 63. VI. 53. Sophoclem Œd. Colon. v. 436. Procopium B. Vandal. II. 4. Wzss.—At differunt sane δὲ et ἤδη. Si δὲ hic legas, significabitur desiisse deinde Athenienses in Hellenum numero censeri; quod falsum. Sin ἤδη, significabitur fuisse olim tempus quo nondum in Hellenum numero sint habiti; id quod ipse Scriptor noster tradidit lib. I. c. 57. S.

11. τοί περ Ἀθηναίωσι] Hoc melius. Confer. I. 57. In Samothracum mysteriis ex Pelasgorum sermone Mercurius Καδμίλου titulo censebatur, quod scholia ad Apoll. Rh. I. 917, testantur. Mox (l. 16.) τὰ ἐν τοῖσι ἐν Σαμ. idem censendum ac κατὰ τὰ, sive ὡς. Wzss.

Cap. LII. 4. ἔστι κόσμῳ θύοντες τὰ πάντα] Putes hæc Clementi Alex. in mente fuisse, cum fine Stromat. primi, Θεὸς δὲ παρὰ τὴν θέσιν εἴρηται, καὶ τάξιν, καὶ τὴν διακόσμησιν: namque Protrept. p. 22. derivationem Platonis Cratyl. p. 397. amplectitur. Prisci illi θεοὺς ex (θέω) θῶ, unde τίθημι natales accepit, formarunt. Θεὸς itaque ὁ πάντα τιθεὶς καὶ ποιῶν, Eustathio in Hom. p. 1148. (Iliad. p. 1202, 8. ed. Bas.) eamdem ibi originationem probanti: namque alibi sequitur aliud, quæ et Etymologi fluctuatio. Sed his non inmoror. Quæ supra (l. 1.) deposita sunt, πάντα πρότερον ἵδυον, Laurentius verterat in deorum invocatione omnia inmolabant, secutusque ex parte Gronov. est. Palmerius vero, quid sibi vult ea versio? num etiam stercus et feces diis immolabant? Πάντα, ut sæpissime, idem esse ac πάντως, vertendumque primi omnium sacrificavere. Tu intellige θύσιμα, quod tali in dictione adscisci oportere, supra vidimus. Wzss.—Conf. I. 50, 2 et 6. S.

[6. ἔστιν δὲ, χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος, etc.] Benedictus, in Actis Philol. Lips. sæpius jam citatis, p. 287. tenens ἐστί τε δὲ, monet longam esse periodum usque ad finem capitis excurrentem; in illisque verbis ἐστὶ δὲ ἐχρωτηριάζοντο (l. 11.) particulam ἐστὶ cum ista ἐστί τε initio periodi cohærere; verba autem interjecta, τὸ γὰρ δὴ μαντεῖον —— μεῖνον, in parenthesi esse ponenda; denique verbum ἐτέθοντο post ὕστερον πολλῷ (l. 8.) ex librarii interpretamento esse ortum; verba enim ista, Δωδώνου δὲ ὕστερον πολλῷ, simul ex antecedente ἐτέθοντο pendere. S.]

12. εἰ ἀνίλωντο] Vereor ut se tueri queat: ad normam usitatam corrigi facile poterit: εἰ ἀνίλωντο (sive, εἰ ἀνηλοίωντο) τὰ οἰνόμαντα τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἥκοντα num in usum reciperent sciscitantibus, responsum fuit χρῆσθαι. Lib. VIII. c. 49. εἰ νικήσει, quod adoptavit Gronovius, ferri nequit. Valck.—At hic quidem perinde et conjunctivo modo et potentiali, sive optativo, quem vocant, locus erat. Vide I. 53, 3. seq. ibidemque rursus l. 9. seq. tum I. 75, 5. Quod vero pro χρᾶσθαι, (l. 4.) χρήσεσθαι corrigit Valck. lubens hoc recepturus eram, si vel unus codex dedisset: sed in vulgatum (quo perinde uti licuit Herodoto) libri consentiunt omnes. S.

Cap. LIII. 2. μίχρι οὗ πρώην —— ὡς ἐγὼ λόγῳ] Recte dederat Valla: ignoratum est (rectius tamen hoc Gron. ignorarunt, scil. Græci) nisi nuper atque heri, ut *sic* dicam. Quod his (ab eodem Gronov.) substitutum est, ut *vere* dicam, congruit Thucydideo ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐγνῶν, lib. VI. c. 12. Ubi contra res minus accurate videtur finienda, formulam adhibet Thucyd. ὡς ἐγνῶν: idem est Herodoteum ὡς ἐγνῶν λόγῳ, et Luciani Timon. c. 8. οὐκοῦν μὲν ἐγνῶν, quodque multo frequentius occurrit, ὡς ἔγνως ἐγνῶν, ut ita dicam. Hoc quum in

Epist. ad Hebr. VII. 9. legeretur, exemplorum congesserunt affatim. Utramque Herodoti formulam junxit Plato de Legib. III. p. 677. D. ὡς ἔπος εἰπεῖν χθὲς καὶ πρώην γεγονότα. Nuspiam in ista pæne proverbiali formula, de qua Gataker. egit ad M. Antonin. X. 7. reperietur πρὶν, quod hic perperam a Gronovio positum Wesselingius Vir Clar. jam monuerat ad Diodor. T. I. p. 118. VALCK.

Ibid. μίχρι οὗ πρώην τι καὶ χθὲς] Magni facio Medic. et illi consentaneos: sed intra modum. Exemplum similis locutionis, etsi Gronovii sollers fuerit opera, nusquam se obtulit. Contra receptissimum et proverbii instar πρώην τι καὶ χθές, quod Athenagoras hic reperit et tot MSS. ratum habent. Dedi ex Demosthene et Diodoro ad eum scriptorem II. 5. quædam; quibus adcumulo Josephi adv. Apion. I. 2. παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἅπαντα νέα, καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γιγνόμενα: tum II. 2. de Pythagora, οὐκ ἐχθὲς καὶ πρώην γιγνόντος: et c. 15. ὡς ἐχθὲς δὴ καὶ πρώην: porro Libanium T. II. p. 124. c. et ea abunde sunt. WESS.

4. πεντακοσίοισι ἔτεσι] Classicus locus est de Homeri et Hesiodi ætate, neque ad verum incongruus. Herodotus natus est ex Pamphilæ judicio apud Gellium XV. 23. exeunte Olymp. LXXIV. paullo ante famosam Xerxis in Græcos expeditionem: hinc in superiora tempora si retrocedas, justus ad Lycurgi et Iphiti ætatem progressus erit. Homerum vero utrique fuisse æqualem, plures olim censuerunt, docente Marshamo Canon. Chronic. p. 437. et Dodwello Diss. de Cycl. III. p. 153. Hactenus itaque res bene haberet. At ubi calcem Vitæ Homeri, quæ Nostro tribuitur, inspexeris, alia omnia videbuntur dicenda; adnumerantur anni istic DCXXII. ab Homeri ævo ad Xerxis expeditionem, insigni discrimine; cui quidem medetur illustr. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 102. ibi legendo ἔτεσί ἐστι πεντακόσια εἴκοσι δύο. Sic sane discordia nulla. Contra venit Bouherius Diss. Herodot. c. XI. 124. nihil isto in calculo inmutandum, sed his in numeris, pertendens: scribendum esse ἡλικίην ἐπτακοσίοισι ἔτεσι —— περισβυτέρους, septingentis annis mea ætate superiores esse. Addit talia, si de Troja capta sermo esset, quæ colore et specie non carent. Constant hic numeri Codicum omnium conspiratione, nec viderunt diversos hoc loco Athenagoras et Cyrillus. (Vide Var. Lect. ed. S.) Sit-ne Noster Vitæ Homeri scriptor in controversia hæret; quæ si vel secundum Herodotum pronuncietur, erit fortasse expeditior difficultatis ratio, uti suo loco declarabitur. WESS.— Immo, prorsus præter veri speciem libellum illum ad Herodotum auctorem referri, suo loco monstrabitur. S.

5. οἱ ποιήσαντες Θεογονίαν Ἕλλησι] Inventores Theogoniæ antea Græcis ignotæ, Homerum et Hesiodum fuisse, si significarit, aut erroris aut reus erit inprudentiæ. Uterque poëta, quæ de Diis canunt, non ut nova et a se primum excogitata perhibent, sed cognita et a majoribus accepta. Tetigit eam rem Jo. Clericus ad princ. Theogon. Hesiodi et ad v. 211. At alia verborum sententia; indicant, primos versibus descripsisse atque ornasse. Simile Diogenis Laërt. Præf. §. 3. de Musæo, ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον. h. e. scriptis versibus exposuisse. Memini magnum nostra ætate virum aliter Diogenem explicuisse, de quo Miscell. Obs. Amstel. Vol. III. p. 346. Sed ποιῆσαι hoc significatu tritum. Tale Musæ III. 38. καὶ ἐρέω μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι: nec diversum ambiguum istud Sophoclis, Περικλῆς ποιεῖν μὲν ἔφη με, στρατηγεῖν δὲ οὐκ ἐπίστασθαι, in Athe-

naei XIII. p. 604. D. quem quoque vide XIV. p. 627. D. et animadversionem Casauboni, tum Platonem in Lyside p. 205. A. et de Rep. II. p. 379. A. Merito autem ob turpes de diis fabulas ambo taxantur ab Isocrate, Laudat. Busirid. p. 229. Ed. Steph. (T. II. p. 408. ed. Auger.) Wess.—Locum istum obiter attingens Wolfius in Prolegom. ad Homer. p. LIV. rationem, ait, fefellisse Herodotum in sententia de Homero et Hesiodo, primis conditoribus theogoniæ Græcæ. "Perperam enim (inquit) Wesselingius verba οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες Θεογονίην Ἕλλησι, sic accipit, ut illi duo primi versibus exposuisse theogoniam, non condidisse dicantur. Sane ita ponitur ποιεῖν; sed dativus in hac significatione verbi additus luce exemplorum egebat, qualia mihi quidem incognita sunt."—At, si ποιεῖν significat versibus exponere, carmine complecti; quid tandem impedit quo minus verbo adjiciatur nomen in dandi casu positum, personam indicans vel illud hominum genus, cujus in gratiam carmen componit poëta. Igitur, quamvis in horum nonnullis, quæ de origine Græcarum religionum ex Ægypto repetenda Herodotus statuit, fallere eum opinio potuerit; isto tamen, quod a Viro docto prolatum est, argumento non persuadebimur, ut Scriptori haud utique absurdo hanc imputemus sententiam, Homerum Hesiodumque, quæ de diis Græcorum cecinerunt, ea primos invenisse excogitasseque. S.

8. *οἱ δὲ πρότερον ποιηταὶ λεγόμενοι*, etc.] "Quod poëtas, qui antiquiores habebantur, Hesiodo et Homero seniores vixisse contendit Herodotus, recte-ne an secus id statuerit, nunc quidem nec affirmare possumus, nec negare: certos enim poëtas, qui theogoniam attigerant et quorum carmina tunc habebantur, eum respexisse necesse est; qui quales fuerint, nunc ignoramus: nisi forte carmina respicit, quæ sub Orphei, Musæi, Lini, Eumolpi, aliisque nominibus ferebantur; ut non tam illos homines post Homerum vixisse, quam carmina illis tribui solita serius condita censere videri debeat. Nec vero inde inferri aut potest aut debet, quasi Herodotus statuat, nullos omnino ante Homerum et Hesiodum fuisse poëtas, nulla fuisse carmina; id quod omni rerum rationi adversatur: fieri enim nullo modo potuit, ut in rudi et a nullo alio poëta subacto et tractato sermone carmina Homerica et Hesiodea elaborarentur; et sunt infinita in iis ipsis, qua antiquiora carmina partim testantur, partim arguunt. At rerum summa continetur hoc, quod ea, quæ antea pluribus carminibus passim de singulis diis eorumque natalibus, formis, muneribus, etc. exposita, aut narratione majorum ac fama diversis locis diverse sparsa ac disseminata erant, uno carmine Hesiodus comprehendit disertiusque exposuit; Homerus autem mythos de diis vulgatos ad epicam rationem traduxit, atque ita ornavit et ad certam rationem constituit, ut inde pro modulo ac regula fabulæ haberentur apud posteros." Heyne in Comment. de Theogonia ab Hesiodo condita, ad Herodoti lib. II. c. 52. inter Commentationes Soc. Reg. Goetting. per annum MDCCLXXIX. p. 132. et seq.—Credibile est autem, nihil fere aliud, nisi hoc ipsum, significare voluisse Herodotum, quum primos Hesiodum et Homerum Theogoniam Græcis condidisse ait. S.

[9. *καὶ τὰ μὲν πρῶτα*, etc.] Frequentes notarunt viri docti candidum Scriptoris nostri ingenium et religiosum veri tradendi studium; qui, quæ vel ipse vidit, vel ex historica fide pro exploratis aut maxime omnium probabilibus habuit, qualibet occasione diligenter ab his dis-

tinguit, quæ vel pro sua sententia suoque judicio interponit, vel quæ e vulgari incertaque fama, aut a singulis quibusdam hominibus relata, tradit. S.

Cap. LIV. 1. *τοῦ τε ἐν Ἕλλησι*] In præpositionis absentia singularis est Mediceus. (quem secutus Gronov. abjecit *ἐν* ante Ἕλλησι.) Supra c. 51. cum Aldo pauci *τὰ ἐν τοῖσι Σαμοθρηΐκῃ μυστηρίοισι*. Non nescio præpositionis, ubi eam consuetudo requirebat, neglectum. Quo ex more *Σπάρτῃ ξυναυλεῖ τῷ πατρὸς ξυνωνίᾳ*, Euripid. Iph. Taur. 524. et v. 538. *ἄλλως λίπτε' ἴγκμεν Αὐλίδι*, quod utique *ἴγκμ' ἐν Αὐλίδι* commodum fuerat. Sophocles Trachin. 176. *ὡς — αὐδῆσαί τινι Δωδώνι*. Plato Menex. p. 245. *τὰ τρόπαια τά τε Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιᾶσι*. Sunt ad manum consimilia, quæ sicubi consensus conspiret MSS. auxilio esse poterunt. Sed et sæpe elisa videtur scribarum inconsiderantia. Sit Philostratus exemplo, Heroic. II. p. 694. quum de Ulysse *διαφυγόντα δὲ αὐτὸν τὰ ἐκεῖ πάθη, ἀπώλεσεν αὐτὴν Ἰθάκην ὕσασαν*. Dederat *ἐν αὐτῇ Ἰθ.* neque enim Neptunus Ulyssem una cum insula Ithaca, quæ Græcorum eorum sententia, sustulit: devoravit *ἐν* præcedentis verbi terminatio. Hoc Herodoti loco vincunt schedæ, citra quarum adstipulationem, re postulante, (l. S.) Θηβίων recepi. Wess.

3. *γυναῖκας ἱερῆας ἐν Θηβαίων*] Quia supra scribit c. 35. *ἱρᾶται μὲν οὐδαμῇ οὔτε ἔρσενος θεοῦ οὔτε θηλέης· ἄνδρες δὲ πάντων τε καὶ πασέων*: non *ἱερῆας*, sacerdotes, illas fuisse censeo, sed sacras, sacerdotumque ministras; atque adeo scribendum: *γυναῖκας ἱρὰς ἐν Θηβίων ἑλαχθῆναι*. Cap. 56. legitur, *οἱ ἀληθέες οἱ Φοίνικες ἐξήγαγον τὰς ἱρὰς γυναῖκας*, quarum alteram paulo dicit inferius *ἀμφισολεύσασαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διός*: monstrat illud, fuisse mulieres *ἱρὰς* sive *ἱεροδούλους*. In templo Syriæ Hierapolitano præter sacerdotes fuisse *ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν* scribit Auctor. libri de Syria Dea, c. 43. istius generis *ἱεροδούλους* Strabo vocat *ἱερὰ σώματα* VI. p. 418. B. (p. 272. c. ed. Cas.) Valck.

Cap. LV. 3. *ἐκ Θηβίων τῶν Αἰγυπτίων*] Dialecti ratio ut hoc admitterem, perpulit. *Πασίων, ἀλλίων, ἀρπασθυσίων*, ne alia advocem, præsidio sunt. Theo, detracta Ionica forma, *τι παρθένοι τινὲς ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ἦσαν ἱλεῶαι*, ubi Nostri præscripto *ἦχθησαν* oportuerat: sunt et alia refingenda ibidem, quæ missa facio. Wess.

3. *ἀναστατώσας*] Ἀναστομώσας Aristophanis et Hesychii auctoritate servavissem, nisi Eustathius, quem magni, quando ex usu est, vir Celeb. æstimat, et tot membranæ contra ivissent. Wess.

5. *αὐδάζασθαι φωνῇ ἀνθρωπηΐῃ*] Jo. Jac. Wetstenius ad secundam Petri Apostoli c. 2, 16. plura coacervavit, quæ *ἀνθρωπίνῃ*, si omnium eadem esset dicendi species, auxilio forent. Belle Pass. et Ask. pro quo Gronov. ad c. 57. prudenter. Wess.

10. *Δωδωναίων δὲ αἱ ἱερήιαι*] Hæc et quæ anteverterunt, sacris Dodonæis feminas fuisse antistites, liquido conmonstrant. Strabo autem lib. VII. p. 506. (p. 328. ed. Cas.) primitus *ἄνδρες ἦσαν οἱ προφητεύοντες* ait, deinde *τρεῖς γραῖαι* in mulierum numero consentiens. Unde sumserit mares istos prophetas, an ex *ὑποφητῶν* Homeri voce, an aliunde, quærunt docti viri, præter ceteros Gronovius Exercitat. de Dodona p. 23. Wess.

11. *Προμένεια*] Græce non dicitur *προμενὴς*, sed *πρεμενὴς* et *πρεμένεια*: scripserat fortasse, Πρεμενίη vel Πρημενίη. Benevolam nomen illud designaret. Valck. — Προμένεια Eustathii patronum, non locupletem tamen, habet. Wess. — "Eustathium patronum" scribere puto voluerat: habet

enim hoc nomen Eustathius in Odyss. p. 545, 14. In eamdem vero scripturam consentiunt libri omnes: quæ cur sollicitaretur non satis caussæ fuisse videtur. Ut προθυμία, προμήθεια et similia dicuntur, sic non video cur Περμήνεια, præsertim tamquam proprium nomen, suspectum nobis esse debeat; licet adjectivum περμενὴς, unde illud derivatum fuerit, in reliquiis Græci sermonis hodie non reperiatur. S.

Cap. LVI. 3. δουίοι ἰμοὶ ἡ γυνὴ] Hoc prætuli; sunt γνώμην ἴχω et δουίοι ἰμοὶ ejusdem pænè potestatis, nec concinne conponuntur. Scripti Codd. in verbi scriptura passim variant, adtentique lectoris expostulant judicium. Mecum facit Reiskius. Formulam ejusque usum illustrant Reitzius ad Lucian. Astrolog. c. 9. et Abreschius Diluc. Thucyd. p. 5. Quod sequitur (l. 4.) de parte Græciæ, olim Pelasgia, ratum ex Homero et certum ponit Thucydides I. 3. Wess. —At non partem Græciæ ait olim Pelasgiam fuisse nominatam, sed universam Græciam; ejusque partem fuisse Thesprotiam. S.

6. ἴπιτα δουλεύουσα] Voce transposita hunc in modum ista commode scribi posse suspicor, ut altera mulierum videatur περηθῆναι ἐς Θεσπρωτοὺς δουλεύουσα· ἴπιτα αὐτόθι ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ τῇ περιφυσῇ Διὸς ἱρόν· ὥστε ἦν οἰκὸς, ἀμφιπολεύσασαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ἔνθα ἂν ἀπίκετο, ἐνταῦθα μνήμην αὐτοῦ ἴχειν: vendita, ut in Thesprotiam abduceretur servitutem servitura; postea illic sub procera quercu Jovis constituisse sacrarium, ut erat rationi congruum, quæ Thebis in templo Jovis fuisset ministra, quo pervenisset illic ejus colere memoriam. Valck.—Non multum refert, ἀμφιπολεύουσαν, an Aldinum, potius censeas; sapit tamen ejus ἀμφιπολιῦσαν non nihil ex Ionia. Vide adscripta Diodoro XVI. 70. Wess.—Commode utique ἀμφιπολεύουσαν legeretur, quod cum Valckenario Reiskius etiam commendaverat. Idem, non minus quam ille, simpliciter posito verbo περιφυσῇ offensus, ἐκεῖ περιφυκ. legendum conjectavit. Mihi, ut maximi facio sagaces eruditasque doctorum virorum suspectis super locis aut manifeste mendosis conjecturas, sic numquam placuit perpetuus novandi pruritus. Reliquas partes hujus traditionis allegorice intelligendas esse prudens Herodotus censuit: quod de fago narrabatur, illa (inquit) vera et naturalis arbor fuit. Hoc, ni me ratio fallit, verbo περιφυσῇ significatur. Neque magis opus esse videtur, ut verba ἴπιτα et δουλεύουσα transponantur: nec enim video quid impediat quo minus credamus, mulierem hanc etiam tunc servitutem servientem instituisse illud oraculum. Exoptata sane res hero debuit esse, anciliam habere fatidicam: cujus ex arte haud spernendum ille capere quæstum poterat. Cæterum de Dodonæo oraculo consuluisse juvabit quæ commentati sunt De Brosses in Actis Acad. Reg. Inscr. Tom. XXXV. p. 89 seqq. et Heyne in Excursu II. ad Iliadis lib. XVI. S.

8. ἔνθα ἀπίκετο] Ἔνθα mutari haud debuerat. (quod a Gron. inconsulte factum.) Aliud est ἐνθάδε, et hic incongruum. Wess.

10. ἐν Λιβύῃ περηθῆναι] Nisi Codices iterum conjecturis obniterentur, paulo ante scribi malim χρησσηρίου κατηγήσατο: (at vide modo II. 49, 7–9.) hic autem, ἐς Λιβύην π. Non quid evenisset in Africa, sed illud noverat mulier, comitem suam a Phœnicibus fuisse venditam ut in Libyen abduceretur: hoc vero sæpe dicitur Herodoto ἐς Λιβύην περηθῆναι vel περηθῆναι. Herod. VIII. 105. καὶ δὴ— ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον. Demosth. p. 708, 23. περαθεὶς εἰς Λευκάδα. Ob locum Lucæ Act. VII. 9. similia

quædam fuere collecta: vid. Celeberr. T. Hemst. in Miscell. Obs. VI. p. 344. Huc refero rarius illud Xenoph. Ἑλλ. I. pag. 252, 32. ἰς Λακεδαίμονα γεγράμματα πεμφθέντα ἐάλωσαν ἰς Ἀθήνας: et de Periandro Diogenis Laërt. I. 94. τὸν παῖδα ἀπεκήρυξεν εἰς Κερκύραν, quæque dantur similia. Valck.—Ut sæpius εἰς legitur, ubi commodius ἐν videri poterat; sic et subinde, ἐν ubi εἰς malles, apud probatissimos auctores. Sic quidem apud Thucyd. VII. 17. consentientibus libris habes ἀποστειλοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, et similiter idem alibi. Conf. ad I. 21, 4. notata. S.

Cap. LVII. 1. Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι πληθῆναι, etc.] Quæ fabulæ origo, et unde antistitæ Dodonææ πελειάδες nominatæ sint, post doctissimorum virorum, Bocharti, Gronovii, Triglandii, aliorumque suspiciones et conjecturas, nondum in expedito versatur. Valckenarium adi ad Tragici Phœniss. v. 1475. Wess.—Quæ obiter ibi Valckenar. monuit, cum his conferenda sunt Scholia vet. ad Sophocl. Trachin. 175. (169. ed. Br.) ubi pro πελειοὺς, quod vulgo legebatur, ex Hesychio (in Πελείους) corrigendum esse πελείους jam olim Sallier in Actis Acad. Inscript. T. V. Hist. p. 35 seq. docuit, quod etiam a Brunckio receptum est. A quibus parum abludit quod ad Virgilii Ecl. IX. 13. Servius adnotavit, Thessalica lingua *peliades* et columbas et vaticinatrices mulieres dici. S.

2. Ἰδόντων δέ σφι ὅμοια ἔργματα φθόνον γενέσθαι] Mira hominum studia; quod uni ridet, alteri accidit ingratum: si quid innoves aut coneris, in promtu acriora judicia; quæ equidem uti nec valde metuo, ita, prudentium ubi fuerint, non recuso. Hic allego novationis auctores Grammaticos ac schedas veteres, nexumque sermonis. Non nescio, quo fulcro ἰδόντων niti queat: neque non intelligo, ὁμοίους probum multis videri. Ostendit Cl. Hemsterhusius utriusque usurpandi morem ad Luciani Somn. c. 2., adservitque Ionibus ὅμοια τοῖς, etc. Edidit Aldus III. 35. ὅμοια τοῖσι πρόσθεισι: mutavit H. Stephanus; et sic tamen ejusdem Musæ c. 8. et 57. VII. 120. Wess.—ὁμοῖα h. l. lubentem me acceptum, in Var. Lect. (ed. S.) significavi. S.

11. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ, etc] Sic ex Florentino vir Clariss. divinandi per sacerdotes rationem intelligens; cujus explicationi pugnat cap. 83., ubi ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται ἡ τέχνη sive divinatio. Alii ἱρῶν sive ἱρίων de victimarum extis interpretantur, et ad haruspicinam referunt; ἱρίων non aliud esse ac ἰρείων, sicuti χήνια et βόια, de anserum boumque carne, quæ aliis χήνεια, βόεια: hæc Corn. de Pauw et Reiskii opinio; qua ratione sacerdotum ars, quam illis scriptor negat, maneret. Mihi τῶν ἱρῶν μαντικὴ divinatio in templis, quæ et responsis et signis absolvebatur, placet. Wess.—Vallæ interpretationem, divinandi in templis ratio, restituit Wess. quos et equidem, postquam incertus aliquamdiu hæseram, secutus sum. Attamen nec satis adparet cur hoc maxime adjectum voluisset Scriptor, in templis; et, hoc si voluisset, ἐν ἱεροῖς dicturus fuisse videtur. Subiit igitur cogitatio, ἱερὰ hic intelligi fortasse sacra, sacrosque ritus, cujus libet generis, ut hoc Herodotus dixerit, in pluribus aliis sacris ritibus divinationem etiam ex Ægypto in Græciam esse derivatam. At rursus, hoc si in animo habuisset, non tam Ἔστι δὲ, sed Ἔστι ὧν (vel δὴ) καὶ—ἡ μαντικὴ dicturus fuerat; quoniam, quæ adhuc de Dodonæo oraculo dicta sunt, utique et ipsa ad μαντικὴν pertinent. Quod vero ait, Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ, perspicue significare videtur, nunc de alio

quodam μαντικῆς genere agi. Atqui hoc aliud genus, est divinandi ratio per victimas. Et, quo Græca verba in hanc partem accipi possint, non opus est, ut cum Pavio Reiskioque scripturam ἱρείων probemus, statuamusque ἱρείων pro ἱρείων vel ἱερείων dici; quum præsertim nusquam alibi ἱρεῖα vel ἱρία, sed constanter ἱρήϊα dicat Herodotus. At nimirum τὰ ἱρὰ frequenter Nostro idem, ac τὰ ἱρήϊα, valent; suntque victimæ quæ immolantur. Sic θύειν τὰ ἱρὰ, I. 59, 5. VIII. 54, 6. et alibi, est mactare victimas. II. 40, 1. ἡ ἐξαίρεσις τῶν ἱρῶν, est exenteratio victimarum, ubi conf. l. 13. et 15. Ac præsertim ubi de extispicio vel haruspicio agitur, legimus propitia aut contra fuisse τὰ ἱρὰ, V. 44. extr. IX. 19, 6. IX. 36, 3. (ubi haruspex μαντεύεσθαι dicitur) item 37, 2. etc. pro quo τὰ σφάγια ait IX. 45, 9. Denique VIII. 134, 6. ἱρεῦσι χρησταμόζεσθαι, est ex victimis responsa dei petere. Quibus inter se collatis consentaneum est, ut h. l. τῶν ἱρῶν (idem ac si dicas διὰ τῶν ἱρῶν) τὴν μαντικὴν intelligamus divinandi rationem ex victimis; quam nimirum pariter, atque oraculorum institutum, ex Ægypto ad Græcos transiisse statuit Herodotus. S.

Cap. LVIII. 1. προσαγωγὰς explicat Gronovius et ad Pauli Epist. ad Roman. 5, 2. et Ephes. 2, 18. docti interpretes. Wess.—Oblationes intelligebat Gronov. provocans ad Aristoph. Av. 854. et quæ ibi a Græco interprete notantur: in versione autem adductiones posuit, quas tenuit Wess. Hesychio προσαγωγὴ est προσέλευσις, recte: accessio, nempe ad deorum aras, supplicatio. S.

Cap. LIX. 3. ἐς Βούβαστιν πόλιν] Stephan. Byz. Βούβαστος, πόλις Αἰγύπτου, ἣν Ἡρόδοτος Βούβαστίν φησι, διὰ τοῦ ι. Quæ Ethnicographi cum Gronovio non laterent, vicit Medicei spectatissima, uti fertur, fides, ut ἐς Βούβαστον obtrudi posset. Bubastis, exemplo Nostri II. 67. et 137. dicitur Pomp. Melæ; aliis Bubastus, Βούβαστος. Mox (l. 6.) ex Arch. Vind. Pass. ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα non omnino absurdum. Μέσον τὸ Δέλτα scripsit supra c. 17. Ceterum templi Isidis, quod olim in urbe Busiride, restant splendidissimæ ruinæ, elegantissimis optimi marmoris columnis, cultis hominum animaliumque figuris ac litteris hieròglyphicis spectabiles, descriptæ cum cura a Sicardo, curioso ex Jesuitarum familia peregrinatore, in Novis Memor. Legationum ejus ad Orientem Societatis T. II. p. 118. Wess.

Cap. LX. 1. ἐτιὰν νομίζωνται] Nihil habebat causæ cur hic, scribi mallet Galeus νομάζωνται, ignotum Herodoto verbum; apud quem, ut hic, frequenter alibi νομίζεσθαι notat nave vehi vel deferri, IV. 76. V. 43, VII. 49. Quæ Galeo obversabantur, Ægyptiorum κατασίας attigit vir Magnus ad Diodor. Sic. T. I. p. 177. Valck.

7. ἐγχρίμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ] Placet Areh. ἐγγείψαντες, quem ille in modum III. 86. et Aldus IX. 98., nec tamen constanter. Antiquissimi usus fuit χρίστειν et ἐγχρίστειν, χρίμπτειν recentioris: quæ causa perpetuæ in Edd. et scriptis discordiæ. In Sophoclis Elect. 901. Μή πού τις ἡμῶν ἐγχὸς ἐγχρίπτῃ βροτῶν: at v. 723. Ἔχειμαν' ἀλλ' οὐρίγγα, ubi MSS. veterem sequuntur morem. Bacchylides in Eclog. Phys. Stob. p. 11. ἀλλ' ἐπιχρίπτει πόδος ἄλλοτε, ubi schedæ, teste Grotio, ἐπιχρίμπτει. Mitto alia, et harum cupediarum amatores ad Cl. Ruhnkenium in Timæi Lexic. p. 76. (pag. 104 seqq. ed. sec.) et Eustachium ad Erotian. in hoc verbo amando. Wess. — Conf. Var. Lect. (ed S.) ad III. 85, 20. et IX. 98, 12. Apud Sophocl. video quidem in edit. Lond. ad Electr. 904. ἐγχρίπτῃ citatum ex ed. Ald. et ad v. 723. ἐγχρίπτ' ex cod. Baroc. MS. Sed utroque

loco Brunckius id verbum inserta μ litera edidit, nulla e MSS. suis dissensione in Notis prolata. Apud Stobæum, pro olim edito ἐπιχρίεται Heeren T. I. P. I. p. 168. ἐπιχρίμπτει ex MSS. edidit, cujus vide notam ad v. 3. ibid. p. 167. S.

Cap. LXI. [2. ἴδηται περίτριτον μοι] Vide cap. 40. S.]

4. τὸν δὲ τύπτονται] Quod in Athenag. Legat. prostat pag. 114. τὸν δὲ τύπτονται τρόπον mihi quoque sciolo videtur contribuendum; qui Herodoteum, τὸν δὲ τύπτονται, a Gronovio egregie adfirmatum, minus intellexerit, significans id ipsum quod usitatius Græcis diceretur τῷ δὲ τύπτονται, quemnam inflictis sibi verberibus lugeant. Scripti tamen Codices si plerique præferrent τῷ δὲ τύπτονται, cui se verberent, sive, in cujusnam Dei honorem; cum vicinis illud conspiraret. ἐς Ζάϊν πόλιν τῇ Ἀθηναίῃ πανηγυρίζουσι· ἐς Ἡλιούπολιν τῷ ἡλίῳ, similibusque. Herodoti locum IV. c. 34. ad Pausaniæ I. p. 104. verba docte contulit Leopardus X. Em. cap. 24. στιφανοῦσθαι τῷ θεῷ dixit Xenoph. Ἑλλ. IV. p. 304. 26. πηλοῦσται τῷ θεῷ Aristid. T. I. p. 548. Achillis τὰς κόμας Πατρόκλῳ τιμητίους Philostr. Vit. Apoll. VII. c. 36. Vid. T. Hemsterh. in Add. ad Luciani p. 850. et F. L. Abresch in Diluc. Thucyd. p. 452. Valck.

Ibid. τὸν δὲ τύπτονται] Plena manu Gronovius; in patiente verbi potestate inprudentior, agentem, et formæ quæ media dici adsolet, requirit, indicante d'Orvillio ad Chariton. III. p. 347. Codex Bodleianus, sicuti Cl. Wasse testificatur in Indic. Thucydid. voc. Ὄσια, τῷ δὲ τῷ τύπτονται præferebat, quorsum Vind. et Arch. scriptura ducere videtur: nec absona ejus sententia. Bardesanes in Præp. Evang. Eusebii p. 279. D. ἐν τῇ Συρίᾳ —— ἀπεκόπτοντο πολλοὶ τῇ Ῥέᾳ: in honorem Opis sibi virilia amputabant. Equidem in vulgato adquiesco. Wess. — Ut vulgo κόπτεσθαί τινα, plangere aliquem; sic et τύπτεσθαι cum quarto casu construere Noster amat. conf. II. 42, 24. et 132, 7. De deo, quem nominare nefas ducit, conf. c. 132, 7. et 170, 1. ibique not. S.

Cap. LXII. 2. λύχνα καίουσι] Si Grammaticos, quos (in Var. Lect. ed. S.) adpellavi, consulueris, notatum τὰ λύχνα, tanquam rarum et insigne, advertes. Glossæ San-Germanenses: λύχνα οὐδενίκως· Ἡρόδοτος β., Εὐριπίδης Κύκλωπι (v. 512.) Est ex Ionum consuetudine. Schol. Apoll. Rhod. III. 137. Ἰωνικῶς δὲ τὰ κύκλα, ἀντὶ τοὺς κύκλους, ὡς λύχνα καὶ δίφρα: quibus non dissimilia Critici in Nicandri Theriac. v. 591. Recurrunt τὰ λύχνα c. 133. et apud Themistium et Procopium, studiosos Nostri, sæpe. Mox (l. 3.) ἴμπλεα στέατος (loco ἁλὸς) καὶ ἐλαίου plena partim adipe, partim oleo conjecit Reiskius, quod sal ad lampades nihil faciat: cui non subscribo. Frequentissimus olim in sacris usus salis aliud suadet; et quamquam vulgo sal crepitet magis et exsiliat in igne, quam luceat, satis erat si acetabulorum fundum peteret, oleo supernatante. Vide Plin. H. N. XXXI. 7. Wess.

5. οὖνομα κίτταϊ λυχνοκαῖη] Habuit hæc ante oculos Themistius principio Orat. ad Constantium Imp. p. 49.; quod Hemsterhusium, docto Oratori egregie opitulantem, in Polluc. X. 115. minime fugit. Spectavit et has lucernarum accensiones Josephus, Apioni insultans et aliis suæ gentis osoribus, λύχνον γὰρ οὐδέποτε —— ἐκρέμασεν, οἱ τὰς τοιαύτας καὶ τηλικαύτας λυχνοκαΐας ἑστιλεῦντες, contr. Apion. II. 9. p. 478., numero multitudinis electo, quandoquidem et Deorum aliis hunc habebant, honorem in Achillis Tatii Amorib. p. 277. Wess.

Cap. LXIII. 3. ὥστ' ἂν δὲ γίνηται καταφερὴς, etc.] Rediit δὲ in pristinum locum, præcedente μὲν flagitante. Is. Vossius, V. Cl., adscripserat codici suo καταφερὴς, nescio an motus Hesychii καταφερὴς κάτω φερόμενος. Novandi causa urgens non est. Καταφερὴς gaudet eadem notione. Dionysius Halicarn. T. II. p. 187. καὶ καταφερὴς ἡ ῥύσις τῆς λίξεως, ὅσπερ κατὰ πρανοῦς φερόμενα χωρίου σώματα, translata quidem, sed manifesta declivitatis sententia. Polybius II. 68. εἰς τὸ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ καταφερῆ καὶ κρημνώδη γενέσθαι quoniam per declivia et abrupta hostibus erat fuga. Alibi, sicuti et Appianus, χωρία καταφερῆ III. 55., nec stabili scriptura. Wess.

[7. ἔχοντες ξύλα, καὶ οὗτοι ἐσὶ] Rectius sic interpunges: ἔχοντες ξύλα καὶ οὗτοι, ἐσὶ τὰ ἕτερα, etc. Et in Lat. vers. scribes fuste et horum quisque. Respondent enim ἔχοντες ξύλα καὶ οὗτοι istis, ξύλων πορύνας ἔχοντες. S.]

8. τὸ δὲ ἄγαλμα, ὃν ἐν νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ] Unde Valla acceperit ligneum simulacrum, dicere non habeo. Optime eum Gronovius in ordinem revocavit; dudum etiam ante G. Cuperus in Harpocrate p. 104. Multa istic vir longe doctissimus de hoc et similibus Ægyptiorum institutis ex Diodoro I. 97. atque aliis. Wess.

18. οὐ μέν τοι γε οἵ τι] Una de particulis orationi nocet, sic tollenda, ut scribatur: οὐ μέντοι οἵ γε Λίγύπτιοι ἔφασαν. Hic etiam mos scribendi Herodoteus: pag. 19, 32. p. 32, 46. (I. 51. 20. 80, 26.) οὐ μέντοι οἵ γε Δυδοὶ δειλοὶ ἦσαν. p. 118, 6. 28. etc. (II. 81, 3. 83, 6.) atque isthoc ordine voculas istas passim collocat Thucydides. Valck.—Scilicet non modo οὐ μέν τοι γε, ut in Var. Lect. (ed. S.) dixi, sed οὐ μέντοι γε οἵ τι Λίγύπτ. dabant Ald. et alii edd. Quum in id, quod Wess. edidit, cum aliis libris ii etiam consentiant, qui sunt ex eadem cum Med. familia, videtur hoc loco, ut passim alibi, codicem suum haud satis attente inspexisse Gronov. S.

Cap. LXIV. 3. ἀπότροφον γενόμενον] Hæc et vicina pervertit Valla, quæ hunc vel similem in modum converti potuerant Latine: Templum illud incoluisse matrem Martis; hunc educatum alibi, quum ad virilem pervenisset ætatem, colloqui cum matre voluisse; sed matris administros, quem ante non viderant, haud ingredi passos abegisse. In his Editorum culpa perperam scribitur μητρὶ et μητρός. Ἀπότροφον Hesychius recte reddidit μακρὰν τεθραμμένον. De commercio familiari, sive colloquio, frequentatur συμμίξαι. Apud Herod. VIII. 79. Aristides ad versarium Themistoclem ἐξεκαλίετο βίλων αὐτῷ συμμίξαι: recte Valla, colloquendi gratia. (conf. I. 123, 8. VIII. 58, 4.) Xenoph. Ἑλλ. III. p. 283, 37. ξυμμίξας τῷ Διερυλλίδᾳ. Demosth. p. 234. §. 282. συνεμίξαμεν τῷ Προξένῳ. In Aristoph. Ἐκκλ. v. 512. Οὐδεμιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σου ξυμμίξασ' οἶδα γυναικί: sic scribendum ante Dawesium vidit T. Faber. Suspicor tamen et hic in ambiguo ludere voluisse Herodotum; puerumque ἀνδριζόμενον aliud quid isto captasse colloquio: διαλέγεσθαι et ὁμιλεῖν frequenter inserviunt istiusmodi lusibus: est et ubi sic adhibetur ἐς λόγους ἐλθεῖν. Propter ea certe quæ sequuntur, τὸ μὴ μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, in istum equidem sensum ceperim τὸ ἐσελθεῖν vel ἐλθεῖν παρὰ τὴν μητέρα, cum Gronovio, qui hanc in rem valde collegit opportuna, et Herodotea quidem diligentissime ad pag. 130, 5. Valck.

Ibid. ἀπότροφον γενόμενον] Plurima hic turbavit neglectus sermonis habitus. Ἀπότροφος non est nutrimentis depulsus, quomodo Latina Gronovii; sed procul a parentibus educatus, uti Portus bene.

Hesychius Ἀκότροφος, μαχρὰν τιθεμμένης. Plutarcho propterea T. II. p. 978. a. luscinias, nidis ereptas atque in caveis altas, ἀκότροφους τῶν μητέρων: Aristoteli, quem Chæronensis advocat, ὃν ἀκότροφα γίνονται, de iisdem aviculis. Ad hoc, ἐξανδρωμένος prave redditur viriliter impulsus, multoque pejus ob Medic. abesse posse decernitur. Suidas ἐξανδρούμενος, τὴν ἡλικίαν ἔχων εἰς ἄνδρα, h. e. adultus. Denique τῇ μητρὶ συμμίξαι colloquium requirit matris; coitum nunquam. De Xerxe, ἰδίλων σφι συμμίξαι, desiderans cum illis colloqui, VIII. 67. et Aristide c. 79. Δίλων αὐτῷ συμμίξαι, colloquium ejus cupiens. Plura Valckenarius. Quibus quidem, uti æquum fuit, animadversis, sententia scriptoris elucescit; neque patitur, primitus fuisse γενόμενον ἀπαλλάσσεσθαι, μετὰ δὲ ἐξανδρωμένον, etc. uti arbitremur: corrumpent enim additiones bene dicta. Wess.

10. μηδὲ ἀλούσους] Clemens Alex. I. Strom. pag. 361. 19. Αἰγύπτιοι, inquit, πρῶτοι —— ἐν ἱεροῖς μίσγεσθαι γυναιξὶν ἐκώλυσαν, μηδ' εἰς ἱερὰ εἰσιέναι ἀπὸ γυναικὸς ἁλούσους ἐνομοθέτησαν. Attigit Marshamus Can. Chron. p. 222. Egregius Porphyrii est locus in Euseb. Præp. V. p. 197. D. venustissimus Theocriti Eid. V. 147. Valck.

[13. μίσγονται ἐν ἱροῖσι] De avibus aliisque animalibus loquens, ἐχνεύμενα, ait, ἔν τε τοῖσι νηοῖσι τῶν θεῶν καὶ ἐν τοῖσι τεμένεσι: de hominibus vero, non ἐν νηοῖσι, in ipsis deorum ædibus ait, sed nomine utitur latius patente, ἐν ἱροῖσι. Comprehendit autem τὸ ἱρὸν et τὸν νηὸν et τὸ τέμενος, agrum, lucum, ædificia, quibus cingitur dei ædes. Attamen, vel sic, justo gravior et præter reliquum Herodoti morem iniquior videri possit ista criminatio, præsertim ita universe in omnes pæne homines, Ægyptiis ac Græcis exceptis, jactata. Certe, in ipsa etiam famosissima ob Veneris obscenum cultum Babylone, non modo non in æde deæ, sed omnino ἔξω τοῦ ἱροῦ (ut refert idem Noster, I. 199, 13.) committebantur illa flagitia, quibus placari deam persuasum habebant. S.]

14. νομίζοντες ἀνθρώπους εἶναι κατάπτῃ, etc.] Diogenes Cynicus simili disputatione ad fœdas conmixtiones probandas abutebatur, abutebatur et Chrysippus; perstricti ex merito abs H. Grotio Jur. B. et Pac. II. 5, 3. Ecce tibi Stoici nostris ita respondentia verba, ut hoc fonte hausta diceres: καὶ τὸ φαγεῖν τι, καὶ προελθεῖν ἀπὸ λίχνους ἢ θανάτου πρὸς ἱερὸν, ἀλόγως διαβέβληται· ἴσα τὰ ῥηθέντα φησὶ δεῖν ἀποβλέπειν· tum animantium mutorum exemplis liquere, τὸ μήτε συγγινόμενα, μήτε γεννῶντα —— ἐν τοῖς ἱεροῖς μιαίνειν τὸ θεῖον, in Plutarchi Stoicor. Repugnant. p. 1044 seq. Quæ homo locutuleius contentionis fervore et disputatrice viftute, si ea tamen virtus, atque ut alios premeret, jecisse dicendus est. Sed hunc rixosum relinquamus. Mox (l. 16.) ὀρνίθων τίλια (loco vulgati γίνια) ex Codd. Britannicis adeo blandiuntur, ut a probandis non longe absim. Si qui interpretamentum putarint, Eustathium uti adeant, auctor sum, et considerent τίλος et τίλια in catervis sedem habere VII. 211. 223. IX. 20. Wess.— Conf. I. 103, 4. ibique not. Apud Eustathium quidem, de diversis vocabuli τίλος notionibus sæpius disserentem, nihil quod magnopere huc faciat reperire mihi contigit. Cæterum scripturæ isti, ὀρνίθων τίλια tam insignem veri speciem inesse intelligo, ut et ego eam cum Schæfero receptam velim. S.

16. ὀρνίθων γίνια] Τίλια, quod in Codd. scriptis invenere Galeus et Wasseus, (vid. ad Thucyd. p. 151.) vix a correctoribus exspectandum, si Codices etiam exhibent alibi, (alii, puto, voluit) ubi vulgantur ὀρνίθων γίνια, genuinum videri poterit: τίλος sæpius periphrasi servit.

mihi tamen nihil hujus occurrit simillimum. Valck.

Cap. LXV. 4. ἀνεῖται τὰ ἱερὰ] Non, pro sacris habentur, ut vertit Valla, verum significarent ista, consecrata sunt templa, quod hinc alienissimum est: vid. Observ. Miscell. III. p. 94. Sententia poscit: τῶνδε εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ θηρία εἰ λέγοιμι: quibus autem de causis feræ sint consecratæ, si dicerem. Herodotum tamen suo scribendi more dedisse suspicor, ἀνεῖται vel ἀνέσται ἱερὰ εἶναι εἰ λέγοιμι literasque nonnullas partim male repetitas, partim neglectas. εἶναι sæpe tanquam superfluum adjicitur ab Herodoto, πλεοναστικῶν καὶ παραλληλισμῶν studiosissimo. De rebus consecratis vel consecrandis satis vulgata sunt ἀνεῖναι vel ἀνιέναι, et ἀνιεῖσθαι: rarius illud Xenophontis de amabili suo secessu Scillunteo: ὁ χῶρος ἀνεῖται ἱερὸς εἶναι: in Socrat. Epist XIX. ad Æschinem fortasse scripta, quem multo majoris faciebat Xenophon, quam Plato. Valck.

Ibid. ἀνεῖται τὰ ἱερὰ] Abundabit articulus, nisi αὐτὰ ἱερὰ fuerit. Superstitiosæ animalium consecrationes et in Græcia et Romæ notissimæ fuerunt; exemplorum affatim in Casauboni notis ad Sueton. Cæs. c. 81. Ægyptiorum ritus dabit Diodorus I. 83. Nostri vestigia premens. Ἀναγκαίη, (l. 6.) quod commutatum fuerat, forma sua iterum splendet, uti II. 182. IV. 180. etc. Wess. — Quod ait τὰ ἱερὰ, incommodat utique articulus, quem abesse et equidem malim: nisi aut præcedens ἅπαντα non ita stricte accipiendum fuerit, sed σχεδὸν ἅπαντα intelligatur, aut τὰ ἱερὰ intelligantur eæ bestiæ quæ cuique deo sacræ sunt, aut quæ apud quemque Ægypti populum sacræ habentur, coll. cap. 69, 1. et 71, 1. Cæterum post ἱερὰ in Græcis nostris delendum comma, quo facilius intelligatur orationis structura. Tum illa, quæ præcedunt, καὶ τὰ μὲν, σύντροφα, etc. non tamquam absoluta per se ῥήσεις accipienda, ut in nostra versione Latina factum; sed ita hæc cum superioribus connexa sunt, ut dicat auctor, sacræ habentur bestiæ, non eæ modo quæ inter homines vivunt, (ut feles, et canes) sed et quæ libere vagantur. Cæterum cum his quæ hoc capite et proxime sequentibus traduntur, conferendus omnino Diodor. Sic. lib. I. c. 83. et seq. S.

19. ὃς δ' ἂν ἴβιν ἢ ἶρηκα, etc.] Eadem Diodorus, sed vulturis loco felem nominans. Accipitrem seu vulturem Iones olim ἶρηκα sonabant, (ut nos ex MS. edidimus,) quemadmodum sæpe poëta princeps. Eustathius Iliad. N'. p. 920, 44. τὸ δὲ ἶρηξ, Ἰωνικῶς ψιλοῦται, εἰ καὶ τὸ ἱέραξ δασύνεται. Neque dubito de Herodoto: scribæ minuta hujuscemodi negligunt, et qui MSS. conparant, non semper acutum cernunt. Cicero I. Nat. D. cap. 29. Ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem violatum ab Ægyptio: quibus paria Quæst. Tuscul. V. 27. cum Davisii observatis. Wess.

Cap. LXVI. 3. τοὺς αἰλούρους] Præclare Pass. et Mediceus. Αἰλούρους Ἀττικῶς, αἴλουρος Ἑλληνικῶς, Moeris. Explicat eamdem vocem Etymologus, p. 31. Non addo plura. Otium fecit meditanti Jo. Piersonus in erudito commentario ad Moeridem p. 36. Wess.

7. πτείνοντες μίσγει οὐ πατίονται] Hæc olim alio pertinere videbantur; sed felium mares designari manifestum est ex Æliano Nat. An. VI. c. 27. Πατίονται mutari non debuerat: bis terve gustandi edendive significatu posuit Ionicum πατίεσθαι Herodotus, Hesychio restitutum a T. Fabro et Berkelio. Agathocles Cyzicen. ap. Athen. XIV. p. 650. A. de fructu quodam, ἰωὴν, ait, αἰνοῦσι, ποιοῦσι ἐξ αὐτοῦ ἅλειφα, καὶ πατίονται ταῦτα: vulgatur πατίουσι redditurque pedibus calcant: (correctus locus in

nupera edit. T. V. p. 363.) Ionice scribit Agathocles; ignorant autem Ionem Doricum istum verborum flexum, sæpius obliteratum, etiam in Epistola Aristippi, Socrat. IX. ubi περιβλίσονται transmutandum est in περιβλίσωντι. Valck. — Mire hunc locum interpretatus Larcherus est: "ils les tuent sans cependant en recevoir aucun dommage;" id est, mares occidunt catulos, nec idcirco læduntur (vel malo ullo adficiuntur) a fœminis. Ait, Valckenarium olim in alio nescio quo scripto, corrigendum censuisse κτείνωντις μίνυσι οὔ τι ἀτίονται, atque hanc sibi unice veram certamque visam esse scripturam. S.

Ibid. οὐ πατίονται] Male abiit in δατίονται, cujus in adtribuendo, et dividendo potestas I. 216. Itaque rectissime Florentinus supra c. 37. οὔτι ἐψῶντις πατίονται, expulso inportuno δατίονται. Junge IV. 186. Hesychius, adjutore Guieto, πατίσαι, ἐσθίσαι. πατίοντο, ἐγεύοντο. Felium autem hanc indolem et φιλοστοργίαν describit Ælian. de Animal. VI. 27. Wess.

[10. Θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει τοὺς αἰτιλούρους. Feles in furorem aguntur interpretatur Conr. Gesner, De Quadrupedib. p. 324. med. S.]

Cap. LXVII. 1. ἐς ἱρὰς στίγας] De his, quod quidem recordor, nihil alibi distinctius; nam quæ c. 148. et 175. aliorsum spectant. Explicat Diodorus I. 83. φέρουσιν εἰς τὰς παριχίας· ἔστιτα διακισθέντων αὐτῶν κιδρίᾳ——θάπτουσιν ἐν ἱεραῖς θήκαις. Statim ὡς δ' αὖτως (l. 4.) ob I. 215. VII. 86. IX. 80. Ἰχνυται (l. 5.) sunt ichneumones, eodem Diodoro indice: firmantque Nicander Theriac. V. 195. et Hesychius, quibus Cl. Salmasius ad Solin. p. 317. testibus dextre usus fuit. Phrynichus Biblioth. Coislin. p. 467. Ἰχνυται, οἱ κατ' Αἴγυπτον καλούμενοι, voce truncus, sed facile instauranda. Wess.— Non differunt ἱεραὶ στίγαι, et ἱεραὶ θῆκαι, quas continuo dein dicit; quæ sunt conditoria, cameræ, cellæ, in quibus conduntur mortui. Abdallatif, scriptor seculi post C. N. XIII. (in Relation de l'Egypte, traduite par M. Sylvestre de Sacy, p. 202 seq.) cellas sese intrasse ait, quarum in aliis canum, in aliis felium, in aliis boum cadaver aingenti numero condita fuere. S.

[2. ἐν Βουβάστι πόλι. De hac urbe supra dictum, ad c. 59, 3. Bubastum vero Ægyptiorum lingua felem dici tradit Steph. Byz. in voce. S.]

6. τὰς δὲ ἴβις ἐς Ἑρμέω πόλιν] Scribarum aberrans oculus hæc præterverderat. Bene vir Celeb. ex Med. et aliis justum illis locum dedit: sunt enim, ne ratio ibidis nulla sit, opportuna et necessaria. Hermopolis parva-ne, an magna, (his titulis duæ Mercurii in Ægypto urbes distinguebantur) intelligenda sit, certo constitui haud potest: forte posterior in Thebaide, propter Ibii sive Ibiu mansionem, non longe ab urbe sejunctam. Itiner. Antonini, p. 157. Liquidiora videntur, de ursis lupisque prodita, propter consensum Prosp. Alpini Hist. Nat. Ægypti IV. 9. Wess. — De verbis ἰούσας ἱρὰς, quæ nos interseruimus, vide in Var. Lect. (ed. S.) dicta. Ut hic intelligimus ἱρὰς τοῦ Ἑρμέω, sic et alibi ἱρὸς cum genit. casu illius dei construitur, cui aliquid sacratum est. Sic οὖρος ἱρὸν Μητρὸς Δινδυμήνης, I. 80, 4. Boves fœminæ ἱραὶ ἴσαι τῆς Ἴσιος, II. 41. 3. S.

Cap. LXVIII. 6. τὸ ὕδωρ τῆς τε ἀληθείης, etc.] Optime hæc Cl. Salmasius, vir summus, Exercit. Solin. p. 314. ex Aristotele et Plinio, de crocodili nocturna in aquis mora, ratione et caussa teporis; quibus equidem nihil a Gronovio fuisse rescriptum mallem. Non libet in disputationis ejus examen, ne quid præter opinionem acerbius effluat, me-

met inmergere. Sola Philosophi verba, hinc clarissimæ derivata, ex Hist. Animal. II. 10. adponam, tantoque magis, quoniam præcipua hanc in rem voce desecta (a Gronovio) repræsentantur. Sic scribit: *τὴν μὲν οὖν ἡμέραν ἐν τῇ γῇ τὸ πλεῖστον διατρίβουσι, τὴν δὲ νύκτα, ἐν τῷ ὕδατι· ἀλεεινότερον γάρ ἐστι τῆς αἰθρίας.* Quid his disertius? Negare fluviatilem aquam in Ægypti aliisque orientis plagis tepidiorem noctu esse roscida et subdiali statione, pugnat veritati, et æstivæ. his in oris experientiæ. Sed absisto. Wess.

[8. *ἀά, χηνίων οὐ πολλῷ μίζονα.* Vide Hasselquist, et Geoffr. apud Sylvestre de Sacy ad Abd-Allatif, p. 158 seq. Nempe Geoffroy ex professo edidit Observations sur les habitudes attribuées par *Herodote* aux *Crocodiles* du Nil; quæ exstant in Annales du Musée d' Hist. Nat. T. IX. p. 373. T. X. p. 167. T. XI. p. 37. S.

12. *γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἴφυσι*] Eadem Aristoteles; in expingendo crocodilo Herodotum, quod verbo monui, uti is Hecatæum, auctore Porphyrio apud Euseb. Præp. Ev. X. p. 466. æmulatus: inspice Hist. Anim. I. 11. II. 10. V. 33. et post Philosophum plures Græcorum Latinorumque. Multa tamen in crocodili hac descriptione diligentissimi superioris et nostræ ætatis naturalis speculatores historiæ desiderant, Rondeletius, Bellonius, Gesnerus, Bochartus, præterque ceteros, Aristoteli paullo magis, quam oportebat, iratior Ol. Borrichius, Hermet. Ægypt. c. 10. p. 270. Wess. — Præcipua quæ huc spectant, collecta et excussa videas in Histoire des Animaux d'Aristote, traduite par *M. Camus*, T. II. art. Crocodile. Lingua non prorsus carere crocodilum, porro inferiorem ejus maxillam moveri, ut in reliquis animantibus, non superiorem, diligentiores observationes docuere. De Hecatæo apud Euseb. ex Porphyrio, conf. infra ad c. 77, 12. notata. S.

[13. *ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦνον τῶν θηρίων*] *Τοῦτο* pro *διὰ τοῦτο* accipiens Bastius, interpretatus erat idcirco: eamdemque in sententiam corrigenda etiam esse Græca, et *ἀλλὰ κατὰ τοῦτο* legendum, censuit Schæfer ad Gregorium de Dialect. p. 30. Quæ mihi supervacanea opera videtur: perspicua scriptoris sententia, sed est etiam hoc unum ex omnibus animalibus, quod etc. S.]

19. *τροχίλος*] Habent ex Herodoto, et nominatim, Aristoteles Rhetor. (immo, Ethicor.) ad Eudem. VII. p. 189. (ed. Wechel.; p. 271 med. edit. Duval. T. II.) et Ælianus de Animal. VIII. 25. ubi dictione nonnihil mutata, *εἰρηναῖα καὶ ἐνσπονδά ἐστι*: quemadmodum de apibus V. 11. *πρὸς μὲν τοὺς μὴ ἐνοχλοῦντας——εἰρηναῖα αὐτοῖς καὶ ἐνσπονδά ἐστι*: et XII. 15. Ceterum tonus vocabuli apud Aristotelem, Ælianum et alios variat: *τροχίλος* scribunt, ex eo more, quo nomina hujusmodi terminationis paroxytona esse solent, docente Gesnero Histor. Anim. IV. p. 301. Atque ita scripti codices. *Ἐώθει* (l. 21.) bene habet, Florentinique auctoritate III. 33. IV. 33. (?) rediit. Wess.

24. *οὐδὲν σίνεται*] *Τὸ μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν τροχίλον λογίζεται οἱ μισθὸν*, Ælianus, enarrans Herodotea de trochilo Nat. An. III. c. 11. et hanc partem (Historiarum Nostri) designans lib. VIII. c. 25. citat Herod. *ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λόγοις*. Sed quæ narrat Herod. cap. seq. alio fonte derivata tractat idem Ælian. X. 21. Valck.

Cap. LXIX. 5. *ἀστήματά τε λίθινα χυτὰ*] Sive hoc, seu *λιθωτὰ* malueris, fusi et factitii lapilli designantur: Reiskius vitrum describi opinatur. Vitri, conditoriorum cipporumque *ἐξ ὑέλου*, mentio erit III. 24. ad quod an adlu-

dat, non adfirmo. Faveret suspicioni Epinicus apud Athen. X. 9. (cap. 40.) nuperæ edit.) p. 432. c.

> Ἐσμὸν (sive Νασμὸν) μιλίσσης τῆς ἀκροχόλου γλυκὺν
> συγχυχεκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου.

modo vitrum, quæ Dalecampii sententia, intellexisse liqueret: ut ut est, commodissimus poëtæ locus est. Ἀστήματα et ἀμφιδίας illustrant docti viri ad Hesychium, inque primis Gronovius in Adnotat. Wess.—In Epinici versiculo tam felix quam erudita emendatio, νασμὸν pro vulgato olim ἰσμὸν, *Jacobsio* Viro clar. debetur, qui illam primus in Animadv. in Euripidem p. 114. proposuit: quod me tunc, quum eam, a Fiorillo commendatam, in nostra Athenæi editione recepi, præterierat. S.

12. χάμψαι] Durat Coptorum in libris hoc illis nomen, nec multum discordat titulus monstri fluviatilis Arabicus. Lege Jablonskii Panth. lib. V. 2. p. 70. (conf. Sylvestre de Sacy ad Abdallatif, p. 157.) Κροκοδίλους autem Ionibus fuisse lacertas, sive χερσαίους κροκοδίλους, uti IV. 192. testatissima confirmataque res est a S. Bocharto Hierozoic. P. 1. lib. III. 1. p. 1060. Wess.

Cap. LXXI. 1. τῷ Παντερμίτῃ] Justum est; neque enim ex Πάντερμις, c. 59. Παντερμίτης flecti potest: melius ipso in Med. c. 165. Παντερμίτης. Jam Πάντερμις et Παντερμίτης Arch. et Vind. ex adsimilitudine litterarum descenderunt, quemadmodum Stephani Πάντερμις, πόλις Αἰγύπτου· ὁ πολίτης Παντερμίτης. Debet et hanc Hippopotami sicuti et Phœnicis descriptionem Herodotus (perhibente Porphyrio in Eusebii Pr. Ev. X. p. 466. c.) Hecatæo. Wess.—Conf. infra ad c. 77, 12. notata. S.

5. οὐρὴν ἵππου] Aristoteles οὐρὴν ἔχει ὗς, Histor. Animal. II. 7. Achilles Tat. IV. p. 225. οὐρὰν βραχεῖαν, quibuscum alii conspirant et peregrinatorum observata. Wess.—Merito h. l. Larcherus commendat doctissimi viri Schneideri Historiam criticam Hippopotami, subjectam Artedi Synonymiæ piscium, (Lips. 1789.) p. 247 seq. S.

7. ξυστὰ ποιεῖσθαι ἀκόντια] Ξυστὰ ἀκόντια, ut rasæ hastilia virgæ Latini poëtæ. Aristoteles, ὥστε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. Conf. Sam. Bocharti Hieroz. P. II. lib. V. 14. Wess.—Ξυστὸν apud Nostrum I. 52, 4. hastile est, lignum hastæ vel jaculi: sed et universum jaculum, hastam ferro præfixam significat, et a Lexicographis, Ammonio, Hesychio, Suida ἀκόντιον exponitur. Quæ caussa puto fuit, cur vocab. ἀκόντια Schæferus h. l. tamquam e scholio invectum delevit. Reiskio vero ἀκόντια hic adjectivum esse visum erat, ut ξυστὰ ἀκόντια idem esset ac ξυστὰ ἀκόντων, hastilia jaculorum. At est potius ἀκόντιον substantivum nomen, et ξυστὸν proprie adjectivum fuerit; ut ξυστὸν jaculum significet, ob subintellectum alibi substant. ἀκόντιον, quod cum illo hic conjungit Herodotus. Quare etiam pro eo, quod in Lat. vers. jacula rasa Gronovius posuit, nosque polita jacula, satis fuerat simpliciter jacula ponere. S.

Cap. LXXII. 2. ἰχθύων τὸν καλεύμενον λεπιδωτὸν] De λεπιδωτῷ confer Adnotationes Gronovii. Wess.—Reprehendit Gronovius Vallæ versionem, piscium genus quod vocatur squammosum; debuisse, ex piscibus eum qui squammosus vocatur. Commodius equidem teneri putavi proprium nomen quo hunc piscem Græci insigniverunt. In Niloticorum piscium numero, cum aliis multis, lepidotus etiam ab Athenæo recensetur, lib. VII. c. 88. Græcum vocabulum, originem si spectes, utique nihil aliud nisi squammatum vel squammosum significat: sed oportet in aliis

piscium generibus squammis munitorum fuisse unum aliquod, cujus squammæ proprii atque præcipui quidpiam habuerint, quam ob caussam ei id nomen præ cæteris fuerit impositum. Itaque videndum, ne Niloticus ille lepidotus idem sit piscis, quem sub nomine Polypteri *Bichir*, in Description de l'Egypte, etc. Hist. Nat. T. I. p. 4 seqq. singulari diligentia Academicus Geofroy de Saint-Hilaire descripsit. De cujus piscis squammis hæc ille observavit: "Le bichir est couvert d'écailles fortes et impénétrables, qui le défendent également de tout contact funeste et de la dent des animaux qui seroient tentés de l'attaquer. Cette solidité provient d'une matière osseuse qui double chaque écaille au dessous, et qui est si épaisse et si compacte, que la plupart de nos instrumens tranchans ne parviennent qu'avec peine à l'entamer." Ejusdem piscis descriptio cum icone exstat etiam in Annales du Musée d'Hist. Nat. T. I. p. 57 seqq. S.

Cap. LXXIII. 2. *οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ἴσον γεαφῇ*] Tentari non debebant Euripidis ista in Hippol. v. 1005. *Οὐκ οἶδα πρέξιν τήνδε, πλὴν λόγῳ κλύων Γεαφῇ τε λεύσσων.* Idem, Troasi 682. *Γεαφῇ δ' ἰδοῦσα καὶ κλύουσ' ἱστόρημαι.* Euripidea quoque libenter imitatur Herodotus. Valck.

5. *ἴστι δὲ, εἰ τῇ γεαφῇ παρέμοιος*] Nullam status quæstionem vulgatis, cum tot doctissimi viri operam avi fabulosæ insumserint, motam fuisse demiror. Negavit, et prudenter infitiatus est, Phœnicem a se visum, et tamen *ἴστι δὲ ἐν τῇ*, etc. Quæ apta et bene juncta non erant. Wess.—Scilicet (quod in Var. Lect. nostra temere prætermissum est) sic perperam olim vulgabatur, *ἴστι δὲ ἐν τῇ γεαφῇ παρέμοιος*. Primus Wess. *εἰ τῇ γεαφῇ* edidit, præeuntibus codd. Rem. Vind. et Valla. Cum quibus consentire videntur nostri Pa. Pb. Pc. e quibus nihil varietatis adfertur: nec aliud debuerat Arch. in quo *ἴστι δὲ οἱ τῇ γεαφῇ*. Mendosum *ἐν τῇ γε.* cum aliis tenet noster F. Ex Pd. citatur *ἴστι δὲ εἰ ἐν τῇ γεαφῇ*. S.

5. *τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα*, etc.] *Χρυσόκομα τῶν στεμμῶν* ab injuriis protecta et defensione viri Celeb. et Codicum auctoritate sunt: eum adi. (Nempe *χρυσόκομα* legendum contenderat Salmasius.) Quod si vero lis de voce cesset, in avis pictura consensio reperietur. *Κιτίεσσαι μὲν τὰ στέμμα χρυσῷ καὶ πορφύρῃ* Achilles Tat. III. p. 215. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cetera purpureus, ex Nostri præscripto, Plinius Hist. Nat. X. 2. Aliorum loca nunc nihil moror. *Περιήγησις* formam et diligentem ejus descriptionem exprimit ex usu verbi *περιηγεῖσθαι*, quo de Cl. Salmasius in Solin. p. 68. et multo adcuratius T. Hemsterhusius ad Dial. Mort. XX. p. 412. Luciani. Wess.—Videtur circumscriptionem dicere, quam Gallice le contour vocamus. S.

12. *ἴσον τι δυνατὸς ἐστι φέρειν*] Illud perquam politum, quod in Medicei *δυνατὸν εἶναι* inesse decernebatur, sermonis indoles respuit. Obstant præterea scriptæ membranæ conplures. Confer L. Küsterum in Clerici Bibl. N. et Vet. T. V. p. 404. Achilles Tat. eadem in re, *φέρει τὸ χάσμα γηΐνῳ χώματι, ἐπὶ τὸν Νεῖλον οὔσης ἵστασθαι τὸ ἔργον φέρειν*, sed prave culpa librariorum: fuerat *φύρει τὸ χάσμα——καὶ ἐπὶ τὸν Νεῖλον*, etc. Obstruere ingesta terra cavum, quod phœnix rostro fecerat, Herodotum deserens indicat. De Taciti Ann. VI. 28 sublato murrhæ pondere, vide amicam N. Heinsii et Grævii disputationem, Syllog. Epistol. T. IV. p. 512. et seqq. Wess. —Istud *ἴσον τι δυνατὸς εἶναι* non equidem cum Gronovio "perpolitum" dixerim,

sed stylo tamen Nostri neutiquam repugnare censuerim, ut in Var. Lect. (ed. S.) significavi. S.

Cap. LXXIV. 2. δύο κέρεα φορέουσι] Fuerunt ex cerastarum genere, nec tamen δηλήμονες ἀνθρώπων, ut reliqui apud Diodorum III. 50. aliosque ibi citatos. Auctor Ælianus est de Animal. XI. 17. ἐν Μιλήτῳ τῆς Λιγύστικου draconem sacrum in veneratione fuisse, adfirmans gentilem eam anguium superstitionem. Puto ἐν Μιτήλῃ scripsisse, quæ Ægypti urbs, non Μιλήτῳ. Wess.—Nihil in urbis nomine mutavit doctus Æliani Editor Lipsiensis. S.

Cap. LXXV. 1. κατὰ Βουτοῦν πόλιν] Alia hæc atque ea Butus (sive Buto,) quæ Latonæ oraculo censebatur, quippe Arabiæ adfinis: longe inde Sebennyticum Nili ostium, radens Butum illam atque adluens c. 155. Πτερώτων serpentium titulum (l. 3.) male præterierunt Florentiæ: quæ enim sequuntur, illo carere non possunt. Res etiam ipsa a fabularum indole abhorret. Namque angues volucres, ex Æthiopum Arabumque finibus in Ægyptum irruentes, veterum monumenta ita celebrant, ut dubii nihil esse debeat. Ipse vates Esaias c. xxx. 6. dat שרף מעופף hydrum sive chershydrum volantem Ægypto. Plura qui desiderat, ex eruditissimi Bocharti copiis Hierozoic. P. II. lib. III. 12. p. 423. mutuari poterit, atque illis hoc Pausaniæ IX. 21. cautissimum sane, adnectere: Quo circa neque ad adsentiendum proclivior quisquam esse debet, neque se omnino incredulum ad ea, quæ sint rariora, τὰ σπανιώτερα, præbere: ἐγώ τοι καὶ ἐγὼ πτερωτοὺς ὄφις οὐ θωυμάσιος πείσομαι, ξύνει ἀνὴρ Φρὺξ ἤγαγεν ἐς Ἰωνίαν σκέρκιον ταῖς ἀκρίσιν ὁμοιότατα πτερὰ ἔχοντα. Porro σαυροὶ ἀκανθίων (l. 6.) omnibus in libris, non exceptis Ask. et Pass. Bene Critici in Apollonium Rh. IV. 150. τὰ τῶν ὄφεων ἐοικὼς ἄκανθαι λέγεται. Amanuensis Mediceus in errore versabatur. Wess.—Scilicet, quod in nostro cod. F. monstrose legi dixi, σαυροὶ δὲ ἦσαν τῶν θεῶν, id ipsum et codicem Med. hic præferre docuit Gronov. in Adnotatt. ita quidem ut in ora libri notetur, pro θεῶν legendum ὀφίων, quod vulgato præferendum Gronovius censuit. Esse autem istud θεῶν perperam ex ἀκανθίων detruncatum nemo non videt: sed ex eisdem codicibus articulum τῶν ad ἀκανθίων utique adscisci debuerat, hac sententia sunt autem harum (quas dixi) spinarum catervæ, aliæ majores, etc. Typographicum sphalma in Græcis nostris, l. 2. χωρίων, pro χωρίον, quamvis visu ingrata sint talia, ipsi præsertim editori, neminem tamen morabitur. S.

[10. πτερωτοὺς ὄφις ἐκ τῆς Ἀραβίης πέτεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον] Ciceronem de Nat. Deor. I. 36. volucres istas angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas statuere, adnotavit ad h. l. Larcherus. Sed ille forsan memoriæ lapsu ista scripserat. Cæterum conf. Ælian. Nat. An. II. 18. ubi Schneiderus adnotavit, serpentes hos, quos Herodotus dicit, alis membranaceis volantes, (coll. c. 76, 11.) esse fortasse lacertas volantes, quæ dracones volantes a Linnæo nominantur. S.]

Cap. LXXVI. 2. πρόσωπον —— ἰσχύϊ] Straboni σιλαργώδης κατὰ σχῆμα, ciconiæ similis, lib. XVIII. p. 1179. (p. 823. D. ed. Cas.) quæ tamen similitudo ad rostrum sese non porrigit, quod avi incurvum et aduncum. Figuram habet Middletonus Antiquit. Monument. p. 129. et conplura de volucre. Crex, ex sono, quem continuo iterat, nomen indepta, describitur a Belonio Observ. II. 32. cum cura. Wess.—De *Ibide* veterum Ægyptiorum consulenda instar omnium, principis hac ætate in Historia animalium viri *Cuvieri* Com-

mentatio, inserta Tomo I. operis cui titulus Recherches sur les Ossemens fossiles de Quadrupedes. S.

6. ψιλὴ τὴν κεφαλήν] Sustuli articulum schedarum jussu: respicitur ἅδ' ἴδιη, ut bene Reiskius. Hanc autem Strabo ὅλην μιλαίνην facit; prudentior Herodotus, etsi non sine lapsu; nam pars circa nates tota alba est; τὰ γὰρ πυγαῖον ὅλον λευκόν ἐστι, si fides Theoni. Wess.

Cap. LXXVII. 2. μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα, etc.] Vallæ versio plurimos decepit: mentem historici perspexit Reiskius. Ægypti superioris incolæ longe fuisse dicuntur disertissimi, utpote μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα, præ omnibus aliis memoriam excolentes: illuc enim pertinet μάλιστα, non ad sequentia. Herod. II. c. 37. Θεοσιβίης σοφισσῶς ἐόντες μάλιστα πάντων ἀνθρώπων. Etrusci τὰ περὶ τὴν περιουσκοπίαν μάλιστα πάντων ἀνθρώπων ἐξεργάσαντο, Diodor. Sic. V. 40. De Pythagora Heraclitus Ephesius, ἱστορίην ἤσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων, ap. Diog. Laërt. VIII. 6. Ipsius fuit Pythagoræ præceptum, μνήμην ἀσκεῖν. Literarum inventum suum, veluti memoriæ subsidium, commendanti Theuth dixisse fertur Rex Ægypti Thamus, σὺ πατὴρ ὢν γραμμάτων, δι' εὔνοιαν τοὐναντίον εἶπες ἢ δύναται· τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει, μνήμης ἀμελετησίᾳ, etc. in Phædro Platonis T. III. p. 275. A. Hunc, ni fallor, locum respexit Quinctilian. Inst. Or. XI. c. 2. p. 985. Invenio apud Platonem obstare memoriæ usum literarum; videlicet quod illa, quæ scriptis reposuimus, velut custodire desinimus, et ipsa securitate dimittimus. Valck.

Ibid. μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα] Laborabant hæc ex mala interpunctione; quo non animadverso morbo, ἀνθρωπίνων πάντων rerum humanarum suspicabatur Corn. de Pauw: mutavit dein sententiam, μαλίστα a sequentibus, sicuti oportebat, avulso; neque alia mens aut voluntas Reiskio. Nempe hominum omnium maxime Ægyptii memoriam exercebant, propterea que præter ceteros excellebant. Bene Proclus in Timæum p. 31. Αἰγυπτίοις δὲ ἔστι καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης εἰς νέα πάρεισιν, ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας, αὕτη δὲ ἀπὸ τῶν στηλῶν κ. τ. λ. Wess.—Equidem nondum persuadere mihi potui, μνήμην h. l. ab Herodoto dici memoriæ vim quam vulgo vocamus, nempe facultatem in mente retinendi et quotiescumque lubet recordandi et nobiscumque recolendi ea quæ vel vidimus vel audivimus vel semel cogitavimus. De memoria rerum gestarum aut observatarum agitur in futurum tempus et ad posteros propaganda: quod maxime fit, dum, quæ vel a nobis ipsis observata sunt, vel quæ ab aliis tradita accepimus, ea scripto consignamus. Atque hoc ipsum in rebus, quæ memoratu digna visa erant, diligenter fecisse, passim auctor noster significat; veluti c. 82, 6. et cap. 145, 11. Unde factum, ut præ cæteris hominibus, quibuscum conversatus est Herodotus, Ægyptii ei visi sint longe omnium λογιώτατοι, non disertissimi, ut Valckenar. interpretatur, nec universe præ cæteris excellentes, ut h. l. Wesseling. ait, sed doctiores, magis eruditi, et antiquitatis (patriæ præsertim) peritiores, ut idem Wess. apud Diodor. II. 4. et ad Herodot. I. 1, 1. intellexit. Quam in sententiam Hesychius Λόγιος, ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος πεπαιδευμένος, interpretatur: et Λογίους Moeris et Thomas M. τοὺς πολυΐστορας. Neque patriarum solum antiquitatum, verum etiam externarum rerum et institutorum guaros Ægyptios fuisse passim et alibi et III. 2, 6. significat Noster. S.

9. ὑγιηρότατοι πάντων ἀνθρώπων] Non

intercedo, quo minus ὑγιηρίστατοι serventur: quo de genere alia I. 133. in medium fuerunt collocata. Schedarum mirus olim hic dissensus. Glossator Sangermanensis, Τγιηρότατος, Ἡρόδοτος Β'. ad quem modum IV. 187. Plures ὑγιέστεροι cum Eustathio. Hippocrateum vero τὰς μεταβολὰς τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτειν νούσους egregie explicuit Galenus T. V. p. 253. et cum Nostro conparavit H. Mercurialis Vár. Lect. II. 3. Jam si αἱ ὧραι a periodo extrema abessent, sermonis cursus lenius laberetur. Verum multa sibi priva Scriptor habet. Wess.

12. ἀρτοφαγίουσι, etc.] Quæ hic leguntur, eadem propemodum ex Hecatæo Milesio bis tradidit Athenæus X. p. 447. c. Ἑκαταῖος ἐν δευτέρᾳ Περιηγήσεως εἰπὼν περὶ Αἰγυπτίων. ὡς ἀρτοφάγοι εἰσὶν, ἐπιφέρει, τὰς κριθὰς εἰς τὸ πόμα καταλίουσι, mola frangunt: sic scribendum cum Casaub. pro καταλιύουσιν. vid. Herod. IV. c. 172. et Athen. p. 418. E. Alibi quoque prostant Hecatæi nonnulla, Herodoteorum simillima, quæ probabile reddant, quod Porphyrius prodidit apud Euseb. Præp. X. p. 466. B. ὡς Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Περιηγήσεως, βραχέα παρασοφίσας: postremum illud explanat Celeberr. Wesseling. ad Diodori T. I. p. 89. Sed ista Asiæ Περιηγήσις Herodoto fortasse fuit recentior; Callimacho certe non videbatur Hecatæi Milesii genuinum opus, ut liquet ex Athen. II. p. 70. B. Præterea, quod narrat Porphyrius, Herodoto id nuspiam objicit Plutarchus. Hecatæum τὸν λογοποιὸν acerbe notanti lib. II. c. 143. et VI. 137. cujus etiam mentionem facit V. 36. et 125. Valck. —Conf. supra ad c. 68, 12, 71, 1. et ad c. 5, 4. Præsertim vero consulendus *Creuzer* in Historicor. antiquiss. Græcorum Fragmentis p. 19. seqq. S.

13. τοὺς ἰκτῖνος κυλλήστις ὀνομάζουσι] Inspice Gronovii adnotationes. Admonuit Cl. Wasse in Thucydidis I. 126. κυλλάστις ex Cod. Lambethano melius videri, siquidem ita Hesychius. At oblitus est speciei Ionicæ. Athenæus X. p. 418. E. Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι κυλλήστιας ἰσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς εἰς ποτὸν καταλειαίνοντας. (cf. Athen. III. p. 114. c.) Quæ quidem indicio sunt, et hic Herodotum vestigia Hecatæi pressisse: nam de potu ex hordeo clara ejus verba, qui πόμα ἀπὸ τῶν κριθίων Aretæo I. Morb. Acut. c. 9. ἐκ κριθῶν μίθυ Æschylo Suppl. 900. Diodoro ἐκ κριθῶν πόμα, ὃ καλοῦσι ζύθος I. 34. Quod autem subjicitur, vites Ægypto deesse, generatim si sumitur, cum veritate disconvenit. Mosis ævo in parte Ægypti vites depangebantur, quod querelæ Israëlitarum Numer. xx. 5. significant abunde: creverunt quoque lætissime in præfectura Heracleopolitana apud Strabon. XVII. p. 1163. (p. 809. med.) Quæ omnia operosius Cl. Jablonskius Dissert. de Terra Gosen, p. 28. Wess.

18. τὰ σμικρὰ τῶν ὀρνιθίων] Aristophanis σμικρὸν ἀργυρίδιον, Terentii pisciculi minuti, et minutæ interrogatiunculæ Oratoris Latini, satis hæc protegunt. Ὠμὰ autem σιτίονται concoquere haud valuit Cl. de Pauw ob ea, quæ de piscibus præscripta fuerunt, et quoniam succedit προσαρτυσάντες: neque enim aves, sale antea bene conditas, crudas, ὠμὰς, posse censeri. ἑφθὰ elixas dedisse Herodotum, et eo esse nihil adcommodatius. Mihi de gustu Ægyptiorum disputatio absona, at certa lectio censetur. Cur quæso additum voluit τοὺς λευκοὺς ὀπτοὺς ἢ ἑφθοὺς σιτίονται, reliquos partim assos, partim elixos comedunt, si nil dispar scripsisset superius? Wess.

Cap. LXXVIII. 3. μεμιμημένον ἐς τὰ μάλιστα] Est cui μεμιμημένον præceden-

tis glossa censetur, cui non subscribo. Suadent aliud producta a Gronovio exempla, (ex c. 86, 4. 132, 4. 169, 22.) reique series. Adde Plutarchum Isid. et Osir c. 17. et doctos interpretes Petronii Satyr. c. 34. tum Tzetzæ Chil. III. v. 387. ubi satis absurde,

ὁ συγγραφεὺς Ἡροδότος ὁ παῖς ὁ τοῦ Ὀξύλου.

Voluit, debuit certe, ὁ τοῦ Λύξιω. Wess. —Est in bibliotheca publica civitatis Argentoratensis, in Museo antiquario Schœpfliniano simulacrum quale hic Herodotus describit, ex sycomori ligno sculptum, cubitali longitudine, forma picturaque mumiæ Ægyptiacæ simillimum. S.

[4. μίγαθος ὅσον τι πάντη πηχυαῖον ἢ δίπηχυν] Quum ante Gron. δίπηχυ legeretur, ad μίγαθος relatum, haud incommode post ἔργῳ paullo major orationis distinctio ponebatur: nunc, ubi πηχυαῖον ἢ δίπηχυν ad νηρόν refertur, rectius inter ἔργῳ et μίγαθος nonnisi leve incisum interseretur. Turbavit me autem h. l. vox πάντη, quæ alias, ubi de superficie vel mensura agitur, constanter apud Nostrum quidem quaquaversum, omni ex parte, in longitudinem et latitudinem significare videtur; ut I. 126, 3. 181, 6. II. 168, 4. IV. 101, 2. cui notioni quum nullus hic locus esse possit, cum superioribus interpretibus Græcam vocem Latina omnino reddendam putavi. S.]

Cap. LXXIX. 2. et seqq. τοῖσι ἄλλα τι πολλὰ ἐπαξία, etc.] In loco perdifficili, quem magis etiam obscuravit Gronovius, ista vetus fuit Edd. lectio. Suspicor in his, ἐπάξιά ἐστι νόμιμα, vocem latere soli Herodoto frequentatam, ἀξιαπηγητότατα, commemoratu dignissima: tale quid postulare sententiam attendenti facile patet, sensitque Reiskius, corrigens: τοῖσι ἄλλα τι ἀπηγήσιος ἄξια ἔνεστι. In proximis etiam, minus sinceris, nihil vetat periculum fecisse: Codicum quorumdam Galeo memoratis lectionibus instructus, integram hanc pericopam ista ratione scribi posse judico: Πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι ἄλλον οὐδένα ἰδιωτεύονται· τοῖσι ἄλλα τε πολλὰ ἀξιαπηγητότατα νόμαια, καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἔν ἐστι Λῖνος, ὅστις ἦν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμός ἐστι καὶ ἐν Κύπρῳ, καὶ ἄλλῃ. Ægyptiorum Μανίερων sive Μανίερτα attigerunt Pausan. IX. p. 766. et Plutarch. de Is. et Osir. §. 18. Proxima quædam Herodoti descripsit Eustath. ad Hom. Ἰλ. Σ'. p. 1223, 4. (p. 1164. ed. Rom.) legitque prout ante Gronovium (l. 7 seq.) vulgabantur: ἐν δὲ δὴ καὶ τὸν Λῖνον ἐπάδει ἴλαβι τοῦνομα. De Lino Græcorum non protrita leguntur in Scholio ad Homer. inedito, (vide Scholia Veneta Villoisoni ad Ἰλ. σ'. 570.) quæ hujus non sunt loci. Valck.

Ibid. τοῖσι ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα, καὶ δὴ, etc.] Quod uni datur, id alii, in pari si caussa fuerit, sine injuria negari non potest. Postulant MSS. loci quandam innovationem. Quid vir celeberrimus ex Mediceo tentaverit, docebit ipse. (vide Var. Lect. ed. S.) Conjecturis indulgent alii, qualis Cl. Reiskii in litteris ad me: ἄλλα, τὰ ἅπαξ σφί ἐστι, νόμιμα, καὶ δὴ καὶ ἀεί μίνυ. τοῖσι ἄλλα τι πολλὰ ἐπαίνου ἄξιά ἐστι, καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἔνεστι, operosa profecto et periculi plena. Mihi schedæ viam planiorem, uti opinor, monstrarunt. Non hic agitur de legibus; quas nec Græcas neque aliarum nationum Ægyptios adscivisse unquam c. 91. perhibet demum. Hymnos sive cantilenas, quod Galei animum optime advertit, Scriptor spectat; hos patrios habere, nullosque illis peregrinos addere, et eam rem ex Manerote, qui Græcorum Linus, cognosci posse. Videt quisque aptissimam sermonis cohærentiam, nec desiderabitur, ut νόμους et ἐπάξια locis consimilibus adfirmem Νόμους qui cantilenas esse dubitat, rarus

erit, et ablegandus, si hæsitet, ad Suetonii Neron. c. 20. doctasque Salmasii et Burmanni animadversiones. Ἐπαξίου voci locus VII. 96. dabitur. (ubi ἐπάξιοι ἡγεμόνες sunt notabiles, memoratu digni.) Hactenus, nisi mihi blandior, bene habet. Quæ sequuntur, variis modis turbata sunt. Dicam ingenue quid in mentem multa agitanti venerit. Primo Λῖνος (vel Λίνος l. 3.) subsistere haud potest, recte a Valla. Arch. Vind. præteritus. Docet ipse, canticum Ægyptium, quod Maneros gentili dialecto, idem videri ac Græcorum Linum, hinc scioli arripuerunt. Scribatur itaque καὶ δὴ καὶ ἄεσμα ἴν ἐστι, ὅτις ἴν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμόν ἐστι, tum vero etiam cantilena una est, quæ et in Phœnice cantatur. Juvat Arch., levi auxilio adjutus, præterea ἀοιδὴ πρώτη καὶ μούνη in fine Capitis. Deinde συμφέρεται δὲ ταὐτὸ εἶναι τὸ οἱ Ἕλληνες Λῖνον. Pausanias IX. 29. καλοῦσι δὲ τὸ ἄσμα Λιγύστιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ Μανέρων, bene Sylburgius. Tandem καὶ τὸν Λῖνον ἐπόθεν ἴλαβον· φαίνονται, etc. aut certe ἴλαβον νόμον· φαίνονται, etc. Non diffiteor, præter morem aliam plura induere formam. Verum vara uti vibiam sequitur, ita Linus semel intrusus conturbavit reliqua. Tu si aliter sentis, fruere arbitrio. Meis a partibus stat doctissimus de Pauw, et Herodoti disputatio. De Manerote Ægyptiorum Plutarchus Is. Osir. c. 17. Pausaniasque. Nam Linum notandorum angustiæ nunc excludunt. Wess.

[Ad l. 1—8. Ad hujus loci scripturam quod adtinet, his quæ in Var. Lect. (ed. S.) dixi, nihil fere quod adjiciam habeo; nisi quod me, ad l. 8. scribentem " ex conjectura primi Editoris profectum esse illud ἴλαβε, quod pro ἴλαβον dabat Aldina editio," præterierit Eustathii locus a Valck. productus, ubi ἐπόθεν ἴλαβε τοῦνομα legitur, sicut in ed. Ald. et aliis ante Gron. Nec vero eo minus persuasum habeo, recte a Wess. et Gron. receptum esse ἴλαβον, recteque eumdem Wess. de abjiciendo vocab. τοὔνομα, utpote temere huc invecto, monuisse. Nam de Lino ipse profitetur Herodotus, nomine hoc non usos esse Ægyptios, sed Maneron vocasse: itaque mirari non potuerat, unde Lini nomen illi acceperint. At, cur l. 3. subsistere Λίνος haud possit, quod vir doctus contendit, id quidem non video; quin potius percommode ibi nominatus videtur; nam, quod dein Herodotus ait, συμφέρεται δὲ αὐτὸς (sive ὠυτὸς malis) εἶναι, etc. id ipsum indicare videtur, jam in præcedentibus nomen istud adpositum fuisse. Ægyptii, ait, cantilenam habent Linum, qui Linus etiam in Phœnicia et in Cypro alibique canitur: nam, quamquam diversis in regionibus diversum nomen gerit, consentit tamen ea cantilena cum hac quam Græci canunt Linumque adpellant. Jam, quod ad illa verba (l. 1.) spectat, Παρείοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι, pulcre quidem novimus, canticum subinde νόμον Græce dici; verumtamen (ut omittam, nusquam alibi apud Nostrum hac notione positum id vocab. reperiri) suffragari Wesselingio non possum, istam notionem huic loco unice aptam esse contendenti, et, pro eo quod instituta aut mores intellexerant Valla et Gronovius, primora hujus capitis verba his Latinis reddenti: Contenti vero *hymnis* patriis, nullum alium iis adsciscunt. " Non hic agitur (ait idem Vir doctus) de legibus, quas nec Græcas, neque aliarum nationum, Ægyptios adscivisse unquam cap. 91. perhibet demum." Nec vero ego, non magis quam superiores interpretes, de legibus hic agi existimo; sed de institutis moribusque Ægyptiorum: et agitur quidem de his inde a cap. 35. hujus libri, usque in cap. 98. (Nam et, quæ de animali-

bus disserit Scriptor, perinde ad instituta Ægyptiorum spectant, ut qui sacra illa habebant.) Et quidem jam initio hujus disputationis generatim pronunciaverat auctor, (c. 35, 7.) quoad ad ἤθειά τε καὶ νόμους spectat, pæne omnia contra facere Ægyptios quam alios homines. Deinde, de sacris institutis agens, sæpius declaravit, nihil a Græcis Ægyptios, plurima Græcos ab Ægyptiis accepisse. (vide præsertim cap. 39. sub fin.) Nunc, inter alia Ægyptiorum instituta, mentionem facturus cantici apud illos usitati, quod ipsi simillimum esse videbatur carmini a Græcis cantari solito, cujus argumentum ex ipsorum Græcorum antiquitate ductum erat; nunc, inquam, initio hujus capitis obiter repetit id ipsum, quod jam sæpius significaverat, nullum institutum Ægyptios ab aliis populis adscivisse; mirarique se, ait, unde tandem hoc carmen illi acceperint. Similiter sequenti capite, ubi aliud refert institutum, quod Ægyptiis cum Spartanis commune erat, continuo adjicit, alia eorumdem instituta a Græcorum institutis dissentire. Pariterque cap. 91. ubi memoraturus erat institutum civitatis alicujus Ægyptiacæ Græcanico instituto simile, iterum ab hoc proficiscitur ut in memoriam revocet lectoribus, Græcorum institutis cæteroquin minime uti Ægyptios. Ut autem ad hunc, in quo versabamur, locum redeam: cantici illius, quod apud Græcos a Lino nomen invenerat, et cujus argumentum deplorabilis Lini obitus erat, mentionem hoc loco fecisse videtur Herodotus ex occasione conviviorum, de quibus modo dixerat; quoniam Ægyptii Maneron suum, quem cum Lino Noster confert, sub finem conviviorum, quando mortui hominis imago circumferebatur, cantare consueverant; quod ex Plutarchi loco supra citato (de Iside et Osir. T. II. ed. Wechel. p. 357. sub fin.) intelligitur. Quod autem Ægyptiorum illud canticum idem esse cum Græcorum Lino statuit Herodotus, id suo judicio arbitratuque fecit; quemadmodum etiam carmen in Cypro et Phœnice cani solitum, quo quidem Adonis plangebatur, ad eumdem Linum retulit: cum quo congruit, quod Lesbiam poëtriam Sapphonem uno eodemque carmine simul Linum et Adonidem cecinisse Pausanias docet lib. IX. c. 29. Denique, quum duorum Linorum fata, qui et ab aliis et a Pausania loc. cit. (p. 766 seq.) et Suida memorantur, quorum alter ab Hercule, alter ab Apolline occisus perhibetur, parum vel in Ægyptium Maneron, qui ἄνωρος mortuus esse ferebatur, vel in Adonidem conveniant; intelligi par est, eam de Lino traditionem spectasse Herodotum, quæ Apollinis hunc filium, infans quum esset, a canibus pastoritiis discerptum memorabat, ut est in Scholiis ad Iliad. ε'. 570. et apud Canonem, Narrat. XIX. qui præ cæteris de Lino hoc conferendus. S.

Cap. LXXX. 2. Ἑλλήνων μούσας, Λακεδαιμονίοισι] Adludebat Eustath. in Iliad. α'. p. 176, 18. et p. 1484, 37. (p. 133, 42. et Od. δ'. p. 151, 48. ed. Bas.) ubi memoriæ labentis vitium doctissimo episcopo nocuit. Certum est, Spartæ magnam fuisse quondam capiti reverentiam cano, ex Gellio N. Attic. II. 15. et Plutarcho T. II. p. 235. c. et majorem, quam corruptis moribus alibi. Olim Athenis καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι πρεσιεῦσι laudi cedebat in Comici Nubib. v. 989. quam suis etiam in diis venerationem Poëta Ἰλ. α'. 533. prædicat; meritoque, iisdem pæne verbis, quibus Herodotus, Heroic. XI. p. 719. Philostratus. (p. 170. ed. Boissonad.) Plura Gabr. Palæotus de Bono Senect. Part. III. p. 236. Mox (l. 4.) τόδε μέντοι ἄλλα Ἑλλ. non damnassem

nisi præiissent schedæ et Aldus. Sententia vix discrepat. Wess. — Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

3. εἴκουσι τῆς ὁδοῦ] Quod Græcorum solis Lacedæmoniis Herodotus, id Græcis in universum tribuit Nymphodorus, in Schol. ad Soph. Œd. in Col. 329. Socrates Xenophontis Ἀπομν. II. p. 434, 25. (II. 3, 16.) οὐ γὰρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι παντα χοῦ νομίζεται, καὶ οὐ καθήμενον ὑπαναστῆναι, (καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι, ista Græculo ludimagistro quam Socrate digniora censeo, atque ejicienda:) καὶ λόγῳ ὑπείξαι: ubi corrigi debet λόγων. In Κύρ. Παιδ. VIII. p. 139, 9. (VIII. 7, 10.) se puerum didicisse testatur Cyrus, τοῖς πρεσβυτέροις —— καὶ ὁδῶν καὶ βάκων καὶ λόγων ὑπεῖκειν. Semper in talibus casus adhibetur secundus, præpositione plerumque suppressa: vid. Xenoph. Symp. p. 516, 28. p. 533, 1. Aristoph. Ran. 175. 802. Philostr. p. 719, 12. Plene Tyrtæus in Stobæo Grot. p. 195. v. 41. Πάντες δ' ἐν βάκοισι — νέοι — εἴκουσ' ἐκ χώρης. Aristoph. Nub. 989. καὶ τῶν βάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι πρόσθεν. Herodotus obviam, ait, occurrentibus decedunt de via, καὶ ἐπιοῦσι ἐξ ὁδοῦ ὑπανίστανται. Recta esse ista et honesta noverant, sed facere nolebant Attici; et nuspiam senectuti honestius fuit domicilium quam Spartæ. Quam Cragius et Meursius vix attigerunt, Lycurgi legem humanissimam exhibet Ælianus de Nat. An. VI. 61. tangunt idem Ælian. VII. 15. Aristides T. III. p. 505. (ubi ἁμαθῶς temere videtur adjectum:) et Eustathius ad Ἰλ. α'. p. 110, 26. (p. 146. ed. Rom.) Valck. — Vitiosum est, puto, quod apud Eustath. ἱστανίστασθαι legitur, pro ὑπανίστασθαι. S.

Cap. LXXXI. [1. κιθῶνας λινέους. Conf. I. 195, 1. seq. et ibi notata. S.]

2. θυσανωτοὺς] Hoc melius. θυσσάνους et θυσσανωτοὺς metri modulo Poëtæ nonnunquam. Tu vide IV. 189. et Homerum Ἰλ. ξ'. 181. etc. Quæ post pauca Medicei judicio Gronovius aliorsum relegavit, in exilio relinquo. Wess. —Vide Var. Lect. (ed. S.) ad l. 6. seq. S.

Cap. LXXXII. 2. Μίς τι καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτου ἐστί] Verum est de mensibus et septimanæ diebus, adgnoscitque Dio Cassius XXXVII. (c. 18.) p. 123. Planetarum autem et dierum Ægyptia nomina, Dioni ex Kircheri Prodromo cap. 5. adscripta a Cl. Reimaro, non esse (quod præclari viri Spencerus et Vitringa suspicati fuerunt) bonæ fidei, erudite exposuit Jablonskius in Remphah Ægypt. p. 36. Wess.— Ad ista, θεῶν ὅτου ἐστὶ, intellige ἱρὴ vel ἱρός. S.

3. ὁτίοισι ἐγκυρήσει] Expressit hunc locum imitando scriptor Epistolar. Phalarid. 38. ὅσοις μέλλει δυσκόλοις ἐγκυρήσειν παρὰ τὸν βίον. Verbum Ionicum præter Herodot. adhibuere Democritus, Eusebius Stobæi pag. 191. 18. Heraclitus ap. Clem. Alex. p. 432, 27. emendatus Gatakero ad M. Antonin. p. 128. Archilochi nobilissimam nobis Æschines Socr. servavit sententiam II. p. 66. (pag. 71. ed. Fisch.) Καὶ φρονεῦσι τοῖ' ἀνοίοις ἰσχυρίσμασι: postremum præbet Stobæus p. 512, 51. ἴεγμασι corrigendum in isto trochaico monuit me olim amicissimus T. Hemsterh. Præterea legerim, Καὶ φρονεῦσι τοῖ' ἀνοίοις ἐγκυρίσμασι ἴεγματα: ut sensus sit, καὶ τοιά εἰσι τὰ ἴεγματα, ἀνοίως φρονεῦσι ἐγκυρίσμασι. Sententiam ex Euripideis atque aliunde illuminare hujus non est loci. Valck.—Equidem in illo Archilochi dicto nihil magnopere requirebam, cujus hæc plana est sententia: Ita sentiunt, (sive sapiunt,) prout sunt res in quæ inciderint. S.

[4. οἱ ἐν ποιήσει γινόμενοι. Quod vul-

go dicunt γίγνεσθαι περί τι, vel περί τινι, occupari, versari in aliqua re, id Noster ἔν τινι dixit. S.]

Cap. LXXXIII. [6. αἵ γε μαντήϊαι, modus quo redduntur oracula. Conf. c. 57, 9. ibique notata. S.]

Cap. LXXXIV. [1. Ἡ δὲ ἰητρικὴ etc. Larcher: La médecine est *si sagement* distribuée. De prudentia hujus instituti altum est apud Herodotum silentium. S.]

3. ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατιστέασι] Salutarem artem mos Ægyptius in partes secuerat, quam seriore tempore Maximus Tyrius ante oculos ponit διαλαχοῦσαν τοῦ σώματος τὰ χωρία, ἄλλην ἄλλο τι, τὴν μὲν ὀφθαλμούς, τὴν δὲ νῶτα, τὴν δὲ ἄλλο τι μόριον, ubi cum Marklando τὴν δὲ ὦτα, ut ordo naturæ servetur, malim, Dissert. XXXIV. 1. p. 403. Mox τῶν κατὰ νηδὺν ob Codd. et sermonis indolem sperni non debuerat. Nam, quod Hieron. Mercurialis Var. Lect. II. 8. ἢ τῶν ἀφωνίων corrigit, ut particula ἢ expositiva sit, id quidem necessarium non videtur, sicuti ipsemet fatetur: junge Gronovio dicta. Wess.—Apud Gronov. quidem nihil amplius, quod huc faciat, reperiet Lector. Quoniam nimis sæpe ab illo discedere coactus erat, ideo eum subinde honoris caussa nominavit Vir moderatissimus, ne malevolus esse in hominem videretur. S.

Cap. LXXXV. 3. καθ' ὧν ἐπλάσατο τὴν σιφ. πηλῷ] Quando supra c. 70. capti crocodili et in terram attracti primum ὁ θηρευτὴς πηλῷ καθ' ὧν ἔπλασε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, opplet oculos luto; ut alibi, deprehenditur et in his Herodotus utramque verbi formam accurate discrevisse. Forsan hic quoque variabunt Codices, sicut apud Diodor. Sic. de iisdem Ægyptiis in luctu publico privatoque loquentem lib. I. p. 83, 37. et p. 101, 90. (c. 72. et 91.) ubi Codicum lectio, κατακεκαρμένοι τὰς κεφαλὰς πηλῷ, et, κατακλαττόμενοι πηλῷ τὰς κεφαλὰς, propterea vulgatis videri posset anteponenda: quia κόνις quidem πάσσεται et καταπάσσεται: sed πηλὸς, lutum, rectius dicetur καταπλάσσεσθαι. Pulvere adsperso vultum fœdare, satis erat vulgo; καταπλάσσεσθαι τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον, Ægyptiacum est et orientale. Valck.

5. ἐν τοῖσι οἰκίοισι] Ita decuit. Respice I. 109. Στρωφώμενα ex Vind. posset adsumi; neque in rejiculis forent (l. 6.) ἐπιζωόμενοι et (l. 8.) ἐπιζωόμενοι, ex prisca linguæ consuetudine, qua de Suidas in Σίεσθαι. Reiskius ἀπιζωσμένοι et mox ἀπιζωσμένοι; siquidem sine cingulo fuerint. Non audeo sequi, amiciendi Ægyptiorum et vestitus habitum ignorans. Vide Diodorum I. 91. Wess.—Ἐπιζωσμένους non idem esse ait Wyttenbachius (in Notis ad Selecta Historic. pag. 355.) quod apud alios Scriptores ὑπιζωσμένους. "Ægyptii (inquit) in luc-" tu pectora nudabant, ut ea plange-" rent: ne autem ulterius etiam nuda-" retur corpus, ἐπιζώννυντο, cingulo cir-" ca extremam nudati pectoris partem " circumdato vestibus, eas corpori ad-" strictas retinebant." περιιζωσμένοι σινδόνας ὑποκάτω τῶν μαστῶν ait Diodor. Sic. I. 72. S.

Cap. LXXXVI. 1. Εἰσὶ δὲ οἳ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατίασι] In aliis forsan Codicibus invenietur, quod in suo legisse videtur Valla, καταστέχασι: mihi placet vulgatum κατίασι. In re qualibet occupati, inprimis ἰδιώτριοι στιχίται (vid. Diodorus lib. I. p. 101. 1.) dicuntur ἐπὶ τινι καθῆσθαι Aristidi T. III. pag. 720. Ἐὰν ἀφίντες ἐφ' ᾧ πάθηναι περιέρχωνται, Xenoph. Œcon. p. 482, 18. In Pluto v. 535. fortasse dederat Aristophanes: Τὸν χειροτέχνην ὥσπερ δίσκοιν' ἐπαναγκάζουσα καθῆσθαι, —ζητεῖν δ' ὀπόθεν βίον ἕξει. Comparari possunt paulo diversæ loquendi formu-

læ, ἐπ' ἰχθύσι κατῆσθαι, et frequentior illa, ἐπ' ὄρνισι καθίζεσθαι. VALCK.

Ibid. ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατίαται] Multo mihi elegantius atque Ionum sermoni κατασκάπτεται convenientius videbatur; publica certe lege designati fuerunt, quibus funerandi illa cura, Diodoro I. 91. teste. Simile erat lib. I. 191. οἱ Πέρσαι, οἵπερ ἱστάχασι ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, Persæ, qui ad hoc ipsum constituti erant. Sed novationis nimiæ criminationem reformido. WESS.—Verum videtur κατίαται (scil. ἐν οἰκήμασι, coll. v. 11.) de artificibus sellulariis, in officina sua sedentibus. Similiter impudicæ mulieres, in lupanari velut officina sua sedentes, κατῆσθαι ἐπ' οἰκήματος dicuntur. Vide II. 121, 90. et 126, 2. S.

4. σκευδαιστάτην] Σκυδαιστάτην, et paulo post σκευδαίστατα libri forte dabunt fideliores, quales custodiverunt supra τὰ σκευδαίστρια τῶν πρηγμάτων, lib. I. cap. 8. et 133. ubi notat Gronov. Hujus moduli multa collegerunt Eustathius ad Od. β'. p. 89. et Athen. X. pag. 424. D. Conf. Etymolog. in voc. Αἰδοίστατος, Ἀνηρίστιρος, et in Ὑμέναιος. Apud Eustathium hoc reperitur haud aspernandum Hecatæi fragmentum: οἱ Βαντίδαι ἄνδρες σκευδαίστατοι ἐγίνοντο. VALCK.

5. τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι τὸ οὔνομα— ἀνομάζειν] Osiris est quem dicit, indice Tatiano, in Legat. pro Christian. loco a Wess. in Var. Lect. (ed. S.) citato, p. m. 32. ed. Paris, 1635. Conf. Larcher ad h. l. S.]

10. μισθῷ ὁμολογήσαντες] Μισθὸν ὁμολογ. Reiskius, dubito urgente-ne caussa. Vide tamen Themist. Or. XXIII. pag. 288. D. WESS.—Fuerit μισθῷ intelligendum, quasi ἐπὶ μισθῷ dixisset: coll. I. 60. S.

[11. ὥστε τὰ σκευδαίστατα ταρίχνύουσι,] Τὰ σκευδαίστατα σώματα intelligit Bernholdius in Notis ad Lamb. Bosii Ellipses Gr. p. 498. ed. Schæferi. Fallitur Vir doctus: ad ταριχεύουσι utique intelligi τὰ σώματα debent, aut potius τὸν νεκρὸν coll. l. 3. et 9. vel τοὺς νεκροὺς, coll. l. 30. τὰ σκευδαίστατα vero valet κατὰ τὰ σκευδαίστατα, vel κατὰ τὴν σκευδαιστάτην τάριχευσιν, coll. l. 4—9. et cap. 83. Similiter τοὺς τὰ πολυτελίστατα σκευάζουσι νεκροὺς ait extr. hoc cap. scilicet τοὺς κατὰ τὰ πολυτελίστατα ταριχευομένους. S.]

14. λίθῳ Αἰθιοπικῷ] Paria Diodorus I. 91. Adde Exodi cap. 4. 25. Josuæ cap. 5, 2. et Pentecont. Ramirezii de Prado c. 4. Habet Middletonus Monument. Antiq. p. 262. descriptas ex condito cadavere Ægyptio, Mumiam vocare solent, figuras in quibus παρασχίστης lapidem ejuscemodi manu tenens: jungi etiam Jo. Nardii Adnot. in Lucretium pag. 650. possunt, adcuratiorem condituræ picturam sistentes. WESS.

[15—20. ἐξ ὧν εἶλον τὴν κοιλίην πᾶσαν· ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν — ἔπειτα τὴν νηδὺν —— πλήσαντες, συῤῥάπτουσι ἐπίσω. Hæc Larcherus sic convertit: "Ils tirent par cette ouverture les intestins, les nettoient, et les passent au vin de palmier; ils les passent encore dans des aromates broyés; ensuite ils remplissent *le ventre* de myrrhe," etc. Id si dixit Herodotus; si, quod de diligenti expurgatione, elutione, extersioneque multis verbis commemorat, id ad intestina pertinet; merito mirabimur cum eodem erudito Interprete, cur non doceat Scriptor noster, quid deinde hisce intestinis fecerint isti homines. Mirarique item subit, Diodorum Sic. I. 91. perpurgata memorare intestina, (τῶν ἐγκοιλίων ἕκαστον: paullo ante dixerat, ἕκαστα ἐξαίρει πλὴν νεφρῶν καὶ τῆς καρδίας) nec tamen, quid illis dein factum sit, tradere. De quo quum sileant hi scriptores, videri poterunt significare, postquam diligenter perpurgata fuissent intestina, rursus in cavitate ventris fuisse reposita. At-

que id ita fieri solitum esse, intestina probe perluta mox iterum intra ventrem recondita fuisse, Heynius etiam in Spicilegio Antiquitatis Mumiarum, p. 84. refert, tamquam diserte et ab Herodoto et a Diodoro traditum; quod mihi quidem apud neutrum illorum reperire contigit. Contra, Porphyrius (Larchero citatus) de Abst An. IV. 9. purgationis quidem nulla mentione facta, intestina ait, arcæ inclusa, sacris quibusdam precibus peractis, in fluvium esse projecta: quem morem item Plutarchus attigit in VII. Sapientum Convivio, p. 159. B. et de Carnium esu Orat. II. p. 996. E. Cum quibus hactenus Sextus Empir. (Pyrrh. Hypotyp. lib. III. §. 226.) consentit, ut dicat, Ægyptios, extractis intestines, τὰ ἔντερα ἐξελόντας, condire cadavera. Jam satis quidem novimus, κοιλίαν interdum intestina dici, et hac ipsa notione id vocabulum a Porphyrio et Plutarcho locis citatis usurpari. Immo etiam vocab. νηδὺς, quod, sicut ἡ κοιλία, proprie ventrem et alvum significat, apud ipsum Nostrum cap. 87, 9. de stomacho et intestinis accipiendum, videtur. At hoc quidem loco, ad quem nunc hæremus, ubi τὴν νηδὺν ait —— πλήσαντες συῤῥάπτουσι ὀπίσω, (l. 18—20.) dubium esse nullum potest, τὴν νηδὺν ventrem ipsum vel alvum dici, non intestina. Atqui in eadem hac narratione vocabula νηδὺς, et κοιλίη quam l. 16. dicit, prorsus synonyma sunt Nostro: nam pro eo, quod hic ἐξ ὧν εἶλον τὴν κοιλίην, et τὴν νηδὺν πλήσαντες dixit, vicissim cap. 87, 4 seq. ἔπλησαν τὴν κοιλίην ait, et ἐξελόντες τὴν νηδύν. Quare, quod h. l. de expurgatione, elutione et extersione dicit, id non ad intestina, sed ad cavitatem ventris, e qua exemta intestina et viscera erant, spectare consentaneum est. Conf. omnino IV. 72. 7. seq. S.]

19. καὶ τῶν ἄλλων θυμάτων] Hoc præfero. Non damno θυμήματα, siculi præsidio et consensu Codicum roborantur. Secus hic habet, neque Herodotus suum diffitetur III. 113. et supra c. 40. In Simonidis fragmento, κηλιφόμην μύρεισι καὶ θυώμασι, apud Athen. XV. 12. (p. 690. c.) mutavit aut Clemens Alex. ipse, aut ejus scribæ καὶ θυμιάμασι, Pædag. II. p. 207. (Sic nempe et hic in locum rarioris vocabuli aliud vulgatius a nonnullis substitutum est.) Adjunge his Cl. Trillerum ad Thom. M. De myrrha, casia, aliisque aromatibus pretiosioribus, quibus cadavera curata conditaque fuerint, dubia res medicis nostræ superiorisque ætatis est. Jo. Nardius, qui diligentissime Mumias, quas adpellant, ad Lucretium p. 636. excussit atque examinavit, regum et regiæ familiæ cadaveribus funerationem aromaticam auferre non audet, vulgo negat: nihil certe se, post inpensissimum examen, præter concretas bituminis glebulas in ventre cadaverum et parte calvariæ observasse. Non dissimilia Middletonus et Jo. Gravius Pyramidogr. p. 49. Sed Mumiæ, quæ in ætatem nostram perseverant, pleræque omnes Herodoto longe posteriores videntur. WESS. — De veterum Ægyptiorum ratione condiendi mortuos, sive medicata cadavera purandi, diligente plurium mumiarum instituto examine, erudite commentatus est Roùellus, in Actis Academiæ regiæ Scient. Parisiensis anni MDCCL. Exstat etiam curata cadaveris ejusmodi descriptio in Sylvestri de Sacy Adnotationibus ad Abd-Allatif (Rélation de l'Egypte) p. 268. seq. neminemque pœnitebit reliqua etiam perlegisse quæ in eodem opere, vel ab ipso Arabico auctore, vel a doctissimo ejus Interprete, de medicatis Ægyptiorum cadaveribus p. 198. et seqq. leguntur. Ut alios taceam doctos viros, qui de medicatis Ægyptiorum cadaveribus commentati

sunt: ad recte æstimandam universam hanc Herodoti expositionem, eamdemque cum his conferendam quæ et ab aliis priscis auctoribus et a recentioribus nonnullis super eodem argumento scripta exstant, inprimis valet illustris *Heynii* Spicilegium Antiquitatis Mumiarum, in Commentationib. Soc. Reg. Goett. per annum MDCCLXXX, Vol. III. p. 69—98. S.

20. ταριχεύουσι λίτρῳ] Moeris: λίτρον Ἀττικῶς, νίτρον Ἑλληνικῶς: hinc ψευδολίτρον in Comici Ranis apud Polluc. (VII. 39.) et Eustath. Vide not. Piersoni. (ad Moer. p. 246.) Male ergo νίτρον post pauca. Multa sibi, ut fert querela, librarii adrogarunt olim, quæque non bene habebant cognita, aliam in formam verterunt. Tale fortasse ὑποχρίοντες τῇ κόμμιδι, (l. 25. pro τῷ κόμμι.) Glossæ Sangerman. Κόμμιδι, ἡ δοτική, Ἡρόδοτος Β'. Commis Alexandrina est in Scribonio Largo Conpos. 72. Habet Plinius, Nat. Hist. XIII. 20. et sæpe quidem eo genere. Alpinaque commis citatur a Nonio: qua de P. Leopardus Emend. XVIII. 30. Tamen κόμμι ἰστέ, cap. 96. WESS. — Quod λίτρον vel νίτρον Græci dixere, non esse hoc salis genus, quod nitrum vulgo vel sal petræ vocamus, sed istud quod alcali minerale et natron recentior ætas nominavit, satis inter omnes constat. Quod vero (referente ad h. l. Larchero) Rouellus loco cit. p. 123. seq. ait, inverso ordine rationem condiendorum cadaverum descripsisse Herodotum, natro enim prius saliri exsiccarique cadavera debuisse quam aromatibus medicarentur; intercedit Vir eruditus, Scholæ Medicæ in Argentoratensi Academia lumen, Thomas Lauth, patrocinium Scriptoris nostro suscipiens in Historia Anatomiæ propediem in publicum emittenda, cap. 2. p. 20. seq. S.

24. Σινδόνος βυσσίνης τιλαμῶσι] Sic VII. 181. in vulnerum ligamentis. Inpendit his operam vir doctissimus Steph. le Moyne, et errantem Vallam adjuvit Observ. ad Polycarpi Epistol. p. 301. Contulit quoque Valckenarius ad Euripid. Phœniss. v. 1663. quæ his adplicari queunt. Id alienum haud erit ex Athanasio adjungere, funerationis et ταριχεύσεως hoc genus ipsos servasse Christianos, propterea quod supra significavi Mumias tantæ omnes vetustatis non videri, ac censentur passim. Οἱ Αἰγύπτιοι scribit τὰ τῶν τελευτώντων σπουδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τῶν ἁγίων μαρσύρων, φιλοῦσι μὲν θάπτειν καὶ περιλίσσειν ὁσίοις· μὴ κρύπτειν δὲ ὑπὸ γῆν, ἀλλ' ἐπὶ σκιμποδίων τιθέναι, καὶ φυλάττειν ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς, vitæ S. Antonii, c. 90. p. 826. WESS. — De Christianorum Mumiis singulari commentatione Chr. Guil. Franc. Walchius egit, quæ legitur inter Comment. Soc. Reg. Goetting. 1780. Sindonas istas byssinas ex gossypii sive lanæ xylinæ genere quodam contextas fuisse, et curata observatio Mumiarum docuit, et prisci testes sunt auctores, Theophrastus Hist. Plant. IV. 9. Pollux VII. 75. aliique. Conf. Harduin. ad Plin. XIX. 1. sect. 4. et instar omnium Forsterum in commentat. de Bysso veterum, p. 38. seqq. laudatum Heerenio in Ideen über die Politik. etc. T. I. p. 138. S.

29. ἐν οἰκήματι θηκαίῳ] Ne Salmasius quidem (a quo in Plinianis, p. 1208. illustrari istam dictionem adnotaverat Gron.) alibi, opinor, legerat οἴκημα θήκαιον, quod mihi oppido mirum videtur. Fac. in antiqua membrana reperiri οἰκημαθηκαίῳ, litera interserta legem ego quam vocant Criticam migrarem, atque ignotæ notissimam vocem substituendo legerem, ἐν οἰκήματι καινῷ ἑστάντες ἐρέδιν πρὸς τοῖχον: neque aliter legisse suo tempore suspicor Diodorum Siculum, cujus eadem de re verba sunt lib. I.

92. *κατὰ οἴκημα στεινῶσι κατὰ τὴν ἰδίαν εἰκίαν, καὶ ψεὸς τὸν ἀσφαλίσασθαι τῶν τοίχων ἐρθὴν ἐσπᾶσι τὴν λάρναπα*: hanc dixerat Herodotus *ξύλινον σύστον ἀνθρωποειδέα. οἴκημα* more satis usitato vocant conclavè. Valck. — Quid-ni vero Noster, cui frequenter *θήκη* sepulcrum est, *οἴκημα Θηκαῖον* dixerit conclave sepulcrale, cameram adservandis corporibus medicatis destinatam? S.

Cap. LXXXVII. 1. *τοὺς τὰ μέτρα βουλομένους*] Sequor Vindob. nam Porti commentum, *βουλευμένους* Poët. et Ionic. pro communi *βουλομένους*, fundamento destituitur. Cognitissima est confusio utriusque verbi, VI. 66. atque alibi. Supra c. 86. *κατὰ ἦν τινα βούλονται σφι σταυροῦσθαι*, etc. Mox *τήν τε ψολωτιλητὴν* præferrem. Hoc amplius, T. Fabri emendationem (l. 6.) *καὶ ἐπιβαλόντες τὸ κλύσμα* contudit repressitque Gronovius, cujus observatis adstrue Abreschii Dilucid. Thucyd. p. 468. Wess.—Recte Gronov. monuerat, *ἐπιβαλόντες* idem fore ac id quod modo dixerat, *ἐσηθήσαντες*, nunc autem hujus contrarium requiri; quare verum esse *ἐπιλαβόντες*, notione cohibendi, impediendique ne continuo per posteriora rursus effluat. S.

[9. *τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα*] Τὴν νηδὺν h. l. stomachum cum intestinis dici, supra ad cap. 86, 16. observavimus. *τὰ σπλάγχνα* sunt nobiliora quæ vulgo vocamus viscera. S.

Cap. LXXXVIII. [2. *συρμαίῃ διηθέσαντες τὴν καλίην*] Συρμαίη (unde *συρμαΐζειν* c. 77, 5.) Galeno in Explic. voc. Hippocr. est *ἡ μετρίως γινομένη τῶν περὶ γαστέρα κάθαρσις*: Hesychio, *πόμα δι' ὕδατος καὶ ἁλῶν*: Suidæ, *πόμα ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος*: et *τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ καλίης*. Vide viros doctos ad Hesych. et instar omnium Foësium in Œcon. Hippocr. hac voce. Alia notione idem vocab. infra recurrit, cap. 125, 17. S.

Cap. XC. 2. *ὑπὸ κροκοδείλου ἁρπαχθείς*] Exploratum si foret, abreptos a crocodilo capacem ejus in ventrem semper et statim demergi, prorsus hæc intricata atque inplicita durarent; quorsum doctissimi viri observatio porrigitur, Miscell. Lips. Vol. VII. p. 634. At id nec liquet, nec fit vero adsimile. Josephi justa defensio est, huc pertinens, Nos asinis, ait, neque honorem —damus, sicut Ægyptii crocodilis et aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, et a crocodilis rapiuntur, *ἁρπαχθέντες ὑπὸ κροκοδείλων*, felices et deo dignos arbitrantur, contr. Apion. II. 7. p. 475. Wess.

Cap. XCI. 1. [*Ἑλληνικοῖσι δὲ νομαίοισι*, etc.] Conf. quæ ad c. 79, 1. notavimus. S.

4. *Χέμμις πόλις*] Hesychio *Κέμμις, πόλις Αἰγύπτου.* Eadem, quæ *Πανὸς* Græcis *πόλις*, teste Diodoro I. 18. Superest urbs, nec multum discrepat titulus, Achmin sive Ichmin, quo nota nunc est apud Golium ad Alfergan. p. 102. et uberius in Pantheo Ægypt. Iablonskii lib. II. 7. p. 294. Mox *πέριξ δὲ αὐτὸ* tueri se potesi ex I. 196. II. 29. Wess.—De Chemmi satis copiose Stephanus Byz. hac voce. S.

12. *σανδάλιόν τε αὐτοῦ —— δίσπχυς*] Veri fidem mensura longe excedit, et par tamen Herculei pedis modulus III. 81. Quo quidem in genere quid sibi veteres indulserint, poëtæ declarant, nec opus indicio est, *αὐτοῦ* Reiskius *αὐτῷ* esse jubet, quod equidem, si schedæ addicerent, non recusarem. Wess.

16. *καὶ δίεμπτα*] Legebat vir doctus *δίβαια*, torques, incertus dubiusque de torquibus et pellibus, quæ certantibus præmia victoriæ fuerint. Succurret, ne *δίεμπτα* male oleant, Homerus Ἰλ. χ'. 159.

——Ἐστὶ οὐκ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην
ἀρύσσῃ, ὅ τι πρῶσσ᾽ ἄϊθλια γίνεται ἀνδρῶν.

In quæ Scholiastes a Valckenario editus, τὸ γὰρ παλαιὸν ἐν ἀγῶσι βύρσας ἐδίδουν ἴσταλλον. Superiora (l. 15.) διὰ πάσης ἀγωνίας ἴσχοντα haud scio an verti debeant, in omni certaminum genere *eminentes*, quo modo διὰ πάντων τῶν βασιλήων VI. 63. et διὰ πάντων φασμάτων VIII. 37. Tale et διὰ πάντων τῶν Ἑλλήνων μάλιστα Dionis Chrysost. Or. XXXVII. p. 458. male sollicitatum a Seldeno. Wess.—Wesselingium secutus Larcher sic interpretatus est, qui de tous les jeux sont les plus excellens. At nihil hic de eminentia. Commode Valla, cujus versionem editores omnes tenuere, per omne certandi genus. Si participium ἴσχοντα exprimere velles, dicendum erat, ludos celebrant, qui per omne certaminum genus obtinent, locum habent; qui ad omnia certaminum genera pertinent, omnia genera comprehendunt. Alia ratio est locorum a Wess. citatorum, VI. 63, 14. ubi ἰνδεικνύουτι adjicitur, aut VIII. 37, 11. ubi ἄξια θαυμάσαι μάλιστα. Similiter VIII. 69, 4. ἐν πρώτοισι τετιμημένης διὰ πάντων τῶν συμμάχων. Alibi saltem adverbium μάλιστα adjicitur, ut in Dionis Chrys. loco cit. aut ἥκιστα, ut apud Nostrum VIII. 142, 7. ὑμῖν διὰ πάντων ἥκιστα, vobis præ omnibus minime. At hic quidem nihil tale comparet: ac per se etiam multo commodior videri debuit ea sententia, quam secuti sumus. S.

Cap. XCII. [2. οἱ ἐν τοῖσι ἕλεσι. Conf. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 55. seqq. S.]

[7. φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνια πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν.] Alia est Cyrenaica et Libyca arbor lotus, (Rhamnus lotus Linn.) a quo Lothophagi nomen habent; cujus de fructu Noster IV. 177. agit, ipsamque arborem paullo post (cap. 96, 3.) memorat. Alia aquatilis planta, de Nymphæarum genere, Lotus Ægyptiacus, de quo hoc loco: de eodemque Athenæus lib. III. cap. 1. et 2. nostræ edit. et lib. XV. cap. 21. p. 677. ed. Cas. Hujus duas species hic memorat Herodotus: alteram, cujus fructum cum papavere confert; quæ est Nymphæa lotus Linnæi, flore albo, radice esculenta: alteram, flore rosaceo, cujus ovarium vel capsula seminalis, favo vesparum similis, nucleos esculentos continet; quæ est Nymphæa nelumbo Linn. cujus capsula seminalis apud auctores ab Athenæo citatos ciborium nominatur; fructus, faba Ægyptiaca; radix sive bulbus utriusque speciei, falso nomine colocasia: ipsius loti nomine, flos maxime intelligitur. Posteriorem speciem nostra ætate non amplius in Ægypto reperiri, sed in India etiamnum nasci, docuerunt diligentes naturæ observatores. Est autem tertia species, primæ adfinis, et promiscue cum illa et inter illam hodieque in Ægypto nascens, cæruleo flore, Athenæo loc. cit. p. 677. c. memorata: cujus ideo hic mentionem injeci, ut monerem, nullam rationem habendam novationis a Salmasio et Bodæo propositæ, qui κυαμίαν τὴν χρειὰν apud Athen. in χιονίαν mutandam censuerunt. Hanc nymphæam lotum cæruleam descripsit Jul. Cæs. Savigny in Annalibus Musei Hist. Nat. T. I. pag. 366 seqq. De tribus quas dixi speciebus, post auctores quos ad Athenæum laudavi, inprimis consulendus Raffeneau-Delille, in Observations sur le Lotus d'Egypte, eisdem in Annal. Hist. Nat. T. I. p. 372. seqq. et is cui commentationum istarum indicium debeo, Sylvestre de Sacy in Adnott. ad Abd-Allatif p. 94. seq. S.]

10. τῇ μήκωνι ἰὸν ἐμφερὲς] Atticorum et Ionum est ἡ μήκων auctore Dionysio in Eustath. Comment. p. 1390, 50. (Od. p. 19, 38. ed. Bas.) Optime mox Salmasius et ejus exemplo Bod. a Stapel ad Theophrasti Hist. Plant. IV. 4. p. 447. πτίσαντες πωιοῦνται, quomodo in MSS. et Eustathius. Prius certe est pinsere, quam panem coquere: neque locum hic habet mos torrendi farris, priusquam panis ex eo fiat. Wess.

15. ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι καρφυσμένῃ ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται] Ad verbum, fructus in alio *calyce* (sic enim, non calice, scribi in nostra versione debebat) inest, ex radice adnato. Quibus verbis quid significare auctor voluerit, haud sane liquet. Putares, dixisse eum, alios loti flores masculinos esse, alios fœmininos; quæ si ejus fuit sententia, opinione falsus est. Sed fieri potest, ut, quum in eadem planta simul vidisset partim apertos flores, partim clausos, simulque in aliorum caulium capitibus involucra illa fructum complectentia, sive capsas seminales favi vesparum speciem referentes, temere sibi persuaserit, aliis ex caulibus flores, ex aliis fructum enasci. Græcum vocab. κάλυξ, a verbo καλύπτω originem ducens, frequenter quidem sigillatim de rosa usurpatur clausa adhuc, necdum expansa: (conf. Adnot. ad Athen. IV. 148. b.) sed proprie et generatim (prorsus ut Latinum calyx, Plinio frequentatum) involucrum significat, quod vel florem tegit, vel fructum includit. conf. Nostrum, III. 100, 5. Quod adjicitur, κηρίῳ σφηκῶν ἰδίην ὁμοιότατον: quemadmodum ego ὁμοιότατος requisiveram, sic et Benedictus in Act. Sem. philol. Lips. p. 298. legi maluerat. Sed nihil novandum: non quidem adverbialiter (ut in Var. Lect. ed. 8. dixi) accipiendum fuerit illud ὁμοιότατον, sed more Græcis vulgatissimo per ellipsin vocabuli χρῆμα, aut minutæ voculæ τι, intelligendum. Iconem capsulæ seminalis loti, favi vesparum speciem referentis, ex Clusio repræsentavit Bodæus a Stapel ad Theophr. p. 446. florum et bulbi icones ex Prosp. Alpino exhibentur ibid. p. 449. et 450. S.]

[18. Τὴν δὲ βύβλον, τὴν ἰστίτιον γινομένην] Hoc ita dictum est, quasi significare Herodotus voluisset, duas aut plures esse papyri species, quarum una ἱστίτιος sit, reliquæ non item. Quod quale sit, videant doctiores: illud equidem moneo, repetitum istum articulum tenere libros, quod sciam, omnes. In nostro quidem cod. F. casu accidisse videtur, ut τὴν post βίβλον accentu careat. S.]

23. ἐν κλιβάνῳ διαφανεῖ] Interpres in furno luculento, i. e. bene candente et ignito. Λίθους ἐκ πυρὸς διαφανέας habemus IV. 73. διαπύρους καὶ διαφανεῖς in Plut. Opusc. pag. 1006. Ed. H. Steph. Hæc Reiskius. In glossis Erotiani, διαφανίσι, διαπύροις, ac sæpe Hippocrates. Vetus scriptor in Τηκτὰ Suidæ, καὶ τὴν σιδηρῖτιν γῆν, ἣν πυρὶ πολλῷ διαφανῆ ἐργασάμενοι. Tantilla res neglecta conturbavit viri egregii rationes, commentantis, in furno διαφανεῖ: quod quid sit nescio, nisi dicamus intelligi vitrea ista vasa, quibus radices, fructus, flores, herbæ, destillantur, quæ vulgo dicuntur Alambica, Observat. in Polycarp. Epist. p. 611. Πυξάντες, ad quod itidem adhæsit, recte in Hesychio ὠκτήσαντες. Wess.—Alias tamen πυίγειν non torrere significat, sed longe diversam denotat ciborum parandorum rationem, de qua Kühn ad Polluc. X. 107. conf. Athen. II. 65. c. III. 126. c. IX. 365. f. et seq. S.

Cap. XCIII. [1. ἐν μὲν τοῖσι ποταμοῖσι] Commode Reiskius monuit,

ποταμοὺς h. l. dici canales e Nilo ductos. S.]

5. ἐκνομίσαι ἀναπάστουσι] Aldinum et Remig. ἀναλάμπτουσι natum est ex ἀναλάπτουσι, quod etsi rei non male respondeat, posterius vulgato manet. Aristoteles, explodens hanc in piscium generatione fabellam, τὸν ἐνήθη λόγον —— ὅπως καὶ Ἡρόδοτος ὁ μυθολόγος, ὡς κυϊσκομένων τῶν ἰχθύων ἐκ τοῦ ἀναπάστειν τὸν θηρόν. Editur ἀναπάμπτειν, quod Laurentio et hic repertum fraudi fuit: scripturæ in Philosopho vitium Sylburgius non neglexit. Wess.

Ibid. ἀναπάπτουσι] Legitur ἀναπάψαι in Aristoph. Av. 580. et in Schol. ad v. 1550. restitui poterit Hermippo: Ἐγὼ δ' ἀνίκαψα, λαθὼν γε τὴν διφθόρον: nisi quis ἐνίκαψα censeat præferendum: vulgata, sensu cassa, Ἐγὼ δ' ἔνιπα ψαλάθων τὴν διφθόρον Meursium non videntur offendisse in Panathen. pag. 40. (Eodem verbo utitur Clearchus apud Athen. I. 6. a.) Si forte legeretur in Cod. Herodoti ἅμα τι πάπτουσι καὶ ἐξ αὐτοῦ κυΐσκονται, hoc vulgato non postponerem; quia de piscibus simplex ferme tantum πάπτειν adhibetur. In Gloss. Herod. vulgatur Κάπτοντες, ἀποδιχόμενοι. Κάψει πίνει, e Plinio, morsu bibere Casaub. interpretabatur Anim. in Athen. p. 669. (ad Athen. IX. 388. d.) Eximia notavit Tib. Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 314. et seqq. Sophron Athen. VII. p. 286. b. et 323. a. κίστραι βόσιν πάπτουσαι. In Eratosthenis Catast. c. 38. ὁ μίγας —— ἰχθὺς, ὃν καὶ ψιᾶν —— coëant literæ male distractæ, ὃν πάπτειν λίγουσι τὸ ὕδωρ σὺν τοῦ ὑδροχόου ἐκχύσει: non aliter in suis reperere libris Theon et interpretes Latini: vid. Schol. in Arati Phæn. v. 886. ubi pro κάμπτειν recte πάπτειν jam scribebat Scaliger ad Manil. p. 62. Hygin. Poët. Astr. II. cap. 41. Hic videtur ore aquam excipere a signo aquarii, Schol. German. p. 134. Piscem dicunt aquarii urnæ habere (l. bibere) effusionem. Valck.—Cf. Koen ad Gregor. Dial. Ion. §. 117. S.

11. κατ' ὀλίγους τῶν κίγχρων] Putes hanc ad formam esse IV. 181. τρύφια κατὰ χόνδρους μιγάλους. Certe minuta et pauca grana, quæ mox pisculos interpretatur, femellas eructare docetur. Wess.—Pro κατ' ὀλίγους doctissimus Coray apud Larcherum κατὰ λόγον corrigit, adplaudente Creuzero in Fragm. Hist. p. 63. interpretaturque magnitudine granorum milii, coll. III. 100, 3. ubi ὅσον κίγχρος τὸ μίγαθος. Quibus suffragari equidem non possum, persuasum habens nihil hic esse mutandum. Non enim conferuntur nunc ova piscium cum milii granis, sed, quemadmodum verbi Gr. apud Athen. XII. 525. d. memorantur vestes χρυσοῖς κίγχροις (aureis granis) distinctæ, sic et hic οἱ κίγχροι, generali quadam vocabuli notione, grana dicuntur; et τῶν ὠῶν οἱ κίγχροι (ovorum grana) intelliguntur ipsa singula ova, vel ovula, si ita loqui fas est. Naturalis verborum structura hunc in modum concipienda, ἀποῤῥαίνουσι τῶν ὠῶν κατ' ὀλίγους: ea sententia quum in vers. Lat. expressi. conf. supra l. 5. et mox l. 10. et 12. Cæterum satis novimus, haud raro κατὰ λόγον et κατ' ὀλίγον temere inter se permutata reperiri: sed hoc quidem loco culpa vacant librarii. S.

14 et seqq. οἱ δ' ἂν αὐτίων ἁλῶσι, etc.] Quod subditur de piscibus in mare nantibus et renantibus, verum et in thynnis, Pontum versus pergentibus, quodammodo apud Athen. VII. pag. 301. e. ex Aristotele Hist. Anim. VIII. 13. Mox Reiskius οἱ δ' αὖ (pro οἱ δ' ἄν) ὀκίσω præfert. Ego vero fidenter cum Valckenario ἐκαρίστηρὰ τῶν κιφαλίων et τὰ ἐκιδιξιὰ recepi ex IV. 191. Nam ἐκ' ἀφιστηρὰ et ἐκὶ δεξιὰ, ut edebatur, hic

non quadrat, et error est scribarum. Non dissimilis confusio VI. 32. Wess. Vide Var. Lect. (ed. S.) et conf. I. 51, 4. et 5. VI. 33, 2. et 3. Adde Lexic. nostrum Polyb. p. 243. col. b. S.

25. *πίπλασαι πάντα*] Probo Medic. cui plerique adsentiuntur I. 212. et IV. 72. Solent alioqui in verbi scriptura, sicuti notum, discordes esse. (vide Var. Lect. ed. S.) De piscium subita, aquis Nili increscentibus, origine alii aliter. Arch. *οἱ ἰχθύες, οἱ τικόντες ὠὰ*, (l. 27.) pæne justum et legitimum opinor. Wess. — Nobis aliud libri nostri persuaserunt: parum commode post *ἰχθύες* repetitur articulus; post *οἱ ἰχθύες* autem commode incidetur oratio: *οἱ ἰχθύες, ἐνστικόντες*, etc. pisces, *postquam* ova in limo deposuerunt, etc. S.

Cap. XCIV. 3. *καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι κίκι*] Nimia admiratio Medic. ejusque *τήκι* abstulit a tramite Gronovium. Ecquis *τὸ τήκι* memoravit? Mitto Codicum concordem, si Ask. et Pass. seponas, a Florent. dissensum: prætereo medicos, *κίκι* et expressum inde oleum sæpe numero adhibentes: tum Diodorum, Plinium, etiam שמן קיק oleum Kik, et קיקיון Hebræorum; quæ, a Scaligero, Salmasio atque aliis deposita in medium, si nihili duxit, ut sane flocci fecit Vir Cl., morari eum debuerat omnibus codicibus prior Strabo, illis, quæ verissime de Ægypto Noster prodidit, accensens *καὶ τὸ κίκι* sive *κίκυι, καρπός τις*, verba ejus sunt, *στιμώμενος ἐν ἀρούραις*, XVII. p. 1179. (p. 824. A. ed. Cas. Adde Plin. XV. 7. et, quem ibi Harduin. laudat, Dioscorid. lib. IV. c. 164. ubi *σιλλικύπριον* i. q. *σίσιλι Κύπριον*.) Sed hoc habet. Incredibilis pæne prædjudicatarum opinionum vis est; quæ, nisi caute et consulto agas, aciem ingenii et obfuscabit et obtundet. Sillicypria, sive Silicypria explicat Salmas. in Solin. pag. 704. Quod autem habet Arch. (l. 5.) *τὰ ἐν ἴλυσι*, considerationem meretur. Supra c. 92. *ἐν τοῖσι ἴλυσι* scribit Vind. *ἐν τοῖσι Ἕλλησι*, prave citra dubium. Alibi eadem scriptionis conversio, qua de pluribus olim ad Hieroclis Synecdem. pag. 726. Wess. —De kiki cf. Viros doctos ad Hesych. h. v. S.

5. *αὐτόματα ἄγρια*] Apollonius Philostrati p. 27. f. *ἰδίᾳ μοι, εἶπε, τὰ ἄγρια καὶ αὐτόματα λάχανα τῶν ἡμερουμένων*. Neque tamen putem, Herodotum absque copula dedisse duas voces, quarum altera prorsus esset superflua: mihi videtur ad *αὐτόματα* aliquis interpretamenti loco adposuisse *ἄγρια*. (Is aliquis, puto equidem, ipse Herodotus fuerit, copiam verborum minime aspernatus.) Quæ sic sponte sua nascerentur *αὐτόματα φύεσθαι* dicuntur VIII. cap. 138. III. c. 100. Olim, ni fallor, voce aliter collocata sic lib. IV. c. 74. legebantur ista: *Ἔστι δὲ σφι πάνταβις αὐτοματὰ φυομένη ἐν τῇ χώρῃ· —— ταύτης δὲ πολλῷ ὑπερφέρει ἡ πάνταβις αὕτη, ἣ καὶ σπειρομένη φύεται*. Valck.

7. *πόψαντες, ἀπισσοῦσι*] Laurentius: alii contusum, ad ignem, alii in sartagine coquunt. Melius Salmasius in Solin. p. 686. alii contusum exprimunt, alii frictum excoquunt. Ἀπισσοῦν est exprimere, ut ἐξισσοῦν Dioscoridi V. 85. et 89. *καὶ ἐξισώσας ἀνιλοῦ τὸ ἀποῤῥύν*. Ἰσσοῦν et *ἰσοῦν* non dissimili gaudent potestate; Comici Eq. v. 920. *ἰσούμενος ταῖς εἰσφοραῖς* docte illustravit Hemsterh. ad Plutum v. 816. Scholiastes Passion. *ἀπισσοῦσι* bene explicuit *ἰσοπιέζουσι*. Wess.

Cap. XCV. 7. *τὴν δὲ νύκτα αὐτῇ χρᾶται*, etc.] H. Steph. in Prolegom. p. 741. aliter interstinguit, non dissentiente admodum Gronovio, quem vide. Malim quoque cum Abreschio *καὶ ἐν. ἰσθὺς, ὅτ' αὐτῇ καὶ*. Conopeum opesis erat reticulati, instarque *ἀμφιβλήστρου* Paullus Silentiarus:

Καλλιγάμοις λίπτρης περιεδύναμαι· ὦμι δὲ κεδνῆς
δίκτυον οὐ Φοιβῆς, ἀλλ' ἀκαλῆς Παφίης,

culte, Florileg. IV. 32. 2. (Anal. Brunck. T. III. p. 92.) Wess. — Ut nos edidimus orationemque distinximus, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναταύσεται κοίτῃ. περὶ ταύτην, etc. sic ante nos omnes, nisi quod post νύκτα leviter orationem incidit Ald. cum nostro MS. F. iterumque uterque post ἐν τῇ comma ponit, quo significatur τῇ Ionice pro ᾗ poni: ex scriptis autem libris nulla lectionis adnotata varietas est. H. Stephanus, turbatum hic quidpiam esse sentiens, et in ora suæ edit. et in Prolegom. sic legendum interpungendumque censuit, τὴν δὲ νύκτα οὕτω χρᾶται· ἐν τῇ ἀναταύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην, etc. Perspecte ille quidem: cui hactenus suffragatus est Gronov. in Notis, ut eodem modo distinguendum locum censeret; cæterum, incommodam et ipse sentiens vulgatam scripturam, abesse quidem maluerat duo verba αὐτῷ χρᾶται, sed, quoniam ea cod. Med. cum aliis agnoscit, ita tenenda monuit ut αὐτῷ χρᾶται legeretur, sibi utitur. Profiteor equidem, semper me offensum fuisse vulgata hujus loci scriptura et interpunctione: nec satis ipse scio, qui factum sit, ut eumdem locum in Var. Lect. (ed. S.) absque notatione prætermiserim: quum si nihil aliud habuissem, saltem speciosissimæ H. Stephani emendationis mentionem facere debuissem. At, ecce! jam multo etiam gravioris negligentiæ me ipse accusare cogor. Nam nunc maxime, optimum nostrum codicem F. denuo evolvens, perspicue in eo scriptum video, quod ad hunc diem observationem meam effugerat, τὴν δὲ νύκτα, τάδε αὐτῷ χρᾶται· ἐν τῇ, etc. quam scripturam (τάδε, i. q. κατὰ τάδε vel οὕτω: conf. saltem c. 108, 3.) nemo, qui vel primis labiis Herodoti Musas attigit, dubitabit sinceram esse manum auctoris. Quo loco iterum iterumque gratissimum meum animum illustri domino Schellershemio pro codicis hujus usura ad hunc usque diem liberalissime mihi concessa, itemque Creuzero meo, quo intercedente ille beneficio hoc me adficere dignatus est, lubens merito publice testatum facio. Simul vero illud profiteor, fieri quidem posse, ut unus hic codex sit ex omnibus, qui genuinam auctoris scripturam hoc loco servarit; sed fieri etiam potuisse, ut, quod mihi ipsi accidit, novam Herodoti editionem ad fidem veterum librorum emendatam paranti, qui in excutiendum hunc manuscriptum codicem (unum ex omnibus, quem meis usurpare oculis licuit) præcipuam adhibere curam debueram, idem nonnullis etiam ex illis hominibus acciderit, qui aliorum in gratiam alios Musarum codices contulerunt. Mox l. 11. ὑπ' αὐτὸ scribens noster codex, verba hæc ad præcedens ἐνδὺς refert, sed præmisso commate ὑπ' αὐτὸ καθιδὺς jungit; quod fortasse non deterius vulgato ὑπ' αὐτῷ. Quid sit vero quod dicat Herodotus, per rete ne conari quidem pungere culices, non dixerim equidem. S.

Cap. XCVI. [3. τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ. Hæc est arbor lotus, cujus supra in transcursu mentionem feci, ad cap. 92. 8. S.]

6. γόμφους στυπνοὺς] Densos et longos stipites Interpres. Ego clavos censebam, quibus utique in navium conpage suus usus. Notum Poëtæ Γόμφοισιν δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν, Odyss. E'. 248. et Nonni XL. pag. 1044. 10. φράξατι λισταλίοισι στιφρότατα δούρατα γόμφοις: unde ipsæ naves πλοῖα γομφωτὰ Strabon. XVI. p. 1076. B. (pag. 741. ed. Cas.) Wess. — Mira vero locutio, περὶ γόμφους περιείρουσι τὰ ξύλα, circum clavos circumnectunt ligna; quum ex-

spectasses, clavis connectunt. Tractavit hunc locum Schneiderus in Lexic. voc. Γόμφος, nec vero prorsus ad liquidum perduxit: illud recte videtur observasse, non tam navis structuram, quam ratis, hic describi. Sunt autem etiam alia in hoc capite, expeditu haud admodum facilia. S.

9. ἐν ὧν ἐπάκτωσαν] Ignotum vulgo hinc debuerat enotari verbum ἐμπακτῶσαι, significans γομφῶσαι vel συγγομφῶσαι. Galeo versus obversabatur Homeri ex Od. Ε'. 248. Γόμφοισι δ' ἄρα τήν γε, etc. Sæpe verbum πακτοῦν, semel attigit Eustathius hunc Herodoti locum, ad Od. Ε'. 220. 27. velut Herodoteum excitans, πακτοῦσι τὰς ἁρμονίας βύβλῳ, quod interpretatur καταστραλίζονται, significatum Aristophaneis adfirmans, et his Sophoclis, καὶ δῶμα πάκτου, quæ sic emendate scripta bis terve alibi etiam adhibet: tametsi autem ita scribendum dudum monuissent H. Stephanus Annot. in Soph. p. 13. et Is. Casaubon. in prima Edit. notarum in Diog. Laërt. p. 172., perversa tamen scriptio, καὶ δῶμ' ἀπάκτου, per editiones Sophoclis Aj. v. 579. propagata, Suida potissimum auctore, verbum nobis peperit minime Græcum, ἀπακτοῦν. Valck. — Correxit Brunck. S.

10. διαβύνεται] Sic Ald. et Medic. bene, atque hinc Gronov. cui jungetur haud male Küsteri observatio ad Hesychii Διαβύσου. Quod insequitur, δύναται, retineo. Frequens ea structura optimo cuique, ut II. 125. Adde Diodorum V. 8. et illic congesta. Wess.

15. καταῤῥαμμένη ῥίστιν καλάμων] Reisk. ῥίστιν ἢ καλάμῳ, cui non adstipulor. ῥίστισι Homeri Odyss. Ε'. 256. Hesychius et Eustath. interpretantur, πλέγμασιν ἐκ καλάμων. Dioscorides I. 55. ῥίστον ἐκ καλάμου dabit; et ῥίστους ἐκ φοινίκων Agatharchides p. 47. ed. Huds. quo genere Æneas in Tactic. c. 30. et 37. cum Casaub. scholiis. Usu feruntur ῥίψ, ῥιπὶς, quod glossator huic loco adscripsit, τὸ ῥίστος, (unde Homeri et Nonni ῥίστισι,) et ὁ ῥίστος. At hinc abeo. Θύρη crates illa dicitur, quoniam ejus figuram et formam præferebat, quæ Porti justa opinio. Wess. — Sic VIII. 51. 8. Θύρας sunt asseres, tabulæ Conf. Schneid. Lexic. Gr. hac voce. S.

19. τοῦτο γὰρ δὴ οὐτιμά ἐστι, etc.] Grammaticorum natio βάριν Ionici commatis censet. Phavorinus, βάριες, τὰς ναῦς λίγουσιν οἱ Ἴωνες. G. Corinthus consimiliter. Hinc βαρβάρους βάριδας Euripides Iphig. Aul. 297. Ionicas, quod gens illa pro barbara putaretur, ridicule explicat Jos. Barnesius. Spectavit enim Ægyptios, Æschyli exemplo, qui Suppl. v. 880. Αἰγυπτίαν δὲ βάριν οὐχ ὑπερθορεῖν. Wess.

Cap. XCVII. 3. τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι] Diodorus, ὁμοίᾳ γίνεται ταῖς Κυκλάσι νήσοις I. 36. ubi plura. Πόντος de mari Ægæo recurret semel iterumque, quo de alias. Nunc consideranda quæ de navigatione produntur, (l. 8 seqq.) ἔστι δὲ οὐδ' οὗτος, ἀλλὰ παρὰ, etc. Sunt enim, si Latina interpretis amplectaris, a vero alieniora. A Naucrati urbe commoda navigatio, per eum alveum, qui Canobicus cap. 17. quocunque erat tempore Memphim versus: agris Nili inundatione mersis præter ipsas Pyramides pergebatur cursu extraordinario. Itaque Reisk. ἔστι δὲ οὐ τῇδε οὗτος, ordinaria autem navigatio illuc non fert, uti vertit; Pauw vero, ἔστι δὲ οὐδ' οὗτος, ἀλλὰ καὶ, etc. neque sola hæc navigatio est, verum etiam juxta, etc. ut μοῦνος, quæ vox tali verborum ordine sæpe defit, intelligatur. Res ipsa verissima est, conjecturarum arbitrium mihi nunc non sumo. Wess.—Latinam correxi versionem: in Græcis nil mutandum. οὐκ οὗτος facile patet accipien-

dum h. l. de consueta et ordinaria navigatione. S.

Cap. XCVIII. 2. ἰς ὑποδήματα ἰξαίρετος] Ἐξαιρέτως, quod legitur apud Stephanum Byz. voc. Ἄνθυλλα, si Codices exhiberent scripti, hoc uno forsan in loco videri posset vulgatæ voci præferendum, ut data diceretur Anthylla *præsertim* in calceos τοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικὶ, uxoribus Regum Ægypti, qui sibi invicem succederent. (At nihil est quod in librorum constanti scriptura desideres.) Formulæ sunt usitatissimæ, οἱ ἀεὶ βασιλεύοντες: οἱ ἀεὶ διαζόντες: οἱ ἀεὶ ἔρχοντες: in lapide Cretensi οἱ ἀεὶ κόσμοντες memorantur. (Cf. Lex. Polyb. p. 11.) Recte monuit Guleus, apud Athen. I. p. 33. f. Anthyllam datam dici Reginis ἰς ζώνας: quod sane legitur in talibus frequentius: vid. B. Brisson. de Regn. Pers. p. 100. et 133. et Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 62. (lib. I. c. 52.) Quæ Gellio sunt adscripta p. 428. et Xenophontis Κυρ. Ἀναβ. p. 40. ab Hutchinsono, aliis debentur: usum istum præpositionis ἰς attigit Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 1013. Valck.

Ibid. ἰς ὑποδήματα ἰξαίρετος δίδοται] Persarum istum morem explicuit B. Brissonius Regn. Pers. I. 108. non neglecto Athenæo I. 25. (c. 60. nostræ ed.) qui de Anthylla, sive, ut scribitur Antylla, ἧς τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς, Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι, ταῖς γαμεταῖς ὑπεδέσαν ἰς ζώνας, non exiguo, uti adparet, discrimine. (Nec vero ista ex Herodoto citantur apud Athen.) Archander autem (l. 6.) nepos-ne Achæi an filius sit habendus, dubium videtur. Vir Celeb. nepotem putat; Pausanias filium. Ἄρχανδρος, scribit VII. 1. p. 522. Ἀχαιοῦ καὶ Ἀρχιτέλης ἰς Ἄργος ἀφίκοντο ἐκ τῆς Φθιώτιδος· ἐλθόντες δὲ ἐγίνοντο Δαναοῦ γαμβροί. Quare Φθίος Archander ex loco, unde venerat. Memini Φθίου τοῦ Ἀχαιοῦ ex Stephano in Ἑλλὰς, Archandri patrem Phthium minime Quem tandem sequemur, Pausaniam an Gronovium? Wess.—Potuerat tamen Gronov. auctoritate Stephani sententiam suam tueri. S.

Cap. XCIX. 3. κατὰ τὰ ἤκουον] Non erat cur hoc spernerem. (Nempe τὰ, quod olim aberat editis, dedere codd. Arch. Vind. Pass. Ask. Paris. B. quibuscum faciunt alii Paris. et F.) Tale κατὰ τὰ ἄρα ex schedis, IV. 76.; tale κατὰ τὰ συνεδήκαντο VI. 88., et in MSS. V. 112. nec diversum erat κατὰ τὰ εἴλοντο V. 12. (V. 11 extr.) quod Medic. mutavit. Scripsi quoque (l. 4.) τὸν Μῆνα, τὸν πρ. βασιλ. obsecutus membranis, et narrationi. c. 4. Wess.

5. εἰ ἰρεῖς ἴλιγον, τοῦτο μὲν, ἀπογιφυρῶσαι] Et hic ducibus utor MSS.; qui incongruo, quod vulgata post se trahebat, bene medentur. Probe novi, τοῦτο μὲν post pauca (l. 16.) recurrere, quæ repetitio non insolita, sicuti VI. 114. 122. 126. atque alibi. (Scil. huic τοῦτο μὲν, respondet illud τοῦτο δὲ, quod l. 21. legitur: quia vero nimis longum hinc est intervallum, repetitur interim τοῦτο μὲν l. 16.) Major difficultas τὸ ἀπογιφυρῶσαι urget; cui tollendæ quid Gronovius inpenderit, notata patefaciunt. Pontes, quibus Memphim rex separaverit, non bene disputationi narrationique conveniunt. Quam ob rem Reiskius ex Medicei inserto καὶ deficere quædam opinatus, τοῦτο μὲν refingit ἀπό τε ῥυῆσαι τὸν ποταμὸν καὶ κεῖσαι τὴν Μέμφιν, oggesta mole, velut foribus oppositis, fluvium exclusisse, et Memphin condidisse. Verum copula illa sublestæ fidei est, damnata a plerisque libris, et propterea inducta. Hesychii ἀποθυρεύμενος, ἀποκεκλεισμένος, foribus exclusum, quales in Comœdiis sæpe comissatores, indicat, et insolente translatione amni adcommodatur: mitto citra necessitatem et schedas, addita alia, nec ægre fero doctam

istam operam. Mihi lenior conmodiorque videbatur medicina in ἀποστινυγῶσαι. Docuit Galenus in Hippocrat. de Morb. Vulgar. p. 456. στινὸν Ionibus tantumdem esse ac στενὸν, et στινυγοῦσαι humorum vias occludere et arefacere, συναγαγεῖν τῶν ὑγρῶν τὰς διεξόδους καὶ ξηρᾶναι: nec discrepat Erotiani judicium; στινυγῶσαι esse ait ἀποστιγνῶσαι καὶ πυκνῶσαι τόπον τινὰ, ἐν ᾧ ὑγρασία ἐστί. Erit itaque ἀποστινυγῶσαι τὴν Μίμφιν, eam sicciorem abducta aqua reddere, et in artum quodammodo cogere. Quorum utrumque abs Ægyptio rege inchoatum et absolutum fuisse, scriptor exponit. Venerat, ut sollicitis plura solent, et ἀποταφρεῦσαι τὴν Μίμφιν in calamum et mentem. Sed nolo conjecturis indulgere nimium. Viderint peritiores, et Diodorum I. 50. addant. Wess.—Hæc pererudite, ut solet, Vir longe doctissimus. At tanto nunc non opus erat molimine. γίφυρα, ut perspecte Schneiderus in Lexic. monuit, non modo de ponte proprie nominato dicitur, sed et de aggere, ut Iliad. ε'. 89. Et γιφυροῦν, non modo ponte jungere, verum etiam aggere complere, aut velut aggere obstruere, Iliad. φ'. 245. Sic isthmum Pindarus Nem. VI. 67. πόντου γίφυραν, et Isthm. IV. 34. γίφυραν ποντίδα. Quare haud incommode ἀποχιφυροῦσαι τὴν Μίμφιν intelligetur jactis aggeribus Memphin (a Nilo) secludere, et ab inundatione tutam præstare. Et percommode etiam καὶ particulam probati adjiciunt codices. Scilicet: putares Memphin, utpote ad ipsum Libyæ montem sitam, semper ab inundatione tutam fuisse: sed hoc etiam solum, in quo Memphis condita, opere hominum in sicco positum est, et quidem antiquissimis temporibus, sub primo rege Mene, ut quidem sacerdotes Herodoto narrarunt. Verbum ἀποχιφυροῦσαι idem Reiskius, qui mutatum voluerat, haud multo post eadem notione, quam nos probavimus, defendens: "Hanc significationem, inquit, verbo inesse posse, patet e simplici γίφυρα, quod non modo pontem, sed etiam, ut Homero passim, intervallum inter binos quosque aciei ordines notat. Hoc sensu verbum γιφυροῦν simplex occurrit apud Eusebium in Chronico, ubi de Hadriano sic tradit: 'Αδριανὸς ἐχείμασεν εἰς 'Αθήνας, μυηθεὶς τὰ μυστήρια, καὶ γιφυρώσας 'Ελευσῖνα, κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ Κηφισσοῦ ποταμοῦ." Sic ille Vol. III. Animadv. in Græcos auctores, p. 106. S.

12. ἢ ἀπιεγμένος ῥίου] Negante adposita voce ab eodem viro clar. (Reiskio) οὐ ῥίου scribitur. Wess.—Hanc conjecturam ille in Animadv. editis repetens, intelligit, unde exclusus Nilus non perluit. Equidem in vulgato nihil desidero. S.

Cap. C. 2. ἐν τοσαύτῃσι δὴ γενεῇσι ἀνθρώπων] Hoc placuit. Reiskius, damnatis, quæ Miscell. Lipsiensia habent, refingit, addito pronomine, ὧν ἐκπαιδίνα, labore, ut ego quidem censeo, frustraneo. Verius est, τόπῳ τῇ Βαβυλωνίῃ turbari non oportuisse. De Josepho vero quid dicemus aliud, quam hæc negligentissime versasse, reginæque Nicaulæ sive Nicaulis inpegisse nomen, quo usa numquam fuit: non exagitabo hominem, satis pœnarum doctissimo S. Bocharto, Phalegi II. 26. dantem. Wess.

5. τόπῳ ἐν τῇ] Ferri nequit: pristina lectio, τόπῳ τῇ Βαβυλωνίῃ, (quam Gron. mutaverat) revocabitur; nisi forte plures libri scripti Mediceo concinant: tum commode scribi poterit: εὔνομα ἦν —— τόπῳ τῇ ἐν Βαβυλῶνι, Νίτωκρις. Valck.

10. καινοῦν τῷ λόγῳ] Mirifica peperit verbum illud commenta: si et ego aberravero, peccabitur intra spem veniæ. Legitur in Gloss. Herod. Καινοῦν, τὸ χρήσασθαι λόγῳ καινῷ. Hinc sua transsumsit Suidas, cujus interpres: "Καινοῦν-

ap. Herod. significat novo quodam sermone uti:" absurde. Utilior Hesychii nota: Καινίσαι, καινῷ χρήσασθαι, καὶ ἐγκαινίσαι. De Perillo, qui, Phalaridis jussu tauro inclusus, artis suæ opus teterrimum primus auspicatus est, ut scribit Valer. Max. IX. cap. 2. ext. 9. Callimachus fragm. CXIX. πρῶτος ἐπὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν. Ab Herodoto potuit καινοῦν in eumdem sensum adhiberi, scribique: πεπυσμένην γάρ μιν οἴκημα πεμέμηκες ὑπόγαιον καινοῦν μὲν λόγῳ, νόῳ δὲ ἄλλα μηχανήσασθαι: quod fieri curaverat spatiosum conclave subterraneum verbo quidem auspicatam, sed revera alia fuisse meditatam. Alibi apud Herod. opponuntur πρόσχημα μὲν τοιούμενος, et ἐν νόῳ δ' ἔχων. Thucyd. VI. 76. ἦκουσιν ἐς τὴν Σικελίαν, πρόφασιν μὲν, ἢν πυνθάνεσθε, διανοίᾳ δὲ, ἣν πάντες ὑποπτεύομεν: in quibus διανοίᾳ proximum accedit ad Herodoteum νόῳ. In talibus ubique permutantur πρόφασις et λόγος. Pervulgatæ sunt formulæ, ut apud Latinos verbo et revera, λόγῳ μὲν sive λόγων μὲν, βουλόμενος δέ· λόγῳ μὲν τὸ δ' ἀληθὲς· πρόφασιν, vel πρόφασιν μὲν, τὸ δ' ἀληθές. Postremum illud Maximo Tyrio restitutum voluit accuratissimus Marklandus, XXVII. 8. ubi minori molimine scribi poterit: ἐρᾷν φησι μὲν τοῦ ἐρωμένου, τὸ δ' ἀληθὲς ἐρᾷ κάλλους ἀληθεστέρου. VALCK.

Ibid. ὑπόγαιον, καινοῦν τῷ λόγῳ] Præstet-ne ὑπόγαιον an vulgatum, in Grammaticorum est controversiis. Operose litem examinaverat Coprogenius, quo de Suidas in Ἀνώγειον. Hic molestum magis est καινοῦν τῷ λόγῳ. H. Stephani καινοῦν (in ora positum) alienum prorsus videtur: alii aut ἐγκαινίζειν præferunt, aut καινίσαι μὲν λόγῳ, quem fere in modum Sophocles Trachin. 877. καί τι καινίζει στέγη. Edito patrocinatur Scholiastes Passion. et Λέξεων Herodoti auctor voce καινοῦν, adscribentes, τὸ χρήσασθαι λόγῳ καινῷ, et ex illis Suidas: prætexuisse videlicet ædificio reginam novi quidpiam, ut Ægyptios videndi studio adliceret, quorsum etiam vergit Abreschii sententia, Diluc. Thucyd. pag. 67. Fortasse invenietur, cui καινὸν τῷ λόγῳ, si color recepto constare non poterit, probabitur. Vide Berglerum in Alciphron. I. 9. WESS. — Comma, quod ante ὑπόγαιον e superioribus editt. in nostram transiit, rectius delebitur. "Καινοῦν, "ait Reisk. l. c. pag. 107. non satisfa- "cit, neque tamen reperio quod substi- "tuam." Violentam Toupii novationem (Emend. in Suid. P. III. p. 468. ed. Lips., pag. 193. ed. Lond.) ξενῶνα μὲν λόγῳ, ante Borh. adoptans Larcher, suo idiomate sic reddidit, qu'elle déstinoit en apparence à des festins. Infinitivum verbi, non accusativum casum nominis substantivi, hoc loco posuisse Herodotum, ex universa orationis structura et ex sequenti verbo μηχανᾶσθαι intelligitur. Ego, vulgatum scripturam, satis et abunde firmatam videns, in eamdem interpretatus sum sententiam, quam his verbis Valla expresserat, per causam quidem novi operis. Sic fere Thucydides III. 82. καινοῦσθαι τὰς διανοίας dixit, nova in usum vocata esse inventa, novas excogitatas rationes. Nempe regina illa, cameram istam subterraneam exstrui curans, nil aliud præ se ferebat, nisi se novum quoddam et insolitum opus moliri. Sed nunc, ubi animadverto ad istam sententiam oportuisse πεποιεμένην scribi in præsenti tempore, non πεπυσμένην in præterito, recordorque subterraneam cameram non admodum novum fuisse apud Ægyptios inventum, in eam partem magis inclino, ut interpretationem probem quam Valckenar. in animo habuisse videtur, quamque planius Schneiderus in Lex. expressit: scilicet, præ se tulit regina, *inaugurare* et dedicare se velle illam

cameram. Consentaneum enim videri debet, καινοῦν idem atque καινίζειν valere. Simplex autem verbum καινίζειν vim habere compositi ἐγκαινίζειν, (i. e. καθοσιοῦν, καθιεροῦν, coll. Polluc. I. 12.) testimoniis Callimachi et Hesychii constat a Valck. citatis. S.

15. βίψαι ἐς οἴκημα σποδοῦ πλέον] Non dissimile Persarum supplicium ex Ctesiæ Persic. c. 47. 50. 51. his admoverunt Corn. Pauw et Abresch. (cf. Valer. Max. IX. 2, 6.) At illud, atrox admodum et crudele, vitæ finem adferebat: Regina in cineres insiliit, ὅπως ἀτιμώρητος γένηται, quo esset impunita. An ut pœnam, quæ ab Ægyptiis inminebat, voluntaria morte vitaret? (Sic videtur.) an ut sese abderet? Alterutrum sane malim, quam cum Clar. Pauw ἐς ὄχημα, in vehiculum cinere plenum, sufficere. Redolet enim recentius quidpiam. Wess. — Ad supplicium quod spectat apud Persas usitatum: de homine qui ejusmodi supplicio adficiebatur, Ctesias Persic. cap. 48. ait, εἰς τὴν σποδὸν ἐμβάλλεται καὶ ἀπάλλυται: rursusque cap. 51. ἐμβάλλεται εἰς τὴν σποδόν: et cap. 52. ὁ δὲ (βασιλεὺς αὐτὸν) εἰς τὴν σποδὸν ἐνίβαλεν. Quod vero in anonymi auctoris libello De Mulieribus bellica virtute aut prudentia claris, in Bibliothek der alten Literatur, etc. Göttingæ 1789. edito, p. 13. seq. de Nitocri ita scribitur, ἑαυτὴν δὲ εἰς οἴκημά τι σποδοῦ πλήρης ἐνίβαλε, non idcirco sollicitanda constans librorum Herodoteorum scriptura, sed temere ibi πλήρης pro πλῆρες positum. Cæterum conf. quæ ad c. 140, 3. notamus. S.

Cap. CI. 2. κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος] Platonis Politic. pag. 188. τ. οἱ περὶ τὰ πολιτικὰ κατ' οὐδὲν γινώσκοντες ex parte convenit, non omnino. Tentabat Reiskius κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητας, aut potius λαμπρότητος ἐχόμενόν τι. Quale quidem fulcrum si ad explendam structuram adsciscerctur, non obluctarer. Potest certe dictio locum tueri, etsi rarior, hujuscemodi præsidio. Lege Abreschii Dilue. Thucyd. p. 690. Wess.—κατ' οὐδένα οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος legendum commode suspicatur Benedictus in Act. Sem. phil. Lips. II. 289. Videtur tamen stare posse vulgatum. οὐδὲν λαμπρότητος, est nihil splendoris: κατ' οὐδέν, fere nihil, tantum quantum nihil; quod Gallice diceres autant que rien, vel à peu-près rien. Sic κατὰ comparationi inservit II. 10, 10. IV. 23, 9. IV. 181, 6. Rursus idem ac fere, circiter, valet II. 145, 13, 15, et 17. VI. 79, 5 seq. Orationis structura similis illa erat, c. 93, 10, ἀποῤῥαίνουσι κατ' ὀλίγους τῶν κόγχων: ubi quidem κατὰ alia notione ponitur, ac posis ibi ad genitivum τῶν κόγχων intelligere τινὰς vel μέρος τι, sed rectius ibi pariter rationem constructionis hoc modo intelliges, ut statim cogites ἀποῤῥαίνουσι ὀλίγους τῶν κόγχων, spargunt granorum nonnulla, tum accedente κατὰ ad ὀλίγους, spargunt idemtidem granorum nonnulla, id est, spargunt grana minutis portionibus, spargunt paullatim grana. S.

[6. ὕστερον δηλώσω] Vide cap. 149. S.]

Cap. CII. 1. τοῦ ἐπὶ τούτοισι γενομένου βασιλέος] Trecentos et XXX. reges intelligit, quos ex commentariis nominatim sacerdotes adnumerabant, quorumque postremus Moeris. Diodorus quidem Sicul. I. 53. ἐπτὰ γενεαῖς, septem generationibus, Sesostrin Moeride recentiorem statuit, secutus alios; sed Nostri potior fides et auctoritas, quippe multo vetustioris ac seriem regum et successorum Sesostris ita nectentis, ut bene procedat. Pertinet huc elegans et operosa disputatio Ampl. Bouherii, Dissert. Herod. cap. 7. Jam cum Moeris annis ferme nongentis prius mortem cum vita commutaverit, quam Herodotus in Ægyptum est profectus sap.

13., abierint præterea anni circiter octingenti a bello Trojano ad ejusdem usque tempora, cap. 145. et ab Hercule Alcmenæ filio fere nongenti; consequitur his ex narratis manifesto, Sesostrin ne integro quidem seculo ante bellum Trojanum vixisse, æqualem Herculi Alcmenæ filio, vel paullo inferiorem. Plura Jac. Perizonius Orig. Ægypt. cap. 16. Wess.—Neque vero diserte Herodotus ait, proximum Moeridis successorem Sesostrin fuisse: neque continuam regni Ægyptisci historiam scribere constitutum illi erat, sed potiora solum quædam momenta ex illa commemorare. S.

8. στρατιὴν πολλὴν τῶν λαβὼν] Aut e contextu τῶν videtur ejiciendum, aut in ἀστῶν transmutandum, quod malim. Ἀστοὶ, ἐγγενέες etiam dicti et ἐγχώριοι, Herodoto sunt indigenæ, lib. II. c. 172. III. 99. IV. 33. et 68. Opponuntur ἀστοὶ et ξεῖνοι II. 160. et III. 8. Potuerat Sesostris et in istam expeditionem nobilissimam ξείνους conscribere, nam jam ante sibi subjecerat Arabas et Libyas secundum Diodor. Sic. I. 53. et postea certe peregrinis usus est ad ædificanda templa, quibus inscribi voluit, ὡς οὐδεὶς ἐγχώριος εἰς αὐτὰ μεμόχθηκε, eodem teste Diodoro I. 56. Valck.

Ibid. στρατιὴν πολλὴν λαβὼν] Ab Aldo venit πολλὴν τῶν λαβὼν, deditque ansam doctis viris varia machinandi; quorum ego consilium laudare possum, opera non uti. Insititium vocabulum est et nulli usui, meritoque schedarum judicio damnatum. Mox (l. 11.) διενῶς γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης corrigitur a Reiskio μαχομένοισι, sicuti περὶ ἐλευθερίης μαχεσάμενοι I. 95.; neque enim γλίχεσθαι περί τινος in sermonis usu versari. Atque hoc ego non nego: imo vero τῆς ἐλευθερίης γλιχόμενοι sunt in MS. Ask. VIII. 143. Nec verbum tamen muto, aut præpositionem detraho: potest enim idem videri ac περιγλίχεσθαι, et sunt aliorum, ejusdem notionis verborum, similes structuræ, ab Abreschio conductæ ad Ph. Cattieri Method. p. 86. et Diluc. Thucyd. p. 722. Wess.

11. γλιχομένοισι] Tueri voluit in hac sede vir eruditione clarus et humanitate: mihi, quod ipsius pace dictum sit, dudum placuit altera conjecturarum Reiskii, genuinumque videtur, διενῶς μαχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης: quæ consueta Herodoto est aliisque scribendi ratio, verbo μάχεσθαι similibusque præpositionem περὶ hunc in sensum passim adjungentibus. De multis pauca ponam Herodoti: VII. 135. εἰ ἐλευθερίης περήσαιο, οὐκ ἂν δέοιτο συμβουλεύσεως ἡμεῖν περὶ αὐτῆς μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πελέκεσι. V. 2. ἀνδρῶν ἀγαθῶν περὶ τῆς ἐλευθερίης γινομένων τῶν Περινθίων: optime Valla, pro libertate strenue pugnantes. Egregium de Græcis Persa testimonium dicit, lib. VIII. cap. 26. οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς Anaximenes, Ion certe, apud Diogen. Laërt. II. 5. μέλλουσι δὴ ἀμφὶ τῆς ἐλευθερίης ἀγωνίσεσθαι Ἴωνες Μήδοις καθίστασθαι ἐς πόλεμον. Si quando constiterit, quod vix opinor futurum, γλίχεσθαι περὶ τῆς ἐλευθερίης etiam alibi reperiri, levis erit hujus chartæ jactura. Ceterum in gentium bellicosarum regionibus, quas statuit Sesostris, columnæ fortitudinis ipsorum indicem habuerent insculptum αἰδοῖον ἀνδρός; quod, a Diodoro monitum I. 55. non adnotavit Herodotus, memorans tantum τὰ γυναικὸς imbellium columnis indita. Valck.—At verbum μάχεσθαι, si olim hic positum statuimus, quonam tandem vel casu vel consilio in γλίχεσθαι mutatum fuisse putabimus? Retractavit dictum ipse doctissimus Valck. in Nota ad VIII. 143, 4. et tenendum h. l. γλίχεσθαι statuit, sed abjiciendum περὶ præpositio-

nem. Sed et hoc quo jure facturi essemus, velim scire. Dicamus potius, verbum γλίχεσθαι plerumque quidem cum nudo genitivo construi: id autem (quemadmodum aliis in verbis cum eodem casu constructis) fieri per ellipsin præpositionis, quam hic adjectam dedit Herodotus. S.

17. καὶ δὴ καὶ αἰδοῖα γυναικὸς περιτιλαφεῖ] Josepho placuit hæc narratio, plura inde derivanti, quam necesse erat, lib. VIII. Ant. c. 10, 3. Ferebant olim Margaretham, Danorum fortissimam reginam, simili exemplo in dedecus gentis Sueonum, veluti socordiam exprobrando viris, ea parte, quam in feminis natura tectam voluit, numum signavisse. Quam fabulam docte explosserunt Pontanus, Rer. Danic. lib. IX. p. 544. et Elias Brennerus, Thes. Num. Sueogoth. p. 20. Wess.—In Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. ubi Eustath. in Homer. p. 688. citatur, debebatur p. 668. qui locus in ed. Bas. est p. 537, 46. S.

Cap. CIII. 11. τῇ ταλάντῳ αὐτοῦ ἀχθεσθέντες] Aliter Valer. Flaccus V. 420., quo de dissensu ad Diodori I. 55. Wess.

Cap. CIV. 1. Φαίνονται —— οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι] Hæc ut ambigua admodum examinavit Theo, ἐπὶ δὲ ἰδέαις, scribens, ὡς παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῇ πρώτῃ· εἰσὶ δὲ καὶ Αἰγύπτιοι Κόλχοι, varie aberrans. De libro primo taceo; potest enim amanuensis esse peccatum. Magna culpa hæret in mutato vocabulorum ordine. Wess.—Si οἱ Αἰγύπτιοι præmisso articulo scripsisset Theo, excusari non posset; nunc vero vacat fortasse culpa, nec dissentit admodum a Nostro, cujus de Sesostri et de Colchis famam Apollonius etiam Rhodius secutus est, Argonaut. IV. 272 seqq. ubi in Scholiis nominatim etiam citatur Herodotus. S.

[5. νομίζειν δ' ἔφασαν, etc. Inserenda h. l. versioni nostræ Latinæ hæc verba: Putare autem se, dixerunt Ægyptii, esse Colchos de exercitu Sesostris. S.]

10. Φοίνικες δὲ καὶ Σύρες] Lege Gronovii doctam observationem de discrimine τῶν Σύρων καὶ Συρίων. (Σύριοι, quando a Syris distinguuntur, proprie Cappadoces dicebantur; Σύρες, Syriæ incolæ, a Mari Mediterraneo usque ad Euphratem. Conf. Adn. ad I. 6, 3. et ad I. 72, 8. cum Var. Lect. ed. S. ad I. 72. 9.) Josephus, Σύρους τοὺς ἐν Παλαιστίνῃ populares suos intelligens, criminandi occasionem multis obtulit. Nota sunt certamina Ramiresii de Prado, Marshami, Spencerique pro Ægyptiis eorumque circumcidendi more antiquissimo; et pro Judæis Th. Gatakeri, Herm. Witsii, Christ. Wormii de Corrupt. Antiq. Hebr. Vestigiis lib. II. 10. p. 128. et P. Ern. Iablonskii Prolegom. Panth. Ægypt. Sect. VII. p. 13. Est sane Wormii disputatio in carpendo Herodoto nimia; neque ad redarguendum, si requiratur, difficilis. Nec absolvo tamen Nostrum; quem Judæorum familiarem usum habuisse, expiscari non potui. Phœnices Syrosque Palæstinos non neglexit, eos innuens, qui loca regionis maritima habuerunt, quales Philistæi: at hos genitalia circumcidisse, a veritate alienum videtur. Lege Samuel. lib. I. c. XVIII, 25. et 27. quæque ibi Jo. Clericus. Hic vero strigilem criticam, asperrime Herodotum radentem et lancinantem, Guil, Jamesoni ex Spicil. Antiq. Ægypt. c. 14. non posthabuissem, si modum servasset. Falli possunt scriptores atque in fraudem ab aliis indui. Dolo malo qui agunt, et consulto, ut alios circumscribant, mentiuntur, boni viri nomine digni non sunt. Herodotum falsa narrantem et rumore deceptum cognovi, mendacem nondum. Eos ego non laudo, quibus volupe est, mortuos rodere,

criminationibusque partim falsis, partim incertis, ut mendacii teneantur crimine, adurgere. Wess.—Consuli, præter alios, de eodem argumento possunt Michaelis, in Mosaisch. Recht, T. IV. §. 185. et qui ab illo citantur auctores. S.

18. ἀρχαῖον γὰρ δή τι φαίνεται ἐόν.] Idem atque superius ἀπ' ἀρχῆς, ab antiquissima ætate: quod verum esse constat. In Æthiopibus censebantur Troglodytæ, qui omnes παραπλησίως τοῖς Αἰγυπτίοις circumcidebantur, teste Diodoro III. 32. Usi et Homeritæ in Arabia eodem fuerunt ritu, ex quibus hodierni Æthiopes sive Habessini. Vide Jobi Ludolfi Histor. Æthiop. lib. III. 1. et ejusdem Commentarium. Ἑπομιγόμενοι Αἰγύπτῳ alii sunt, (nempe populi quos paulo ante nominaverat:) Wess. non Æthiopes.

Cap. CV. 2. λῖνον μοῦνοι οὗτοί τι καὶ Αἰγ.] Multa Gronov. pro Herodoto. Si liqueret, Ægyptios in lino elaborando, carminando, nendo, diversum quid a ceteris nationibus observasse, uti in textura, c. 35. argumenti pondus caussam magis premeret. Validius est, quod de consimili vitæ instituto et sermone additur. Nollem autem, (l. 3.) καὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ἡ ζόη πᾶσα καί, etc. vir Celeb. sublata distinctione, aptasset arte. Perit ita vis ratiocinii ex lino; nec verum est, solos Ægyptios et Colchos linum tractasse. Wess.—Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

Cap. CVI. 1. Τὰς δὲ στήλας, τὰς ἵστα, etc.] Sic præstat ex scriptis. Mutarunt scribæ, quod ordo verborum insolentior videretur. Sic tamen V. 108. καὶ γὰρ τὴν Καῦνον, πρότερον οὐ βουλομένην, συμμαχίην, —— τότε σφι καὶ αὕτη προσεγίνετο. Sophocles Trachin. v. 287.

—— Τάνδε δ', ὥστις ἱστορεῖ,
ἐξ ἐλπίδων ἄζηλον ὠρῶσαι βίον
χωρεῖν πρὸς ἑσ——

Plura doctissimi viri. I. Fr. Gronovius in Senecam de Benef. IV. 32. et Jo. Davisius ad Cicer. Disp. Tuscul. I. 24. Wess.—Conf. Adnot. ad I. 86, 36, S.

[8. μίγαθος πίμπτης σπιθαμῆς] *Valla*, magnitudine quinum palmorum; quam interpretationem omnes Herodoti editores, absque animadversione repetierunt. Pariterque Larcherus, un homme de cinq; palmes. Atqui non videtur adeo pusillam effigiem significare voluisse Herodotus; cui parum etiam conveniebat inscriptio per pectus porrecta: nec per se credibile videri debebat, Sesostrem hunc (de cujus ingenio conf. c. 110, 2—5. veluti nanum voluisse effingi. Nec vero id, quod dicentem Herodotum faciunt interpretes, verba ejus declarant: nam quinque palmi non sunt πίμπτη σπιθαμή, sed πίντε σπιθαμαί. Ut brevi absolvam. σπιθαμὴ est dimidium cubiti: itaque, quemadmodum v. gr. τρίτον ἡμιτάλαντον, sunt duo talenta cum dimidio, et ἕβδομον ἡμιτάλαντον, sex talenta cum dimidio, sic πίμπτη σπιθαμὴ sunt quatuor cubiti cum dimidio, sive cum una spithama. Atque ita hunc locum jam ante interpretatus eram, quam concordantem mecum animadvertissem Didymi apud Priscianum interpretationem, de qua supra in Adnot. ad I. 50, 18 seqq. dixi. Conf. item ad I. 50, 12. notata. S.

11. ἐκ δὲ τοῦ ἄμου ἐς τὸν ἴστερον] Corrigitur ἐκ δὲ τοῦ ἰδωνύμου ὤμου, me invito: mox quoque (l. 13.) ἔπλοισι τοῖσι ἐμοῖσι, ex Diodoro I. 55. a Galeo, Pawio, Reiskio. Tu vide Sophocleum hoc, Trachin. 1057. Ὦ πολλὰ δὴ καὶ δεμνὰ καὶ λόγῳ παρὰ καὶ χερσὶ καὶ νόοισι μοχθήσας ἐγώ. Vertebat Cicero liberius, Tuscul. Disp. II. 8. O multa dicta gravia, perpessu aspera, Quæ corpore exantlata atque animo pertuli. Nam, ut in Sophocle καὶ νόοισι μοχθήσας, quæ Davisii conjectura, legerit, vix credo

Ecce aliud et propius quidem Claudiani, Bell. Gildon. v. 115.

Ast ego, quæ terras *humeris* pontumque subegi.

Quod idem est ac si lacertis dixisset. Non certe ex necessitate Rubenius et Gebhardus scribebant numeris, neque juvenis, uti Barthius. Tuitus Claudianum est Nostri verbis, quæ poëtæ in animo fuerunt, vir magnus I. Fr. Gronovius Diatrib. in Papin. Statium c. 23. p. 128. Nunc video, Cl. P. Burmanno, non admodum Gronoviana placere, nec muto dicta. Wess.

16. Μέμνονος εἰκόνα εἰκάζουσι] Antiquissima hæc et prima statuæ Memnonis, Thebis erectæ, mentio, qua de P. Ern. Iablonskius singulari Syntagmate pererudite p. 30. Eam vero Sesostris colossum esse, Pausanias auditu etiam acceperat, Atticor. c. 42. p. 101. Negat Noster, nec sine ratione. Πολὺ τῆς ἀληθηίης ἀπολείπεσθαι, sive τοῦ ἀληθοῦς hinc habent Procopius Bel. Pers. I. 6. et Agathias Sch. II. p. 38. B. Placuit et Lysiæ Or. I. 5. Euripidique, Helen. v. 1262. etc. Wess.

Cap. CVII. 2. πολίας ἀνθρώπους] Tacitum habere non debeo, πολίας, specimen Ionicæ dialecti, Homero toties frequentatum, rediisse pristinam in possessionem. Wess.

11. τοὺς δύο ἀπὸ τὴν πυρὴν ἀπτείναντα] Anilis hæc Ægyptiorum fabula. Diodorus insidias regi ad Pelusium structas a fratre insuper haud habuit; de regiis liberis, supra pyram extensis, prudenter tacens I 57. Ἐπ' ἐκείνων (l. 12.) ex indole Ionica Vind. et Ask. Wess.—Nempe (quod in Var. Lect. ed. S. prætermiseram) ante Wess. perperam ἐφ' ἑκείνων edebatur, sphalmate typographico ex ed. Steph. 2. derivato: scripti nostri codices, puto item alii omnes, verum tenent. Paulo ante, pro κακείμενον, prave κειόμενον est in Arch. et Vind. monente eodem Wess. in Var. Lect. (ed. S.) S.

Cap. CVIII. 2. τῶν τὰς χεῖρας κατεστρέψατο] Hæc si abessent, necessaria non censerem. Glossam redolent, ex superiore capite huc invectam. Eadem Pawii suspicio. Mox (l. 3.) ἐς τάδε ἐχρήσατο Reiskius, quæ præpositio in simili verborum ordine sæpe reticeri solet. Wess.—Conf. ad II. 95, 8. notata. S.

Ibid. τῶν τὰς χεῖρας κατεστρέψατο] Totidem atque eadem paulo superius leguntur verba c. 107. quo Sesostrin dixerat ἀνέγοντα πολίας ἀνθρώπους τῶν ἐθνέων, τῶν τὰς χεῖρας κατεστρέψατο. Conf. Diodor. Sic. I. 55. V. 58. Hic prudentissimum Regem in vindicta de fratre sumenda scribit usum τῇ ἡμίλῃ τὸν ἐπηγάγετο: quæ sane sufficiebant: mihique adeo multo videtur verisimilius, quæ his prostant subjecta, τῶν τὰς χεῖρας κατεστρέψατο, e præcedenti capite repetita a lectore, quam ab ipso Herodoto: sed, quæ scripti Codices tuentur, in hoc quidem historico, sæpius luxuriante, perpaucis videbuntur in marginem rejicienda. Valck.

15. σλανυτίρεσι ἰχθύσι τοῖσι πόμασι] Salsioribus. Πλανὺ, ἁλμυρὸν, Hesychius. Quam voci potestatem ex Aristotele atque aliis docte vindicavit Is. Casaubonus in Athen. II. 4. (cap. 21. nostræ ed. p. 41. b. ed. Cas.) De Chalcide Dicæarchus c. 13. (in Hudsoni Geogr. min. vol. II. p. 19.) hæc ὕδατα ἔχουσα, τὰ μὲν πολλὰ, ἁλυκρ· ἔν δὲ ἡσυχῇ μὲν ὑπόγλαυκ, τῇ δὲ χειρὶ ὑγιεινὸν καὶ ψυχρόν: Subsalsam aquam verborum series et usus postulat. Namque H. Stephanum, ὑπόγλαυκ corrupte legi atque ὑπόπικχυ esse debere opinantem, ratio fugit. Wess.

12. ἐν φρεάτων χειόμενοι] Ne hoc quidem, ἐχθύοντο——χειόμενοι, videtur Herodoteum, verum potius natum ex er-

rore proclivi describentis: ἐκ φρεάτων ἀρυόμενοι vel ἀρυτόμενοι, ex puteis haurientes, forsitan scriptum fuerat olim. Dubium est, quam verbi formam adhibuerit. lib. VI. c. 119. vulgatur ἀρρύσονται ἐξ αὐτοῦ, nempe τοῦ φρέατος, ubi ἀρύονται, aut ἀρύσονται scribi potuit. Quid sint πλατύστεα πώματα, vel ὕδατα πλατύστερα, disci potest e Casaub. Anim. in Athen. II. c. 4. De Ægypto loquens Plutarch. de Is. et Os. §. 40. πᾶσαι, inquit, πηγαὶ καὶ φρέατα πάντα ——ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ πικρὸν ἔχουσιν: memorat et Diodorus ὕδατα——πικρᾶς ἁλμυρίδος ἔχοντα γεῦσιν, lib. III. c. 39. Valck.—Ad Aristot. Meteorolog. lib. II. c. 3. T. I. p. 556. D. et E. ed. Duval. provocaverat Casaub. ad Athen. l. c. Vinum vero πλατὺ memorans Aretæus, de Cur. Morb. acut. II. 3. p. 101. ed. Boerh. amarulentum dicere videtur; salsum enim saporem quod habeat vinum, nullum equidem novi. Frustra vero fuisse Petri Petiti et Hudsoni operam, quorum ille apud Aretæum παχὺς pro πλατὺς, hic vero apud Dicæarchum ὑπόγλυκυ legendum censuit, satis adparet. S.

Cap. CIX. 4. ἀποφορὴν ἀστικλίων] Diodori Sesosis devictos Æthiopas coëgit φόρους τελεῖν, ceteras, quas subjugavit, gentes quotannis κατὰ δύναμιν δωροφορεῖν, (lib. I. c. 55.) sed de Ægyptiorum ἀποφορῇ tacet Diodorus. Herodotei Codices si variant, vix, opinor constitui poterit, utrum scribendum sit ἀποφορὴν οἱ τελέων, an ἀποφορὴν ὑποστιλίων, an quod Mediceus præbet, ἀποστιλίων: quando singula reperiuntur in talibus. Huc pertinet in Glossar. Herod. Ἀποφορήν: quod hic tributum notat, τὸ ὑπὸ τῶν ὑπηκόων τοῖς ἄρχουσιν ὑποστιλούμενον. Vox quidem Atticis satis est usitata; nam Athenis sic merces dicebatur, quam heris præstabant servi; quam in rem sufficiunt Valesio notata ad Harpocr. Nunquam tamen, quantum recordor, scriptoribus Atticis ἀποφορὰ tributum illud vocatur, quod Atheniensium reipublicæ quotannis pendebant οἱ σύμμαχοι, quos vocabant, sive αἱ πόλεις, vocabulo minus invidioso dictum σύνταξις. Hoc quum hominibus harum rerum gnaris sit notissimum, mirum est, apud Harpocrat. in voc. Σύνταξις ab Aldo usque per editiones ista fuisse propagata: ἔλεγε δὲ ἑκάστους φόρους συντ. quæ prostant et apud Suidam: quum absque controversia hunc in modum corrigi debuerant, ἔλεγον δὲ καὶ τοὺς φόρους Συντάξεις: atque ita scribendum etiam apud Etymologum. Sensit vitium Andr. Dounæus, cujus vid. Prælect. in Demosth. Philipp. de Pace p. 118. Valck.—ἀποστιλίων receperat Gron. ἐπιστελίων revocavit Wess. conf. V. 49, 33. 82, 17. 84, 2 et 5. S.

[8. κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέου] Est qui ἀποφορὴν malit: non ego. Intellige μέρος τῆς τεταγμ. ἀποφορῆς. S.]

9. δοκέω δέ μοι ἐντεῦθεν γεωμετρίη, etc.] Duce hac in re Herodoto plerique utuntur, quos Menag. ad Diogen. Laërt. VII. 11. adnumeravit. Suidas in voc. edoctos eam Ægyptios, ait, ἐκ τοῦ ἀπλέτου τῆς γῆς καὶ τῆς διαιρέσεως τῶν χώρων: qui si ἀστάτου τῆς γῆς aut simile quid scripsisset, rectum fortasse tenuisset. Inventa enim hæc ars est, tempore, quo Nilus, plus æquo crescens, confudit terminos possessionum; ad quos innovandos adhibiti sunt Philosophi, qui lineis diviserunt: inde Geometria dicitur. Sic Servius in Eclog. Virgilii III. 40. Wess.

11. πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ, etc.] Non inprudenter hæc ursit Leo Allatius de Mensura Temp. cap. IV. 34. ut τῶν ὡρῶν horarum usum et nomen antiquius esse vinceret, ac vulgo doctissimi viri censuerunt. De voce πόλου alia

lis. Pollux IX. 46. πόλος et ἀρολόγιον nonnullis idem fuisse, significat. Itaque πόλος prius dicebatur, quod postea ἀρολόγιον. Hoc placet Scaligero, et firmatur ad Manilium III. 434. In alia abit, longa et ambigua disputatione, Cl. Salmasius ad Solin. p. 448. Ego cum Scaligero facio. Wess.—Larcherus γνώμονα quidem horologium solare intelligit, πόλον vero, cœli quem vulgo polum vocamus. Rectius alii et polum et gnomonem instrumenta h. l. intelligunt astronomica, alterum indicantibus anni vicissitudinibus inserviens, alterum diei partibus. Sane et apud Polluc. l. c. et apud Athen. lib. V. p. 207. f. instrumentum polus est, non cœli cardo. Cæterum *conf.* Menag. ad Laërt. II. 1. et Bailly Hist. de l'Astronomie ancienne p. 384. S.

Cap. CX. 2. μνημόσυνα δὲ ἱλάσκετο] Ut donarium forent et monumentum vitati periculi c. 107. memorati. Sic Diodorus I. 57. qui de Dario et mota illi ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου Vulcani controversia non dissentit. Certe in Coisl. Diodori et Mutinensi Cod. ἱερεὺς, in aliis ἀρχιερεὺς, frequenti mutatione, neque injusta, ut alibi monitum. Wess.

[11. ἱστάναι. Commodius foret ἱστάναι vel στῆναι, stare. Nunc ad activum ἱστάναι intelligendum ἱστάναι αὐτὴν ἀνάθημα vel ἀνδριάντα. S.]

Cap. CXI. 2. τὸν παῖδα αὐτοῦ Φιῤῥῶν] Hoc an Φιῤῥῶνα malueris, parum refert. Eusebio dicitur Φαραὼ Chron. p. 7. Diodoro, Sesostris, (sive, ut ille scribit, Sesoosis,) titulo paterno. Si verum est, quod aliunde constat, regum Ægyptiorum commune nomen fuisse פרעה Pharao, uti in Hebræo codice scribitur, sive ΦΟΥΡΟ aut ΦΕΡΟ, quomodo Coptorum vetere sermone; nuncupari utique Pharao Sesostris potuit, sicuti Pharao Neco, et Pharao Hophra, qui Necos et Apries hac in Musa c. 158. et 161. Wess.

19. Ἐρυθρὴ βῶλος] Habet hinc Steph. Byz. in voce. Diodoro Ἱερὴ βῶλος et κώμη, sive vicus, ipsius-ne an librarii culpa, in dubio est. Mininne vero ambiguum, sumsisse omnem istam fabellam lib. I. 59. hoc ex loco. Wess.

Cap. CXII. 4. τοῦ Ἡφαιστηίου] Disputabant Grammatici περὶ τῶν τιμητικῶν, utrum Ἡφαίστιον, an Ἡφαίστειον, (quod in Ask.) melius esset: dignaque res visa Eugenio, æquali Imp. Anastasii, ut singulari commentario illustraretur apud Suidam in voce. In Edd. ac scriptis Græcorum libris discordia observatur insignis, modo Διονύσιον, nunc Διονύσειον, et hoc de genere alia. Copiam ingentem congessit ad Dionis Cassii lib. IV. p. 606. vir eruditissimus. Castra autem Tyriorum (l. 6.) non neglexit Gronov. quibus similia Judæorum castra in Augustamnica Ægypti provincia Notit. Imp. Orient. p. 204. sive στρατόπεδον Ἰουδαίων, Josephi Antiq. XIV. 8, 2. Adde infra c. 154. Wess.

10. καὶ δὴ καὶ ὅτι ξείνης Ἀφροδ. ἰθωνύμου] Si foret ὅτι οἱ ξείνης, etc. uti Reiskius conjicit, ἰθωνύμιον protectius esset, idemque ac ἰθωνυμίη: alioqui ἰθώνυμον (de quo præclare Stanleius in Æsch. VII. Theb. v. 138. et Hemsterhusius ad Luciani Dial. Mort. IX. 1.) non movendum. Potuisset et διαιτήθη se tueri, Ionum augmenta sæpe spernentium adsuetudine. Cetera omnia servo, nihil demutans. Vide tamen Miscell. Lips. Vol. VII. p. 639. Wess.—Ἐπωνύμιον, i. q. ἰθώνυμον, scil. τὸ ἱερόν. Etiam Pindarus ἰθωνύμιος pro communi ἰθώνυμος usurpavit, Ol. X. 95. et Pyth. I. 58. S.

Cap. CXIII. 4. ἐς τὸ Αἰγύπτιον πίλαγος] Emendat vir doctus ἐς τὸ Κυπρίων πίλαγος: id Sidonem fluctibus

adspergere, de qua c. 116. neque aliud ac Sidonium esse mare. Factum nollem. Ægyptium mare Plinio H. Nat. II. 68. et Nostro illud est, quod Ægyptum, et utrimque vicinas oras adluit. Neque Strabo dissentit, Carpathium Ægyptio committens, huic Creticum et Libycum, lib. X. p. 748. A. et II. p. 187. in Issico et Pamphylio sitam esse Cyprum, συνάπτουσαν τῷ Αἰγυπτίῳ πελάγει. Addit p. 182. D. maris Ægæi sinum συγκείμενον esse ἐκ τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους, καὶ τοῦ Παμφυλίου καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ. Quæ quidem pro Herodoto abunde sunt. Wess.—Strabonis testimonia leguntur p. 488. B. 125. D. et 121. D. ed. Cas. S.

7. ἐς Ταριχίας] Ionico flexu Ταριχνῖας dabunt forte codices. Supra c. 15. μίχρι Ταριχνῶν legebatur in MS. Galei. Quando nomen est urbis, Ταριχία scribendum censebat Salmasius. Valck.

8. Ἡρακλέος ἱρὸν] Canobi suburbio Heraclium (Heracleum) ab Herculis hoc templo nomen est in Strabonis XVII. p. 1153. A. (p. 801. B. ed. Cas.) Ipse Hercules in oraculi responso Καναβεύς apud Pausan. Phocic. c. 8. p. 830. et ejus cultus in Taciti Ann. II. 60. Jam quæ consequuntur, servos ejus in tutela fuisse docent; quorsum et Hebræos refert, dira Ægyptiorum servitute pressos olim, Paul. Ern. Jablonskius Diss. ultima de terra Gosen p. 101. conjectura admodum incerta. Illud autem ὅτευ ἀνθρώπων converti in ὅτεω, uti MSS. lib. IX. 82. plures, posset, nisi tertium Noster casum in similibus adamasset. Loca Herodoti studiosum fugere non possunt, et coacervavit doctissimus Raphelius ad Epistol. Paulli ad Ephes. I. 3. Porro ἐπιλάβηται Arch. non est absurdum. Wess.

17. τῷ οὔνομα ἦν Θῶνις] Homero Θῶν, Θῶνος. Ægypti rex Θῶνις est Æliano Hist. Anim. IX. 21. et Criticis in Nicandri Ther. v. 312. poëtæ Θώνιες ἐν ψαμάθοισιν ἀθρήσατο explicantibus de serpente hæmorrhoo, cui Θώνιες a loci rege titulus fuerit. Multo rectius, ut ego quidem censeo, Θώνιος patrius erit casus, et ψάμαθοι Θώνιος arenosus Thonidis præfecturæ tractus. Wess.—Apud Diodor. Sic. I. 19. Θῶνις est oppidi maritimi in Ægypto nomen. S.

Cap. CXIV. 11. ἵνα εἰδῶ ὅ τι κοτὲ καὶ λίξει] Nolo tot membranis obniti. Alioqui ἵνα ἴδω defendi potuisset. (At ἴδω saltem scriptum oporteret.) Tale Sophoclis Œd. Colon. 943. λίξαθ', ὡς ἴδω τὸ πᾶν οὖ χάριν δευρὶ ἥξα δᾶσσον: (v. 889. ed. Brunck, ubi quidem εἰδῶ ex MSS. recepit Editor.) et Ciceronis pro Arch. c. 8. vidi hunc dicere. Critici præterea ad Nicandri Theriaca ἐρῶ εἶα λίγυις, exemplum αἰσθήσεως ἀντὶ αἰσθήσεως ponunt, non neglectum a Barthio in Statii Theb. II. 100. Adde Cl. Oudendorpium ad Lucani I. 255. Wess.

Cap. CXV. 13. ὅσοι ὑπ' ἀνέμων ἤδη ἀπολαμφθέντες] In simili fluctuum et ventorum procella receptius ὑπολαμβάνεσθαι est. Sic VIII. 118. πλέοντα δέ μιν ἄνεμος Στρυμονίην ὑπολαβών: et VII. 170. quibus hanc ad rem locum contribuit Cl. d'Orvillius in Chariton. p. 269. Aliud Platoni placuit Phædon. p. 58. B. ὅταν τύχωσιν οἱ ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς: et Philostrato Heroic. c. 19. p. 741. νῦν ἄνεμοι τὴν ναῦν ἀπολάβωσι: ubi Salm. et Gruter. ἀποβάλωσι, nulla urgente caussa. Vide ibid. p. 748. et Uraniam Nostri c. 108. Wess.

17. παρὰ τοῦ, etc.] Hic egregia codicis est Medicei lectio, παρὰ τοῦ σωματοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἤλθες. Valck.—Formulæ istius, παρὰ γυναῖκα ἔρχεσθαι vel φοιτᾶν, et similium plura ex Nostro exempla congessit Gronovius. In his V. 70, 4. II. 66. 8. II. 111. 14. III. 69, 22. IV. 1, 15. VI. 68, 7. S.

19. οἴχεαι ἴχων ἐκπλίψας] Placet elegans Reiskii conjectura, οἴχεαι λιχίων ἐκπλίψας. VALCK.—Potuerat medium vocabulum (ἴχων) sine damno abesse, uti c. 118. τὰ οἴχεται πλίψας, si per MSS. stetisset. Cl. Reiskius οἰνίων aut λιχίων ejus in locum sufficit, non utique ignarus Herodoto verbi et participii istius usum in deliciis fuisse. Memini ad superiorem librum nonnulla posuisse. Vidi nunc Alcidamantis Declam. in Palamed. p. 186. (in Reiskii Oratorib. Græc. vol. VIII. p. 72. seq.) In præcedentibus (ad verba παρὰ τοῦ, etc.) erudita Gronovii exstat opera. WESS.—Conjecturam istam neutiquam necessariam, idem Reiskius in Animadverss. editis silentio pressit. Quamnam Adnotationem ad superiorem librum positam hic spectaverit Wesselingius haud scio, nisi illa sit quæ ad I. 37, 7. refertur, ubi de periphrastico præterito agebatur, quale illud est ἀπεκλῆσαι ἴχεις, et similia complura. At hoc quidem loco diversa ratio est: nec enim tam juncta intelligi debent ἴχων πλίψας, quam οἴχεαι ἴχων, nempe οἴχεαι ἔχων αὐτήν: quemadmodum ἴεχομαι ἴχων est adfero: et ἄπειμι ἴχων, aufero, proprie abeo mecum sumens; similiaque alia satis obvia. S.

26. ἐς ἄλλην τινὰ μετοικίζεσθαι] Arch. μετοικίζεσθαι singulare est, neque recordor de navigatione, aliorsum instituenda, simpliciter collocari. Μετοικισθεὶς ἐν τῷ πελάγει Thucyd. VII. 16. et μετοικίσαι τὴν ναῦν εἰς τὸ πέλαγος, Philostrati Vit. Apoll. VI. 12. p. 250. et alia de hoc genere, non bene respondent. Μεθοικίζεσθαι haud sprevit Euripides Medeæ, v. 255. et 443. sententia tamen translata. WESS.

CAP. CXVI. 1. Ἑλένης μὲν ταύτην ἄπιξιν, etc.] Syllaba repetita scriberem ταύτην τὴν ἄπιξιν. Helenam Euripidis legerat, ni fallor, Herodotus. Herodotea certe Philostrato obversabantur de Helena scribenti, tum alibi, tum præsertim in Heroicis, p. 694. VALCK. —Sæpe vero post οὗτος et hujus declinata articulum omittit Noster, quem Atticus scriptor non neglecturus erat. S.

4. ἐς ἣ μιτηᾶι αὐτὸν] Vallæ Latina, in quem (sive ex Gronovii correctione, in quod) eum transtulit, incongrua sunt, et turbas cient. Reiskius ἐς ἣ aut delendum, aut in ἐς τίλος conversum voluit, me invito. Verti debuerat, quare eum missum fecit sive neglexit: supra I. 115. οὗτος δὲ—λόγον εἶχε οὐδένα· ἐς ἣ ἔλαβε τὴν δίκην, quapropter pœnas dedit. WESS.—Possis ἐς ἣ intelligere quasi esset ἐς ἣ ἀπιδὼν, quod respiciens, quo respectu, i. e. qua causa. S.

5. δῆλον δὴ, κατὰ γὰρ, etc.] Distinguit scribitque Reiskius: δῆλον δέ· κάρτα γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι (καὶ οὐδαμοῦ ἄλλη ἀπεσάθισε ἑαυτὸν) πλάνην, etc. cui de punctione non admodum refragor. Guil. Budæo Comment. Gr. Ling. p. 418. (p. 806. extr. et seq. ed. 1548.) eadem fuit animi sententia. Agnosco præterea κάρτα et κατὰ in membranis permisceri nonnunquam, cujus nullum hic quidem vestigium. Mihi κατὰ ex Ionum et Nostri sermone non diversum aliudve ac καθά. Id si probes, non eget tali auxilio Herodotus; nedum ut dictum intelligas pro καταδῆλον δὲ ἐποίησε etc. uti Abreschius Diluc. Thucyd. p. 794. suspicabatur. WESS.—Scilicet olim post ἑαυτὸν non incisa erat oratio; recte vero comma interposuit Wess. Equidem cum Reizio, ut suaserat Reiskius, verba ista (καὶ—ἑαυτὸν) parentheseos signis inclusi: intelligoque etiam, commode me facturum fuisse, si δῆλον δέ· cum paulo majore distinctione scripsissem. Jam κατὰ haud dubie Ionica specie ponitur pro eo quod communi lingua καθὰ vel καθ' ἃ est, atque idem fere ac ὡς sonat, ut, quemadmodum, prout, quatenus, sicut I. 208, 3. II. 6, 3. III. 86, 1. pro quo alibi κατὰ τὰ ait,

qua de formula ad II. 99, 3. dictum est. Ad ne sic quidem difficultate caret h. l. sermonis consecutio: nam ab hac particula κατὰ incipit protasis quædam, cui quæ respondeat apodosis haud satis adparet: quare etiam Reiskius in Notis MSS. ad Wess. missis κατὰ in κατὰ mutandum censuerat. Ego vero, quoniam κατὰ idem atque ὡς valet, videndum puto, ne sit simillima hujus structuræ ratio atque illius, cujus plura exempla ad I. 58, 7. congessi: nisi quod pro infinitivo, qui ibi in elliptica apodosi ponitur, hic dein ait ὡς ἀπηνείχθη ἄγων, quod quidem perinde est ac si dixisset ἀπενειχθῆναι ἄγοντα. Quæ si cui minus placet ratio, dicendum fuerit cum eodem Reiskio in Animadverss. editis ad hunc locum p. 108. "Apodosin verborum "κατὰ γὰρ ἐκείνους esse demum in illis "verbis, quæ infra leguntur, (l. 23.) ἐν "τούτοισι τοῖσι ἔπεσι δηλοῖ, etc. hoc sensu: "nam secundum illum modum, quo "fictos a se errores Alexandri exposuit; "(nusquam autem se retractat)——illo "itaque modo illisque verbis declarat "sibi non ignotum fuisse Alexandri ad "Ægyptum appulsum." Miratus sum vero, de verbi ἀναπροδίζειν usu, et de notione qua illud hic accipiendum, a doctissimis Interpretibus, et in adstruendo rariore verborum usu alioqui diligentissimis, nihil hoc loco notatum reperiri. Nam verissima quidem videtur Vallæ interpretatio, nec usquam alibi *retractat*, quam omnes etiam tenuerunt interpretes, eadem puto ratione qua Gallice se retracter usurpamus, id est, diversum vel contrarium dicere ejus quod semel diximus. Atqui nullum alium vel Nostri locum vel alius cujuspiam scriptoris aut legere memini aut prolatum reperio, quo ista notione usurpetur hoc verbum: et apud Nostrum quidem non modo lib. V. cap. 92, 97. longe diversa notione positum est, verum etiam hoc ipso loco Guil. Budæus, a Wess. citatus, sic interpretatur "et nusquam alibi "se ipsum revocavit, id est, nusquam id "iterum dixit." Pariterque H. Stephanus in Thes. T. III. p. 517. f. "se "ipsum revocavit, pro iterum idem "dixit." Schneiderus vero in Lexic. crit. alterum Herodoti locum citans, hunc quidem silentio prætermisit. Cæterum eamdem famam de Helena in Ægypto retenta, non Trojam a Paride abducta, secutus est Euripides in cognomine fabula. Conf. Fabric. ad Sext. Empir. VII. 180. S.

9. ἐν Διομήδεος Ἀριστείῃ] Auctoritate Codicum destituto non requirerentur ista. Sunt subjecti versus ex Iliad. Z'. 289. et seqq. Διομήδους ἀριστεία vocabatur a Grammaticis Ilias E'. in qua meminit in transcursu Poëta Alexandri, naviumque architecti Pherecli: sed hoc nihil ad Herodotum facit, Homerum etiam alibi commemorantem, nuspiam tamen appellationes, quibus Homerei carminis diversas insignivere partes Grammatici. Primus forte Plato meminit Νεκυίας Odysseæ in Minoë p. 319. D. Ceterum in Ægypto permansisse Menelaum censuit Dion. Chrys. Or. XI. p. 188. C. atque id ipsum obscurius indicatum ab Homero. VALCK.—Non patitur constructionis tenor, ut abjiciantur ista verba. Iliadis librum quintum sequioris ætatis Grammatici Διομήδους Ἀριστείαν inscribentes, sexto libro alium titulum fecerunt. Intelligi autem par est, antiquitus carmen illud, quod Διομήδους ἀριστεία inscriptum erat, sextum etiam librum esse complexum. Conf. Wolfii Proleg. ad Homer. p. CVIII. et Heynii Obs. ad Iliad. Z'. 289. et ad I'. princ. S.

[15. ἐν Ὀδυσσείῃ] Odyss. Δ'. 227 seqq. et 351 seq. S.]

CAP. CXVII. 1. Κατὰ ταῦτα] Cum his non cohæret δηλοῖ. Lineola tantum

adjecta scribi posset: Κατὰ ταῦτα—δῆλον, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἴσασί ἐστι: Ex istis versibus, postremo potissimum loco, manifestum est: δηλοῖ servari poterit, si scribatur: Καὶ ταῦτα δὴ τὰ ἴσασα, καὶ τόδε τὸ χωρίον. Sed nimis forte suspiciosus in Herodoto miror equidem τὸ χωρίον. Veterum loca quæ dicimus, recentiores inprimis Philologi Græci non tantum ῥήσεις, et χρήσεις, et μαρτύρια dicebant, sed etiam χωρία, vel τόπους. Sic sæpe Scholiastæ et Eustathius: item Athen. XV. p. 671. F. Ἀρίσταρχος ἐξηγούμενος τὸ χωρίον. Lucian. T. II. p. 17. (Quomodo conscr. Hist. c. 12.) τὸ χωρίον τῆς γραφῆς, libri, quem scripserat, locum: in Act. Ap. Lucæ VII. 32. ἡ περιοχὴ τῆς γραφῆς, locus est de istis, quæ γραφικὰ χωρία, S. S. loca vocantur in Epist. Ignatio inscripta p. 99. τόπον habet et alibi Lucas Eu. IV. 17. Sed neutrum hunc in usum adhibitum inveni apud Scriptores, qui rebus Græcorum florentibus viguerunt, ubi Poëtarum excitant antiquorum loca, præterquam hic ap. Herod. et in uno loco Xenophontis Ἀπομν. II. (c. 1, 20) p. 429, 35. Illic Epicharmi trochaico: Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί: (quo modo scribendum e Stobæo p. 198, 48.) subjiciuntur ista: καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησίν· Ὦ ποτνιὰ, μὴ τὰ μαλακὰ μώλυε, μὴ τὰ σκληρ' ἴχνη: quæ, nimium vexata, trochaicum etiam optimum efficiunt. Sed si qui Socratis supersunt amatores, hos rogo, Socrati-ne congruant ista vel Xenophonti, an recentioris ævi Philologo, qui ad priora totam illam periocham καὶ ἐν ἄλλῳ δ. τ. φ. Ὦ. π. retulerit? VALCK.—Valckenarii conjecturam secuti Reiz. et Borh. l. 2. δῆλον ὅτι οὐκ Ὁμήρου ediderunt; et ex Reiziano exemplo δῆλον, me imprudente, in nostram transiit editionem. Cujus novationis in Var. saltem Lect. (ed. S.) mentionem facere debueram; nam δηλοῖ, consentientibus MSS. omnibus et editis, tenuerat Wess. tenuitque etiam prudentissimus Schæfer. Nec vero, cur mutaretur, idonea caussa fuit: nam si haud ita commode, ut paulo ante, (c. 116, 23.) intelligi h. l. posse putaremus, δηλοῖ Ὁμηρος vel ὁ ποιητὴς, declarat poëta: nihil impediebat, quo minus idem verbum hic intransitive et impersonaliter acciperemus, clarum est, adparet, quemadmodum IX. 68, 1. ac fortasse etiam alibi: similiterque δείδειξι, II. 134, 15. III. 82, 15. et εἰδήλωσι apud Xenoph. Memorab. I. 2, 32. et Cyrop. VII. 1, 30. Jam, quod ait καὶ τόδε τὸ χωρίον, et hic locus, intelligit Larch. cum Valck. duo versus postremo citatos, sic vertens: "Ces vers du Poëte, et principalement *les deux derniers*, prouvent," etc. Atqui Homericos illos versus de Menelao in Ægypto retento opportune quidem præmisit Herodotus narrationi isti sacerdotum Ægyptiorum, quam cap. 118. et seq. relaturus erat: nec vero ex eisdem versibus, præ reliquis quos ante adposuit, maxime efficitur id, quod hoc cap. de Cypriorum carminum auctore obiter ostendere vult. Itaque τόδε τὸ χωρίον, si modo genuina Herodoti hæc verba sunt, intelligi debet ille Poëtæ locus, quem proxime Herodotus extremo capite superiore respexit, quem iterum paulo post diserte indicat, nempe locus ex Iliade citatus, quo memoratur, Alexandrum cum Helena, per vastum mare oberrantem, ad Sidonem adpulisse. Sed, ut dicam quod sentio, etiam ego valde dubito, Herodotum χωρίον dixisse locum ex auctore quodam citatum; nec vero idcirco cum Borheckio totum hoc cap. CXVII. suspectum habeo: sed scire velim, an omnes veteres codices h. l. duo ista verba τὸ χωρίον agnoscant: denique videndum puto, ne

ipsa hæc duo verba temere alim adsuta intrusaque fuerint; quæ si cum Schæfero abjiceremus, percommode flueret oratio: Κατὰ ταῦτα δὴ τὰ ἴσια καὶ τόδε οὐκ ἤκουσα, ἀλλὰ μάλιστα, δηλοῖ, ὅτι οὐκ Ὁμήρου, etc. Ex eisdem versibus etiam hoc maxime adparet, etc. S.

5. ἰδεῖν τι πυθόμενοι χρηστάμενος] Videtur poëtæ τῶν Κυπρίων dictionem expressisse. Notissimum est Sophoclis jucundum illud, Philoct. v. 822. Ὕπν' ὀδύνας ἀδαὴς, ὕπνε δ' ἀλγίων ἰώμενε ἡμῖν ἔλθοις. Belle vero Noster concludit, Homero τὰ Κύπρια ἴσια perperam transscribi, quod factum ab aliis novimus. Verus auctor in dubio est. Aristoteles Poët. Art. c. 16. Dicæogeni τὰ Κύπρια tribuit; alii Stasino, quemadmodum Schol. ad Iliad. A'. 5. aut Hegesiæ, vel Halicarnassensi cuidam, sicuti apud Athenæum XV. 9. (c. 30. nostræ ed. p. 682. ed. Cas. conf. eumdem Athen. VIII. 334. b. c. et Animadv. ad utrumque locum.) qua de re docte Th. Rykius Dissert. de Italiæ Colon. Prim. c. x. p. 446. et eo duce usus Jac. Perizonius ad Æliani Var. Hist. IX. 15. Sit-ne Ἰλιὰς Ἐλάσσων vitæ Hom. c. 16. idem ac τὰ Κύπρια poëma, quæremus obportuniore tempore. Wess.

Cap. CXVIII. 5. ἐς τὴν Τευκρίδα γῆν] Sic melius et scriptoris more et Corinthio quoque. Sic τὴν Μιλυάδα γῆν I. 173. τὴν Μηδικὴν γῆν IV. 12. τὴν Αἰολίδα γῆν Edd. VI. 8. τὴν Ἰλιάδα γῆν VII. 42. ut plura ne congeram, dixit. Wess.

12. μὴ μὲν ἴσχειν Ἑλένην] Est cui μὲ μὴν adridet, quo modo in Theophylacto Simoc. lib. II. 16. ὠχύρου ὅρκῳ τὸν Βουβᾶν περισώζειν, μὴ μὴν ἀναιρεῖν. Neque defit, μή μιν ἴσχειν corrigens. Neutrum necesse erit, si, quod G. Corinthus adseverat, (Dialect. Ion. §. 62.) μὴ μὲν Ionici sit commatis, sicuti est II. 179. (et sæpe alias.) Wess.

Cap. CXIX. 3. καὶ Ἑλένην ἁρπαθῆναι κακῶν ἀπήλαβε] De Helena, Trojamne fuerit asportata ab Alexandro, an in Ægyptum, magna inter veteres discordia. Cum Euripide Elect. v. 1280. Herodotus quadam ex parte facit, Πρωτέως γὰρ ἐκ δόμων Ἥκει λιπεῖν Αἴγυπτον· εἰδὼ ἦλθε Φρύγας. Adduntur de simulacro Helenæ, quæ hic præteriit, uberiusque enarrantur in Tragici Helena. Quare veritas non prorsus constat observationi περὶ τοῦ εἰδώλου τῆς Ἑλένης Eustathianæ, τούτων εἷς ἂν καὶ Ἡρόδοτος, in Iliad Γ'. p. 397, 45. (p. 301, 24. ed. Bas.) Wess.

8. ἔντομά σφια ἐποίησε] Plutarchus de Malign. ἐντομὰς ἐποίησε, quod in Lexica translatum durat: at error Plutarchi aut librariorum est. Simili Noster in re, atque ut venti placarentur, VII. 191. τίλος δέ, ἔντομά τε ποιεῦντες. Valla de haruspicina, quæ exsectione fieret, accepit. Et multis sane in sacris ἐντομὰς ad sanguinem eliciendum, frequentabant superstitiosi veteratores. In Luciani Asin. c. 37. circumforanei deæ Syriæ sacerdotes τοῖς ξίφεσιν ἐτίμωντο τοὺς πήχεις. Talis venefica anus τὸν βραχίονα ἐντεμοῦσα Heliodori Æth. VI. p. 293. et antistites Baalis I. Reg. XVIII. 28. præterque ceteros fanaticus, sive Dianaticus, graphice a Maximo Taurinensi Serm. XXXII. Tom. IV. Anecd. Muratorii p. 100. descriptus. At scelerosum magis, humanasque victimas, puto innui. Quæ quidem religio, inpia et horribilis, in Ægypto ἀνόσιος erat, c. 45. Apud Græcos non insolita: Virgilii Æn. II. 116. quis ignorat? Sanguine placastis ventos et virgine cæsa. Sanguine quærendi reditus. Quibus et H. Stephanus, mecum sentiens, usus fuit Thes. T. III. p. 1401. Aliis ἔντομα et ἐντέμνειν de inferiis: quorsum Critici Apollon. Rh. I. 587. a Porto haud neglecti, respexerunt. Wess.

11. ἐπὶ Λιβύης] Ἰδὲ ἐπὶ Λιβύης legitur in

Herodotejs Plutarchi T. II. P. 857. B. Utrumvis scribi potuit, οἴχεσθαι φεύγοντα παρὰ ἐπὶ Λιβύης, vel ἰθὺ Λιβύης: hoc, quia Herodoteum est, sincerum arbitror; alterum natum ex interpretamento; licet ἐπὶ cum casu secundo magis etiam in motu frequentet Herodotus, quam alterum ἰθύ. VALCK.

CAP. CXX. 11. οὔτ' ἔστι ἔτι οὐ δύο, ἢ τρεῖς] Cultius hoc: alioqui et prius οὐκ subprimendum, fatente viro Celeb. Monuit etiam Reiskius. Ceterum hanc Herodoti disputationem examini Ang. Maria Riccius submisit, modesto et placido, Diss. XL. in Homer. p. 217. Tom. II. Est in omni eo genere, cum prisci scriptores in partes abeunt, libera arbitrandi optio, atque id, quod unicuique propius vero censetur, amplectendi. Habet Herodotus veterum haud paucos consentaneos, in his maxima ex parte, uti obiter monitum, Euripidem; neque illi adsensum Libanius negavit Declam. I. p. 189. Secuti et alii fuerunt, ad testimonium a Jo. Alb. Fabricio vocati in Sexti Empirici lib. VII. adv. Mathem. p. 427. Plures Homeri amor et studium in diversa conpulit. Controversia ipsa in ambiguo hæret, incertis fulta conjecturis. De Chrysostomo Dione dico nihil: discrepat ejus caussa. WESS.

19. καὶ περισβύτερος, καὶ ἀνὴρ] Exsulant hæc e Med. et Ask. quorum negligens silentium Gronovio persuasit, ut pro subpositiciis ferrentur. Mea multum dissidet sententia: namque luxa et hians erit oratio, ea si auferantur; vetant præterea MSS. in quis Passionei Cardinalis codex, par Mediceo. Hectorem autem natu et virtute Alexandro fuisse priorem, qui Homerum novit, obliviscetur nunquam; neque latuit eruditissimo viro, cupide nimis, quod in mores abierat, Schedis Florentinis faventi. WESS.

27. ὅπως πανωλεθρίῃ, etc.] Deo minus indignam opinionem suam Herodotus opposuit sententiæ Poëtæ veterrimi, qui cecinerat τὰ Κύπρια ἔπη, quemque supra (c. 117.) Homerum esse negabat. Istius Poëtæ Jupiter, ut terram incolarum onere prægravatam levaret, ἐν πυκιναῖς φρεσὶ βίσσιν Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν, Ῥικίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο: in Schol. ad Hom. Iliad. A'. 5. Hanc et alibi sententiam sequutus est Euripides et in Helena v. 39. seq. Quæ habet Euripidea similis argumenti Strabo IV. p. 279. A. (p. 183. D. ed. Cas.) suspicor e deperdito dramate repetita. Euripidis studiosissimo Chrysippo Philosopho non displicuit ista ratio, cujus e lib. III. de Diis verba quædam exhibet Plutarchus T. II. p. 1049. B. Homines Jupiter iste tanti faciebat, quanti Appii illius cæci filia, quæ, Gellio teste Noct. Att. X. 6. utinam, inquit, reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miseram convexavit. VALCK.

CAP. CXXI. 4. κίνει καὶ ἴλλουσι πήχιον] Hoc malui, non ignarus poëtarum usu, sed metri ob leges, ἰλίνουσι celebrari. Recurret II. 130, 134, 175. invitis Codicum tabulis. At hoc perquam leve. Protei regis successor (qui Rampsinitus Nostro) Diodoro Remphis I. 62. audit; Rhamses, si Marshami valeat opinio, Tacito Ann. II. 60. Verum quæ de Rhamse Tacitus et ejus per Africam Asiamque expeditionibus et ablatis inde manubiis, in Rampsinitum non quadrant, in Sesostrim optime, quem quoque in Ramse latere, Henr. Valesius et Jac. Perizonius Orig. Ægypt. c. XVII. 348. conjecerunt. Duo autem illa Rhampsiniti simulacra et scriptoris orationem Gronov. præclare, illustravit. WESS.—At, quod ad illus-

tranda duo illa simulacra spectet, nihil equidem in Gronovii Notis reperio, nisi quæ de codicis Medicei scriptura monuit, quem ille secutus est, et nos cum illo et cum Wesselingio. Tum vero de formula πρὸς βορέω monet, potuisse perinde πρὸς βορέην scribi, quemadmodum mox πρὸς νότον in accus. casu legitur. Sed amat nempe Herodotus variare orationis structuram. conf. ad I. 202, 15. notata, p. 204. Jam quod ad rem pertinet: qui a septemtrione stabat colossus, is meridiem (puto) spectabat, eoque æstas salutabatur: qui a meridie stabat, is septemtrionem spectabat, adeoque hyems vocabatur: non vice versa, ut a nonnullis video accipi. S.

10. τῶν ὕστερον ἐπιτραφέντων] Videlicet τὴν ἀρχὴν aut τὸ σκῆπτρον, sicuti III. 142. Etsi autem egregii hoc in verbo MSS. sint Med. Ask. et Pass. majore in laude forent, si ἐπιτραφθέντων obtulissent, quemadmodum I. 7. Adsolet enim Noster, popularium suorum adsuetudine, in passivis hunc modulum, quamquam sono asperiorem, præferre. Lege Eustath. in Homer. p. 159, 41. (Iliad. p. 393. med. ed. Bas.) Wess. — Recte quidem ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχὴν scribitur I. 7, 10. a præs. ἐπιτρέπω. Recte vero item h. l. ἐπιτραφέντων (i. q. ἐπιγινομένων) a verbo ἐπιτρέφω, quo usus est Noster, haud admodum dissimili notione I. 123. 5. et IV. 3, 2. S.

14. τῶν λίθων — ἵνα ἐξαίρετον, sive ἐξαιρετόν] Hinc corrigi fortasse poterit Charax apud Schol. Aristoph. ad Nub. v. 508. ubi Agamedes et Trophonius in Elide ταμιεῖον χρυσοῦ κατεσκεύασαν Αὐγείᾳ, ᾧ καταλείψαντες ἀρμὸν λίθου: scripserat ne ἐν ᾧ καταλείψαντες ἀνάρμοστον λίθον, νυκτὸς εἰσιόντες ἔκλεπτον τῶν χρημάτων? ut ἀνάρμοστον dixerit lapidem non coagmentatum, τὸν ἐξαίρετον ῥηδίως Herodoti, vel εὐεξαίρετον. In eadem historia Pausan. IX. p. 785. ἐπείσησαν ἐνταῦθα τῶν λίθων εἶναι ἕνα σφίσιν ἀφαιρεῖν κατὰ τὸ ἐκτός. Quæ narrantur apud utrumque simillima sunt in universum fabulæ Herodoteæ de thesauro Rhampsiniti: qui, Diodoro Ῥίμφις dictus, ob opes sordide coacervatas οὐ βασιλεὺς ἀλλ' οἰκονόμος ἀγαθὸς audiebat. Ex Herodoto videntur a Græculo quodam repetita atque in Agameden Trophoniumque translata, e quo sua hauserint Charax et Pausanias. Hi nihil habent, quo paulo post τὰ μίτρα illustrentur: instrumenta filiis pater probabiliter dedit, quibus lapis sic potuerit ceteris interponi, ut coagmentatus videretur: qualia dici potuerunt ἄρμοστρα. Quod scribit Herod. (l. 35.) πάγας —— περὶ τὰ ἀγγήϊα —— σπῆσαι, Characis Dædalus, qui in Elide degebat exul (αὐτόσε legerim, pro ἔκτοσε·) παγίδας ἔστησεν. Pausaniæ Hyrieus ἔστησεν ὑπὲρ τῶν ἀγγείων πάγας. Furum alterum Herod. τῇ πάγῃ scribit ἐνίσχεσθαι: Agameden Pausaniæ ὁ δεσμὸς κατεῖχε. Characis παγίσι περιπεσὼν Ἀγαμήδης ἀναιρεῖται. Clar. Ernesti reponit αἱρεῖται. Tandem ob eamdem, quam tradit Herodotus, rationem apud Pausaniam et Characem furto proximus illaqueati fratris caput amputat. Valck.

23. δοῦναι τὰ μίτρα αὐτοῦ] In Miscell. Lipsiens. Vol. VII. p. 640. convertuntur τὰ μίτρα in τὰ τιμήρια sive indicia et lapidis notas. Non arbitror, necesse fuisse. Callidus et furax senex exemtilis lapidis indolem, situmque liberis exposuit, tum, ne errarent, quæ ejus mensura, et qui termini. Ita μίτρα Θαλάσσης in Oraculo I. 47. et passim alia. Wess. — Puto consulto τὰ μίτρα scripsisse Herodotum; scilicet mensuras, non solum ipsius lapidis mensuram, sed mensuram distantiarum ab imo ædificio et ab utroque latere. S.

[32. πεπλειμένου] Herodoti stylo con-

venientius fuerit πεπλεισμένου, quod probati præferunt codices. Cf. ad I. 186, 11. S.]

35. πάγας προστάξαι ἐργάσασθαι] Simili in narratione Pausanias IX. 37. p. 784. Ἔστησεν οὖν ἐπὶ τῶν ἀγγείων — πάγας. Sic enim tono mutato oportebat, et bene Kühnius. Ipsa vero illa de Agamede et Trophonio fabella adeo Herodoteis respondet, ut ejus struendæ ansam præbuisse videantur. Certe Pausanias, ut sæpe adsuevit, Nostri dictionem expressit. Adde Schol. in Comici Nub. 508. Wess.

42. ἕως μὴ αἰνὸς —— προσαπολέσῃ] Hoc melius. Solet ἕως et ἕστις ita instrui, quamquam correctoribus sæpe aliud placuit, sicuti paullo inferius; et c. 120. Habet, quæ hoc adfirmant, Rich. Dawes Miscell. p. 228. Wess. — Bene et h. l. προσαπολέσῃ, et dein l. 55. ἕως —— πομπῇ, in futuro indicativi, quia subjunctivus futuro tempore caret, sive illud simile habet indicativo. Recte vero item c. 120. 26. ἕως —— πυήσωσι in aoristo. S.

43. τῷ δὶ δόξαι] Τῷ δὶ δόξαν Arch. non inprobum. Inferius c. 148. δόξαν δί σφι, et frequenter apud alios. Euripides Suppl. 129. ἰδίᾳ δοκῶσάν σοι τόδε: et Heraclid. v. 187. Wess. — At, δόξαν si legeres, abesse debebat consequens καὶ particula. S.

49. ἀπορεύμενον δί μιν, τάδε ποιῆσαι] Errarunt librarii Arch. et Vind., Vallamque in præcipitia egerunt. Nam quod Vind. edit, id mihi hic fuisse olim ἀπορεύμενον δί μιν τάδε, τάδε, etc. innuit: repetitum enim vocabulum, ut subprimeretur alterum, occasionem dare potuit. Sane Euripideum ἀπόρημα τάδε, ab Henr. Stephano productum adsimile est. Vide ejus Thes. T. III. p. 169. Wess.

58. χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ] Tot scriptis obniti non sum ausus, tantoque minus quod λαμβάνεσθαι reprehendendi notionem haud recuset. Ut nihil tamen dissimulem, pene adcedo Abbati Geinoxio, verba omnia ἡ μήτηρ τοῦ περιόντος παιδὸς ex glossa derivanti. Posuit paullo ante τὸν περιόντα παῖδα. Cui bono hæc iteratio? Turbatur præterea insiticiis ordo et structura sermonis, filium spectantis: tum autem ὡς χαλεπῶς ἐλαμβάνετο passiva erit potestate, cum acerbius acciperetur. Verum, omnibus contra euntibus membranis, hæc tango magis, quam adsevero. Wess. — Nec subjecti orationis in proximo membro mutatio turbare nos debet, nec verborum quorumdam paullo ante positorum repetitio: nihil in his inest quod a stylo Nostri abhorreat. Tum χαλεπῶς λαμβάνεσθαι τινὸς proprie est duro modo aliquem prehendere et tenere, i. e. aspere premere, acriter instare, pressim urgere. S.

64. ποδέων αἰνὸν λίην ἀπαμμένους] Inprudenter Ionicam speciem ultimo detraxerunt Med. et Pass. Vide I. 199. IV. 98., quæ Gronovii tamen acumen flectere haud valuerunt. Ποδέων ἀσκῶν Valla verterat pedes. Sunt hic, et in oraculo quod regi Ægeo quondam redditum traditur, utrium petioli sive prominulæ partes: ἃ τοῦ ἀσκοῦ προέχει, Scholia in Euripid. Medeam v. 679. explicant. At hæc occupavit eruditissimus Paull. Leopardus Emend. VII. 13. Wess.

74. ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι τῶν ἀσκῶν ἕνα] Bene memini ἀνάξιά σφεων αὐτῶν I. 73.; hic locus aliam seriem postulat. Προσγαγέσθαι in ea schedarum discordia potius habetur. Pausanias IX. 5. παντελῶν δὶ ἐς διαφορὰν προήχθη: et c. 8. προήχθησάν τινες ὑπὸ μίθης ἐς ὕβριν, sæpeque alias. Junge Vit. Homeri c. 21. Post pauca (l. 79.) Aldinum καὶ ἐπὶ. αὐτοῖσι καὶ ἄλλων τῶν ἀσκῶν, satis utique protectum nunc, haud sprevi. Idem,

Aldum tamen prætereuntes, viri doctissimi Corn. de Pauw, Reiskius et Abreschius conjectando divinarant. Wess.

§ 83. *τῶν φυλάκων ὑπὸ λύμῃ*, etc.] Sic *ὑπὸ λύμῃ*, contumeliæ caussa III. 14. et Sophocl. Elect. 1201. Similem ignominiam legatis Davidis inposuit Ammonitarum regulus Chanun, belloque occasionem dedit, II. Samuel. 10, 4. Durat in hanc ætatem apud Arabes et Turcas contumeliosum pœnæ et injuriæ genus, quo aut barba vellitur aut ex parte raditur. De Arabibus testem fero Abulpharaium Hist. Dynast. IX. p. 186.; Turcarum consuetudines exponit Ism. Bullialdus ad Hist. Byz. Ducæ, c. 15. Wess.

90. *κατίσαι ὑπ' οἰκήματος*] Hic et cap. 126. errantem Vallam corrigit L. Bos. Obs. Crit. c. 2. vid. Anim. in Ammon. p. 177. Sæpenumero peccarunt interpretes in hac voce, velut in Charmide Platonis T. II. p. 163. B. Isæi Or. V. p. 58, 15. ubi *καθῆσθε ἐν οἰκήματι* et *ἀπὸ τοῦ οἰκήματος ἀνίστασαι* redduntur ab interprete p. 457. domi mansit, et e domo discessit: in Dionis Chrys. Or. XL. p. 494. C. et Or. VII. p. 127. D. paulo ante facta mentio fuerat *οἰκημάτων ῥυπαρῶν*: ut *μιαρῶν οἰκημάτων* ap. Athen. V. p. 220. D. *οἴκημα πονηρὸν* dixit interpres Ezech. XVI. 24. In Origene contr. Cels. I. p. 50. scribendum puto, *ἀπὸ οἰκήματος αὐτὸν μετήγαγεν*, deleta voce nihili ἰστίου, nata e *στίγους* vel *τίγους*, quam vocem adscripserant e lib. III. p. 152: locum tentarunt Boherellus, Menag. et Davisius. Recentioribus *τὸ οἴκημα* passim *τίγος* dicitur vel *στίγος*. De puero cujas esset interrogatus Diogenes, acerbo lusu Τιγιάτης ἔφη. Laërt. VI. 61. Valck.

Ibid. *κατίσαι ὑπ' οἰκήματος*] Ex Vallæ Latinis domi: oportuerat in lupanari ut cap. 126. ubi par ejusdem lapsus, notatus a Jo. Taylor ad Marm. Sandvicense, pag. 59. et pridem a Th. Galeo. Censui autem Aldinum atque aliorum *τὴν* sufficere, neque accessionis incremento ex Med. indigere. Wess. — Conf. ad II. 86, 1. notata. S.

98. *ἀποταμόντα ἐν τῷ ὦμῳ τὴν χεῖρα*] Postulant hunc ordinem scripti Codd.; *χεὶρ* pro brachio ponitur, ab humero in extimos digitos porrecto, sicuti apud Homerum et brevi post. Amplius est, neque alienum tamen, de Scytharum crudelibus victimis *τῶν —— ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποταμόντες σὺν τῇσι χερσὶ* ex lib. IV. 62. Wess.

99. *ὡς τοῦ βασιλῆος τὴν θυγατέρα*] Non recuso eam hic formulam, alibi fortasse. Aristoph. Plut. 242. *ἦν δ' ὡς παρανλῆν' ἄνθρωπον εἰσιλθὼν τύχω*: Joseph. Antiq. XVIII. 8, 4. Judæi *εἰσίασιν ὡς τὸν Πετρώνιον*: et Alciphron I. 28. cum Bergleri observatis. Jam quod Gronov. ad II. 115. *εἰσελθόντα δὲ ἐς τοῦ βασ. τὴν θυγατέρα* eo nomine proscribit, quod eo nihil magis obscœnum videatur, laudare non possum. Adeone sui oblitus Polybii fuit, qui XV. 24. (XV. 26, 1. nostræ ed.) *εἰς τούτους εἰσῆλθε μετὰ τοῦ βασιλίως*. Apollodori II. 4, 3. de Perseo, *εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα*, et S. Lucæ Actor. XVI. 40. *εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν*, de Paullo Apostolo et Sila? Lege adnotationes ad illa Lucæ Cl. Alberti. Wess. — Gronovianum *ὡς* cum aliis etiam Borh. tenuit: et pulcre quidem novi, amare hoc Atticos scriptores. Ego vero *ἐς* revocare eo minus dubitavi, quod nusquam alibi citra controversiam *ὡς* pro *ἐς* vel *πρὸς* usurpatum Nostro memini reperire, licet subinde codex unus et alter istam præferat particulam, ut I. 116, 3. II. 135, 24. 147, 15. III. 140, 5. S.

Cap. CXXII. 3. *τὰ μὲν ὑπὲρ αὐτήν*] Hæc et vicina, ingeniose tractata, in Joseph Pharaonem accommodare tentat

juvenis eruditus Dan. Szathmari, in Dissertat. Franequeræ nuper divulgata de Pharaonibus; alea cum Cerere ludere, eamque vincere, vel ab illa vinci, nihil aliud esse judicans, quam Cererem almam et fautricem, vel vicissim inimicam experiri. VALCK.

4. *καί μιν πάλιν ἀπικέσθαι*] Cum scripserit in prægressis *τὸν βασιλῆα ζωὸν καταβῆναι κάτω*, quidni recipimus ex MSS. *πάλιν ἄνω ἀπικέσθαι*? Mihi, ne redeat, inpedimento Athenæus est, vocem negligens: tacent etiam schedæ aliæ. Quæ vero post nonnulla (l. 8.) in Codd. *οὐ μὲν εἶγε* sive *εἴτε*, *διὰ ταῦτα ἐρε.* mediis neglectis, specimen sunt aberrantium ob iteratas easdem voces librariorum, neque morari Virum Cl. debuerant. WESS.

12. *ἐς ἱρὸν Δήμητρος*] Mox denuo *τὸ ἱρὸν τῆς Δήμητρος*, quod cupidum non retrahet, quo minus ex Vind. et Arch. *ἐς Δήμητρος* recipiat. Specta lætitiam Gronovii ob Medic. *ἐς Ἀμφιάρεω* VIII. 134. et hoc Comici Thesmoph. 231. *ἐς τὸ τῶν Σιμωῶν Θιῶν*. Alia sciens prætereo. Id ex St. Bergleri indicio obportunum est: in Darsania, Indiæ urbe, mulieres stamen vestis in jugali extendere, detexere et desecare uno die: Dionysius in Bassaricis, *Ἐνθάδε πίσπλα γυναῖκες Αὐτῆμαρ κροκόωσιν, ἐφ' ἱστοσίδων τανύουσαι Αὐτῆμαρ δ' ἱστάμενται, καὶ αὐτῆμαρ ἐρύσαντο*: sic postrema, in Steph. *Δαρσάνια* manca, explevit Falkenburgius ad Nonnum eleganter: aliter Salmasius in Capitolini Pertinac. c. 8. WESS.

CAP. CXXIII. 6. *ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι*] Eodem Ægyptios honore Clemens Alex. mactat Strom. VII. pag. 752. Ciceronem si audimus, Pherecydes Syrius primum dixit animos esse hominum sempiternos, Disput. Tuscul. I. 16. quo de philosopho plane diversa, uti Ciceroni adscripsit Davisius, litteris Tatianus, prodidit Orat. ad Græc. cap. 41. Et nunc certe ejus oratio illud præfert. Ego vero non dubito de transpositis, amanuensium errore, Tatiani verbis. Scripserat de Pythagora, *Εὔφορβος γεγενῆσθαί φησιν, τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστί· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν*. Liquida res est ex c. 5. ubi Pythagoræ *Φερεκύδους* sive Pherecydis *τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν* contribuit, nusquam Aristoteli, ne quidem apud alios. Atque hæc Tatiani caussa. WESS.

10. *τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ*, etc.] Optime MSS. et Gronovius. *Περιέλησις* Edd. exprimere apta est nugas Judæorum recentioris ævi, plus quam poëticas, גלגול נשמות sive animarum rotationes perque cavernas volutationes apud Buxtorfium Lex. Thalm. p. 439. et Windetum de Vita Functorum Statu Sect. V. p. 80. quæ nihil ad Græcos et Ægyptios, quod equidem sciam. Notabilius Ask. *περίκλυσιν* præbebit specimen, siquidem apud Stobæum idem semet reperisse et *περικύκλησιν* esse posse, Is. Vossius ad libri sui marginem monuit. Non sane *κύκλησιν*, *ἀνακύκλησιν*, *κύκλον* in animarum ista transmigratione spernebant. Mihi tamen Stobæi amatori et Herodoteorum vestigatori, locus ille latet. De codicis Ask. scriba adseverare possum, *περιήλυσιν* voluisse, *κ* et *η* sæpius commutante. Recte autem Noster Ægyptiorum et Græcorum, ejusdem opinionis popularium, sententiam explanavit, nuper ab amico et discipulo Ger. Guil. ab Oosten de Bruyn V. Cl. Dissert. de Philosoph. Gentil. Doctrina Morali p. 104. egregie explicitam adsertamque. Id porro admonitione non eget, ex Græcis Pherecydem et Pythagoram a Nostro spectari potissi-

mum, architectos in ea gente μιτιμψυχώσεως. Conf. Nemesium de Nat. Homin. c. 3. p. 82. Edit. Oxon. Wess.

Cap. CXXIV. [3. ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι] Potest ἐλάσαι, ut fecere interpretes, intransitive accipi, ut idem fere valeat ac ἐλθεῖν cap. 126. 1. atque ita κακότης pravitas, nequitia, intelligi debet. Possis vero etiam active accipere, supplendo σφίας vel τὴν Αἴγυπτον, ducere, præcipitare: tuncque κακότητα et h. l. et cap. 128. 2. et κακοῦσθαι c. 133. 12. perinde et pravitatem interpretari possis, coll. c. 133. 8. et calamitatem, coll. c. 129. 4. S.]

5. πρῶτα μὲν σφέας θυσιέων ἀπείρξαι] Quod olim legebatur θυσιέων τουτέων, merito displicuit. Cl. Reiskius τασιέων suffecit, Abreschius θυτέων. Ego schedis jubentibus induxi. Fortasse varietatum in vocibus fuit, his θυσιέων, illis τουτέων, videlicet ἐῳῶν, edentibus. Similes διττογραφίαι passim se produnt. Ceterum in regum successione Diodorus I. 63. in alia abit et hunc Cheopem appellat Chemmin sive Chembim. Wess. —Τουτέων mendosam fuisse suspicor sinceræ vocis θυσιέων scriptionem; quæ contextu debuerat expelli, altera recepta. Mycerinus postea dicitur cap. 129. τά τε ἱρὰ ἀνοῖξαι, καὶ τὸν λαὸν —— ἀνιέναι πρὸς ἔργα τε καὶ θυσίας. Valck.

15. τῆς μὲν γὰρ μῆκός εἰσι, etc.] Hoc verius arbitror. Superius cap. 41. περίμετρος δὲ αὐτῆς εἰσι σχοῖνοι ἐννέα: et I. 163. ἡ περίοδος οὐκ ὀλίγοι σταδιοί εἰσι: tum I. 93. IV. 85. etc. Omnia autem hæc viam, qua lapides clivum versus trahebantur, signant. Bene memini, Diodorum aggeris ejus vestigia I. 64. nulla agnoscere, et Jo. Gravium opinionis consortem habere, Pyramidograph. p. 119. sed et hunc manifesti erroris et negligentiæ nuper culpam sustinuisse, inpactam a Fr. L. Norden Itin. Ægypt. p. 95. de Pyramidibus multa sollerter commentato. At ea quæstio huc unice non pertinet. Wess.

18. ταύτῃ δὲ δὴ τὰ δίκαια ἕστια γενίσθαι] Aggeri sive viæ: namque ad Pyramidem qui referunt, longe a vero deflectunt. Quæ his apta et nexa sunt, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, etc. in Laurentii Latinis turbata mire sunt: dederat, Illic decem annos fuisse etiam consumtos in subterraneis conclavibus in colle, supra quem Pyramides stant. Sed purgari ista poterunt, modo cetera bene habeant. Rem paucis lustremus: docetur extremo cap. 125. multum temporis in cædendis lapidibus, multum in trahendis fuisse contritum: præterea καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα ἐργάζοντο οὐκ ὀλίγον χρόνον, sive cavernas subterraneas haud exiguum temporis spatium abstulisse. Consequens inde est, ut decem anni struendo aggeri sint inpensi. Jam τὰ ἐπὶ τοῦ λόφου opera indicant, ejus clivi solo et superficiei admota, ut tantæ molis Pyramides solidius fundarentur et hærerent: ad hoc, τὰ ὑπὸ γῆν οἰκήματα cavernæ sive conclavia sunt, destinata regis Cheopis conditorio, c. 127. Quæ quidem si veritati, ut mihi persuadeo, respondeant, manca hæc narratio et defecta videtur. Deest temporis intervallum, quod molitiones illæ desiderabant. Id vero sine MSS. præsidio quis finire ausit? Scriptor ipse his machinationibus οὐκ ὀλίγον χρόνον, constitutorum annorum forte ignarus, contribuit. Atque hæc mihi satis sunt liquida. Malo nunc, quid aliis in mentem venerit, interponere. Corn. de Pauw conjicit, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου—— καὶ τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων, τὰς —— τοῦ Νείλου ἐσαγαγών, ἕστια οὐκ ὀλίγα. Sic orationem belle decurrere, et genitivos καὶ τῶν ἐπὶ, etc. καὶ τῶν ὑπὸ, etc. commode, uti superius, δίκαια μὲν ἕστια τῆς ὁδοῦ, procedere. Jo. Jac. Reiskii conjectura est: ταύτῃ δὲ δὴ τὰ δίκαια ἕστια γενίσθαι, χωρὶς τῆς ἀναβιβάσιος τῶν λίθων ἐπὶ τὸν λόφον

——καὶ τῶν ὑπὸ γῆν, etc. Ibi, in via paranda, consumtos esse decem annos, absque opera lapides in illum clivum ——attollendi, et absque structuris subterraneis. Equidem, ut adparuit, animi pendeo. In partes eundi si quæ necessitas adsit, mallem minore molimine, πάρεξ καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου——καὶ τῶν ὑπὸ γῆν, et eam quidem in sententiam, quæ superius posita fuit. Statim τὰ ἐποιήσατο Ὑήκας Cl. Pauw, cui non adstipulor. Wess.

19. τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου] Sed ἐπὶ τοῦ λόφου stabant ipsæ pyramides, in quarum maximam anni sunt insumpti viginti. Nullus etiam nexus apparet inter ista et τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων. Scribi potuit ab Herodoto: τῶν ὑπὸ τὸν λόφον, ἐν' οὗ ἑστᾶσι αἱ πυραμίδες, οἰκημάτων: et ad ista, τῶν ὑπὸ τὸν λόφον, adjici τῶν ὑπὸ γῆν e sequentibus, ubi de Chephrenis agens Pyramide c. 127. οὗτοι, inquit, ὕστερον οἰκήματα ὑπὸ γῆν, οἷόν τι ἐκ τοῦ Νείλου διώρυχ ἥκειν ἐς αὐτήν. Valck.—Substituta, præeuntibus MSS., τι particula, (l. 18.) in locum vulgatæ olim δὲ, omnis evanuit difficultas, qua premebatur hic locus. Quod vero consentientem librorum scripturam ταύτῃ cum Reizio in ταύτης mutavi; videri id quidem necessarium potuerat ob præcedens τῆς ὁδοῦ, quo refertur hoc pronomen: atque etiam haud raro a librariis terminationes φ et η temere cum ας et ης permutatas novimus. conf. Var. Lect. (ed. S.) II. 16, 9. III. 80, 11. Sed potuit etiam Scriptor, post interpositam parenthesin, mutare superiorem orationis structuram, et eadem nunc uti constructione (paullo etiam commodiore) qua mox dein utitur, ubi ait, τῇ δὲ πυραμίδι, etc. Quare suam in sedem repositum dandi casum ταύτῃ velim. S.

[24. καὶ ὕψος ἴσον. Si vera hæc est scriptura, Herodotum, æqualem statuentem pyramidis hujus altitudinem latitudini laterum baseos, plurimum fefellit opinio. Mensura enim altitudinis perpendicularis, adcuratissime haud ita pridem inita, reperta est 448 pedum, 2 pollicum; latitudo vero baseos pedum 728, teste Grobert. in Description des Pyramides de Gizèh, p. 57. et 65. S.]

Cap. CXXV. κρώσσας] Aldus et scripti Codd. hunc in modum: Homero et Grammaticis κρόσσαι. (Sic vero et nostri codices Herodotei.) Fuerintne scalæ murales, in urbium expugnationibus muris adponi solitæ, apud poëtam, magna rixa est. Vide Hesychium in voce, Tzetzen ad Lycophron. v. 291. p. 38. et Eustath. in Iliad. p. 903. (p. 863. ed. Bas.) Hic sunt Pyramidum quædam eminentiæ, graduum formam repræsentantes, sive ἀναβαθμοὶ, quod H. Stephani non fugit sollertiam, Thes. T. IV. pag. 1300. Mox (l. 5.) χαμάθεν justissimum est. Moeris: χαμάθεν Ἀττικῶς, χαμόθεν Ἑλληνικῶς: ubi docte vir præclarus, nuper tristi fato, florente ætate, raptus, Jo. Piersonus pag. 409. in Plutarchi Quæst. Gr. p. 296. E. χαμαῖθεν ad eam etiam normam refingens. Wess.

[3. ἦμεον τοὺς ἐπιλοίπους λίθους] In altum tollebant reliquos lapides; scilicet politos illos lapides, quibus universa pyramidis superficies ita obtecta erat, ut gradus, quos modo dicebat Herodotus, non amplius conspicerentur, sed ut quæque pyramidis facies unum continuum atque læve planum inclinatum referret. Cæterum de toto hoc mirabili monumentorum genere utilia multa, quæ vel ad illustranda vel ad confirmanda ea quæ ab Herodoto memorantur valent, diligentissimus Larcher ex doctorum Itineratorum, Pococke, Shaw, Norden, Savary, aliorumque commentariis collegit; cum quibus interim, dum Magnæ Descriptionis Ægypti, Napoleonis auspiciis edi cœptæ, ea pars publici juris fuerit facta quæ hoc argumentum tractabit,

conferri merentur Abd-Allatif, in opere supra jam a nobis. laudato, Relation de l'Egypte cum Notis Sylvestri de Sacy, et quem paullo ante laudavi Grobert. Nobis in universa hac opera Herodoto dicata id maxime ac fere unice fuit propositum, ut, quid ille scripserit, quam diligentissime inquireremus, mentemque et sententiam scriptoris quanta maxima possemus fide interpretaremur. S.

13. Ἐξεπωιήθη δ' ὧν τὰ ἀνώτατα αὐτῆς] Displicuerunt hoc ordine scripta Corn. de Pauw: maluit ἐξεπωιήθη δ' ὧν τὰ ἐπίγεια, καὶ τὰ κατώτατα αὐτῆς πρῶτον· μετὰ δὲ, etc. non sine errore. Ἐκπωιηθῆναι nostri Scriptoris ac aliorum consuetudine perhibentur, quibus ornandis et absolvendis ultima manus inponitur. Primum itaque Pyramidis superiora, tum descendentes reliqua perpoliverunt. Antea I. 164. τὸ μὲν δὴ τεῖχος —— ἐξεπωιήθη. et II. 175. V. 62. Dio. Cass. de Statilio Tauro et ejus amphitheatro lib. LI. p. 527. καὶ ἐξεπόιησε τοῖς ἑαυτοῦ τίλεσι. Philostrat. Heroic. XIX. 4. pag. 732. καὶ ἅπλα ἐξεπόιησεν αὐτῷ. Wess.

17. ὅσα ἴς τι συεμαίην] Supra c. 88. συεμαίη, raphanorum succus ad ventrem purgandum: hic raphani sunt, Plinio Hist. Nat. XXXVI. 12. præeunte. Vide ad Diodori I. 64., et Herodotum ab eo expressum cognosces. Post nonnulla (l. 25.) ἄγον restitui, ut I. 70. atque alias: interpunxi præterea levius; nam ἄλλον δὲ adhæret τῷ, οὐκ ὀλίγον χρόνον artissimo nexu, ut quisque videt. Wess.

24. [ἄλλον δὲ, ὡς ἐγὼ δοκέω, —— οὐκ ὀλίγον χρόνον] Intelligo minus adcurate hæc me interpretatum esse, nec minus multum temporis; quum debuissem, aliudque haud exiguum tempus. Dixerat cap. 124, 18. decem annos insumtos esse muniendæ viæ, transportandis lapidibus, et conficiendis ædificiis subterraneis: quare quæri potest, cur nunc indefinite dicat tempus haud exiguum, et cur adjiciat, ut equidem puto. Nempe significat sese existimare, insuper etiam rationem habendam esse temporis cædendis lapidibus in lapicidinis insumti. S.]

Cap. CXXVI. 7. ἐν τοῖσι ἔργοισι] Suspicor ἐν male repetitum e syllaba præcedenti, scribendumque: ἔπειτε ἂν αὐτῇ ἵνα λίθον τοῖσι ἔργοισι δωρέοντο, pro εἰς τὰ ἔργα: quomodo loquitur etiam alibi. Nam neminem futurum puto, qui ἔργα nobis e quæstu mulieris voluerit interpretari? παλαιπωρεῖν ἐν τοῖς ἔργοις (Diodor. I. 64.) eximie dicuntur, qui in pyramidibus exercebantur fabricandis. Valck.

Cap. CXXVII. 3. Χεφρῆνα] Diodoro (l. c.) Κεφρήν: addit, aliorum sententia non fratrem, sed filium fuisse, nomine Χαβρύϊν, sive, ut MSS. Χαβρύην, Χαβρεινίν. Quæ mihi scriptionis discrepantia, non longe ab Arch. et Vind. recedens, digna animadversione est. Utra verior et melior sit, dicere non possum, ut nec Perizonius valuit Origin. Ægypt. c. 14. p. 270. Wess.

8. ὥστις ἐς τὴν ἐπίρην, ῥέουσα, etc.] His sanitas non constat. Id constat, canalem describi, per quem Nili aqua, interiores pyramidis magnæ sive Cheopis cavernas influens, insulam in qua regis ejus sepulcrum, circumluebat ambitusque suo efficiebat. Redibit fortasse suus verbis color, si punctione adhibita ac molli auxilio corrigatur, ῥέουσα δι' οἰκεδομημένου αὐλῶνος ἴσω νῆσον περιῤῥέει, fluens per structum canalem introrsum insulam circumfluit; cui favet emendationi Arch. et Valla, et c. 29. ἐν τῷ νῆσον περιῤῥέει ὁ Νεῖλος. Stat et hac a parte Reiskius. Alio usus est remedio Pavius, qui quidem ῥέουσα διοικοδομημένου δι' αὐλῶνος, νῆσον περιῤῥέειν: ut posterius finem indicet, in quem canalis erat structus et aqua sub Pyramidem deducta:

si quis malit tamen δι' οἰκοδομημένου αὐλ., huic obniti detrectat. Ego in supra depositis adquiesco. Wess. — Commode Strothius Ægyptiacor. P. I. p. 107. verba δι' οἰκοδομημένου —— Χίοσσα parentheseos signis inclusit. Sed cum his etiam præcedentia, inde ab illis ταῦτα γὰρ ὧν, in parenthesi posita intelligi debebunt. S.

[10. λίθου Λιβυστικοῦ ποικίλου] Vide infra, ad c. 134, 3. S.]

11. τεσσεράκοντα πόδας ὑποβάς, τῆς ἐτέρης, etc.] Participia ὑποδείμας et ὑποβὰς carent suo verbo; quod quidem aderit, ubi οἰκοδόμησε formabitur ex οἰκοδομῆς cum H. Stephano: hærebit tamen labes quædam et macula in τῆς ἑτέρης τοῦτό μέγαθος: namque hæc Chephrenis pyramis haud æquabat magnitudinem alterius sive Cheopis, quod supra scripsit clarissime. Elui mihi menda posse videbatur olim, hoc modo: τεσσερ. πόδας ὑποβὰς τῆς ἑτέρης τὸ μέγαθος, ἐχομένην — οἰκοδόμησε, XL. pedes infra alterius magnitudinem degressus, contiguam magnæ Pyramidi exstruxit. Nunc in dictionis genere adhæreo, vereorque, ut a lacuna locus sit inmunis. Reiskius, mihi de omissione concors, τῆς ἑτέρης κατὰ τὸ μέγαθος ratione magnitudinis minorem altera faciens, malebat: Corn. de Pauw τεσσερ. π. ὑποβᾶσαν τὴν ἑτέρην, τοῦτο μέγαθος, ἐχομένην —— οἰκοδόμησε, Pyramidem alteram, quadraginta pedibus depressiorem, ista magnitudine, exstruxit, etc. τοῦτο μέγαθος locutionem esse, genium Herodoti ex asse respirantem. Ego vero dubito, nec persequor cetera. Wess. — Οἰκοδόμησε, quod H. Stephanus jam commendaverat, adoptavi cum tribus post Wess. editoribus. Cur vero ὑποβὰς aut in ὑπόβασιν cum Reizio, (cujus conf. Præfat. p. XVII.) aut cum Schæfero in ὑποβάσι mutaremus, nullam equidem caussam potui exputare. Si ὑποβᾶσαν dedissent libri nonnulli, perapte ὑποβᾶσαν τῆς ἑτέρης inferiorem, depressiorem altera, significaret. Sed eadem notione ὑποβὰς etiam (scil. rex) nullo incommodo dant libri omnes, XL. pedes de alterius pyramidis altitudine remisit, XL. pedibus infra alteram substitit. Potuerat porro τὸ μέγαθος scribere Herodotus: sed eamdem in sententiam paulo etiam significantius est τωὐτὸ μέγαθος, quod ad eamdem (i. e. parem) magnitudinem spectat, non nisi XL. pedibus infra eam substitit. Jam vero fortasse ne illud οἰκοδομῆς quidem, quod et ipsum communi consensu exhibent codices, opus fuerat mutari. Nam, quod desideratur verbum, quo nominativi ὑποδείμας et ὑποβὰς referantur, potest illud nullo incommodo e superiori oratione (l. 5. seq.) intelligi, nempe ἐποίησε. Præcessit quidem oratio infinita, τοῦτον —— πυραμίδα ποιῆσαι, cui ex legitimæ structuræ ratione nunc responderi debebant accusativi ὑποδείμαντα et ὑποβάντα: sed istiusmodi ἀνακολουθία, pluribus præsertim interjectis verbis, ab optimorum auctorum et maxime ab Herodoti stylo minime aliena est. Ista, quam exposui, ratione erudite commodissimeque locum hunc Strothius expedivit, Ægyptiac. P. I. p. 107—109. Ad rem quod spectat, licet in æstimanda per se altitudine prioris pyramidis (si ita scripsit uti cap. 124, 23. vulgo legitur) plurimum erraverit Herodotus, tamen in conferenda inter se utriusque altitudine non multum a vero abest. Dimensio diligentissime nuper instituta docuit, nonnisi quinquaginta fere pedibus depressiorem esse altera. conf. Grobert l. c. pag. 94. S.

Cap. CXXVIII. [5. τὰς πυραμίδας καλέουσι ποιμένος Φιλιτίωνος] De scriptura vide Var. Lect. (ed. S.) De re confer Zoëgam, de Obeliscis p. 389. et, qui eum laudat, Heeren in Ideen über die

Politik. etc. T. II. p. 576. et seqq. S.]

Cap. CXXIX. 3. τὸν λιὼν τετρυμένον] Scripsit lib. I. 22. καὶ τὸν λιὼν τετρύσθαι ἐς τὸ ἴσχατον κακοῦ, et hic cur improbemus? Produxit Mattaire ex Dionysii Ant. Rom. I. p. 75, 16. τὸν λιὼ, quo de ibi Sylburgius. Τετρυγμένον Arch. originem habet ex τρύχω, nec altero (etsi G. Corinthus, in quo vitiose τετρυγημένον, idem legerit) præstantius est. (Vide Gregor. Dialect. Ion. §. 140. cum Koenii et Schæfer Notis in nupera editione.) In Polybio τετρυμένον sæpius, sed contra Codd., uti Boecleri excerpta ostendunt. Appianus simili passim in luto hæret, quemadmodum et alii. Diversa poëtarum consuetudo, metri legibus parens, hinc τετρυμμένα γούνατα Apoll. Rh. I. 1174. (Ut Brunckius Apollonio, sic nos Polybio et Appiano veram restituimus scripturam.) An vero τετριμμένη κυφορίαις mulier in Œconomicis Hieroclis ap. Stobæum Serm. LXXXIII. p. 491. fuerit τετρυμένη, disputari poterit; certe τετριμμένος τε ἐν κυνηγεσίοις καὶ πολέμοις in Excerpt. Nic. Damasceni pag. 425. ab omni innovandi periculo liber manet. Wess.

8. τῷ ἐπιμεμφομένῳ ἐκ τῆς δίκης] Ob latam sententiam, vel, post judicium. (Sic ἐκ τούτου frequenter, non modo post hoc, sed et ob hoc; quod Gallice dicimus en conséquence de cela.) Adscripserat Abreschius ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο lib. I. 50. nonnihil discrepans. Diodorus Mycerinum I. 64. solitum ait κατὰ χρηματισμοὺς in jure dicundo magnam vim pecuniæ insumere, διδόντα δωρειὰς τῶν ἐπιτιμῶν τοῖς δοκοῦσιν ἐν ταῖς κρίσεσι μὴ κατὰ τρόπον ἀπαλλάττειν, Herodoti sermonem commentans. Wess.

Cap. CXXX. 3. ἐν οἰκήματι ἠσκημένῳ] Recurrit πασσὰς ἠσκημένη στύλοισι II. 169. et Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα III. 57. Abydenus ap. Euseb. Præpar. Eu. IX. 41. τά τε βασιλήϊα δένδρεα ἤσκηται. Quæ ornandi vim verbo insinuant, sicuti et Cl. Reitzio observata ad Luciani Deam Syr. cap. 31. Vide nunc hoc Philonis Jud. de suæ gentis pontifice, Leg. ad Cai. p. 1033. D. ὁκότε ἀσκηθείη τῇ ἱερῇ στολῇ, et mirare consilium Th. Mangey, ἐνασκηθείη reponentis. Idem tamen Judæus p. 1003. B. de insano Imp. Caio, ὁκότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους, et καὶ νιβρίσιον εἰς Διόνυσον ἠσκεῖτο: ubi cautior vir doctus et merito. Æschylus Pers. v. 182. ἡ μὲν πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη. Sed desino. Wess.

Cap. CXXXI. 4. ἡ παῖς ἀπήγξατο ὑπὸ ἄχεος] Obtinuerunt hæc locum in famosa nostræ ætatis lite περὶ τοῦ ἀπάγχεσθαι. Jac. Gronovius illis aciem instruxit in Defensione Exercitat. de Pernicie Judæ p. 62.; contra acriter venit Jac. Perizonius Diss. de Morte Judæ c. 9. p. 74. Amavi utrumque V. Cl. ob eximias ingenii et eruditionis dotes; rixa ipsa, etiamnum juveni, visa fuit modum excessisse. Gronovium laudo, ejus hic iteratione abstinentem. Wess.

Cap. CXXXII. 7. ἱστᾶν τύπωνται οἱ Αἰγύπτιοι, etc.] Fortasse Osiris est. Plutarchus Is. et Osir. cap. 39. καὶ βοῦν διάχρυσον ἱματίῳ μίλανι περιβάλλοντες ἱστᾶσι πρὸς τοῦ θεοῦ διωκόντων —— ἱστᾶσι τέσσαρας ἡμέρας ἑξῆς: differunt ea in paucis, nec tamen aliena videntur. Convenit optime tabula, bovem hanc repræsentans, a Jo. Pricæo ad Apulei Apolog. pag. 148. primum publicata, et Herodoteis bono consilio, ut spectaculo foret, a Gronovio adposita. Wess. — De formula τύπωσθαί τινα vide II. 42, 24. et 61, 4. ibique not. De deo quem nominare nefas ducit, conf. II. 170, 1. S.

Cap. CXXXIII. 4. πίμψαι —— τῷ θεῷ] Deo? verum, quod memini, Dei nullius fuit in urbe Buto μαντήϊον. Præterea valde videbatur insolens, ὀνείδισμα ἀντιμεμφόμενον. Si Dei cujuspiam,

Apollinis ex gr. cujus in ea urbe templum fuit, oraculum designaretur, scriberem: τῷ θεῷ ὀνειδίσαντι μεμφόμενον. Nunc censeam potius corrigendum: πέμψαι ἐς τὸ μαντήιον τῇ θεῷ ὀνειδισέσῃ μεμφόμενον. Dea erat Latona Græcis dicta, Apollinis Isidis filii nutrix, cujus maxime omnium nobilitatum erat in urbe Buto oraculum: τόγε μάλιστα ἐν τιμῇ ἄγονται πάντων τῶν μαντηίων, Λητοῦς ἐν Βουτοῖ πόλι ἐούσῃ: Herod. II. cap. 83. Misisse cap. 152. Psammitichus dicitur legatos ἐς Βουτοῦν πόλιν ἐς τὸ χρηστήριον τῆς Λητοῦς, ἔνθα δὴ Αἰγυπτίοισί ἐστι μαντήϊον ἀψευδέστατον. De Dea ejusque oraculo Isblonskius egit Panthei lib. III. c. 4. Hunc Herodoti locum respicit Ælianus Var. Hist. II. 41. Valck.— Scripserit fortasse Herodotus τῇ θεῷ: sed potuit etiam masculino uti genere, quum in eadem urbe Buto etiam magnum fuerit Apollinis templum, (conf. c. 155, 8. et 156, 7.) in quo et ipso oracula edita fuisse videntur. Vocab. ὀνείδισμα cur sollicitetur, nulla caussa subest: etiam Cræso libuit τῷ θεῷ ὀνειδίσαι, I. 90. 15. S.

9. ἐν δὲ τοῦ χρηστηρίου αὐτῷ διώτρεφε, etc.] In his nihil desidero. μαντήϊα reticuit et intellecta voluit: geminum superius est, ἀλθίων οἱ μαντήϊον ἐν Βουτοῦς πόλιος. Cl. tamen Reiskio blanditur, ἐν δὲ τοῦ, χρηστήρια αὐτῷ, etc. ex eo inde tempore, venisse illi secunda Oracula. Post pauca, (l. 14.) retineri et per editiones propagari ὡς καταλαμβανόμενον ἤδη οἱ τούτων potuisse demirarer, nisi et MSS. præberent: quorum quidem lapsus ut pravus est, ita turpior in tot editis. Spectavit autem insanientem Myecrini sapientiam Libanius in Vitæ suæ Historia p. 20. B. ignaro et propterea errante Morello: adtigit et Ælianus Var. II. 41. Wess.

18. ἐνηβητήρια] In Leidensi Cod. Gregorii de Dialectis, ut Herodotea, prostant ista: ἵνα συνδ. εἶναι τῆς ἡμέρας ἑωυτ. Scripserat Grammaticus, et, ut equidem puto, Herodotus, ἵνα συνδέοντο εἶναι γῆς ἐνηβητήρια ἑωυτοῦσιν: in quacunque parte regionis secessus intelligeret esse jucundissimos. ἵνα γῆς, οὗ γῆι, et similia frequentat inprimis Sophocles. Herod. I. 215. ἵνα ἦν ναυσὶ. Soph. Aj. 386. ἵν' εἴ ναυσὶ. Duo sufficient Herodoti loca, quæ ad hunc locum apte respondeant: lib. I. c. 98. Deioci ædificia exstruxerunt, ἵνα αὐτὸς ἴδρεσι τῆς χώρης, qua destinarat regionis parte. Lib. II. c. 172. quam fieri curarat Amasis statuam, ἵδρυσι τῆς πόλιος ὅκου ἦν ἑωυτῷ διώτρεφε. Herodotea negligentius descripsit Athen. X. p. 438. B. Ἐνηβητήρια Grammatici reddunt ἑωυχητήρια. Parum distant quæ Diodorus Sic. vocat παθητήρια lib. V. c. 19. in quibus ἑωυθωνίζοντο, quod legitur in Græcis Esther III. 15. Binis etiam in locis ἐμβιωτήριον præbet Diodorus T. I. p. 345, 59. et T. II. p. 518, 59. Sunt Ἐνηβητήρια loca πρὸς ἄνεσιν καὶ ἀπόλαυσιν οὐ πιφυκότα. In notis ad Excerpta e Dione Coce. H. Valesius p. 96, 97. interpretatur amœna diversoria et secessus. Apud Ælian. de N. A. XI. c. x. p. 617. in urbe Memphi Apidi dicuntur esse τὰ φίλα ἤδη καὶ τερφαὶ μιχαρισμένα καὶ ἐνηβητήρια. Valck. —Ἐνηβητήρια, loca voluptaria, apud Salustium Bel. Catilin. c. XI. et Plautum Pœnul. III. 2, 25. ἐμαυθῆι τούτου in Gregorii Nysseni Epist. de Itin. Hierosolym. p. 10. Ἥβητήρια Plutarcho et Athenæo, quorum verbis lucem vir eruditissimus Pet. Faber Agonist. III. 27. p. 345. adspersit. Wess.

Cap. CXXXIV. 2. ὅσων ποδῶν καταδέουσαν] Hæc altitudinem an latitudinem Pyramidis designent, in quæstione est. τῷ δὲ μεγίθει λιπαίνουσι τοῦτο τὸ ἔργον τῶν περιεχομένων de ea scribit Diodorus I. 62. controversiam non diremens. At Plinius Hist. Nat. XXXVI.

12. Tertia minor quidem prædictis, sed multo spectatior, Æthiopicis lapidibus, assurgit CCCLXII. pedibus inter angulos; quibus utique ampliorem, quam Herodotus, singulis lateribus latitudinem tribuit. Hinc πενταχοσίων ποδῶν hic fuisse olim arbitrantur; numeris, ut equidem opinor, multo quam oportebat, auctioribus. Cum tamen superiore πολλὸν hæc fuerit ἐλάσσων, si ad altitudinem referas, XX. pedes nimis quam pauci erunt. Lege Jo. Gravii Pyramidograph. p. 112. etc. Wess. — Difficultatem, qua premi videbatur hic locus, non magis *Larcherus*, quam qui eum præcesserunt docti viri, potuit expedire. Postquam enim Græca verba his Gallicis reddidit, " elle est beaucoup plus petite que celle de son père, ayant vingt pieds de moins, et chacun de ses cotés trois pléthres de large;" monuit in Notis, viginti quidem pedes illos haud dubie ad altitudinem spectare, quoniam latitudinis mox separatim mentionem faciat scriptor; manifeste autem corruptum esse hunc numerum, quoniam, si viginti tantum pedibus hæc pyramis minor fuisset altera, profecto eam Herodotus non dixisset *multo* minorem. Memorabili vero exemplo hic locus est, quo meneamur quam *minuta res quantum* interdum habeat momentum. Una lineola, unum leve incisum alieno loco positum, hasce citavit turbas: abjecto commate, quod post καταδίουσαν in omnibus ad hunc diem editionibus (mirum dictu!) interpositum erat, omnia nunc plana sunt, omnia recte se habent. Altitudinem hujus pyramidis non definit scriptor: multo minorem ait esse paternâ, quum illius latus quodque in basi nonnisi tria plethra demtis viginti pedibus (i e. 280 pedes) metiatur. Atque hæc mensura exactissime congruit cum ea quæ ab eodem, quem jam sæpius laudavi, Grobert reperta est. Vide librum citatum, p. 95 seq. aut, si magis in promtu est, *Langlès* in Notes et Eclairissemens sur le Voyage de Norden, p. 288. S.

[3. λίθων δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικῶν] Nigrum fuisse lapidem et pretiosum dicunt Diod. Sic. I. 64. itemque Strab. XVII. p. 808. ed. Cas., adjiciens valde esse durum, ut ex eo mortaria conficiantur: quare etiam cultros ex hoc lapide confectos memorat Noster, II. 86, 15. In Cheopis pyramide primum ordinem ex Æthiopico lapide *variegato* substructum vidimus c. 127, 11. Ac videtur lapis etiam huic pyramidi Mycerini adhibitus variegatus fuisse aut versicolor, nempe nigro colore in rubrum vergente aut rubris maculis distinctus, ac fortasse de illo Syenitæ genere, quem pyropœcilon olim vocatum fuisse Plinius refert, XVI. VIII. 13. Conf. omnino Abd-Allatif, p. 173. ibique Sylv. de Sacy. p. 214 seq. Quare nulla caussa fuit, cur hunc lapidem, de quo hîc agitur, ab illo qui cap. 127. memoratur, diversum Larcherus statueret. De eodem lapide cf. Wess. ad c. 176, 6. S.]

[8. τριήκοντα χιλιάδες ἀνεῖλκυσαν] Licet enim multo minor duabus aliis, multo tamen hæc pyramis erat spectatior et ob lapidis e longinquo advecti præstantiam duritiemque multo majoribus impensis exstructa, consentientibus Strabone et Diodoro locis cit. et Plinio, XXXVI. XII. 17. S.]

12. τῶν τὰς — λιθόντων, ἦν Ῥοδώπις] Nihil his inesse, quod offendat, videtur: et tamen esse, codicum discors scriptura declarat: alii πυραμίδας — λιθομένων ἦν Ῥοδ. fortasse voluerunt agente usu, ut καταλιθίσθαι, ἀπολιθίσθαι et λιθίσθαι c. 147. atque alibi sæpius; alii λιθόντων, λιθομένη ἦν Ῥοδ. posterior erat Rhodopis; pari structura, quæ in Diodori proxime descriptis verbis, atque in Eu-

ripideis Orest. v. 1085. ἢ σὺν λίθοις ψαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. At tum, quod scripti mordicus retinent, ὕστερον in exilium ire debebit. Atque hoc admonuisse satis est. (Vide Var. Lect. ed. S.) Ecce aliud. Herodotus disputatione circumspecta meretriculæ Rhodopidi pyramidis ædificationem aufert: antiquum rumorem amplectuntur Diodorus, Strabo, Plinius; commentariis certe inserunt. Hoc amplius, Rhodopidem Ælian. Var. XIII. 33. elocat regi Psammeticho, qui Amaside, cujus ætate feminam floruisse Noster adseverat, annis ferme quinquaginta prior est. Unde erroris aut Herodotus aut Ælianus culpâ tenetur: neque ille ea liberabitur, si duas fuisse Rhodopides statueris, easque ab Herodoto, Strabone et Plinio confusas: alteram proprie sic dictam, ex meretrice uxorem Psammetichi, et sepultam in Pyramide; alteram Æsopi conservam, et Charaxi, fratris Sapphûs, amicam, quæ tempore Amasidis floruerit. Hæc Celeb. Jac. Perizonius ad stabiliendam Æliani fidem; quæ, si negentur, incertissimæ conjecturæ, etsi olim alia fui opinione, locum obtinebunt. Ælianus fabellam ex Strabone XVII. p. 1162. (p. 808. Cas.) aut aliunde, hausit. Geographus regis nomen tacitum habet; de suo Ælianus Psammetichi titulum inpingit. Herodotus duas Rhodopides non novit, et Amasidis Æsopi illam contubernalem tempore viguisse distincte adfirmat. Utri credemus? Wess.

14. τοῦ Ἡφαιστοπόλιος] Adhærescunt ad virile hoc nomen doctissimi viri. G. Cuperus Obs. IV. 4. p. 58. hæc se capere negat; nisi dicatur, latere hic nomen patris, vel urbem eo nomine in Samo fuisse; vel Iadmonem, origine Samium, Hephæstopoli in Ægypto habitasse, scribique debere τοῦ ἐκ Ἡφαιστοπόλιος. Gronovii similes sunt fluctuationes ad Arriani Ἀναβασ. III. 5. p. 109. quibus vehementer offensus Corn. de Pauw correctum voluit τοῦ Ἡφαιστοπώλου, nova voce, sed, ut censet, perelegante, quæ Vulcani ministrum denotet, et Iadmonis patrem, vel fabrum ferrarium insignem, vel Vulcani potius sacerdotem fuisse doceat. Mihi, ut absolvam verbo, inventum non placet. In propriis Græcorum nominibus mira multa: Σώπολις est in Epigramm. XVIII. Callimachi, Ἀμφίπολιν habet marmor a Buherio editum, feminam Νικόπολιν dabit aliud, et numus Abderitarum Ἀναξίπολιν: neque ignoti Ἀγησίπολις et Κρατησίπολις sunt. Quæ Ἡφαιστόπολιν abunde defendunt. Confer Comitis Cayl. Recueil d'Antiquit. T. II. p. 265. Wess.

15. Ἰάδμονες ἐγένετο] Apud Demosthen. p. 729, 30. (p. 1352. ed. Reisk.) Νίκαιρα Νικαρίστης ἦν. Pseudolus Plauti II. 3, 24. Quia lenonis me esse dixi: alibi dicitur Amphitryonis Sosia; ut Pherēclis servulus Lydus, Andocidi Λυδὸς ὁ Φερεκλέους, p. 3, 24. Lysias, p. 256. ἐγένετο ὁ Εὐμάρης οὗτος Νικοκλέους καὶ Ἀντικλέους: recte cepit ista Marklandus vir cl. sed nomen Εὐμάρης genuinum esse vel Theocritus monstrabit Eid. V. 10. et 73. τὴν Στρυμαδώρου Θρῆσσαν Aristoph. Ἀχ. 272. Quod mox legitur, (l. 17 seq.) ὃς βούλοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀπολίσθαι, Plutarchus interpretatur T. II. p. 557. A. τὸν βουλόμενον ὑπὲρ Αἰσώπου δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν: ubi tandem etiam Samius venisse dicitur Ἰάδμων (vulgatur Ἰδμων:) γένει μὲν οὐδὲν Αἰσώπῳ προσήκων, ἀπόγονος δὲ τῶν περιοίκων αὐτὸν ἐν Σάμῳ γεγονώς. Valck.

Cap. CXXXV. 5. τῆς μουσοποιοῦ] Fulvii Ursini ad Carm. illustrium Feminar. p. 23. μελοποιοῦ fallenti memoriæ debetur. Sappho μουσοποιὸς, quemadmodum Pindarus in Orat. p. 25.

Dionis Chrysost. et Hipponax Theocrito Anthol. III. p. 392. (Analect. Brunck. T. I. p. 382.) Quod Athenæus autem (lib. XIII. c. 69. p. 596.) ignorantiæ labem Herodoto adfricat, Charaxique amicam, non Rhodopin, sed Doricen sive Dorichen vero nomine fuisse contendit, id sibi habeat. Nosse debuerat, non Doriches tantum, sed et Rhodopidis cognomine meretriculam fuisse celebrem ex Strabone XVII. p. 1162. A. WESS.

7. Ῥοδῶπιν] Ῥοδώπιος vicina pæne videntur postulare: μιγάλα —— ὡς ἂν εἶναι Ῥοδώπιος, opes magnas, ut Rhodopidis scilicet. Ælian. de Nat. An. IV. 54. παῖδα ὡραῖον, ὡς ἂν Αἰγύπτιον. Cicero de Senect. c. 4. multæ etiam, ut in homine Romano, litteræ. Notissimum illud, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet, sumsit Nepos a Thucydide, qui de Brasida p. 287, 56. ἦν οὐδὲ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν. VALCK.

Ibid. ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν] Lipsiæ in Miscellan. addebatur κατὰ Ῥοδ. εἶναι. Amplecterer, si verba correctionem requirerent, ὡς ἂν εἶναι Ῥοδώπιος. Credo, vim et elegantiæ cultum, ut sæpe alias, proprio inesse nomini: Magna, scriptor inquit, sibi bona quæsivit, ut *Rhodopis* esse potuerit, populi videlicet prostibulum et vilis conditionis. Ceteroqui ex præmissis κτήσασθαι advocari non incommode poterit. Rectius (l. 7.) οὐκ ὡς γε, dissecta priore voce, maluit Reiskius. Postulat enim sententia et probat Cod. Cl. Askew. WESS. — Commodum utique Ῥοδώπιος: sed nec incommode teneri vulgatum potuit, adeoque debuit. ὡς ἂν Ῥοδῶπιν εἶναι, ἐκτήσατο μιγάλα χρήματα: ut quæ Rhodopis esset, magnas pecunias fecit. Cæterum confer Nostrum II. 8, 14. IV. 81, 4. IV. 99, 19. S.

18. ἐν τῇ Ναυκράτι ἑταφρόδιτοι —— ἑταῖραι] Hoc de numero quatuor scortilla in Archiæ Epigrammate Veneri donaria dedicant, interque alia

Ἄλικες ἄγλαα δῶρα, γαμοστόλε, σοὶ τάδε, Κύπρι,
ἄτασαν, αἰγιαλῶν Ναυκράτιδος ταίναι.

Integrum dabit L. Küsterus ad Suid. voc. Κικρύφαλον: (et Brunck. Analect. T. II. p. 92 seq.) vulgavit et Reiskius Anthol. Cephalæ p. 25. quædam immutans, quæ non mutari fuerat potius. Naucratis ripæ Nili adcubabat, florens commerciis et scortorum celebritate, ut Corinthus, Puteoli, et plures ex littoralibus urbibus. Quid in acta patrarent, si Cicero lib. V. in Verrem c. 25. tacuisset, ex Ægyptiorum et Syrorum Maiumis cognosci potuerat. Archidices memoria durat in Athen. et Ælian. Var. XIII. 68. WESS.

23. ἧσσον —— περιλισχήνευτος] Archidice minus altera fuit famosa. Hinc petita vox Ionica Περιλισχήνευτος redditur ab Hesychio περιβόητος, περιλάλητος: sic pro περισσίητος fuit emendatum in Animadv. ad Ammon. p. 65. Reperiuntur et περίφημος et περιαδόμενος. Cyclici οἱ περιηχημένοι in Philone Byblio Euseb. Præp. p. 39. D. Apud Etymol. legitur: Δημολάλητος, περιβόητος. (Cognata significatione ἴλλισχος dixit Noster I. 153. 8.) Permutantur apud Herodotum locutiones ἀπικίεσθαι ἐς λίσχην et ἐς λόγους. Rarius illud lib. IV. c. 4. ὡς προλιλισχηνευμένων αὐτῷ ἀποστάσιος πέρι. VALCK.

25. ὡς Μιτυλήνην] Sic dedit e MS. Gronov. quod si vel in aliis etiam Codicibus inveniretur, probandum tamen foret ἐς Μιτυλήνην, quia nunquam a veteribus ὡς jungitur quarto casui in talibus, nisi ubi πρὸς locum invenit. In his nonnunquam a librariis, sed multo frequentius ab hominibus eruditis fuit peccatum, quos in tantilla re nominari necesse non est. Norma scribendi Thu-

cydides lib. IV. c. 79. ἀφίκετο ὡς Περδίκκαν καὶ ἐς τὴν Χαλκιδικήν. Idem pag. 148, 48. (?) ἐς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα. p. 554, 92. (VIII. 31.) ἀπέπλευσαν ἐς Φοινίκην καὶ Κύμην ὡς Ἀστύοχον. p. 527, 36. (VIII. 39.) ναῦς ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ὡς Φαρνάβαζον πέμψαι. p. 553, 37. (VIII. 81.) Paulo exercitatior facile sentiet, in his similibusque vocibus ὡς et ἐς non posse transponi. Eadem in omnibus obtinet scriptoribus Atticis veteribus, quin et in Atticistis accuratioribus, ratio; e quibus priorum simillima, etiam in quibus utrumque reperiretur, plurima possent expromi. Ceterum ex hac non magni momenti observatione multa veterum loca corrigi poterunt; nam librariorum delictis recta ratio præferenda est. Valck.—De Herodoti usu conf. quæ ad c. 121, 99. monuimus. S.

Ibid. ἀπενίσταται ἐς Μιτυλήνην] Suum scriptor recepit: neque enim ἐπὶ ἀψύχου veteres, sive regionum urbiumque nominibus, ὡς adstruebant. Thom. M. ἄπαξ ἐπὶ ἀψύχου uno in Thucydide invenit, et loco adhuc dum controverso. Egerunt hac de structura docte T. Hemsterh. Miscell. Observ. Vol. V. tom. 3. p. 56. et Valcken. ad Euripid. Phœniss. p. 475. Mox καταπιεζόμενοί μιν (l. 25.) ambigue dicitur. Potest Charaxum, potest Rhodopin indicare; hanc Sappho, ὡς πολλὰ τοῦ Χαράξου νοσφισαμένην, multa Charaxi intervertentem et furatam, si fides Athenæo, taxavit inusta nota. Nec puto fratrem probavit, in casses meretriculæ demersum. Vide Ampl. Cuperi Observ. IV. 4. Wess.

Cap. CXXXVI. 5. οὗ γεγλυμμένους] Laurentius figuras insculptas, ἐγγεγλυμμένους, sicuti Arch. et Vind. Hæsito in electione. Vulgatum videtur percommodum et singularius: Vallæ scriptoris patrocinatur consuetudo, qua II. 194. καὶ ζώων ἐγγεγλυμμένων: talis quoque c. 138. αἱμασίη ἐγγεγλυμμένη τύπωσι: tum τύπων ἐγγεγλυμμένων πλίνθοι, c. 148. Libera itaque optio est. In sequentibus vertendis Valla aberraverat, in viam ab H. Stephano comiter revocatus. Wess.— Olim pingebatur ἐγγεγλυμμα. Inde deflexum est εὖ γεγλυμμ. S.

[11. ἀτάσης κρατίστου τῆς——θήκης] Θήκη hic idem fere valet ac οἴκημα θηναῖον, II. 86, 29. Nam in una θήκῃ pluribus cadaveribus locus erat. conf. III. 16, 26 seq. Mox hoc cap. l. 14. pro θήκη ponitur τάφος. S.]

15. τὸν ἰωϋτοῦ ἀπογινόμενον] In Codd. fortasse reperietur, τῶν ἰ. ἀπογινομένων, prouti Vallam in suo legisse Latina manifestant: ac ne alium quidem ex se ipso progenitorum sepulturæ mandare. Quæ prostant in Ed. Gronov. commodum vix admittunt sensum. Ex se ipso progeniti, vereor ut Græce dici possint οἱ ἰωϋτοῦ ἀπογινόμενοι. Præterea fato functi Herodoto quoque dicuntur aliquoties ἀπογινόμενοι: qua significandi virtute hic illud videtur capiendum. Qui patris cadaver, quod pignori opposuerat, expuncto debito non redemerat, hunc legislator etiam ipsum sepultura censuerat indignum, noluerātque ut suos ipse liberos fato functos isto dignaretur honore, μήτε ἄλλον μηδένα τῶν ἰωϋτοῦ ἀπογινόμενον θάψαι: sic scribendum arbitror: neque alium quemquam suorum fato functum. De his tacet legem commemorans Diodorus (I. 93.) T. I. p. 104, 93. In talibus ἀπογινέσθαι idem est ac ἀποβιῶναι vel ἀποθανεῖν, ter quaterve adhibitum Herodoto: vid. Clar. Alberti ad Hesych. in Ἀπογινόμενον. Hoc sensu mea quidem sententia debuerat illud in Attica lege accipi apud Demosth. contr. Macart. p. 608, 88. (p. 1069, 10. ed. Reisk.) τοὺς δ' ἀπογινομένους ἐν τοῖς δήμοις ὡς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται: quorum in pagis mortuorum nemo cadavera tollat. Quamque legem ad Leges de Sepultura referre debuerat, eam, quia forte legebatur aliis interjecta, retulit ad φονικοὺς νόμους S. Petitus in

LL. Att. p. 624. Latine vertens, si quis in aliquo populo cæsus sit. Alciphroni p. 80. mecum restituit A. Heringa: ἐκείθεν Κρίτων αὐτῷ ὁ γενήσεται ἀπεγίνετο. Valck.

Ibid. τῶν ἰωϋτοῦ ἀπογινόμενον] Non exputo, cur Aldi et Camerarii hanc scripturam mutatum ierint, tutam codicum auctoritate. Ἀπογινόμενος hoc non est loco progenitus, sed fato functus, uti II. 85. IV. 4. et apud Thucydidem, monitore Schol. ad Demosthen. Or. de Cherson. p. 59. Quod legem adtinet, de qua agitur, ea et in Diodori I. 92. Quanto vero humanius Imp. Justinianus edixit, nulli esse licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum facere eorum sepulturæ, Novell. CXV. 5. Porro (l. 20.) καταγαδῆς Gronovii præfert editio; in adnotatione καταγεσδῆς esse ait in optimo codice; forsan errore operarum. Nam Passion. et Ask. prius edunt, a quo alienus non sum. Κατόνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι inferius c. 172. Vallæ, vertentis conpares, lapsum redarguit H. Stephanus in Prolegom. Edit. secundæ, ut mirer valde Corn. de Pauw καταωῆς, ex Latinis istis formantem. Wess.

10. Μή μς καταγεσδῆς πρὸς τ.] Ex diversis hanc sinceram puto lectionem. Quando primum interpretabatur Valla, ne me cæteris pyramidibus conparęs; non ille quidem aliud hic verbum legit, sed minus dextre prægnantem phrasin intellexit, significantem: ne me sic vilipendas, ut unam censeas ceterarum; sive, ignominiosa cum ceteris pyramidibus instituta comparatione. Ionicum ἐνόεσθαι, κατοίεσθαι, (Herod. II. 172.) notabat Ἰαφαυλίζεαι et καταμίμψασθαι. Quid sit in proximis (l. 23.) ὑπεσύστατιν, monuit vir summus (Hemsterhusius) in nota L. Küsteri ad Aristoph. Av. v. 1145. Valck.— Conf. Not. ad III. 139, 17. S.

Cap. CXXXVII. 2. ἐξ Ἀνύσιος πόλιος] Hinc νομὸς Ἀνύσιος c. 166. verum contra tabulas. Non præteriit urbem Stephanus Byzant. estque ejus longe antiquior memoria in his Esaiæ c. xxx. 4. ומלאכיו חנס יגיעו et legati ejus Chanes (h. e. Anysin) adtigerint. Vocis apud Hebræos pronunciatio differt, urbs eadem. Nam quæ Junius et alii de Daphnis Pelusiis, sive Taphnes, minime congruunt. Tetigit verbo Thom. Pinedo ad Ethnicographum, uberius vero et distinctius Celeb. Camp. Vitringa, Comment. in eum Vatem p. 168. T. II. Reges Asychin et Anysin non novit Diodorus, Bocchorin ante Sabacum Ægypto inponens, I. 65. Wess.

15. καὶ ἐτίσων τασσομένων] Levi opera ταρσομένων, uti factum scio, refingi posset. Quo vero successu? πάσσειν, ἰμπάσσειν de inspersis, ornatus etiam causa, non refugit usus. In urbibus, altius eductis, neutrum novi. Facit Codd. tamen discordia ambiguum, sit-ne ταρσομένων an γενομένων genuinum: alterutrum sane (haud dubie posterius) ex glossa venit. Quæ sequuntur, a Cl. Gronovio bene constituta et docte explanata sunt. (Vide Var. Lect. ed. S.) De Bubasti, quæ Græcorum Ἄρτεμις sive Diana, nihil addo. Repetit Herodotus c. 156. quod hic professus fuit, et explicat copiose Iablonskius Panth. Ægypt. III. 3. Hoc adcedat, placuisse mihi olim (l. 18.) ἡδονὴ δ' ἰδίσθαι,, blanditumque Abreschio: movebar Nostri verbis III. 160. εἰ δὶ ὑμῖν ἡδονὴ τοῦ κατὰ Θάλασσαν ἡγεμονεύειν. Qui in vulgata adquiescunt; auxilium ex Car. Daubuz de Testim. Christi apud Joseph. lib II. 12. impetrabunt. Wess.—ἡδονῇ cum Aldo tenent edd. omnes, nec aliud e MSS. citatur. In F. desideratur quidem iota subscriptum vel adscriptum, sed habet ille tamen circumflexo accentu. Intelligendum ἡδονῇ ἰδίσθαι οὐδὲν μᾶλλον ἐξωτερίσμενον. S.

18. ἡδονῇ δ' ἰδίσθαι] Hic si Codices

vulgatis concinunt, paulo tamen superius (l. 15.) dabunt, ut autumo, τολίων: qua in re tantilla Codicum non exspectassem consensum. Quicquid hujus fuerit, Herodotum scripsisse suspicor ἥδιον δ' ἴδισθαι οὐδὲν τοῦτου μᾶλλον, alibi suo more scribentem ἄμεινον μᾶλλον, μᾶλλον ὀλβιώτερος, et αἰσχιστότερα μᾶλλον. ἡδίους μᾶλλον Chrysippus dixit apud Athen. IX. p. 373. A. ἥδιον——μᾶλλον forsan Isocrates in Æginet. p. 393. D. ἐν ποίας ἂν οἰκίης ἥδιον υἱὸν εἶδεν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους ἰσοκοινοβίντα μᾶλλον, ἢ ταύτης: in quibus, mutata tantum pronunciatione, ἥδιον corrigo pro ἴδιον: nam ἴδιον υἱὸν——ἰσοκοινοβίντα quis tandem dixerit? Comparativis junctæ vocis μᾶλλον pleonasmum exemplis adfirmarunt H. Stephanus, St. Berglerus, F. L. Abreschius, aliique. VALCK.—Nil opus fuisse sollicitare vulgatum, paullo ante vidimus. S.

CAP. CXXXVIII. [10. Ἴσοπτόν ἐστι.] Sic recte jam H. Steph. in ed. 1. posuerat: dein vero rursus mendosum ἴσοπτερόν ἐστι habet ed. 2. Cæterum, quid sit quod dicat Scriptor, quoniam exaltatum fuerit solum urbis, in templo autem media in urbe sito nihil fuerit mutatum, idcirco magis undique conspicuum factum esse templum, fateor mihi non liquere. S.]

17. φέρει δ' ἐς Ἑρμέω ἰρὸν] Rediit expulsa præpositio. Qui ejecit, (Gronovius) pulcre noverat, non hæc ad τὰ δίνδρεα pertinere: retulit ad viam, quæ Mercurii templum ferret; (id est, ut ille putabat, in qua via erat Mercurii fanum:) per utique incommode, cum totus aggeris tractus et tenor ad Mercurii ædem ducat. De decoro, quod obtenditur, id vero nihil est: sufficit, Herodoto eum verborum ordinem adrisisse. Non memoro Codd. scriptos, neque usum dictionis. Virgilianum, Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad umbras Æn. VI. 295. omnes norunt. Dedit Gronovius ex Nostri copiis nonnulla, (ex II. 122, 12. tum, quæ huc minus spectant, ex I. 10, 10. I. 120, 12. IX. 33, 13.) facile, si res postularet, ex Polybio, Diodoro, et Pausania in primis adaugenda. Conf. doctos viros in Act. Apost. c. XII. 10. WESS.

CAP. CXXXIX. 1. Τίλος δὲ τῆς ἀπ.] Τὴν ἀπαλλαγὴν forte dicere potuisset ἀπαλλαγῆς τίλος, ut mors dicitur θανάτου τίλος; cædes, φόνου τίλος. Paulo post, (l. 5.) ubi in somnio Rex dicitur jussus τοὺς ἱρέας μέσους διαταμεῖν, (Conf. Diodor. T. I. p. 75. ult.) neque illud, nec διαταμεῖν, sed διατάμνειν, legit Gregorius de Dial. Ion. MS: (§. 67.) Τὸ τίμνειν, Τάμνειν λέγουσιν. Ἡρόδοτος ἐν β', τοὺς ἱρέας——μέσους διατάμνειν. Ionice, ut τάμνειν, scribebatur στρέφειν et τράπειν. Sed Dorica sunt, ut puto, τρέφειν et τράχειν: hoc rarius, et Grammaticis tantum observatum. VALCK.

5. μέσους διαταμεῖν] Adjungit Diodorus καὶ διὰ μέσων αὐτῶν διελθεῖν μετὰ θεραπείας, et per medios sectos cum administris transire, I. 65. cujusmodi triste sectionis exemplum in Pythii filium natu majorem Xerxes repræsentasse legitur Musæ VII. 39. Ceterum Oracula, quæ Æthiopes consulebant, signavit, supra c. 29. WESS.

CAP. CXL. [3. νῆσον χώσας σκεδῇ τε καὶ γῇ] Cineres, puto, cænosæ humo mixti, aptius culturæ solum erant reddituri. Ac nescio an hoc consilio diligenter collectos cineres certis in ædium cameris adservare soliti sint Ægyptii. conf. c. 100. extr. S.]

7. ἔστι ἐπὶ πλίω ἢ ἑκατὸν στάδια——Ἀμυρταίου] Omne hoc comma ineptæ tautologiæ, ex inperiti hominis glossemate ortæ, damnat Jac. Perizonius vir clar. Orig. Ægypt. cap. XI. pag. 202. Nollem factum. Fluunt ex abundantiore Scriptoris sermone; suntque fre-

quentes hujusmodi iterationes, uti bene observavit Jac. Gronovius. Quod addit autem, cetera Perizonii se tangere dedignari, ἄῤῥητον ἄμεινον. Viam ille ostenderat ad turpem errorem huic loco adimendum, non sane cum dedecore spernendam. Rem vide. Dicit Herodotus, insulam, Anysis tempore in paludibus aggestam, septingentis atque amplius annis frustra ab insecutis regibus ad Amyrtæum usque fuisse quæsitam. Amyrtæus, quod Thucydidis I. 110. testimonio novimus, eas in paludes, quum Persis Longimanus Artaxerxes imperaret et Herodotus floreret, secessit: ab utroque ad Achazi aut Hiskiæ, Principum Judæorum, ævum, in quod Anysis et Sabaco incurrunt, intervallum est annorum paullo plus trecentorum. Hinc, ut Chronologiæ ratio constaret, Perizonius ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ τριακόσια, trecentis et amplius annis, conjectura plausibili. Mendam notæ genuerunt numerorum, perperam pictæ, quem ad modum Ampl. Bouherius, ejusdem conjecturæ patronus, Diss. Herod. c. VII. p. 71. commonefecit præclare. Wess. —Nempe, pro HHH olim temere |H|HH a librariis hic scriptum fuisse, Buherius censuerat. Aliam rationem secutus Reizius, τριακόσια pro ἑπτακ. non modo legendum statuit, sed etiam recta in contextu ponere hunc numerum non dubitavit. Cujus rationem et in versione sua adoptans Larcherus, et in Chronologia Herodotea, quæ Tomo VII. Gallici Herodoti continetur, p. 108 seqq. uberius adstruens, auctorem hujus inventi (ut multorum aliorum quæ Reizio debentur) Borheckium celebrat; qui tamen diserte professus erat se Reizium ducem esse secutum. S.

CAP. CXLI. 3. τῶν μαχίμων] Nec satis apte congruunt ista cum παραχρησάμενον, neque phrasi ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν: nam nihil huc facit locus, lib IV. c. 159. Scribi potuit τῷ μαχίμῳ, sive τὸ μάχιμον, ut corrigit Abreschius Dil. Thuc. p. 63. sive etiam τὸ τῶν μαχίμων, ut Reiskius, nempe γένος. Inter Ægyptiorum ἑπτὰ γένεα, —— οἱ μὲν μάχιμοι κεκλίαται, Herod. II. 163. Diodoro commemorantur τὸ μάχιμον ἔθνος, p. 106, 48. (I. 94.) et οἱ μάχιμοι καλούμενοι, p. 85, 1. (I. 73.) quocum loco desiderarem equidem in concordiam posse redigi supra Diodoro narrata p. 53, 1. (voluerat p. 33, 1. scil. lib. I. c. 28.) Indorum collata, quam alibi tradit, πολυτιμίᾳ. Sed in Herodoteis mihi sane videtur insolens ἐν ἀλογίῃσι: horum vice si legeretur ἀλογίην, in vicinis quidpiam novari nihil esset necesse. Scribi certe commode potuit: τὸν ἀλογίην ἴσχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων. Sic Herod. IV. 150. ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου, oraculi nullam habuerunt rationem. Alibi scripsit ἐν ἀλογίῃ τι ποιέεσθαι: et II. 172. Amasin ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον. Apud alios, pro despicatui habere, dicitur ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἔχειν, vel ἄγειν, vel τίθεσθαι. Stobæi Tyrtæus, p. 353. imbellem Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτε ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην: præferrem τιθείμην: quod habet Plato de Legib. I. p. 629. A. II. p. 660. E. et hinc Jamblich. in Protrept. p. 112. A Stobæano diversum exhibens animosum Tyrtæi carmen Lycurgus contr. Leocr. p. 162. de Lacedæmoniis, v. 25. (in Reiskii Or. Gr. Vol. IV. p. 212.) καὶ περὶ τοὺς ἄλλους πάντας οὐδένα λόγον ἴσχοντες περὶ τούτου οὕτω σφόδρα ἐσπουδάκασιν. Scaliger et Jo. Taylor περὶ τοῦτον recte corrigunt; vereor autem ut eruditissimi viri legerint alibi, περὶ τινὰ λόγον ἔχειν. Corrige, sodes: καίτοι τοὺς ἄλλους πάντας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἔχοντες, περὶ τούτων, etc. Ab his parum distat illud Euripidis Androm. v. 209. τὴν δὲ Σπάρτ' οὐδαμοῦ τίθης, vel τίθῃ. Scriptor non inelegans II. Macc. VIII. 12. ἐν οὐδενὶ ἐτίθετο.

VALCK.—Τὸ μάχιμον τῶν Αἰγυπτίων legit Schneider in Lex. sub voce Παραχρᾶσθαι: et accusativum τὸ μάχιμον ad verbum παραχρησ. refert, conferens hunc locum cum illo VIII. 20, 1. ubi παραχρησάμενοι τὸν χρησμὸν mox ab ipso Scriptore per οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησάμενοι explicatur. Vulgatam h. l. scripturam communi consensu tenent libri omnes: ac fortasse ipse Herodotus, syntacticis legibus non nimis religiose adstrictus, ἐν ἀλογίῃ ἴχειν cum genitivo casu construxit, quum cognatam dictionem ἀλογίην ἴχειν in animo habuisset. S.

8. Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων] Josephi codicem postremis caruisse, significarunt Palmerius, Marshamus, Vitringa: quam tamen rem dubiam relinquunt Judæi scriptoris membranæ. Quod si vere absentiam earum vocum animadvertit, Ἀραβίων στρατὸς, qui brevi sequetur, Josephum quadamtenus juvabit; nam et illi non adcensentur Assyrii. Sed præstat, quod res et schedæ omnes adprobant, defendere. Certe Senacheribo et Arabum, quibus trans Jordanem et in Petræa sedes, amplus numerus, et Assyrii dicto audientes fuerunt. Quod autem vir eruditus Josepho Ant. X. 1, 1. Senacheribum βασιλέα μέγαν nominanti, adposuit, Herodotum eumdem τὸν μέγαν Σανηχάριβον βασιλέα nuncupasse, secus habet. Mox (l. 10.) ἐς ἀπορίην ἀπειλημένον oportuerat. Vidimus Arionem ἀπειληθέντα ἐς ἀπορίην I. 24. et erunt deinceps alia. WESS.—Conf. VIII. 109, 8. et IX. 34, 12. Sed nimirum h. l. non modo cod. F. quem in Var. Lect. (ed. S.) memoravi, verum etiam alii omnes et ed. Wess. cum superioribus edd. in ἀπειλημμένον consentiebant. S.

19. ἐνταῦθα ἀπικομένους] Cora. de Pauw ἀπικόμενον, aut ἀπικομένων, posita post ἀνθρώπους majore στιγμῇ. Prius etiam Reiskius. Nolo refragari: qui voluerit, patronum arcesset Gronovium II. 66. WESS.—Vide nostram Var. Lect. (ed. S.) ad II. 66, 15. Nempe recte ibi Gronovius de nominativo participii pendente, ut aiunt Grammatici, sive absolute posito monuit, ubi alias genitivus absolutus locum habet: cujus ἀνακολουθίας exempla quidem etiam in Notis nostris ad I. 33, 1. adposuimus. Simillima vero ratione hic, ut in oratione infinita, loco nominativi participii accusativum absolute positum habemus; quemadmodum III. 99, 5. αὐτὸν τηκόμενον, pro eo quod ad legitimam syntaxeos normam αὐτοῦ τηκομένου esse debebat. Mox ἀγορῆσι ἀνθρωπικῇ, circumforanea hominum turba, ut I. 93, 7. S.

20. ἐπιχθόνιοι γυνοὶ μῦες, etc.] De muribus agrestibus quæ prodebantur, tantopere Polemonis narrationi et grammaticorum apud Eustathium (ad Ἰλ. α'. 39.) de Troadis incolis, mures venerantibus, ὅτι τὰς νευρὰς τῶν τολιμίων διέτρωγον, τόξων, congruunt, ut eodem fabulari fonte manasse diceres. Namque, aliam Assyriorum cladis caussam et locum fuisse, ex Esaia, qui ea vixit ætate, c. XXXVII, 36. exploratum habemus. Lege ibi, si vacat, Camp. Vitringæ Observationes. WESS.

23. γυμνῶν ὅπλων] Mediceus, et illi consentanei, si γυμνῶν καὶ ἀνόπλων, sicuti Plutarchus, Appianus, Polyænus et alii, præbuissent, ansam præcidissent querelæ. Ecquis unquam γυμνῶν ἀνόπλων aptavit? Quando melius Aldus, Eustathius, schedæque plures. Ita Xenophon Κυρ. Παιδ. V. (c. 4, 45.) p. 140. γυμνὰ ὅπλων σπουφόρα. Galenus de Usu Part. p. 368. ἄνθρωπος δ' ὥσπερ τὸ σῶμα γυμνὸς ὅπλων, οὕτω καὶ στιχνῶν τὴν ψυχὴν ἔρημος. Alia mitto. WESS. —Adde Ælian. Var. Hist. XXX. 37. quem locum Gronov. in Notis citavit, licet absurdum ἀνόπλων in contextu posuisset. S.

CAP. CXLII. 7. γενεαὶ γὰρ τρισὶ ἀν-

ἐῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι] Haud dissimilia Clemens Alex. Strom. I. p. 401. (p. 246. ed. Lugd. Bat. 1615.) et Homerici scholiastæ. (ad Ἰλ. α'. 250.) Alii aut brevius aut amplius temporis spatium τῇ γενιῇ contribuunt, uti Theod. Ryckius Dissert. de Prim. Ital. Colon. c. 4. et Jo. Alberti ad Hesychii Γενιὰ docuerunt. Noster non semper sibi in annorum γενιῶς ambitu respondet et congruit, quod I. 7., si sana isthic omnia, testabitur. Alibi præterea de singulis hominibus sive regibus sine ulla finiti temporis notatione vocem adhibet, veluti VI. 98. Conf. Jac. Perizon. Orig. Ægypt. c. XI. p. 215. Scripsi ex Arch. et Vind. post pauca (l. 11.) καὶ πρὸς, τριηκοσίοισι, etc. elegantius quam scribarum pro ingenio ratus. Dixi ad I. 156. quibus Euripid. Heracl. v. 961. et Helen. 641. Isæum de Hagn. Hered. p. 89. adstrue. Wess.

15. ἐξ ἠθείων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι] Neque hoc debuerat tentari. Alium respicit locum Suidas, (scil. I. 15, 4.) quando Ἐξ ἠθείων interpretatur ἐκ τῶν συνήθων τόπων: hunc Thomas M. ἐξ ἠθείων optime reddens ἔξω τῆς συνηθείας, in voce Ἐξ. Ἰστέον, inquit, ὅτι ἡ Ἐξ ἔστιν ὅτε καὶ ἀντὶ τοῦ ἔξω τίθεται. (Sic in illa dictione, ἐκ τοῦ μέσου κατῆσθαι, III. 83, 13. IV. 118, 8.) Ea sæpenumero latet in compositis vis, velut in ἔκμισγος, ἔκδικος, ἔκθεσμος, ἔξαθλος, similibusque; in ἐκδῆσαι, ἐκστρέψαι, ἐξοικεῖν. Apud Aristid. I. p. 175. ἐξοικεῖν τῆς οἰκουμένης idem est ac ἐκστατοπίσθαι. Aristoph. Nub. 88. Ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους. In Thucyd. III. 55. ἐκστρεπίστεον Schol. reddit ἔξω τοῦ πρέποντος. Valck.

Ibid. τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι] Corrigunt Miscell. Lipsiens. τὸν ἥλιον ἀνατῆλαι, solem resiliisse e sedibus suis, velut pila in murum illisa ἀνατάλλει, resultat. (Nempe sic Reiskius.) Non credo, nec ea verbo potestas. Haud multum huic fabellæ dissimilis Platonica, Politic. p. 269. Α. ὡς ἄρα, regis Atrei ætate, ἦλθεν μὲν ἀνατέλλων νῦν, εἰς τοῦτον τέτε τόπον ἰδύτε, ἀνέτειλε δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου, in ortu solis et occasu aliorumque siderum mutato. Scaliger, Emend. Temp. p. 198. (quod et Galeus adscripsit) veri quandam umbram in Ægyptiis his nugis quæsivit et invenit. Wess.—Tum in Addendis hæc adjicit idem Vir doctissimus: "Inpendit huic loco Dissertationem IV. T. III. p. 300. Edit. Paris. Origin. Leg. et Art. eruditissimus Goguetus, multisque disputatis eum corruptum et ob defectum meliorum codicum pro desperato et insanabili habet: videri tamen Ægyptios obscure indicasse mutatum solis cursum tempore Josuæ imperatoris, et Hiskiæ, Judæorum regis; de quo utroque in Josuæ libro cap. X, 12, 13. et II. Reg. cap. XX, 9. Quæ disputatio, uti elegans est, ita plane conjecturalis arcessitaque, atque in scriptas membranas aspera et iniqua. Aliam nuper meditando extudit (idem) vir doctissimus in Memor. Trivultin. (Janvier 1762.) T. LXV. p. 409. Edit. Amstel., maximopere urgens, ἐξ ἠθείων non esse extra sedes, quæ Gronovii Latina, verum ex sede consueta. Sententiam Ægyptiorum et Herodoti esse, solem quater inde ortum fuisse, unde oriri solet: et bis cursum illinc inchoasse, ubi Herodoti tempore occidebat, bis eundem finiisse isthic, ubi ejusdem ætate oriebatur: τὸν ἥλιον hic solem non innuere, sed solarem periodum, quæ spatio annorum undecim millium trecentorum et quadraginta revoluta varios ortus occasusque, sive initia et fines, habuerit. Huc, nisi aberro, tendit operosa eruditi viri explicatio, quam quidem laudibus ferre, probare non queo. Namque et longius abit a Scriptoris verbis; et prodigium, cujus caussa ad-

fertur, enervat. Quid ista enim, si solaris periodus sigificetur, καὶ οὐδὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἐπιρωσθῆναι? Et quis unquam ἥλιον ἀνατεῖλαι et καταδῦναι de periodi solaris initio et fine, ut alia ne addam, posuit? Ipsam sollertissimi viri diatribam adi." Hæc igitur Wess.—Porro idem Herodoti locus ingenium diligentiamque Academicorum Parisiensium, De la Nauze, Brequigny et Dupuis, haud admodum prospero quidem successu exercuit, quorum interpretationes rationesque Tomo XXIX. Historiæ et Comment. Acad. Reg. Inscript. p. 64. et seqq. exponuntur. Scaligeri rationem secutus Reizius, in brevi argumento hujus capitis scripsit, intra id tempus initium vagi anni bis in æstatem, bis in hiemem incidisse. S.

Cap. CXLIII. 6. Ἕκαστος αὐτόθι ἵσταται —— εἰκόνα ἑωυτοῦ] Suum defendere videtur IV. 103. ἐπὶ ξύλου μεγάλου ἀνατείρας ἑστᾷ: etiam Demosthen. περὶ Συντ. p. 100. (p. 172. ed. Reisk.) μὰ Δί, οὐ χαλκοῦς ἑστάσαν, οὐδ' ὑπερηγάπων. Alciphron. I. 30. cum animadversione Bergleri. Wess.—Dubitare videtur Vir doctissimus, recte-ne fecerit Gronovius, quod ἵστανται loco olim vulgati ἑστᾷ reposuit. At proprius hic locus verbo medio erat, ubi agitur de statua, quam sibi ponit quisque, non alteri. S.

8. Ad vulgatam olim scripturam πατρὸς ἕκαστον ἑωυτὸν ἐόντα, hæc monuit Valck. "ἑωυτοῦ scribendum censeo, sui quemque patris filium esse demonstrabant; e similitudine nimirum imaginis τοῦ ἄγχιστα ἀποθανόντος. Sed unusquisque tunc illorum πατρὶ ἑωυτὸν Παῖς ἀγαπητὸς ἔγινετο." Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

10. διεξιόντες διὰ πασέων, etc.] Hæc scripti libri suspecta reddunt. Nec sunt, quod Gronovius adposuit, ad sententiam adprime necessaria; sed Herodoteæ tamen redundantiæ minime contraria. Wess.

11. ἀναδήσαντι ἐς ἐκκλιδ. Θεὸν] Ἐς Θεὸν ἀναδῆσαι (ἑωυτὸν) et ἀναδῆσαι τὴν πατρωίην, (l. 2.) vulgo Græcis dicebatur τὸ γένος εἰς Θεὸν ἀναφέρειν: et, voce γένος omissa, ἀνάφερεν ἐς Θαμεῦν. Proximum accedit ἀνάψαι τὸ γένος εἰς Δία, et γένος ἀρχαῖον καὶ τῶν εἰκοσιῶν ἀνημμένον in Philostr. de Vit. Apoll. I. 4. Valck.

15. Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον] Incepta sunt quæ vulgo hic legebantur, Πίρωμιν ἑωυτομαζόμενον, et orationem interturbant. Henr. Stephanus, ut asperitas tolleretur, Πίρωμις (sive Πιρώμιας voluerat) ἑωυτομαζομένους, Piromidas cognominatos, emendavit; Reiskius, Πίρωμιν ἑωυτομάζοντες. Quorum ego conatus non aspernor. Quanto tamen præstantius Laurentii et Codd. illud Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον, Piromin ex Piromi progenitum. Ausus sum, nec puto damnabili consilio, id scriptori reddere, siquidem superiora id et ratum habent et sibi postulant. Belle Gronovius hanc majorum in Ægypto computandorum rationem ex Synesio I. de Provid. p. 93. D. firmavit, gratias sine dubio Mediceo acturus, si quid hujusmodi dedisset: et erat tamen a Galeo in medium depositum. Jam, si fides Kirchero, ΠΙΡΩΜΙ Coptis est vir fortis et Heros, Suppl. Lex. Copt. cap. 7., sive, ut Nöster, καλὸς κἀγαθός. At certa non est: namque illi in Prodromo Copto p. 295. ac alibi ΠΙΡΩΜΙ vir aut homo est, sine ullo boni malive additamento. Inspice H. Relandi Dissert. de Copt. Ling. p. 108. et Jablonskii Prolegom. Panth. Ægypt. p. 38. Wess. —Deos et heroas sui generis auctores arroganter jactantibus Græculis sacerdotes Ægyptii suos quidem Reges, qui hominibus imperassent, omnes homines fuisse comprobabant ex hominibus natos.

Homo Ægyptiace πίρωμις dicebatur; Herodoti καλὸν κἀγαθὸν lusum esse etymologicum monuit Iablonskius Proleg. in Panth. p. 38. VALCK.—Ab Ægyptiaco vocabulo Piromi Indicum Brama, quod alii Biruma pronunciant, derivatum esse sibi persuaserat Lacroze; cujus vide, si lubet, Hist. du Christianisme des Indes, lib. VI. T. II. p. 224 seq. S.

CAP. CXLIV. 4. οἰκίσαντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι] Qui hic nobiscum studia tractat literarum, vir ingeniosus Joann. le Febvre, corrigendum suspicabatur οἰκέοντας ἅμα τ. ἀ. atque ita legisse Vallam, vertentem, una cum hominibus *habitantes*. VALCK.—Magnum Theologiæ Ægyptiæ, quam docte digessit, præsidium Jablonskius in his reperit, sed meo judicio infirmum et haudquaquam locuples. Quid enim, si semper deorum unus Ægypti fuerit dominator, si suos sibi successores habuerit, artes invenerit, formarit legibus et institutis civium mores, gesserit bella, vitæque finem et suum sibi sepulcrum habuerit, negandus-ne erit cum hominibus egisse? Nullum quidem fabularis illa doctrina θεὸν ἀνθρωποειδέα adgnovit, nec vero sustulit eorum inter homines et cum mortalibus conmercia ἐν ἱερῶν ζώων μορφῇς. Testes fero Diodorum I. 12. et Plutarch. Is. et Osir. c. 18. Atque hæc faciunt, ut verissimum putem, οἰκέοντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι, habitantes cum hominibus, quomodo Valla et schedæ quædam. Convenit egregie istud fabulis gentis et scriptoris sententiæ. Obstat, neque diffiteor, Athenagoras, quem si dixero, codice emendatissimo caruisse, nihil ponetur, quod a vero abeat. Sed placet his in conmutationibus τὸ ΜΗΔΕΝ 'ΑΓΑΝ. WESS.—Sane, Ne quid nimis! Sed et, Ne minus justo! et, Suum cuique! De scripturæ ratione apud Athenagoram, vide quæ in Var. Lect. (ed. S.) monuimus. S.

7. τοῦτον, καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι, etc.] In Latinis a Valla venerat postquam *exstinxit* Typhonem. Scio bello superatum periisse Typhonem apud Diodorum I. 88. nec non, quæ Plutarch. Is. et Osir. c. 19. litteris mandavit, et Stephan. Byz. in voce Ἠρώ. At Herodotus nihil tale. Significat regno, quod fratri per scelus eripuerat, dejectum ab Horo fuisse. Simile est τοὺς συμάχους τῶν Ἰώνων καταπαύσας ὁ Μακεδόνιος, VI. 43., quos ille abdicare coëgerat. VII. 105. τὸν δὲ ὑπὸ Δαρείου σταθέντα καταπαύσας: et II. 162. De Osiride, ceterisque Ægyptiorum diis et eorum ordinibus parco scribere. Cl. Iablonskii hic campus fuit, Prolegom. Panth. p. 75., in paucis ab Herodoti mente aberrantis. WESS.

CAP. CXLV. [7. διδήλωταί μοι πρόσθε. Vide cap. 43. hujus libri. S.]

13. κατὰ ἑξακόσια ἔτεα καὶ χίλια] In numeris latet error. Ab Hercule ad Herodotum abierunt anni ferme nongenti: ergo, si in his nihil fuit admissum, a Dionyso, Cadmi nepote, ad eumdem anni circiter septingenti: ergo Bacchum istum inter et Herculem generationes (γενεαὶ) plusquam viginti. Atqui non plus quinque generationibus Bacchus et Hercules disjuncti fuerunt, sicuti ex Apollodoro, Diodoro, et aliunde cognitum habemus. Quinque generationes, siquidem tres centum dederunt, quod cap. 142. adseruit, centum fere et sexaginta consummant annos. Unde consequens est, ut, κατὰ ἑξήκοντα ἔτεα καὶ χίλια. anni ferme mille et sexaginta, reformetur. Vidit hoc ac recte ursit Th. Lydiatus in Oxon. Marm. p. 25., probavit etiam Bouherio, Diss. Herod. cap. XI. p. 131. Animadverterat mendam Palmerius quoque, Exercit. ad Græc. Auct. p. 12., finxeratque ἐννακόσια ἢ χίλια μάλιστα, nongenti aut mille ad summum; nimium a rei veri-

tate et prisca loci lectione desciscens. Wess.—ἐξήκοντα cum Reiz. et Borh. in versione adoptavit Larcher. Quæ quamvis et per se probabilis et alioqui necessaria videatur emendatio; tamen dici non potest, vulgatam hujus loci scripturam (sicut illam cap. 140, 7. et passim alias) permutatis inter se notis numericis admodum inter se similibus ortum debuisse. Multum enim differunt priscæ numeri utriusque notæ: nam 600 hac nota |H| H designantur, 60 vero ista |Δ| Δ. S.

Cap. CXLVI. 6. ἴφη ἂν τις καὶ τούτους ἄλλους, etc.] Mallem τοὺς ἄλλους. Hoc videtur voluisse: si Hercules, Dionysus et Pan, in Græcia nati et educti, priscorum Deorum nomina et titulos invaserint; etiam alios humanæ originis, pro diis superstitione Græcorum habitos, dici non injuria posse, illud ipsum in semet expertos esse. Quæ sane suspicio ex earum est genere, quibus veritatis character detrahi non debet. Unde enim tot Joves, Apollines, Neptuni, et omnis fere ille συεφιστὸς οὐρανιώνων? De Mercurio Maiæ filio, τοῦ Ἑρμοῦ aut Ægyptii Thoyth aut Samothraciæ Cadmili titulos et officia occupante, testantur conplures: τοὺς Τυνδαρίδας δέ φασι τὴν τῶν Διοσκούρων δόξαν ὑπελθεῖν, πάλιν (immo πάλαι, ut Hemsterhusius) νομιζομένων εἶναι θεῶν, verissime Sextus Empir. IX. (§. 37.) pag. 557. Castor enim et Pollux, Tyndari et Ledæ filii, Dioscurorum, qui inter Cabiros Samothracum, nomen et honores vulgi et veteratorum artibus inpetraverunt, et diu servarunt; quod Hemsterhusius V. Cl. tanta eruditionis variæ copia ad Luciani Dial. Deor. XXVI. pag. 282. patefecit, ut nihil supra. Herodoti non injustum de similibus arbitrium. Wess.—Mihi, pace præstantissimi Viri dixerim, longe alia Herodoti sententia, aliud ratiocinium esse videbatur. Occasione mentionis factæ Deorum, quos antiquissimis temporibus, priusquam homines regnassent, regnum inter Ægyptios tenuisse sacerdotes Ægyptii memorabant, redit Scriptor noster ad idem argumentum, quod jam supra cap. 43. tractaverat; scilicet ad quæstionem, utrum Deos suos Græci ab Ægyptiis acceperint, nec-ne? Hæc sunt illa ἀμφότερα, quæ initio hujus cap. dicit, duæ rationes; nempe altera eorum qui adfirmant, altera eorum qui negant. Et nunc quidem quæstionem istam respectu trium Deorum, quos superiore capite præ cæteris nominaverat, instituit, et in hunc maxime modum ratiocinatur Negari non potest, Herculem, Dionyson atque Panem deos esse multo antiquiores illa ætate qua nati in Græcia feruntur viri illorum cognomines, quos ut deorum choro adscriptos colunt Græci; adeoque constat, esse hos multo recentiores. Jam si priscis temporibus noti fuissent Græcis Hercules aliquis et Dionysus et Pan, dii qui inter Græcos regnassent; tum hi qui hos deos ex Græcia ipsa, non ex Ægypto, repetendos statuunt, dicere possent, recentiores hos, alterum Herculem, alterum Dionysum, alterum Panem, priscorum illorum nomina et honores occupasse. Atqui antiquior apud Græcos Hercules, quam Amphitryonis filius, nemini notus est: (silentio hic præterit Scriptor id quod inter omnes constabat, Herculem hunc, prius Alcæum vel Alcidem nominatum, postea demum oraculi jussu Herculis nomen accepisse: conf. Sext. Empir. IX. 36. et ibi Fabric.) Dionysus vero et Pan, non modo prisci, Græcis ignoti; sed ne recentiores quidem hi, quos colunt, satis illis noti sunt, ac fere peregrini (nisi quod in Græcia nati putantur) ab illis habentur. Unde colligi par est, trium priscorum deorum, Herculis, Dionysi atque Panis nomina

et cultum nonnisi eis fere temporibus primum innotuisse Græcis, quibus natos in Græcia esse hosce recentiores istorum cognomines constat. S.

10. καὶ ἥνιπερ ἐς Νύσαν] Adtigit Æthiopiæ hanc urbem III. 97., Νύσαν, non ut Edd. Νίσσαν, adpellans: quod et hic sequor codicum imperio. Alii alibi locant et Νύσσαν scribunt, de quibus ad Diodori I. 15. Nihil præterea interest, utrum ἐς μηρὸν ἐνερράψατο an ἐῤῥάψατο optaveris. ἐῤῥαψάμενος τῷ μηρῷ eadem in fabula Aristides princ. Laud. Dionysi T. I. pag. 29., ἐνέῤῥαψε τῷ μηρῷ Apollod. III. 4, 3. μηρῷ ἐγκατερράψαο Orpheus Hymn. XLVII. 3. Wess.

[15. Ταῦτα μὲν νυν, etc. Nempe hæc de tribus deorum ordinibus, qui olim Ægypti tenuissent imperium, priusquam homines cœpissent in eadem terra regnare: atque etiam quæ de priscis regibus ex hominum genere hactenus memoravit Herodotus. S.]

Cap. CXLVII. 12. ἐπίσχεσθαί σφι κατ' ἀρχὰς] Notabile est, neque displicet, ἐπίσχετο Arch. et Vind.; quem in modum iidem II. 151. III. 94. VII. 220., consentiente isthic Med. Ask. et Pass. Tale etiam διημαίνων τὸν πεσχεμένον θάνατον IV. 164. (Ac alibi formationem paulo asperiorem, duabus concurrentibus consonis, amare Nostrum jam sæpius observavimus. Nec vero opus fuit, ut religiosam in hujusmodi minutiis constantiam servaret Scriptor.) Jam supra quod posuit, (l. 4.) post Sethonis excessum, sive μετὰ τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου, XII. principes lectos fuisse, id insuper Marshamus habuit, Anysin cœcum et Sethonem catalogo XII. regum satis inprudenter inserens, Can. Chron. pag. 538. Wess.

Cap. CXLVIII. 2. ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριδος κατὰ Κροκοδείλων — πόλιν] In Stephano Byz. quem huc respexisse L. Holstenius aliique monuerunt, mendam reliquerunt intactam: Κροκοδείλων πόλις sita fuisse dicitur ἐν τῇ Μοιρίδι τῇ λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ. corrigendum sine dubio: ἐν τῇ Μοίριδος λίμνῃ: neque enim lacus iste nobilissimus Mœris, Μοῖρις, dicebatur, sed Mœrides: Μοίριος λίμνη semper Herodoto, Μοίριδος λίμνη Diodoro ceterisque. Herodotei non meminerat loci Conr. Gesnerus, Maream vel Mareotida paludem designari suspicatus Æliano de Nat. An. VI. 7. Ἐν τῇ Αἰγύπτῳ περὶ τὴν λίμνην τὴν καλουμένην Μύριδος, ὅπου Κροκοδείλων πόλις: scribi præstat Μοίριδος, quod in Diodoro probavit et Cl. Wesselingius. Duæ sunt a se invicem longe dissitæ paludes, Alexandriæ vicina Μάρεια, et juxta quam Labyrinthus erat, inter nomon Arsinoiten et Memphiten, Μοίριδος λίμνη. Veteres admirandum lacum Regis Mœridis jussu χειροποίητον fuisse consentiunt: vid. Wess. ad Diodor. I. (c. 51.) p. 61. Contra testis oculatus Aristides Maream et lacum Mœridis, et paludes inferiores Ægypti, Nili πόλπους fuisse judicabat, in Ægyptiaca T. III. p. 591. ἥτε γὰρ Μοίριδος λίμνη, καὶ αἱ περὶς ταῖς ἴλεσι (sic egregie corrigit vir summus P. Wesselingius ad Hierocl. Synecd. pag. 726.) καὶ ἡ Μάρεια ἐξ ἀρχῆς εἰσι τοῦ Νείλου πόλποι. In Mœridis lacu nuper Jovis μηρὸν quæsivit Eruditiss. Schmidtius: cui sub Bacchi et Osiridis fabulis Nilus latere videtur. Cæterum urbium Ægypti, quæ quidem nobis innotuerunt, Ægyptiaca nomina sæpe latent: indigenis crocodili vulgo Κάμψαι appellabantur: Herodoti testimonium lib. II. cap. 69. firmat Iablonskius Panth. P. III. p. 70. illinc probabiliter ductum genuinum fuit urbi Crocodilorum nomen. Quæ Græci nobis tradiderunt Ægyptiaca nomina, de his plerisque credi par est, quod de nomine Canobi, observat Aristides T. III. p. 608. Αἰγύπτια καὶ δυσγράμματα nomina, in sonum

mutata faciliorem, ori suo accommodarunt. Hoc facile ferendum: sed sæpenumero nullius ingenii lumine dissipandas tenebras offudit historiæ veteri illud ipsum, quod in nominibus Ægyptiacis Solonem fecisse Critias narrat Platonis, T. III. p. 113. A. διαστησάμενοι τὴν τῶν ὀνομάτων δύναμιν εἰς τὴν ἑαυτῶν φωνὴν μετενηνόχασι. Hac in re frequenter etiam peccarunt Philo Byblius et antiqui Fœderis Interpretes Græci. Ne nunc quidem desunt imitatores istius historici, quem notat Lucianus de Historia scribenda, T. II. p. 29. vid. Plutarch. de Fort. Rom. p. 322. F. VALCK.

[4. τὸν ἐγὼ ἤδη ἴδον λόγου μείζω] Quænam sit h. l. vis particulæ ἤδη, velim doceri: videtur ad λόγου μείζω referenda; nescio vero an divisis vocibus ἢ δὴ scriptum oportuerit, profecto. Sed, hæc cum maxime scribens, intelligo referri verba τὸν ἐγὼ ἤδη ἴδον ad ea quæ cap. 147, 3. posuerat, ταῦτ' ἤδη φράσω. προσίσταμαι δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Labyrinthi rudera, et cellas ubi sepulti sacri crocodili, vidisse sibi visus est descripsitque Savary, in Lettres sur l'Egypte, T. II. p. 24 seq. Cæterum multa ad Labyrinthum spectantia erudite collegit disquisivitque Larcher in Notis ad hoc caput. Totam ædificii rationem distributionemque symbolum fuisse annui cursus Solis probatum ivit Getterer in Commentat. Soc. Reg. Goetting. Vol. IX. pag. 60 seqq. S.]

5. τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχια] Non alia sunt ac πάντα τὰ Ἑλλήνων τείχια, sive, quidquid substructionum operumque Græci condiderunt. Ad quem modum τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα apud Platonem, τὰ ἐξ ἀνθρώπων καινὰ Dionis Cassii, τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα in Heliodoro, phraque alia, docte explicita a Cl. Abreschio Anfmadv. in Æschyl. I. 20. pag. 140. Ἔργων ἀπόδειξις de egregiis facinoribus, I. 207. II. 101. et alias obvia est. (sed hic quidem de operibus hominum manu factis.) Verum proinde (l. 10. seq.) quod Aldus dederat, et codices non plane inprobant Ἑλληνικῶν ἔργων καὶ μιγίστων: aliud placuit ob Medic. viro Celeb. WESS.

[12. αὐλαὶ κατάστεγοι. Vertunt aulæ tecto opertæ: quæ quidem secum ipsa pugnant, quum αὐλὴ sit locus apertus, sub dio. Itaque recte Gronov. intelligebat aulas porticibus circumdatas; quod ipsum etiam disertius infra (l. 31.) indicat auctor, ubi ait αὐλὴ ἑκάστη περίστυλος: et στέγαι, quas l. 25. et 28. dicit, iidem porticus esse videntur, atque hoc vocab. porticus, sive fornices malueris, (πρόστασις Strabo vocat lib. XVII. p. 811. B.) in Latinis nostris et hic et l. 25. et 27. positum velim, ubi conclavia et ædificia posui; conclavia enim οἰκήματα sunt. Wyttenbachius vero Selector. pag. 356. αὐλαί τι καὶ στέγαι scripsisse Herodotum censuit; στέγας autem tecta ædificia interpretatur, quum αὐλαὶ apertæ sint. S.]

17. αὐτοί τε ἰρέαμεν] Ionum ore idem ἰρέω atque aliorum ἱερέω sonuisse G. Corinthus et hoc de grege monuerunt alii. Scriptis in libris mira variatio: haud pauci Ionicam speciem, ut Pass. Ask. Vind., prorsus recusant. Ὀρέομαι, Arch. natum ex ἰρέομαι neglecta αὐξήσει videtur, quod et II. 106. servavit, et in Edd. occurrit V. 40. Sic Heraclitus, Δύνατός ἐστι, ἀνόσια ἐγγεβίντες ἀρέσμαι, in Clement. Alex. Strom. III. p. 520. Par discordia ἰρέοντας infer et ἰρέωντας, quamquam illius, uti æquum erat, frequentior usus. Sunt hæ minutiores curæ, et res gestas vestigantibus fortasse tædiosæ, considerandæ tamen Ionicum scriptorem versanti. (conf. Var. Lect. ed. S. ad I. 99, 9. et 13.) Superbum autem Labyrinthi opus Mela I. 9. Plinius Hist. Nat. XXXVI. 13. Stra-

bo XVII. p. 1165. (p. 811. ed. Cas.) non prætcrierunt, in descriptione non usque quaque concordes. Wess.—Adde Diodor. Sic. lib. I. c. 61. et 89. cum Wesselingii Notis. S.

32. τῆς δὲ γωνίης τελευτῶντος τοῦ λαβυρίνθου ἴχνεται πυραμὶς] Istud τῆς γωνίης eamdem mihi dubitationem movet, quam supra ad lib. I. c. 51, 8. judicavi. In extremitate labyrinthi ex stadii intervallo (ἐπὶ σίλιον τῆς οἰκοδομίας ταύτης πλέον ἢ στάδιον ἀπιχούσης) positam istam pyramidem facit Strabo p. 811. c. ex vulgata quidem scriptura, quam nuperus etiam Editor Lipsiensis tenuit: sed nimirum ἀπιχούσης scriptum oportebat, quod in versione Latina recte expressum, In fine hujus ædificii quod plus stadio occupat. S.]

Cap. CXLIX. 4. εἰσὶ στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ σχοινίλιοι] Omnia hæc uncis includit Cl. Pauw, prætereaque ἐστὶ καὶ legit, cujus ambitus æquat Ægypti partem maritimam. Neutrum adscisco. Nam, τὸ περίμετρον—εἰσὶ στάδιοι, etc. suum adgnoscere Scriptorem, cap. 124. et illi adposita firmabunt. (conf. II. 41, 17.) ἴσον τὸ παρὰ θάλασσαν ea sumendum est consuetudine, qua μὴ ἴσως μῆκος εἶναι II. 7. (nempe per ellipsin κατὰ præpositionis.) Cetera, quæ de Ægypti ad mare latitudine, ibidem c. 6. explanavi. Neque opus erit, ut Mœridis amplitudinem lacus examinem: factum alias, ad Diodor. I. 51. Hoc vide: denuo enim λιμνολογητέον: superiore capite (c. 48, 13.) πρὸς βορέω ex Med. et aliis locum occupavit; πρὸς βορέην, quod hic (l. 6.) se obfert, mutato. Possum id ferre et pati, siquidem βορέω contractum ex βορέιω docetur ab Eustath. in Homer. p. 994, 37. (Iliad. p. 989, 31. ed. Bas.) sicuti est, et repetitur III. 102. Quid itaque impediet, quo minus πρὸς βορέην ex Arch. et Vind. in sedem redeat? Habent Edd. I. 6. III. 97. VII. 189. membranæ creberrime. Wess.—Præpositionem πρὸς, ista notione, promiscue mox cum secundo casu, mox cum quarto, construi a Nostro, observavimus in Adnot. ad I. 202, 14. et ad II. 121, 5. De Mœridis, lacu, juxta ea quæ erudite, ut solet, collegit disputavitque Larcher, consuli merentur Savary, Lettres sur l'Egypte, T. II. p. 30 seqq. *Denon*, Voyage dans l'Egypte p. 85. et instar omnium *Jomard*, in Memoire sur le Lac de Mœris comparé au Lac de Fayoum, T. I. magnæ Descriptionis Ægypti, Parte ad Antiquitates spectante, p. 79—114. S.

5. ἴσοι] Quod forte noluisset adeo diligenter observatum Herodotus, in numeris amplificandis sæpe modum excedens, id a Lectore primum ad oram libri positum fuisse suspicor, ἴσον καὶ αὐτῆς Αἰγύπτου τὸ παρὰ θάλασσαν: qui quidem eorum meminerat, quæ supra leguntur lib. II. c. 6. αὐτῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος τὸ παρὰ θάλασσαν ἑξήκοντα σχοῖνοι, κατὰ ἡμέας διαιρέομεν. De oræ maritimæ latitudine Wesselingius egit ad Diodor. Sic. I. p. 36. cui hic tradita æque videntur ac Is. Vossio parum credibilia. Valck.

13. ἐργμαὶ δίκαιαι] Perperam ultimum quibusdam in MSS. negligitur. Ælianus Hist. Anim. XV. 9. μῆκος μὲν οὖν προήκων εἰς πεντεκαίδεκά που πόδας μεμετρημένους δικαίῳ μέτρῳ. Alexandrini interpretes Levit. xix, 36. ζυγὰ δίκαια καὶ σταθμία δίκαια, et aliis sæpe in locis. In illis autem (l. 17.) ἄνυδρος γὰρ δὴ δεινῶς, mira se balbuties Corn. de Pauw prodidit: fuisse olim, ἄνυδρος γὰρ γῆ, aut γὰρ δὴ γὴ δεινῶς: quorum alterutrum si schedæ dedissent, expellendi defuisset causa; nunc, si ad loci sententiam adsumatur, satis erit. Wess.—Vide vero, ne δίκαιαί εἰσι ad sequentia verba debeant referri, idemque valeant

ac si dixisset δικαίως δύναται, adcurate, exacte valent stadium sex jugerum. Quo spectat fortasse quod ex Grammatico Sangermanensi Larcherus adnotavit: δίκαιον μίτρον, τὸ ἴσον. Ἡρόδοτος β'. S.

21. τὸ βασιλήϊον] Regium fiscum, Valla: aulam regiam designat Herodotus, etiam ubi thesauros commemorat. Fiscum Principis vel Imperatoris βασιλικὸν vocant: in Diogene Laërt. VII. 181. recte cepit Menagius. Frequentat hoc sensu τὸ βασιλικὸν Diodorus Sic. lib. II. c. 40. τιτάρτην εἰς τὸ βασιλικὸν τελοῦσι. conf. ibid. c. 41. Lib. XI. c. 67. Damnatorum bona Hieron εἰς τὸ βασ. ἀνελάμβανε, in fiscum referebat. XX. 4. Agathocles τὰς οὐσίας εἰς αὐτὸν ἀνέλαβε. Plene legitur in Eclogis, p. 592, 89. εἰς τὸ βασιλικὸν ταμεῖον τὰς οὐσίας ἀνέλαβε. conf. H. Vales. in Exc. Peiresc. p. 96. Ceterum vectigal illud e piscibus lacus Mœridis Reginæ datum scribit Diodorus περὶ μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμὸν, lib. I. c. 52. Valck.

Cap. CL. 9. Σαρδαναπάλλου] Una hæc luxuriosi et perditi Regis in Musis mentio: fuisset alibi uberior, ni temporum injuria λόγους Nostri Ἀσσυρίους invidisset. Nomen hominis sic expressi, ut MSS. ostentant plures. Scaliger, quod profitetur ad Euseb. Chron. p. 63. in omnibus Chronici Codicibus Sardanapallum invenit. In Justino et Orosio animadverterunt alii. Maximus Tyr. Σαρδανάπαλλον adpellat Diss. X. 9. cum Davisii adnotatione: Philo etiam Judæus Tom. II. p. 536. Ed. Mang. Fuit et in Luciani Dea Syr. c. 40. si schedis credimus. Ipsum autem hoc exemplum, quod incredibilem subterraneam fossam, qua lacus Mœridis aqua cum Syrti committitur, illustrare debet, longe discrepat. Wess.—Congruit quidem exemplum hactenus, quod utrobique effossam humum memorant in fluvium fuisse conjectam. Sed hoc ipsum mireris, humum ex Mœridi lacu effossam in Nilum fuisse projectam, non struendis aggeribus aut exaltando solo usos illa esse Ægyptios. S.

Cap. CLI. 4. φιάλας χρυσέας] Galeo dicitur miris modis hanc historiam pervertisse Athenæus, VI. p. 231. Sed in Athenæum ista vix cadere potest incuria, hominem in excerpendis veterum scriptis accuratissimum. Quæ prostant loco citato tanquam Herodotea, lectoris potius inepti conficiunt emblema, ab instituto Athenæi prorsus alienum, quodque non videtur legisse, qui vicina dedit, Eustathius ad Ἰλ. λ'. p. 815. Valck.—Ex Eustathio, quid scripserit Athenæus vel non scripserit, nusquam certo cognosci potest, quoniam nonnisi Epitome Athenæi ille usus est. In eo memoria fefellit Athenæum, quod *argenteas* phialas pro aureis scripsit. S.

6. Ψαμμίτιχος] Hæsitavi in regis nomine. Ψαμμήνιτος ex Codd. scripsissem, si semper conspirassent. Lege ad Musam superiorem c. 105. et II. 2. Athenæus, Herodotea hæc adtingens, multa admiscet aliena, et scriptoris sententiæ contraria, fortasse memoriæ peccato, VI. 4. (c. 19. nostræ ed.) p. 231. D.; paullo prudentior Diodorus I. 66. Wess.—Conf. superiorem adnotationem. S.

16. φιλώσαντας τὰ πλεῖστα τῆς δυνάμεως] Convenit Xenophontis Κυρ. παιδ. IV. (5. 19.) p. 105. B. ἵστημιν ἐπὶ τοὺς Μήδους, ὡς φιλώσων αὐτὸν, ut Cyrum potentia exueret; et Dionis Cassii XL. (c. 62.) p. 167. ἢ μηδ' ἐκεῖνον φιλώσαντας, αὐτὸν ταῖς δυνάμεσι —— ἐκδοῦναι. Wess.

Cap. CLII. 2. ὃς οἱ τὸν πατέρα Νινὸν ἀπέκτεινε] Sic publicarat H. Stephanus; adscripto, si vulgatum ἐκὼν sequamur, verti posse, volens, i. e. non per inprudentiam, occiderat: nec discrepat Paull. Leopardus Emend. VII. 12. Quæ

quidem censura non placuit Pavio, ἔχων ἀπίκτιστος præferenti. Gronovius Ἔκων ex Med. et aliis potius censuit, Νικὼν non plane spernens. Equidem id retentum maluissem, tum quia regis nepos eodem fuit nomine, qui priscorum mos, tum ob Stephani Codices, quibus paria sentiunt alii. Valeant itaque conjecturæ incertæ et ex arbitrio natæ. Wess.

5. βασιλεύοντα τοδιύτερον, etc.] Certum ratumque est, Psammitichum Æthiopicam cladem fuga evitasse: τὸ διύτερον vero quorsum referetur? Dices, a Saïtis revocatum, et regno admotum, neque refragabor. Ergo-ne bis regni curam suscepit, jam ante exilium, regis Sabaconis tempore, eadem dignitate conspicuus? Id vero consistere nequit cum c. 147. Quare τὸ διύτερον secundam fugam indicat, qua, pressus a collegis regibus, saluti suæ consuluit. Mox (l. 4. et seqq.) ὄψιος, ἱστυόει, et μαντήϊον recepi, quippe Ionici commatis. Quod et alias facio, solo MSS. indicio contentus: cui enim bono repetitæ iterum iterumque admonitiones? Herodotum qui versant, dictionis ejusdem callent genus. Wess.

15. κατὰ λητῆν ἐκπλώσαντας] Cares erant λῃστρικοὶ et passim μισθοῦ στρατεύοντες in Strabonis XIV. p. 978. A. (p. 662. D. ed. Cas.) Par Græcorum olim et Ionum prava consuetudo, teste Thucydide I. 5. Hinc in lege Solonis, a Gaio servata L. 4. D. de Colleg. οἱ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, sociati ut prædatum eant. Vere enim doctissimi viri, Palmerius, Heraldus, Bynkershoekius, ita correxerunt, obliti verborum Herodoti, ad eam sententiam adprime utilium. Wess.

Cap. CLIII. 6. διωδεκαπήχεις] Aldinum contemni haud debuerat, quippe unice legitimum: vidit et Reiskius; Diodorus I. 67. consentit. Quod subditur (l. 7.) ὁ δὲ Ἄπις κατὰ τὴν Ἑλλ. γλ. ἔστι Ἔπαφος, vereor, ut Herodoti sit. Conmodam sedem habet III. 27. et 28. hic fortasse additicium, minus certe necessarium. De Epapho gemina Ælian. Hist. An. XI. 10. et Græcorum alii. Wess.

Cap. CLIV. 10. πρὸς θαλάσσης, ὀλίγον ἔνερθε Βουβ.] In Latinis erat prope exiguum maris, vulgato πρὸς ὀλίγον θαλάσσης respondens. Neutrum bene. Reiskius ex illo, ὀλίγον πρόσω θαλάσσης, tantillum remoti a mari. Veriora edunt MSS.; quibus Diodorus adstipulatur I. 67. Statim (l. 13.) idem Vir. Cl. κατοίκισε ἐς Μέμφιν, justiore caussa, quam Herodotus brevi adprobabit ipse. (Olim ibi κατοίκησε, quod et Gron. tenuit. Veram scripturam servavit MS. F. puto et Paris.) Mendæ genus per est frequens. Tale in Strabonis X. p. 685. B. (p. 447. A. ed. Cas.) ὁ μὲν τὴν Ἐρετρίαν ᾤκησε: et p. 734. (p. 479. B.) εἶτ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες συνῴκησαν. Tale Musa VI. 33. VII. 170. Cares autem μέρος τι τῆς Μέμφιος incoluisse, Καρομεμφίτας adpellatos, est in Polyæno VII. 6. et Steph. Byz. voce Καρικόν. Wess.

19. ὁλκοὶ τῶν νεῶν] Laurentius Vestigia navalium, et c. 159. H. Stephanus obscurius, canales quibus naves deducebantur. Malo navalia cum Porto. Ὁλκοὺς δυνάμεις Philo Jud. Leg. ad Caium p. 1030. alibi ὁλκικὰς, eas ait, quæ adliciunt. Nautica in re ὁλκοὶ rudentes sunt ad naves trahendas. (sive lignei cylindri, quibus naves in terra promoventur.) Schol. Thucydidis III. 25. οἱ ὁλκοὶ, ἔργανά εἰσι, οἷς αἱ νῆες ἕλκονται: tum navalia. Hesychius ὁλκοὺς, ναυστάθμους, τὰς ἕλξεις τῶν πλοίων. Suidas paria, fortasse hoc ex loco. Wess.— Inde νεωλκεῖν, subducere naves, apud Polyb. et alios. S.

Cap. CLV. [7. *ὡς καὶ πρότερον εἰνέμασταί μοι*] Vide cap. 59, 9. 83, 6. 133, 3. S.]

12. *Λητοῦς νηὸς ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος*] De ædibus monolithis, cujus generis aliam cap. 175. memorat Noster, præter Norden paulo post Wesselingio laudatum, consuli possunt Caylus in Comment. Acad. Inscript. T. XXXI. p. 35. seqq. Abd-Allatif. p. 186. ibique Sylvestre de Sacy p. 248. et quem is laudat Denon p. 140. et 246. ed. in 4to. et Tab. æn. XLI. n.° 1 et 2. Adde Description de l'Egypte par ordre, etc. Antiquités, T. I. Pl. x. fig. 5, 6. et 7. Extat etiam in India ad hunc diem in ruderibus urbis Mavalipuram ædes monolitha, xx. pedes in altitudinem et profunditatem, xii. in latitudinem metiens. Vide *Langlès* Monumens anciens et modernes de l'Hindustan, Fascic. V. Paris. 1813. tab. æn. xxiii. S.

15. *τοιούτων ἴσασόν ἐστι*] Est qui *ἴσασός ἐστι* legendum censeat, quoniam *τεῖχος* præcessit. At *ἴσασον τοιούτων* ad *ὕψος* et *μῆκος* refertur. S.

16. *τὴν παραμερίδα τετράπηχυν*] Pollux I. 81. *τὸ μεταξὺ τοῦ ὀρόφου καὶ τοῦ στέγους, παραμερίς*: cujus descriptio Latinis Vallæ non congruit. Nisi aberro, videtur prominentiam *τοῦ καταστεγάσματος*, sive quod *παρὰ τὴν ὄροφον* porrigebatur, indicare. Hujusmodi autem tecta ex uno lapide, *μονόλιθα*, non præterita a Strabone XVII. p. 1165. p. 811. c. ed. Cas.) neque Nostro II. 175. ostentant in hunc diem Ægyptiorum parietinæ a Frid. Lud. Norden Itin. Ægypt. p. 187. cum cura descriptæ. *Θαῦμα, θαυμαστόταται* cur receperim, dictum alias fuit. Wess.—Vide Adnot. ad I. 11, 14. S.

Cap. CLVI. 2. *νῆσος ἡ Χέμμις καλεομένη*] Eustathii et Arch. *Ἐχεμις* probari a Th. Galeo haud debuerat: nata est ex *διπτεγραφίᾳ*. Mela I. 9. et Stephanus Byz., Nostrum excitans, Chemmin tuentur, atque Hecatæus apud eumdem. (At Chembin nominaverat Hecatæus. conf. Creuzer Histor. Fragm. p. 26 seq.) Nam quæ c. 91. Chemmis, longe diversa urbs est. Insulas, quas (l. 6.) miratur Herodotus, fluitantes Ægypti, et *μεγάλας σφόδρα*, dabit Theophrastus Histor. Plant. IV. 13. etiam prope Orchomenum Bœotiæ; Italiæ nonnullas Seneca, Quæst. Nat. III. 25., plures Plinius Hist. Nat. II. 95. quorsum Labeonis verba in L. 65. §. 2. D. de Adquir. R. Dom. recte referunt. Conf. Sotionis Eclogarum finem. Wess. —De Chemmi insula conf. quæ notavit Et Quatremère, in Mem. sur l'Egypte T. I. p. 226 seq. S.

8. *ἰμαντιφύσαι δ' ἐν αὐτῇ*] Homeri *περὶ δ' αἶγειος πτερύγεσσιν* Thomam Gale ad Arch. et Vind. *ἰμαντιφύσαι* amplectendum pertraxit, pellicit et me. Priorem tamen formam Hippocrates et Aretæus Cappadox non spreverunt, neque Noster I. 193. II. 91. Wess.

22. *Αἰσχύλος*] Cereris filiam Dianam dixerat, opinor, in dramate deperdito. Pausan. VIII. (c. 37.) p. 676. *Δήμητρος Ἄρτεμιν θυγατέρα εἶναι καὶ οὐ Λητοῦς, ὅτι Αἰγυπτίων τὸν λόγον, Αἰσχύλος ἐδίδαξεν ὁ Εὐφορίωνος τοὺς Ἕλληνας*: sua desumsisse ex Herodoto merito videbatur Jablonskio Panth. III. c. 4. §. 4. Quæ præcedunt Herodotea (l. 17—19.) de Latona, liberorum *Διονύσου καὶ Ἴσιος* Apollinis et Dianæ nutrice ac servatrice, prostant in Scholiis ad Ciceron. I. in Verr. c. 18. mendosissime scripta; nam voces, *Ἴσιος λίγουσι*, in has deformatæ sunt ΗΣΙΟΔΟΣ ΔΕ ΤΟΤΣΕΙΝ. Magis mirum, *Λητοῦν* in *τοῦσιν* degenerasse: sed hunc locum video designatum Gronovio; qui frustra *Δηὼ* scribi maluit quam *Λητοῦν*. Eustath. ad Od. ε'. p. 212. 7. *τὴν Καλυψὼ καὶ τὴν Ἰὼ, Καλυψοῦν καὶ Ἰοῦν οἱ πλείονες Ἴωνες γράφουσι*:

habet Ionicum κακιστοῦν Hesychius, ἰνιστοῦν scripsit Democritus. Valck.

23. ἴσοίησι γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι, etc.] Oculis et animo Pausaniæ hæc obversata fuisse, ex VIII. 37. nemini non adparebit. Satis vero hic ambiguum, τὴν δὲ νῆσον διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτήν, quorsum tendant: an ad Æschylum, an aliorsum? Cl. Pauw Tragico transscribit, et propterea τὴν δὲ Δῆλον διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτὴν, ideoque Delum redditam esse natantem, corrigendum pertendit. Fabula ex Callimachi Hymno in Delum abunde nota est, huic tamen loco non bene adcommodata. Continuatur, quod de fluitante insula Chemmi positum ante fuerat, adseriturque πλωτὴν tum esse factam, quum Apollo et Diana Typhonis in ea insidias vitarent. Pendent omnia ex superioribus φασὶ εἶναι αὐτὴν πλωτὴν, et arguunt sequentia. Deerat στιγμὴ post Δέμητρος, prudente Cl. Reiskii consilio adscripta. Wess. — Commode Schæfer interjecta verba, inde ab illis, ἐκ τούτου δὴ, parentheseos signis inclusit: nos parentheseos initium ab istis, Ἀπόλλωνα δὴ, fecimus. S.

Cap. CLVII. 1. Ψαμμήτιχος δὲ βασίλευσε Αἰγύπτου τέσσερα καὶ πεντήκοντα ἔτεα] Redit in memoriam acerba criminatio, qua Herodotum suo more perstrinxit G. Jameson, Spicileg. Ant. Ægypt. c. VI. 6. Negat vera esse, quæ de Psammeticho, Scythis, Cyaxare, lib. I. 105. litteris prodita sunt. Neque enim Psammetichum obviam ire Scythis potuisse, quia debitum naturæ persolverat: namque XLII. annis ante Cyaxarem regnum inchoasse. Quid tum porro? Regni munera per annos LIV. Psammetichus obiit; potuit ergo, si verum foret annis XL. et duobus ante Cyaxarem regnum inchoasse, plurium spatio annorum isti Medorum regi, quod Herodotus, et Strabo XVIII. p. 1153. p. 801. D. ed. Cas.) aliunde doctus, adfirmavit, æqualem habere ætatem. At hoc perpende: mortem cum vita commutavit Amasis anno Periodi Julianæ 4187., a cujus obitu ad Psammetichi initia anni sunt, sicuti Jamesonus bene putavit, centum circiter et quadraginta sex. Ergo principia Psammetichi conveniunt anno Per. Jul. 4042. Cambyses sub annum regni quintum in Ægyptum arma vertit, hoc est, Per. Jul. 4188. anno. Hinc ad Cyaxaris regni exordium reperiuntur anni ferme centum et octo, non inficiante docto viro; quare regnare is anno ejusdem Periodi 4079. cœpit. Consequens inde est, ut Cyaxares et Psammetichus reges se ultra XV. annos videre et venerari potuerint. I nunc, et criminatori ausculta. Ego vero (l. 4.) ἐς τὰ, quod in ἐς ὃ crebro abiit, non movi; atque ex sermonis indole συλλογιζομένη (l. 5.) et ἱλασκεσμένας (cap. 158. 6.) ex schedis recepi, Eustathii judicium secutus. Wess.

Cap. CLVIII. 4. τῆς μάχης μέν ἐστι] Bene MSS. ob sequens δέ. Est de hac fossa Cl. Mich. Rossalli schediasma, quo ex Aristotele I. Meteorol. c. 14. et Strabone ejus initia Sesostridi vindicantur. Verum Geographus XVII. p. 1157. (p. 805. A. ed. Cas.) incertus hæret, Herodoti Aristotelisque opinionem recensens; alibi, I. p. 65. (p. 38,) confidentior, ubi Casaubonus doctissime. Nostro planissime accedit Diodor. I. 33. plura de egregio isto opere, modo inconcussum mansisset, quam alii, commentatus. Hoc addere, ferente occasione, debeo, Josephum Bell. Jud. V. 9. p. 347. Pharaoni, qui Abrahamo uxorem Saram abduxit, Νίχαὺς cognomen indidisse: quod unde acceperit, nescire me fateor; probe alioqui gnarus, eam Judæi scriptoris perorationem multa stolidæ jactantiæ argumenta conplecti. Wess. — Quod ait Scriptor πλέος ἡμέρας τέσσερις, suspicatus eram justo mino-

rem esse numerum: cujusmodi dubitatio mihi ad c. 9, 1. oborta erat. Sed conf. lib. IV. c. 86. S.

5. ἱλαστρεινμένας] Adfirmat etiam Eustath. ad Ἰλ. σ'. p. 1219, 24. Ὅτι καὶ ἐπὶ νεῶν ἱλαυνομένων τὸ Ἐλαστρεῖν λέγεσθαι Ἡρόδοτος δηλοῖ ἐν τῷ "σριήρεις ἱλαστρευμένας." Multo frequentius olim formam istam in libris veterum lectam, quam a nobis, monstrant diversa Grammaticorum interpretamenta, ex usu multiplici verbi ἱλαύνειν atque origine facili illustranda. Valck.

11. τὸ κατὰ Μέμφιν τεῖνον ὄρος] Admotam his medicam a Reiskio manum, τὸ παρὰ Μέμφιν τεῖνον, Memphim prætendens, aut τὸ κ. Μ. στενὸν, angustus apud Memphim mons, Scriptor deprecatur. Maluit II. 8. hoc de monte τεῖνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλ. Θάλασσαν, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι, uti hic: tum c. 175. ἐκ τῶν κατὰ Μέμφιν ἐουσίων λιθοτομίων. (Turbaverat viros doctos, quod κατὰ Μέμφιν vulgo apud Memphin intelligebatur, quum sit ex adverso, contra Memphin. cf. I. 76, 3. II. 148, 3. et Valck. ad III. 14, 9.) Mox ex schedis φέρουσα (l. 14.) sententiam ornat. Nam divortia sive διασφάγες ab indicato monte non protendebantur, sed ipsa fossa, ab eo in meridiem et sinum Arabicum ferens. (Ut via ferre (φέρειν) ad aliquem locum dicitur, cf. II. 138, 17. ibique not. sic nunc fossa φέρουσα, etc.) Jam Arabiæ urbs Πάτουμος præterita a Steph. Byz. non est, eadem, ut viri eruditi arbitrantur, ac פתם Pithom Hebræorum, Exodi c. 1. 11. quæ quidem Ἡρώων πόλις et Coptorum sermone ΠΕΘΩΜ cum deinde fuerit nuncupata, et extimo sinus Arabici angulo adcubuerit, nulla mihi dubitatio est, quin Herodotea distinguenda sint ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος· παρὰ Πάτουμον —— πόλιν ἰσθμὸς ἐς τὴν, etc. Certe ad Patumum fossa sinui Arabico jungebatur, longe ab urbe Bubasti sejunctam. Illis autem δὲ si deforet, equidem non revocarem. Wess.

9. ἀπὸ τούτου εἰσὶ σταδίοι χίλιοι] Quod Scholiastes Aristophanis ad Plut. v. 388. ut Herodoteum produxit, ἀπὸ τούτου εἰσὶ σταδίοι δύο ἀκαρτοί, aut, uti in Ἀκαρτὸ Suidas, σταδίοι ὁ, h. e. ἑβδομήκοντα, id frustra in Musis quæsitum, hic olim, sed correctius, conmodam sedem habuerat. Testis erit Grammaticus Sangermanensis, cujus indicium Cl. D. Ruhnkenio acceptum fero, Ἀκαρτὸ scribens παρ' Ἡροδότῳ σημαίνει τὸ ἀκτερισμένως καὶ ἀκριβῶς· ἀπὸ τούτου εἰσὶν σταδίοι χίλιοι ἀκαρτὸ εἰς τὸν Ἀραβικὸν Κόλπον. Valde autem mirum, ita vocem hinc abiisse, ut ne vestigium quidem reliquerit. Noneam inconmodam, sed et Herodoteam, diximus ad lib. V. 53. Wesseling. in Addendis.—Distantiam intimi recessus sinus Arabici a Mediterraneo Mari, metrorum francicorum 100,000, id est, trecenta fere pedum millia, Ægyptius Academicus Du Bois-Aymé reperit; quam mensuram ait (in Commentatione supra a nobis ad cap. 6, 10. laudata) exacte convenire cum mille stadiis, quibus eamdem distantiam Herodotus æstimavit: hunc enim scriptorem in rebus quidem Ægypti (quod jam a Danvillio aliisque viris doctis monitum) non majori stadio Olympico uti, sed minori quodam, nonnisi 306 fere pedes continente; quod ut ab illo supra cap. 6. et 7. hujus libri, sic et hoc loco factum. Cui rationi quum manifeste repugnare videatur, quod in eisdem Ægypti rebus idem Scriptor noster, lib. II. c. 149. stadium diserte tradit centum orgyas, id est, sexcentos pedes continere, tum quod lib. IV. c. 41. idem intervallum mille stadiorum, de quo hic agitur, centum millibus orgyarum, id est, sexcentis pedibus æquiparat; huic difficultati ita occurrunt viri docti, ut dicant, aut propriæ rationis suæ nonnumquam oblitum

esse Herodotum, aut, pro ratione majoris minorisve stadii, etiam orgyas majores vel minores esse æstimandas. Equidem, argumentum hoc leviter attigisse contentus, vereor ne nondum satis momenta cuncta, quæ ad quæstionem de æstimanda diversa stadii ratione apud veteres spectant, perpensa a viris doctissimis, qui in hoc genere laborarunt, et ad liquidum sint perducta. S.

Cap. CLIX. 2. ἐπὶ τῇ βορηΐῃ θαλάσσῃ, etc.] Instruxit triremes, in septemtrionale, et in australe mare, sive Oceanum Orientis, mittendas: eadem Ἐρυθρὴ hoc loco θάλασσα, ac νοτίη, sicuti c. 158. tum IV. 42. ubi memorandum regis hujus circa omnem Africam in Herculeum fretum et Mare Mediterraneum, sive boreale, navigandi studium. Quod autem in duobus codd. οἱ ἁλμοί εἰσι ὄμβροι, pro justo potest putari. Wess.

6. ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε] Hac de urbe quanti disputationum æstus? Officii ratio, ne nihil moneatur, expostulat. Paucis defungar. Sunt doctissimi homines, quibus Magdolus ea est, quam XII. M. P. Antonini Itinerar. p. 171. Pelusio sejungit. Convenit nomen, congruere et situs videtur. Ego vero studiosius consideratum vellem, urbem eam ex *Herodoti finitione* II. 6. et III. 5. Ægypti fuisse: in quam Syros se, quicunque fuerint, hoc rege, adeo opibus et militaribus copiis florente, penetrasse, creditu difficile fit: præsertim cum ora Syriæ mariiima, ad Azotum ultraque, ejus fuerit in ditione, sicuti narratum c. 157. Adeo-ne supinos arbitrabimur Syros, qui, vitare cum possent, in anceps discrimen et certam perniciem se mergere voluerint? Mihi, imperatorum artes et cauta consilia replicanti, id quidem probabile non accidit. Ubi ergo Magdolus? Inventa ab eruditissimis viris est in urbe Manassitidis tribus, Megiddo, cujus vicina in valle egregius princeps Josias profligatus (Chron. II. XXXV, 22. Reg. II. XXIII, 29. (hoc abs. rege fuit. Neque illis ego refragabor. Nominis discrepantia non moratur. Ex Megiddo, (quæ Mageddo apud Josephum,) Ægyptii, unde hæc Herodotus, suo ore Magdolum, ut in similibus accidit sæpius, formarunt. Et, si moratur, adscisci poterit Magdiel, non longe hinc dissitus vicus, apud Hieronymum in Onomast., unde Magdolus conmodo *gignetur*. Nec *obficiunt* Syri, suo vocabulo, sumto latius, Judæos, in Ægypto multimodis detestabiles, conplexi. Mitto alia, quæ H. Relandi Palæst. lib. III. p. 894. et Jac. Perizonii, etsi in quibusdam dissentientis, Origines Ægypt. c. 23, p. 471. subpeditabunt. Wess.

6. Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης] Recurrit urbs III. 5.; nec diversa, seu ejus amplitudinem sive situm examines, *videtur*. Herodotus aliam si voluisset, addita notæ significatione utique secrevisset. Qui Carcemischum, quorsum Necos victo Josia Chronic. II. XXXV, 20. properavit, esse pertendunt, in quis Cl. viri, Simsonius et Galeus, ad id animum non adverterunt. Nam, cum opinantur Κάδυτιν primo vocatam hanc urbem, deinde Carchemischum a clade, ea profitentur, quæ ubi negaveris, in spongiam ultro abibunt. Idem de suspicione Cl. Pauw, quæ Carcemischum primis temporibus Κιρκήσιον et Κίρκησον nominat, atque hinc Κίρκυσιν et Κίρκυτιν, et tandem Κάδυτιν negligentia scribarum format, judicium esto. Quibus enim indicibus, quo teste probatur? De Cadyti suo loco. (nempe ad III. 5.) Wess.

9. ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων] Porphyrii ætate idem exemplaria præferebant, sicuti I. 92. ubi Gronovius bene, hæc tamen docti scriptoris adspernatus: καὶ γενόμενος ἐπὶ τέλει τῆς Αἰγυπτιακῆς βίβλου, ἥτις ἐστὶ δευτέρα τῇ τάξει, εὑρίσκω πάλιν κατὰ τὴν αἰτιατικὴν πτῶσιν ἐπόντα τὸν Ἡρόδοτον, "ἀνέθηκε ἐς Βραγχίδας τὰς

Μιλησίων." οὐκέτι οὖν ἦμην ἀμάρτημα ἔτι γεγραφὼν Ἰωνικὸν, δὶ μᾶλλον ἰδίωμα. Quæ hunc locum occupare debent, quo inportunam τοὺς Μιλ. corrigentium vim in posterum arceant. Wess.—Conf. ad I. 92, 6. notata. S.

Cap. CLX. 21. Ἠλείων δὲ μηδενὶ] Apud Diodor. Sic. lib. I. cap. 95. Eleorum legatis interrogantibus. πῶς ἂν γένοιτο δικαιότατος; (ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγών,) respondisse traditur Amasis, ἐὰν μηδεὶς Ἠλείων ἀγωνίζηται. Amasi, Regi Græcorum studiosissimo, haud sane disconveniunt, quæ sub Psammi scribit evenisse Herod. quantumvis ab ævo jam Psammitichi, qui Psammi fuit avus, exercere commercia cum Ægyptiis cœperint Græci, postquam is in Ægypto Ionibus et Caribus quibusdam sedes adsignasset. Definitum Hellanodicarum sorte lectorum numerum Indus culpabat Iarchas, quo judice πολλῷ σοφώτερον ἐφρόνουν ἂν Ἠλεῖοι, ἀριθμῷ μὲν ἄλλοτε ἄλλοι ὄντες, δικαιότητι δὲ οἱ αὐτοί: apud Philostr. Vit. Apoll. III. cap. 30. Sibi quales hoc in certamine constituendo viderentur Apollonius declarat IV. c. 29. ubi corrigendum videtur, ὧν ἐπιμελοῦντο τῶν ἀγώνων, pro τῶν αὐτῶν. Ne rebus quidem Græciæ prolapsis Eleorum in his ludis administrandis æquitatis desunt exempla; quale subministrat Dion Chrys. in Rhod. p. 344. c. Olim tamen etiam, ut sunt humana, nonnunquam ad gratiam et libidinem suam potius spectarunt, quam quid jus et æquum postularent. Valck.—Diodorus, Psammin silentio tramitteus, Eleorum legatos ad Amasim ducit I. 68. et 95. Plutarchus in Quæst. Platon. p. 1000. A. Ægyptiorum responsum sophistarum uni tribuit, qui, si Eleis id inculcavit, istos dicti auctores habuit. Wess.

Cap. CLXI. 8. ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι] Vero simile est, quod Bouherius Dissert. Herodot. cap. 1. et G. Raphelius Annot. ex Herodoto ad S. Script. p. 96. conjecerunt, non indicari singularem de rebus Libycis commentarium, abs Historico digestum, sed eam Musæ quartæ partem, res Africanas continentem. Habet ea c. 159. militum hanc rebellionem, et infelicem Apriæ regis exitum: neque veterum ullus est, qui λόγους Herodoti Λιβυκοὺς, ab isto distinctos libro, vel verbulo adtigerit. Obstare putes, quod minime μιζόνως, sed prorsus μετρίως et tenuiter de Aprie illic agatur; cujus mutati instituti rationes habere plures, nunc incognitas, potuit. (At, *qua occasione* Apries copias in Cyrenaicam miserit, id vero ipsum, quemadmodum hic promittit, ita ibi enucleatius exposuit.) Res sane Africanas operose et tanta cura persecutus isthic est, ut uberiorem et aliam illis operam inpendisse non videatur. Wess.

11. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι] Interjectum articulum non spernerem: Αἰγύπτιοι δὲ οἱ ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ. Primum enim ab Aprie defecisse narrantur qui redierant e clade Cyrenaica, eorumque qui perierant amici, cap. 162. dicti τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἀπεστεῶτες. Tandem, postquam ducem Ægyptium contumeliose tractasset Apries, οἱ λοιποὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἳ ἔτι τὰ ἐκείνου ἐφρόνεον, ἀπεστέατο πρὸς τοὺς ἐπέρσας. cap. 162 extr. Quoniam non una fuit defectionis causa, Herod. lib. IV. c. 159. ἀντὶ τούτων, inquit, Αἰγύπτιοι, καὶ κατὰ ταυτὰ (sic legerim) ἐπιμεμφόμενοι Ἀπρίῃ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ. Infortunii originem plenius enarrat isto loco Herodotus tractans Libyca vel Cyrenaica: atque hi sunt Λιβυκοὶ λόγοι Herodoti, hoc cap. 161. memorati, quos viri doctissimi sibi periisse persuaserant: vidit hoc monuitque primus G. Raphelius Annotat. in S. S. T. I. pag. 85.

Libyca tractans Diodorus Siculus lib. III. c. 62. sua citat ipsius Αἰγυπτιακά. Valck.

Cap. CLXII. 2. ὁ δὲ, ἐπεί τι ἀνιπόμενος, etc.] Anomalam horum structuram animadvertit G. Raphelius in Epist. Paulli ad Galat. II, 6.; estque notabilis, nec vero insolita. Non repeto, quæ vir doctus conduxit. De κυνέῃ, galea, nihil mirum, quippe regiæ auctoritatis apud Ægyptios, ut deinde apud Græcos διάδημα, insigne, c. 151. At quid facias Julio Africano, in hac Amasis (Ἄμασιν perperam pingit) ab Aprie defectione, Israëlitarum, Mose duce, abs Ægyptio rege discessionem inveniente atque hoc ex loco extundente? Fallit profecto et fallitur bonus vir, apud Eusebium Præp. Eu. X. 10. pag. 490. c. Athenæi caussa discrepat, Hellanicum, a Nostro dissentientem, secuti, lib. XV. p. 680. a. Wess.

14. ἐπάρας ἀπιμανάϊσι] Hinc derivatum Phavorini in Stobæi Serm. CXII. pag. 586. de sene, qui LXX. annis major casu in thesaurum inciderat, ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπιμανάϊσι, sublato crure pepedit. Eadem de re ποιεῖν μανταϊσμοὺς Seleucus in Athen. III. 4. (pag. 76. f. cap. XI. nuperæ edit. ubi in Latina versione, pro mentis efficiat alienationem, poni debebat flatus ventris cient.) Quæ eruditissimos viros P. Leopardum Emend. VII. 13. Jos. Scaligerum ad Catulli Epigr. L. et Is. Casaubonum non latuerunt. Wess.

23. οὐδένα λόγον αὐτῷ δόντα, ἀλλὰ] Male Laurentius. Scripserat αὐτῷ, aut ἑωϋτῷ potius, nulla nempe regem ratione rei usum, sed ira percitum jussisse. Huc ἀλλὰ ducit, et constans usus. De Cyro I. 209. ὁ Κῦρος ἰδίδου λόγον ἑωϋτῷ περὶ τῆς ὄψιος, de somnio apud se prudenter cogitabat. III. 25. οὔτε λόγον ἑωϋτῷ δοὺς, neque secum ratione inita. VIII. 86. 1. ἐμεωϋτῷ λόγους διδοὺς, apud me ipsum animo putans. Simile IV. 102. ῥῖ δὲ Σκύθαι δόντες σφίσι λόγον, ὡς οὐκ, etc. ubi in Latinis aberratur, sicuti V. 138. Plutarchus Defect. Oracul. pag. 419. c. καὶ διδόντας ἑαυτοῖς λόγον, ὅτι ποιήσαις βέλτιον, εἶπ, etc. Wess. — Ut αὐτῷ a recentioribus Editoribus in ἑωυτῷ mutaretur nulla urgebat necessitas. Valet enim ex optimorum quorumque auctorum usu, rariore illo quidem apud Nostrum, αὐτῷ idem ac αὐτῷ οἱ vel ἑαυτῷ: et frequenter quidem αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν suo arbitratu posuere editores, ubi recte αἰνοῦ, αὑτῷ, αὐτὸν, notione reciproca, scripti libri dabant omnes. S.

Cap. CLXIII. 3. ἐπιτυύρους ἑρίσμυρίους] Nimium inputatur schedis Medic.; habet postremam vocem Passionei Cardinalis codex, Mediceo antiquitate et dignitate par, legunt omnes alii, præterque eos Diodorus I. 68. cujus consensus cum dispellitur, disputatio (in Gronovii Notis) nascitur iniqua et longe ab illis deflectens, quæ ad Stephani Μώμιμφις adscripta fuerunt. Mox (l. 5.) ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἦσαν Edd. plerique omnes: ἦσαν verum est. Grammaticus in Lexic. Coislin. p. 600. οἱ δὲ Ἴωνες, ἦσαν καὶ ἦσαν, non sine vitio: voluit ἦϊσαν καὶ ἦσαν. Ecce alium, p. 294. οἱ γοῦν Ἴωνες ἦϊα λέγουσι, καὶ ἦϊσαν: et brevi post, οἱ Ἴωνες ἦισαν καὶ ἦσαν. Sic. I. 62. III. 77. IX. 5. Wess.

7. ἴν τι δὴ Μαμίμφι] Mox c. 169. ἐς Μώμιμφιν sive juxta eam: ἐν Καρκάθῳ πλέοντες III. 45. et ἐν τῇ Σαλαμῖνι VIII. 86. ejusdem sunt usus et complura alia. (conf. ad III. 45, 2. notata.) Μαμίμφι, conjecturam secutus Gronovius, et cap. 169. membranas, bene refinxit. H. Stephano in opinionem illud ipsum venerat ad Diodori I. 66. qui ambo Laurentianæ versionis prisca exemplaria si adhibuissent, non eam suspicionem sed veritatem pronuntiassent.

Bonus Valla ob lapsus nonnullos audiit male; hinc ille contemtus: δήμῳ Μέμφι Arch., si quid dubii restet, eximit universum. Wess.

Cap. CLXIV. [1. Αἰγυπτίων ἱππὰ γένεα] De septem civium classibus apud Ægyptios multa utilia monuit *Heeren*, in Ideen über die Politik, etc. T. II. p. 594. et seqq. Ibi p. 614. καπήλους, quos l. 3. nominat Scriptor, latiore notione accipiendos censet, de opificibus, artificibus, institoribus et mercatoribus; ut hæc classis non modo καπήλους proprie dictos, sed et χειροώναξας et ἀγοραίους ἀνθρώπους comprehenderit, qui cap. 141, 19. cum καπήλοις junguntur. Agricolarum classis quum nulla memoretur, agrorum culturam censet idem Vir doctus (p. 615 seq.) omnibus quinque inferioribus civium classibus communem fuisse. Medici, quorum ingens apud Ægyptios numerus erat, ex sacerdotum puto classe fuere. S.]

6. Ἑρμοτύβιες] Aristagoræ apud Steph. Byz. Ἑρματυμβιῆς, et Ethnicographo explanatore, μοῖρα τῶν μαχίμων ἐν Αἰγύπτῳ. Vox eadem, sed invitante pronuntiandi consuetudine varians, monstrante Hemsterhusio ad Comici Plutum v. 729. Addit Stephanus, οἱ αὐτοὶ καὶ Λαβαρεῖς, quod, nusquam alibi lectum, Ampl. Cuperus in litteris ad N. Heinsium, Syllog. Epist. T. II. p. 690. οἱ αὐτοὶ καὶ Καλασίριες corrigit. Erant utrique ἐκ τῶν μαχίμων, sed non iidem; neque juvat IX. 31., quippe ibidem, sicuti hic, distincti. Wess. — Ex diversis Ægyptiorum stirpibus oriundos fuisse suspicatur Heeren ib. pag. 609. Utrorumque nomen a diverso vestitus genere tractum fuisse censet Hemsterh. l. c. auctoritate Pollucis VII. 71. S.

Cap. CLXV. [2. νῆσος ἡ Προσωπῖτις. Conf. cap. 41, 16 seq. et Et. Quatremère Mem. sur l'Egypte, T. I. pag. 424 seq. S.]

4. ὅτι ἐπὶ πλείστους γενοίατο] Revocavi Ionicum γενοίατο, toties in Porti Lexico et Musis depositum: mallem tamen, si per MSS. liceret, ἐγενέατο, quod brevi se dabit. Wess. — At propria justaque est particulæ ὅτι cum modo potentiali constructio, ubi illa quando vel quoties significat: et ὅτι — ἐγενέατο cap. 166, 6. nonnisi variationis amore scripsit Herodotus. S.

6. ἀνίωνται] Verius fortasse ἀνέωνται, ut ἀφίωνται. Sic H. Stephanus in Recensione vocum Herodotearum. Alioqui ex ἀνίομαι erit, quæ Porti sententia. Wess.

Cap. CLXVI. 4. Ἀνύτιος] Aliunde nota sunt quæ præcedunt: Stephano quoque nomus memoratur Ἀφθίτης. Ἀνύτιος alibi forsan non invenietur, et ad priorum normam in Ἀνυσίτης videtur refingendum: Stephanus Byz. Ἄνυσις, πόλις Αἰγύπτου· τὸ ἐθνικὸν Ἀνυσίτης· ὡς Ὄασις, Ὀασίτης. Anysis urbs memoratur Herod. lib. II. cap. 137. Nostri quoque loci meminit ad Steph. Luc. Holstenius. Valck. — Rediit Σεβεννύτης ex cap. 155. et Stephano Byz.; tum Ἀνύσιος, ut c. 137. pro quo Ἀνυσίτης Ethnicographus. Wess. — Mendosum Ἀνύτιος cum aliis tenet noster F. De Thmuite districtu conf. Quatremère Mem. sur l'Egypte, T. I. pag. 129. seq. S.

4. Istud ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει, Præfectura in insula sita est, ad Homericum Ἰλ. β'. 626. Νήσων, αἳ ναίουσι πίειραν ἄλοχα adcedit; expressum, quod Eustath. advertit, a Sophocle Ajac. 604., et Apollon. Rhod. I. 831. III. 1091. Hujusmodi Isocratis, in Laud. Busir. p. 214. B. τὴν πόλιν στρογγύλην καὶ κατὰ κόσμος οἰκοῦσαν ἐς ταυτὸν συναγαγών: et Phocylidæ πόλις ἐν εὐρυχίλῳ, κατὰ κόσμον οἰκεῖσα σμικρὴ, in Dionis Chrysost. Borysthenit. p. 441. A. Wess.

Cap. CLXVII. 9. ἥκιστα δὲ Κορίνθιοι

ὄνους τοὺς χυτρεσίχνας] Laurentii, Corinthii quoque minimi faciunt opifices, multos in fraudem induit, magnum etiam virum Thom. Reinesium, docte de opificibus et eorum collegiis disserentem, Inscript. Class. I. 105. pag. 144. Contrarium de Corinthiis, eos nequaquam minimi facere opifices, traditur, ut vere Henr. Steph. in Prolegom. Et quis est, qui Κορινθιουργῆ χαλκώματα, vasa Corinthia, τορεύματα ὀστράκινα, tanta ambitione et studio a Romanis olim expetita, non recordatur? In urbe, mercatura celebri, opificum studia in pretio erant: Ἀνδρῶν τε πύκτρεηκεν, Strabo scribit, ἀγαθῶν εἴς τε τὰ πολιτικὰ, καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημιουργικάς, lib. VIII. pag. 586. A. ubi Casaub. (ad pag. 382. suæ ed.) Wess.

Cap. CLXVIII. [7. Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι] Necessariam vocem ἄλλοι etiam Valla hic legerat: Calasirii milleni et Hermotybium alii totidem. Vide vero ne justo minor sit numerus χίλιοι, collatus cum universo militum numero c. 165, 5. et 166, 6. edito. S.]

Cap. CLXIX. [6. μηδ' ἂν θέον μιν μηδίσαι, etc.] Plena stultissimæ jactantiæ oratio et per illi similis, quæ ejus (eumdem enim Aprien et Hophram esse convenit) effreni ex ore profertur Ezechiel XXIX, 3. ubi H. Grotius et G. Raphelius horum obliti non sunt, neque neglexit magnus Scaliger ad Eusebii Chronicon. Ajacis, Mezentii, Capanei, stolidas gloriationes et consimiles aliorum conduxit La Cerda ad Æneid. X. 773. Verum omnium judex et superbiæ ultor μεγάλης γλώσσης πάμπαν ὑπερισχυρίου, uti Sophocles; καὶ ἀντιτάσσεται τοῖς ὑπερηφάνοις, belle Petrus Apost. Epist. I. cap. v. 5. Wess.

24. ἐν δὲ τοῖσι θυρώμασι] Postes, in quibus urna sive loculus est, Valla. Ego vero postes tanta crassitie et amplitudine non novi. Scribit III. 16. Amasim ἐπὶ τῇσι θύρῃσι ἐντὸς τῆς ἐωϋτοῦ θήκης mortuum quemdam ad fores intra conditorium suum sepeliisse, semet vero collocari ἐν μυχῷ τῆς θήκης ὡς μάλιστα, in intimo ejus penetrali jussisse. Quæ postibus παστάδος quo congruent modo? Sunt hic θυρώματα tabulata, ad fores deposita et conditorio apta. Diotogenes, in Serm. XLI. p. 251. Stobæi, τοὺς δὲ νόμους οὐκ οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐνῆμεν δεῖ, quæ et in Archytæ fragmento, p. 269. Uterque ad tabulata, (sive tabulas) quibus leges inscriptæ promulgabantur, spectavit. Wess.—Ut θύρη apud Nostrum II. 96, 14. et VIII. 51, 8. pro tabula ponitur, sic in loco a Wess. ex Stob. citato. Est autem θύρωμα etiam apud Lysiam, apud Demosth. et sæpius in Græca versione Vet. Test. idem atque θύρα, nisi quod grandius quiddam sonare videtur, quasi medium quoddam inter θύραν atque πύλας. Igitur διξὰ θυρώματα sunt geminatæ fores, janua bivalvis: et ἐν τοῖσι θυρώμασι idem fuerit ac ἐντὸς τῶν θυρωμάτων. Nec vero incommode Larcher διξὰ θυρώματα, per metonymiam, pro minori conclavi vel repositorio, bivalvi janua clauso, accepit. S.

Cap. CLXX. [1. τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι, etc.] Osirin dici auctor est Athenagoras loco a Wess. citato in Var. Lect. (ed. S.) S.

4. ἰχόμενοι τοίχου restitui postulante sententia et MSS. Idem divinaverat Cl. Pauw, et eo prior Editor Genevensis, sed justo audacior. Wess.

7. ἡ τροχοειδὴς καλιομένη] De Phœbi natalibus et excellentia Theognis v. 7.

Ἀθανάτων πάλλιστον ἐπὶ τροχοειδεῖ λίμνῃ.

Callimacho τροχόεσσα λίμνη, Hymn. Del. v. 261. ubi Anna Fabri, doctissima matronarum, et Jos. Barnes. in Euripid. Iphigen. Taur. v. 1104. Durant hunc

in diem paludis in Delo argumenta apud Sponium Itin. T. I. p. 196. Wess.

Cap. CLXXI. 4. *ἥδυσμα πίσθου*] Sæpe Plutarchus *ἥδυσμα πίσθου, καθ' Ἡρόδοτον*, Ælianus, Porphyrius, Themistius, Synesius. Fuit enim paræmiæ instar. Taxarunt nonnulli. Sic Critici ad Sophoclis *ἥδυσμ' ἔχει πανί*, Philoct. v. 202. *Τὸ δὲ τοιοῦτο κιχίσαντα*, nquiunt, *ὅτι Ἑλλανικός ποτε ἀναγινώσκων τὰ Ἡροδότου ἔλεγε περὶ τῶνδε μοι ἥδυσμα πίσθου· οὐ διαιρῶν ὡς δύο λέξεις, ἀλλ' ὡς ἂν τις εἴποι, ταῦτα ἴσως ἥδυσμα*. h. e. ori ac palato jucunda. Hoc si intendit Hellanicus, risui dictum elegans exposuit. Valde autem dubito, an *ἥ σύμα*, distracta voce, ut Grammatici innuunt, scribi legique oporteat. Wess.

Cap. CLXXII. 6. *οὐκ ἀγνωμοσύνῃ*] Quomodocunque vox capiatur, nemo dici potest, quempiam *ἀγνωμοσύνῃ προσαγαγέσθαι*, quod si vel plures habuerint Codices, ut lectum etiam fuit Vallæ, tamen alteri lectioni postponendum censeo. Ægyptios Amasis *σοφίῃ*, —— *οὐκ εὐγνωμοσύνῃ προσηγάγετο*, callido potius consilio, quam lenitate et clementia, sibi concilivat. Hominis Ægyptii *σοφία* hic est, ut alibi sæpe, calliditas. Plato de Leg. V. p. 747. c. *τὴν καλουμένην ἂν τις πανουργίαν ἀντὶ σοφίας ἀπεργασάμενος λάθοι, καθάπερ Αἰγυπτίους καὶ Φοίνικας καὶ πολλὰ ἕτερα ἀπεργασμένα γίνη τῶν ἴσων ἰδίων*. Qui sibi student populum conciliare viri Principes, dicuntur alios *ἥδυνοις κατασκευάσαι*, *ἐξιδιοποιήσασθαι*: sed inprimis *προσαγαγέσθαι*, variis artibus allicere et ad studium sui perducere: attigit Andr. Dounæus in Demosth. p. 98. Dicuntur autem populum *προσαγαγέσθαι ἐπαγγελίαις. χρήμασι καὶ δωρεαῖς· ἀρετῇ· εὔνοιᾳ· ἐπιεικείᾳ· πραότητι· εὐεργεσίαις*: etiam *ἀνάγκῃ*: ut Amasis Herodoti, *σοφίῃ*. Thucyd. III. 43. *ἀνάγκῃ προσάγεσθαι τὸ πλῆθος*, et III. 48. Lenitate et clementia *προσαγαγόμενοι τοὺς Ἕλληνας*, Isocrates in Plataïca, p. 304. B. *Τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἔστι δ' ἐπαγγελίαις προσαγόμενος*, Diodor. Sic. XV. 8. cujus Sesosis, expeditiones suscepturus, ne quid absente se rerum novarum molirentur, subditos, *πάντας ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῇ τῶν τρόπων ἐπιεικείᾳ προσηγάγετο*, I. 54. Atque ob eamdem, quæ movit Amasin, rationem Darius Hystaspidis, quum ad imperium pervenisset, dicitur *χρήμασι καὶ δωρεαῖς τὸν Περσῶν δῆμον προσαγόμενος*, Platoni de Leg. III. p. 695. D. Valck.

Ibid. *οὐκ ἀγνωμοσύνῃ*] Non reluctor tot Codicibus, putoque idem esse atque *οὐκ ἀνοήτως*, et præcedens magis explicare. Severitati locus non convenit, sed callidæ sollertiæ et astutiæ, uti regii actus innuunt. Solet Scriptor *ἀγνωμοσύνην* in inperitia et fastu frequentare, VI. 10. IX. 3. Solent alii, Euripides Bacch. 884. Sophocles Trachin. 1273. (1282. ed. Johns. 1267. ed. Br.) Neque absurde Schol. Demosthenis Olynth. II. pag. 17. *οὕτως ἀγνωμόνως ἔχειν* explanat *ἀνοήτως*: Harpocratio, *ἀλογίστως καὶ ἀβούλως*. Wess.—Equidem *προσάγεσθαι* h. l. intellexi ad officium redigere, coll. lin. 22. Sic Plutarch. in Romulo citante H. Stephano, etiam *πολέμῳ προσάγεσθαι ἔθνη* dixit. S.

14. *ἐκ τοῦ σεσαλιωτῆρος σύγκλυσμα*] In Octavio Minucii Felic. cap. 23. Et deus æreus vel argenteus de inmundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio regi, conflatur. Quæ, nisi scribentis memoriæ error obrepserit, rectius procederent, si *deus* aureus, et, ut *accepimus* factum scriptum prostaret. Prius in mentem venit doctissimo Th. Gatakero, insuper ut legimus vel *scimus* factum divinanti, Advers. Miscell. XIX. pag. 371. Pelvim, *τὸν σεσαλιωτῆρα* Amasidis, personatus Chilon prudente monitu tangit in Plutarchi Conviv. VII. Sapient p. 151. E. Wess.

Cap. CLXXIII. 2. μίχρι ὅτου πλη-θώρης ἀγορῆς] Vulgatum πληθούσης ἀγορῆς doctissimi viri Casaubonus, Heraldus, Duckerus, quos testes ad Diodor. XIII. 48. adpellavi, ea in luce posuerunt, ut desideres nihil. Debueram et ego in eo adquiescere, nisi cultius obtulissent MSS. Ionum est πληθώρη in omni rerum abundantiore copia. Eusebius apud Stobæum Serm. X. p. 130. verissime, τὸν δὲ ἀεὶ ἐπιθυμέοντα προσκτήσασθαι, καὶ πλη-θώρην μηδέ ποτε τοιούτου λαμβάνοντα —— σίνηται καλέω. Neque de tempore, quo forum conpletur, recusant: χρόνον ἐπισχὼν, ἐς ἀγορῆς που μάλιστα πληθώρην προσοδὸν ἐποιέετο habet Auctor, suum adserens, Musa VII. 223. Wess.—Ut frequenter apud Nostrum in μίχρι οὗ, (conf. Wess. ad I, 181, 10.) sic hic in μίχρι ὅτου abundat posterior particula; quod ex tacite mutato orationis tenore repetit Hermann, Adnot. 251. ad Vigerum. S.

4. ἦν μάταιός τε καὶ παιγνιήμων] Secundum Vallam, morionem agebat Amasis ac scurram. Postquam ille seria tractaverat, ut animum relaxaret, in vino petulantioribus indulgebat jocis: sic interpretor Herodotea. Quia compotoribus ipsis lusus isti Regis persona minus viderentur digni, μάταιος fuisse dicitur et παιγνιήμων. Permutantur ματαΐζειν et ἀσχημονεῖν: et fortasse solita sibi castimonia Herodotus turpe quid ambigua voce velavit, ut ne ab obscœnis quidem abstinuisse jocis significaretur. Deïaniram Nessus ψαύει ματαίαις χερσὶν, in Soph. Trach. 574. Nam τὸ παιγνιῶδες privatæ sortis convivis laudi ducebatur; παιγνήμων dicebatur ingeniosus et εὐφυὴς, qui jocis urbanis indulgeret. Placebat vel cavillator facetus, vel conviva commodus qui dicitur Plauto Mil. Glor. III. 1, 47. Aristoph. Vesp. 1205. προσμάνθανε ξυμποτικὸς εἶναι καὶ ξυνουσιαστικός. Luciano I. p. 552. συμβιῶναι δεξιὸς, καὶ συμποτικῶν ἱκανός. Talis fuit Æschines, hac etiam in parte aquæ potoris Demosthenis adversarius: vid. Philostratus de Vit. Sophist. I. p. 507. Talis ab Euripidis ingenio diversissimus Sophocles: Euripides Ἦν μισογύνης, καὶ τοῦτό ἐστιν οἶδα παρ' οἶνον μεμαθηκώς, teste Alexandro Ætolo ap. Gellium Noct. Att. XV. 20. Æqualis Ion. Chius ap. Athen. XIII. p. 603. f. Σοφοκλεῖ, inquit, συνήντησα ἀνδρὶ παιδιώδει ἐν οἴνῳ καὶ δεξιῷ: ubi scribi quoque potuit παιγνιώδει: permutantur enim a librariis ista; vid. Xenoph. Symp. p. 512, 37. et Suidas in Παιγνία. τὰ παιγνιώδη παρὰ Ξενοφῶντι legit Pollux II. 20. ubi commodum Jungermann. advocat Xenophontem Ἑλλ. II. pag. 276, 6. miratum, Therameni jam jam morituro μήτε τὸ φρόνιμον μήτε τὸ παιγνιῶδες ἀπολιπεῖν ἐκ τῆς ψυχῆς. Valck.

9. δι' ἡμέρης πρήσσειν] Non satis ad Ægyptiorum mentem est interdiu: *totum diem* insumtum volebant. Bene I. 97. τοῖσι πίλας δι' ἡμέρης δικάζειν, totum diem dirimendis litibus inpendere. VII. 210. ἐγίνετο δὲ συμβολὴ δι' ἡμέρης, iterum interdiu, sed contra gestæ rei seriem. Talia, διὰ νυκτὸς Aristophanis, recte ab Athenæo acceptum VII. p. 276., δι' ἔτεος supra II. 22. δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ διὰ ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ Harpocratio. Mox (l. 11.) τὸ ἂν ἤκουες non debuerant truncare Vind. et Arch. Fert repetitum ἄν sermonis usus. Iterant ipsi IX. 27. geminatque Euripid. Helen. 955. et 1017. Sophocles Œdip. Tyr. 610. et Œd. Colon. 1524.; alterum ἄν injuria utrobique viro docto delente, Plato Alcib. II. p. 142. c. Junge, si videbitur, Jos. Barnes. in Euripid. et Davis. ad Justin. Martyr. p. 442. ed. Thirlb. Wess.

13. ἐπιὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι] Hæc, etsi Med. et sequaces exemplum præbeant, auferre non audeo. Vetant Co-

dices alii, suntque et vera, neque inconmoda. Utrum autem scribarum oculos deceperint terminata iisdem litteris verba, quæ creberrima omittendorum occasio, non habeo dicere. Erasmus, hoc Amasidis neglecto, paræmiam dicto Dionysii Siculi ex Plutarchi de Sen. Rempubl. Administr. p. 792. c. illustravit, quem consule. Wess.

Cap. CLXXIV. 2. ὡς φιλοπόνης ἰὼν] Hoc præfero. Athenæus, uti multi solent, dialecti inmutavit speciem. Κατασπουδασμένος, Nostri æmulatione, Procopius Bell. Pers. II. 8. Antiocheni εἰσὶ οὐ κατασπουδασμένοι: et Bell. Vand. II. 4. ἦν δὲ οὗτος δραστήριός τε καὶ λίαν κατασπουδασμένος, de Phara præfecto. Quo probo atque elegante orationem et alibi distinxit. Wess.

7. κατηλίσκετο] Si vel in omnibus legatur Codicibus, leni medela corrigendum est absque ulla controversia, καὶ ἡλίσκετο: adeo constans veterum usus Codicum auctoritati semper in talibus anteponi debet: nam quod in Lexicis καταλίσκομαι redditur convincor, hoc unico nititur loco, infirmo sanequam tibicine. Scripserat Herodotus: πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἡλίσκετο ὑπὸ τῶν μαντηίων, πολλὰ δὲ καὶ ἀποφιύγισκε, sæpe quidem ab oraculis etiam furti convincebatur, sed frequenter etiam absolvebatur: postremum Herodotus, ut alia millena, Wesselingio debebit. (Vide Var. Lect. ed. S.) Imperium ingressus Amasis templa Deorum negligebat, qui quidem ipsum olim ἀπώλυσαν μὴ φῶρα εἶναι: magni contra faciebat illorum oracula, ὅσοι μιν κατίδησαν φῶρα εἶναι, (l. 12.) id est, a quibus ἅλω vel ἅλω φὼρ ἰών, qui ipsum furti conviceram. In eumdem sensum adhibetur etiam καταδῆσαι lib. IV. c. 68. utrobique temere tentatum. Hoc rarius est atque Herodoteum; reliqua, ἁλίσκεσθαι, ἀποφιύγειν et ἀπολῦσαι sensu forensi pervulgata sunt. Ubi scripserat Noster lib. VI. cap. 82. ἀποφυγὼν πολλὸν τοὺς διώκοντας, perperam posuit Gronov. διάφυγε. Accusator in Attico foro dicebatur διώκειν, persequi; accusatus, φεύγειν: condemnatus, ἁλῶναι vel ἁλωκέναι: absolutus, ἀποφεύγειν, criminibus elapsus Ciceroni in Verr. II. c. 58. Valck.

7. ἀποφιύγεσκε] Instauravi Ionicam ex discrepante schedarum scriptura formam. Κλίνεσκε, ἄγεσκον, et similia conplura, veram præstabunt. Mihi liquido adparuit, nimios, sicuti in aliis, etiam in ea conmutanda temerarios fuisse scribas. Eadem fortuna Cl. Valckenarii καὶ ἡλίσκετο, (l. 7.) quo nihil certius, obtigisset merito, ni novationis metus, justo fortasse gravior, obstitisset. Quid enim tritius ista vocum conversione? Extremo cap. 175. pro καταχθόμενον pingit optime Arch. καὶ ἀχθόμενον, valetque in aliis. Wess. — Conf. quæ ad c. 175, 22. notamus. S.

13. ὡς ἀληθίως θεῶν ἰόντων] Dedi ex MSS; ne inter variantes, quas vocant, lateret. Quisque videt multo id grandius atque ad sententiam obportunius esse. Κατίδησαν φῶρα (l. 12.) non debebat abire in κατίφησαν, pronuntiarant, uti Laurentius Latine dederat. Jucunda est in ἀπολῦσαι et καταδῆσαι dissimilitudo, repetita IV. 68. Convenit quodam modo τοὺς δὲ ἄλλους —— κατίδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ, V. 72. Wess. — At V. 72. diversa videtur ratio esse. S.

Cap. CLXXV. 1. τῇ Ἀθηναίῃ προστύλαια θωυμάσιά οἱ ἐξεποίησε] Θωϋμάσια ἄλλα divinavit Cl. Abreschius. Quid si duplici in dativo amplior vis insit? Amasis οἱ ἐξεποίησε sibi in Minervæ honorem absolvit; ita πολλὸν πάντας ὑπερβαλλόμενος perconmode sequitur, alioqui ob πάντας inplicatius. Eadem Cl. de Pauw opinio. Wess. — Vide Var. Lect. (ed. S.) Si vera est scriptura οἱ, quod haud ægre mihi persuadeo, refe-

retur hic dativus ad τῇ Ἀθηναίῃ, eritque pleonastice positus, ut passim alibi apud Nostrum; cujus generis plura quædam exempla, a Gronovio collecta, citavi in Adnot. ad I. 86, 26. S.

5. ἀνδρόσφιγγας] Huc spectare Hesychianum Ἀνδροσφῆτες monuit H. Valesius; et corrigendum Ἀνδρόσφιγγες jam fuerat observatum in Miscell. Obs. VIII. pag. 170. Scripsisse præterea videtur Hesychius: σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ Σφιγγὸς, atque huic voci corruptæ sibi nōtam substituisse librarius. Coquum, ænigmata magnifice loquentem, Σφίγγ' ἄῤῥενα senex nuncupabat Atticus in Comœdia apud Athen. IX. p. 382. B. Vulgo tamen et apud Ægyptios facie Sphinges virginea fingebantur: vid. Ælian. de N. A. XII. cap. 7. Origen. contr. Cels. I. p. 32. Cur Sphingum figuras ante templa statuerint Ægyptii, tradunt Plutarch. de Is. et Osir. §. x. et Clem. Alexandr. Strom. V. p. 664, 20. et p. 671, 8. ubi Sphinx τὸ μὲν σῶμα dicitur πᾶν λέοντος, τὸ πρόσωπον δὲ ἀνθρώπου ἔχουσα. Valck.—In voce ἀνδρόσφιγγες prior pars vocabuli non ad masculum genus refertur, sed idem valet ac si ἀνθρωποσφίγγας diceres. S.

[11. οἴκημα μονόλιθον. Vide supra, ad cap. 155, 12. notata. S.]

18. τὸ δὲ εὖρος, δυώδεκα πηχέων] Inest difficultatis quoddam specimen in his, a Cl. Gronovio studiose quæsitum et expensum; quod tolli universum si nequeat, nemo, nisi iniquus, ægre feret. In rem præsentem ire non datur, adparetque abunde, interiorem τοῦ μονολίθου longitudinem, latitudinem et altitudinem fuisse contractiorem, nec longe cubitorum discrepare rationem. Cur verba fuerint omissa, causa in aperto est, additionis nulla. Negligi autem non debuisse, per se adtento liquet, siquidem nota latitudinis necessaria est. Wess. — Non admodum video equidem quid difficultatis in hoc repererit Wess. cum Gronov. quod latitudo interior ab exteriori nonnisi duobus cubitis differebat, quum paullo majus in longitudine et altitudine fuerit discrimen. S.

20. οὐκ ἐστιλκύσαι· τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς] Interpunxissem ita in Codicum silentio, sæpe miratus insuper habitum. Advertit Corn. de Pauw. Inseri præterea μὲν debet: τὸν μὲν ἀρχ. ob ea, quæ succedunt. (At nullo incommodo abesse ea particula potest.) Ceterum χρόνου ἐγγεγονότος πολλοῦ (l. 22.) insolens videtur; χρόνου ἐγγινομένου I. 190. et II. 124., ubi ἐπιγίνεσθαι schedæ, uti I. 27., χρόνου διαγινομένου Act. Ap. XXVII, 9. et Diodor. III. 64. χρόνου γινομένου XX. 109. atque alii apud Hemsterhusium in Luciani Dial. Mort. VII. 1. Vidit verbi istam insolentiam Cl. Abresch. (ἐγγιγενότος utique me malle, in Var. Lect. (ed. S.) significavi. Ferri forsan vulgatum posset, si πολλοῦ abesset.) Ego vero non cohibeor, quin (l. 22.) καὶ ἀχθόμενον ex Arch. ex structuræ nexu et Herodoti more reformetur: ὁ δὲ Ἄμασις τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχθόμενος III. 1. οἷα ἀχθόμενόν τε τῇ Πυθιστράτου ἀρχῇ VI. 35. junge Gronovii observata II. 103. Wess. — At nihil, quod huc faciat, observavit ibi Gronov. nisi quod ἄχθεσθαι dativo casui jungat Herodot. II. 103, 11. et cap. 173, 5. Nulla autem caussa fuit, cur sperneretur compositum verbum κατάχθεσθαι, quum præsertim h. l. in particula καὶ non modo vis nulla inesse possit, sed et structura orationis magis respuat illam, quam requirat; juncta enim intelligi debent ista, ἀναστενάξαι καταχθόμενον τῷ ἔργῳ. Alia ratio est c. 174, 6. ubi καὶ suo loco stabat, sibique ex usu Nostri respondebant duo orationis membra, ὑποφεύμην δὴ καὶ ἁλίσκεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ πολλὰ γίνεται. S.

23. ἐνθυμισθὸν] Aut fallor, aut aliunde non poterit adfirmari, nisi dubia Grammaticorum auctoritate. Ἐνθύμισσον in Suidæ Lex. redditur ὕποπτον: et Pollux (II. 231.) legisse videtur in Thucydidis V. cap. 32. ἐνθυμιζόμενοι τὰς ἐν ταῖς μάχαις ξυμφορὰς: ubi, quod Codices præbent et Edd. ἐνθυμούμενοι, Polluci quoque restituendum putabat Jungermannus. In ἐνθύμιον Herodotei Codices si conspirarent, ego sane vulgatæ vocem anteferrem in talibus usitatam, etiam Herodoto VIII. cap. 54. εἴτε καὶ ἐνθύμιον ἐγίνετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν: de qua forma loquendi egerunt Æm. Portus Dict. Ion. Duker. in Thucyd. VII. 18. et in Ind. Thucydid. Wasseus. Ammonio pag. 53. citatus Antiphon ἐν τοῖς Φοινικοῖς, ἀντὶ τοῦ προσπρεσπαίειν vocem adhibuit p. 119, 6. p. 125, 2. p. 121, 2. ubi legi posset: αὐτῷ μὲν οὖν ἐνθύμιον. Valck. — Quum in usu fuerit verbum ἐνθυμίζεσθαι, (quod Suidas etiam ex Dione adnotavit: Ἐνθυμιζόμενοι, λογιζόμενοι) nulla subest caussa cur verbale adjectivum ἐνθυμιστὸν suspectum habeamus. S.

Cap. CLXXVI. 5. Λιθιστικοῦ λόντος λίθου] Spectabilius hoc quam pro scribarum ingenio Quid illi de lapide Æthiopico? Marmoris ejus in Pyramidum et Propylæorum substructionibus frequens in Ægypto usus. Mycerini Pyramis λίθου ἐς τὸ ἥμισυ Λιθιστικοῦ fuit cap. 134. (ubi vide notata ad c. 134, 3.) Inter alias spectatior Æthiopicis lapidibus scribit Plinius N. Histor. XXXVI. 12. Lapidi color erat niger, aut varius, ποικίλος, cap. 127. sed magna durities laborem operi reddebat sumtuosiorem: δυσέργαστος πολυτελῆ τὴν πραγματείαν παρέσχε in Strabon. XVII. pag. 1161. D. (pag. 808. ed. Cas.) αὐτοῦ, quod est in aliis, ex scripturæ compendio restat. Mox (l. 7.) Laurentius, hinc et hinc *magno* illi adsistentes ex libri sui ὁ δ' ἴσθι τοῦ μεγάλου, i. e. colossi, supra descripti: cui scripturæ, alioqui notabili, Codd. calculum negant. Cl. de Pauw potiorem censuit. Wess.—Et ego parum absum ut unice verum putem μεγάλου: quo etiam refertur id, quod continuo adjicitur, λίθινος ἕτερος τοσοῦτος: ubi λίθινος indicare videtur, alterum ex vulgari lapide fuisse confectum. S.

Cap. CLXXVII. 4. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ γενέσθαι, etc.] Lege Diodorum I. 31. Ægypti felicitatem, Amasidis tempore, prædicatam tantopere, ex gentis sacerdotibus Noster accepit, multa dissimulantibus, et ultima ejus regis nimium quantum augentibus. Certiora et longe diversiora Jeremiæ et Ezechielis oracula docent; de quibus docte Jac. Perizonius, V. Cl. Origin. Ægypt. cap. ult. Wess.

7. ὅθεν βιβωσοῦνται] Me quidem judice ferri nequit: si plures dant Codices, scripsisse forsan videbitur, ἀποδυκνύναι ἕτεος ἑκάστου —— ὅθεν (isthoc anno nimirum) βιβίωται. vid. Cl. D'Orvillius in Charit. p. 190. Commode quoque cum Reiskio legi posset ὅθεν οἱ βιοῦται, sive ὅθεν βιοῦται, quonam quæstu sustentaretur: ἀποδυκνύντα ὅθεν ζῇ, habet de re eadem loquens Ælianus Var. Hist. IV. (c. 1.) λόγον δώσοντα, πόθεν —— διαζῇ, Diogen. Laërt. VII. 168. ἀπὸ τίνων ἕκαστος πορίζεται τὸν βίον, Diodor. Sic. I. (c. 77.) pag. 88, 40. Τὰ τῇ βιοτῇ ἀναγκαῖα Homero dicuntur βίοτος, teste Porphyrio Schol. ad Ἰλ. χ'. 431. et usitatius τὸ πορίζεσθαι τὰ πρὸς τὸν βίον, βιοτεύειν dicebatur. Quid Ægyptium moverit ad utilissimam hanc legem ferendam, Jac. docet Perizonius V. Cl. ad Æliani Var. X. 14. Quam ex Ægypto petitam civibus suis tulisse traditur Solon, lex Draconi potius videtur contribuenda velut auctori: vid. Cl. Wesseling ad Diodor. I. p. 88. et Jo. Taylor Lect. Lys. p. 707 seq. Eam-

dem apud alios etiam populos viguisse ante Perizon. ostenderat Nic. Abramus ad Ciceron. Or. pro P. Sextio, cap. 48. Miror adeo quod scribit Aristides, T. II. p. 157. νόμος παρ' ὑμῖν (Athenienses adloquitur), ὡς ἐγὼ νομίζω, μόνοις ἐστὶν, ὁ γεραιὰς πιστοποιὸς ἀργίας. Valck.

Cap. CLXXVIII. 3. ἴδωκε Ναύκρατιν πόλιν] Eusebius Chron. urbis initia immani anachronismo in Olymp. VI. 4. refert, notatus ab ill. Scaligero Animadv. p. 73. Strabo vero XVII. p. 1153. (p. 801. extr. ed. Cas.) Milesii, inquit, καταπολεμήσαντες Ἰνάρου, πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατον. (Ναύκρατιν recte ed. Lips.) Inarus res Ægyptias conturbavit Artaxerxis Longimani tempore. Sic multis annis Amasidis regno urbs erit posterior. Qui dissensus, si Κτίσις Ναυκράτεως Apollonii Rh. superesset, discuti posset commodius. Ἔδωκε χώρους (l. 5.) non utique inprobum; (Cf. Var. Lect. ed. S.) certe mutantis ratio prægnans non est. Wess.

12. προστάτας τοῦ ἐμπορίου] Naucratitæ inter civitatis rectores suum sibi Τιμοῦχον habuerunt apud Athen. IV. 13. ab his emporii præfectis, modo ne fallat Cl. Edm. Chishull conjectura Antiq. Asiat. p. 100, titulo tenus discrepantem. Ego dubito. Quam reipublicæ partem Naucrati et Teii Τιμοῦχοι et Τιμοχίονται curaverint, decerni non potest. Προστάται τοῦ ἐμπορίου (PRÆFECTOS MERKATORUM ex Reines. lapide Cl. V. 16. dicere liceat) communi plurium civitatium suffragio legebantur, ut negotiatorum rebus adtenderent, et arbitri essent litium; quales recentior ætas in portubus et emporiis, descriptos in Consolato del Mare cap. 1. et seq., vidit et habet plures; fortassis etiam superior. Fuit enim in Delo ΣΤΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΤΤΡΙΩΝ ΕΜΠΟΡΩΝ ΚΑΙ ΝΑΤΚΛΗΡΩΝ ap. Sponium Miscell. Erud. Antiq. p. 344. cui suus utique præfectus. Athenis decem ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου quibus rebus curam inpenderint, docemur ab Aristotele apud Harpocrationem in voce Ἐπιμελ. Wess.

Cap. CLXXX. 2. ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν —— κατιπάν] Sustuli inutilem parentheseos, his circumdatam, notationem. Satis est justa punctio. Conjiciunt statim docti viri, Pavius, πλανώμενοί τε οἱ Δελφ. Reiskius, οἱ δὲ, οἱ Δ. De Delphico fano, ab Alcmæonidis instaurato, inferius V. 62. Pausan. X. 5. et pererudite Dion. Petavius in Themistii Or. IV. p. 391. Wess.—Cremati templi mentio facta I. 50, 16. In ed. Steph. et aliis ante Wess. parenthesi inclusa erant verba ὁ γὰρ πρότερον —— κατιπάν, post παρασχεῖν vero minori puncto distinguebatur oratio: Wesselingius sublatis parentheseos signis minus punctum servavit, et sic quoque Reiz. et Borh. Nos cum Schæf. post παρασχεῖν majus punctum posuimus, quo finiretur ibi periodus, cujus apodosis (ut frequenter alibi) particulam δὲ ex protasi repetitam haberet. Commodius factum foret, si omnia ista, ὁ γὰρ πρότερον —— παρασχεῖν, signis parentheseos circumdarentur, ut apodosis ab istis πλανώμενοι δὲ incipere intelligeretur. S.

7. συντηρίης τάλαντα certa præstant codicum consensiones, quibus Medicei compendiosa lectio melior censeri non debuerat. Vide ad Diodori V. 10. Wess.

Cap. CLXXXI. 4. Βάττιω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω] Verius puto Βάττιω τοῦ Ἀρκεσίλεω, Batti Arcesilai F. quem in modum Arch. Vind. Vall. Res et tempus congruunt optime, siquidem Battus ille æquales habuit Aprien et Amasin, Nostro auctore IV. 159.: Batti filium, Arcesilaum, minor ætas excludit. Filiam Ladicen, Amasidis conjugem, Λαοδίκην aut Λιυδίκην vir eruditus scriptam

cupiebat. At nomen idem est, tantum modo contractius. Habet Luc. Holstenius LADICEON numum ad Stephan. Byz. (p. 188.) et ΛΑΔΙΚΕΤΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΛΤΚΟΝ est in Gudii vetere lapide: urbem LAUDICIAM et LADICIAM pingunt MSS. Itinerarii Antonini. Wess.

10. καὶ ἐστί τοι οἰδιμία μηχανὴ] Inconmodum, quo Med. ἔστι τι premebatur, cessat: neque amplius offendet ὑπολωλίναι, quod olim operarum vitium opinabar, sed Mediceo, etsi tacitum habuerit vir Celeb., debetur. Jam γυναικίων Arch. si cui scabrum tinniat, χιλιαδίων, μυριαδίων, ἀνδρίων, et quæ alia Portus stipavit, recordetur. Ἐν τῷ νηῷ in re dubia nolui sollicitare, adposito pæne, cujus se auctorem profitetur Gronovius, cultissimo Epigrammate. Wess.

20. ἐς ἐμὲ ἦν σόον] Non excidit memoria καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι, I. 66. (in quod ibi MSS. omnes consentiunt.) Puto Ionici et veteris usus vocabulum (σόος) redire in possessionem debere. Reddunt schedæ V. 96. VI. 86, 1. VIII. 39. Ἔξω στεραμμένον in Latinis extra urbem Cyrenensem posita ex Laurentio, qui ἐδρυμένον invenit. Si στεραμμένον locum non migravit, statuam notabit vultu extra urbem verso, sive spectantem loca suburbana. Verum in talibus sæpe anceps electio. Wess.

Cap. CXXXII. 10. τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας] Ipsi Danao dedicationem tribuit Callimachus apud Euseb. Pr. Evang. III. 8. in Epigrammate, quo de ad ejus Poëtæ fragmenta R. Bentleius Vir Cl. p. 357.—Vide Callim. Fragm. CV. p. 477. ed. Ern. Mox l. 11. ἱδρῦσθαι me invito editum est, quum ἱδρύσασθαι voluissem, ut in Var. Lect. (ed. S.) significavi. Conf. Adnot. ad. II. 42, 1. S.

13. Εἶλε δὲ Κύπρον] Cyprum, ab Amaside occupatam, non præteriit Diodor. I. 68. Quod autem librum terminat ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, advertimus supra semel atque iterum, et frequentissime apud Priscum Patric. in Exc. Hoesch. p. 22. 26. etc. Procopium Bell. Goth. I. 5. p. 10. 23. etc. Agathiam I. p. 13. veterum studiosos imitatores. Wess.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM TERTIUM.

CAP. I. Lin. 10. *ἐνῆγε τῇ συμβουλίῃ*] Servo Aldinum, in cujus codice supra *βουλίης* hinc calami errore natum testantur Arch. Vind. et Theo. Solet scriptor hanc in consiliis vocem frequentare. Loca notavit Portus. Συμβουλὴ sicubi conspiciatur, dubiæ fidei est, uti VI. 109. et I. 157. Alibi MSS. damnant mutantque, quemadmodum Medic. Pass. Ask. VII. 15. VIII. 101. et 102. Non nescio, in Platone, Xenophonte, Demosthene, Dinarcho, multisque aliis *συμβουλὴν* sese legentibus obferre, sed eos nunc moror nihil. WESS.—Commode l. 5. *ἐκ βουλῆς*, consilio hominis; nunc, variandi caussa, *τῇ συμβουλίῃ*, suasu ejusdem. Structura orationis sic intelligenda, *ἐνῆγε τῇ συμβουλίῃ Καμβύσεα, κελεύων αὐτὸν αἰτίην*, etc. Cæterum I. 157, 11. apud Nostrum in *συμβουλῆς* consentiunt omnes. S.

11. *ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῷτο, ἢ μὴ δοὺς*] Ista scribens et vicina, (l. 14.) *οὐκ εἶχε οὔτε δοῦναι οὔτε ἀρνήσασθαι*, meminerat forsan Euripidis in Iphig. Aul. 56. Tyndarei sollicitudine distractum in diversa animum, quum tot nobilissimi filiam ambirent proci: *Δοῦναί τι, μὴ δοῦναί τι, τῆς τύχης ὅπως Ἄψαιτ' ἄθραυστα*: ista vulgatæ vocis *ἄρρηστα* correctio, a nullis Codicibus, ut equidem arbitror, exspectanda, debetur ingenio Ti. Hemsterhusii, locum explanantis ad Hesych. in Ἄθραυστα. Euripides illic suum imitabatur Æschylum Suppl. v. 385. *ἀμηχανῶ —— Δρᾶσαί τι, μὴ δρᾶσαι τι, καὶ τύχην ἰλεῖν*. VALCK.

17. *μεγάλη τε καὶ εὐειδὴς*] Glossator S. Germani: Εὐειδὴς· (Εὐειδὴς·) οὕτως φασὶν ἀδόκιμον εἶναι τὸ ὄνομα· ἀλλ' ὁ καλὸς Ξενοφῶν Ἀπομνημ. Γ. (p. 783. E.) Ἡρόδοτος Α'. δὶς καὶ τρὶς, καὶ ἀπειράκις οἱ Κωμικοί. Qui inprobabant, litem de differente usu *τοῦ καλοῦ*, *εὐμόρφου* et *εὐειδοῦς* in Ammonio et Thoma M. spectarunt. Τίνα εὐειδία τε καὶ μεγάλα habet cap. 3. Ego vero speciosam Niteti formam non nego, miror tamen. Erat unica Apriæ filia, quem ante hos XLIV. annos Amasis exstinxerat, fato functus, sicuti cap. 10. perscribitur, in auspiciis hujus Persicæ expeditionis. Consequens est, ut plures annis XL. quum in Cambysis amplexus veniret, numerarit. WESS.—Difficultatem levatum ivit Larcher, monens minime certum esse, ante XLIV. annos exstinctum fuisse Apriem ab Amaside: initium regni Amasidis numerari ab eo tempore, quo galea ei imposita est, (II. 162.) præterea regnante etiam Amaside, complures adhuc annos vixisse videri Apriem. S.

22. *διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμ. οὐ μανθάνεις*] Ab Amasi deceptus esse nescis, pro te deceptum. Quam lib. I. c. 5. recte converterat Valla, hic formam loquendi minus apte interpretabatur, Poëtis etiam Latinis notam; quorum ubi loca collegit Jo. Davies ad Ciceron. Tusc. IV. 15. rectius omisisset ad mentem Bentleii. Optimi quique veterum, Tragici præsertim, amant verbis *γνωριστικοῖς* in istum sensum rectos adjungere casus participiorum. Pro *οὐ μανθάνεις* hic

quoque scribi potuerat οὐ γινώσκως vel οὐκ αἰσθάνῃ. De multis ista quadrant Herodoteis: Soph. Antig. 538. οὐδ' ἐμάνθανον Τρίφων δύ' ἄντα. Ajac. 818. ἔγνωκα μὲν δὴ φωτὸς ἠπατημένη, etc. Pausan. II. p. 157. ὡς ἔγνωσαν ἀπατώμενοι. VII. pag. 557. ἐπὶ ἀπατώμενοι συνῆκαν. Eurip. Med. 26. ἐπὶ κρὸς ἀνδρὸς ἥσθετ' ἠδικημένη. Xenophon Ἑλλ. VII. pag. 359, 41. οὐκ αἰσθάνεσθε ἐξαπατώμενοι. Thucyd. II. 51. ὑπόσοι τὸ αἴσθοιτο πάσχον: vertit Lucretius VI. 1229. ubi se quisque videbat Implicitum morbo. Græcismus fuisset, ubi quis sentiebat morbo implicitus. Virgilius: Sensit medios delapsus in hostes. Valck.

Cap. II. 1. οἰκειοῦνται Καμβύσεα] Dinon in Persicis, et Lynceas Naucratites in Ægyptiacis, τὴν Νειτῆτιν Κύρῳ συμφῆναί φασιν ὑπὸ Ἀμάσιδος, ἐξ ἧς γενηθῆναι τὸν Καμβύσεα, apud Athen. XIII. p. 560. F. ubi quæ narrata fuerant e Ctesia, de Neitetide, ad Cambysen missa, pleraque concinunt Herodoteis. In Νειτῆτις, Νίτωκρις, aliisque nominibus Ægyptiacum latere Minervæ Νεῖτ vel Νηΐθ, vidit Iablonskius, monuitque plus semel. Valck.

Ibid. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκηϊοῦνται Καμβύσεα] Herodoti hæc manus: vide I. 4. et 94. Ægyptiorum de Cambysis matre Niteti opinionem, sicuti Athenæus ostendit XIII. pag. 560., Dino in Persicis et Lynceas Naucratites Ægyptiacorum, lib. III. amplexi fuerunt, quos Polyænus Strateg. VIII. 29. sequitur. Nostri disputatio an valida sit, nunc quærere omitto: adprobavit suo eam calculo Ctesias. Wess.

Cap. III. 10. Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω, κάτω δήσω, etc.] Non dissimiles minæ, neque fugit Berglerum, Carthaginiensium, alio tamen gestu declaratæ, in Plutarchi Timol. p. 240. E. Cambysis dictum, et haud paullo significantius, convenit Platonico in Phædon. p. 90. C. ἀλλὰ πάντα τὰ ὄντα ἀτιχυῶς, ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ, ἄνω καὶ κάτω στρέφοντα: et Demosthen. adv. Aristogit. I. p. 492. ὅταν τὸ δίκαιον —— ἑστῶσα τοῦ φόνου, τότε ἄνω καὶ κάτω πάντα χρὴ νομίζειν ἀναφέρθαι. Rursus περὶ Στεφ. p. 156. Τῶν μὲν οὖν λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διαυχᾶν ἔλεγε. Quo ille de genere sæpe plura, atque ejus exemplo Dio uterque, Aristides, Libanius, etc. Neque id mirum, populare enim. Wess.

14. τὴν ἐπ' Αἴγυπτον στρατιήν] Apud Athen. XIII. pag. 560. F. tradidisse dicuntur Dinon, et Lynceas, Καμβύσην ἐνδικοῦντα τῇ μητρὶ, (τὴν) ἐπ' Αἴγυπτον ποιήσασθαι στρατείαν. Suum hic atque alibi recuperabit Herodotus, στρατιήν: cui exercitus dicitur στρατιὴ, expeditionem suscipere, στρατιὴν ποιεῖσθαι, III. 39. V. 77. Ut Herodotus, στρατείαν et στρατιὰν tanquam diversa semper distinxerunt Thucydides, Xenophon, ceterique scriptores antiqui. In his itaque corrigendis sequerer judicium H. Stephani, Sylburgii, Hemsterhusii, Taylori, Marklandi, Ruhnkenii. Valck.— στρατιὴν reposui, ut I. 206. Wess.

Cap. IV. 4. καὶ τὰ πολίμια ἅλιμος] Possunt τὰ πολεμικὰ apud alios valere, sæpe citra jus inculcata. Herodotus non admittet, nisi vi coactus, qui οὐδαμῶν ἴσων τὰ πολέμια ἀμείνους V. 78. et τὰ δὲ πολέμια κάρτα δίκαιος eodem libro, cap. III. sive, uti ibi scriptus codex, τὰ πολεμήϊα: tum ἄριστοι τὰ πολέμια VII. 9, 3. ἀγαθοὶ τὰ πολέμια VII. 238. πρῶτοι τὰ πολέμια, IX. 57. sed manum conprimo. Confer. ad Diodor. I. 54. et Abreschii Dilucid. Thucyd. p. 196. Wess.

10. ἀποστείλας τριήρεϊ] Bene Arch. Τριήρη Med. et aliorum turbat orationem, et Scriptoris morem, quo VI. 19. ἐπὶ Χερσονήσου ἀποστέλλουσι τριήρεϊ οἱ Πυστσπαρσίδαι: et V. 85. μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἀποστελῶσι τριήρεϊ μιῇ: tum III. 44.

ἀτίσιμοι τετραένοντα τριήρεσι. Accedat, quod Reiskius, V. Cl. admovit, στείλας πλοῖα ἐς Κίρκυραν III. 52. ex Med. in πλοῖον conversum. Wess.

12. καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους] Mactatis custodibus Laurentius ex Cod. sui θύσας, consentiente Arch. Non arbitror ex vero. Conmodius multo est vulgatum. Quod de Cambyse sequitur (l. 14.) καὶ ἀποφεύγοντι τὴν ἵλασιν, exercuit doctissimum virum Miscell. Lips. Vol. VIII. pag. 87., exercuit alios. Defit κατὰ, quod orationem fulcire, etsi tacitum, debet, ut sæpe numero. Simile in Vindob. II. 121, 3. Wess.—Conf. IV. 179, 8. S.

Cap. V. 2. μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Σύρων τῶν Παλαιστίνων] Articulum ἥ ante ἐστι, Jac. Perizonius Orig. Ægypt. cap. 23. p. 475. nullo jure sustulit. Pingi debet aut ἡ ἐστὶ, sublato tono, aut γῆ ἐστι, quæ Jac. Gronovii plausibilis divinatio. In Phœnice Sidon et Tyrus fere ultimæ erant, II. 44. et 116. Phœnicen excipiebat Syria Palæstina, juxta Mediterranei Maris litus ad Ægyptum usque protensa. Τῆς Συρίης τοῦτο τὸ χωρίον καὶ τὸ μέχρι Ἰενύσου πᾶν, Παλαιστίνη καλέεται, scribit VII. 89. Paria his, ἀπὸ τῆς Φοινίκης, a Phœnice porrigitur propter hoc mare illud litus, παρά τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην, καὶ Αἴγυπτον, ἐς τὴν τελευτᾷ, IV. 39. Sic de tractu regionis maritimo generatim: hic explanatur, quorum ditionis sit, distinctius. A Phœnice ad *fines* urbis Cadytis, (male μέχρι οὔρων ad montes vertunt, quod H. Stephan. et Gronovius pulcre viderunt) Palæstinorum censebatur: hinc emporia ad mare, nam ἐστὶ justum est, Jenysum usque, regis Arabis, τοῦ Ἀραβίου recte Arch. et Vind.; inde vero, ad Serbonidem lacum, omnia iterum Syrorum Palæstinorum. Hæc, puto, aperta et vera sunt. Consequens videtur, ut Cadytis et Hierosolyma longe discrepent. Illa erat regionis maritimæ, ac Philistææ; hæc a mari remotior, et Mediterraneis montibus inposita, Judææ. Et quis Hierosolyma Κάδυτιν adpellavit? Sanctam aiunt קדושה sive קדישה fuisse nuncupatam viri eruditissimi, a quorum ego opinione olim non abhorrui, inde et קדושתא Κάδυτιν, formatam. Fac vero, Judæos Sanctam religionis suæ metropolin habuisse et vocasse, ut sane dixerunt, etiam-ne Philistæi et vicinorum alii, gentis Judaicæ osores maximi? Qua porro dialecto קדושתא Caduta, quum קדש apud omnes sibilantem litteram servet constanter? Inpulit ea res V. Cl. Thom. Hyde, ut Κάδυτιν superiore libro (II. 159, 6.) atque hic Καδύτιος corrigeret, ad Itiner. Mundi Abr. Peritzol, pag. 19., callide quidem, sed contra tabulas. Atque hæc de Cadytis situ paucis: qua in disputatione ex parte quadam consortes Perizonium, Relandum, et doctum juvenem (dignum, si fata sivissent, vita prolixiore) Isac. Toussaint, Dissert. ante hos XXII. annos Franequeræ scripta, de Cadyti Herodotea, habui. Anceps nunc et difficilis restat ex urbibus electio ejus tractus, quibus Scaligeri et Perizonii, quippe in Arabiæ Mediterranea atque a mari rectratior, Cades Barnea inseri non potest. Gaza Dissertationis Toussaint foret opportuna, modo nomen congrueret. H. Relandi Philistæorum Gath, unde Κάδυτις et Κάδυτις nasci potuerit, non inprudenter huc advocata fuit. Mihi, quod in vetere formula, N. L. De Jenyso nihil quoque habeo constitutum, nisi ex trium dierum eam inter et Casium montem intervallo videri prope Rhaphiam fuisse. De Serbonide palude et Typhone demerso in eam videndus Apollon. Rhod. II. 1215. cum Criticis veteribus. Wess.

Cap. VII. 3. σάξαντες ὕδατι] Divinus hic Arch. liber est. ἴλαξαντες ὕδατι quis in-

telligit? nec melius erit ἰλιπίσαντες ὕδατι, quod Pavii extudit ingenium; namque κατὰ δὴ τὰ εἰρημένα, secundum ea, quæ dicta sunt, spem istam, ut ne de Codd. dicam, excludunt. Vasa innuuntur vinaria, quæ aqua stipabantur, ut sitientibus potum in Arabiæ illis arenis præberent: hoc σάξαντες ὕδατι, sive, ut proxime, (cap. 6, 10.) πλήσαντες ὕδατος. Cl. Reiskius, cui idem in opinionem incidit, ut verbo liquidis in rebus usus adpareret, ex Clementis Alex. Pædag. II. p. 219. ἀπεσιτισμένους τροφαῖς, et Athen. VII. pag. 322. τυρῷ τε σάξας: tum Polybii Excerpt. pag. 1489. σάττουσιν εἰς ἀγγεῖα adposuit, (Polyb. XII. 2, 5. nostræ ed.) neque oblitus, prorsus opportunum, ἀγγήϊον ὕδατι σεσαγμένον Luciani Deæ Syr. c. 48. Adcedit Cercidæ versus in Stobæi Serm. IV. p. 54. ἀνίερε, ὃν τὸ πίαρ Παλῷ σίσακται καὶ δυσιανίστῳ τρυγί. Quibus omne luto, seu vino, uti opinor, Cor sordet atque fæce non purgabili, ex versione summi Grotii. Nam αἵματί τε καὶ σαρξὶν διασάττειν, Galeni Protrept. pag. 5. prætereo. Neque enim in dubio res manet. Latina in fraudem alios ne induere pergant, correctione gaudebunt. Wess.

Cap. VIII. 6. κρεκύδα] Corrigenti docto viro κρεκίδα favent Arch. et Vindob., non certior usus. Κρεκὺς est in Polluce, quin ipsa hæc Herodotea ex Falckenburgii Codice. Κρεκύδας reliquisse Hesychium vocum series monstrat. Κρεκυδίζειν in floccis legendis posuit Aretæus: habet Aëtius lib. III. c. 161. περὶ κρεκύδων. In Theophrasti Charact. c. 2. vetustissimi MSS. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἁφιλεῖν κρεκύδα. Hippocratis et Galeni libri variant, sicuti Foësius in Œconomia docuit. Quæ si satis non faciunt, observata Salmasio in Solin. p. 283. adcedere poterunt. Wess.

[7. λίθους ἱστά. Norunt orientalium linguarum studiosi, ex hoc Herodoti loco cum aliis collato rationem reddidisse doctos viros, unde factum sit, ut in Hebræorum sermone jusjurandum eo vocabulo insigniatur quod a septenario numero derivatum est. S.]

15. ὑποτρόχαλα, περιξυρεῦντες] Περιτρόχαλα recipiet e codicibus Herodotus. vid. Diss. Herod. p. 100. Præbet illud Plutarch. T. II. p. 261. F. Περιτρόχαλα κείρεσθαι Athenis, quod ex Hesych. constat, σκαφίον dicebatur: ad Harpocr. in Σκαφίον notat H. Valesius. Plura dedit H. Junius, de Coma c. 6. Potuerunt autem ista, κείρονται περιτρόχαλα τοὺς προσάφους, commode reddi περιξυρεῦνται. Sed pro περιξυρεῦντες, quæ forma certe non est Ionica, fortasse cui scripsisse suo more videbitur Herodotus πέριξ ξυρεῦντες τοὺς προσάφους: mihi tamen vulgatum potius ex interpretamento videretur natum. Valck.

Ibid. κείρονται δὲ περιτρόχαλα] Verum hoc præstant veteres schedæ et sermonis consuetudo. Pollux de tonsuræ generibus, II. 29. κουρᾶς δὲ εἶδη, κῆπος—περιτρόχαλα, ex Salmasii in Tertulliani Pall. p. 266. certa emendatione. Consentit Hesychius in Σκαφίον. Hinc Aristodemus tyrannus in Plutarchi, T. II. p. 261. F. τὰς δὲ Θηλείας (bene ita Salmas.) ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι, in orbem tonderi. Talis ἰνίμων ille καὶ ἀποκειράμενος τὴν κεφαλὴν περιτρόχαλα, in Prisci Excerpt. Legat. p. 45. Tales Franci περίτροχον κειράμενοι, Agathiæ lib. I. p. 11. c. Arabum olim idem tonsuræ modulus, propterea que Jeremiæ c. IX, 25. קצוצי פאה circumcisi capitis angulos, seu in rotundum capitis comam adtonsi. Plura Salmasii Epist. de Coma p. 50. et Vitringæ Commentarius in Esaiæ c. XV. p. 463. Wess.

16. Οὐρσηλά] Dedi S. Bocharto Phal. II. 19. p. 110, et Reiskio Miscell. Lips. T. VIII. p. 88. hanc ex codicibus (nisi Ὀρσηλά quis maluerit) scrip-

turam: nam Οὐρσσὰλ ultimam ex sequente articulo sibi sociavit. Designantur duo totius Orientis præcipua numina, Sol et Luna. In Οὐρσσὰλ princeps syllaba manifesto Hebræorum et Arabum אור, solem lumenque indicans, se prodit: defit enim prægnans caussa, ut Ὁλσσὰλ cum Pocockio Specim. Hist. Arab. p. 107. formetur. Pars vocis extima in ambiguo hæret. Reiskius אורטל Urotal, (vel Orvetal) h. e. lux et umbra. Qua quidem ratione sonus et litteræ voci constant; (Arabum enim littera ט respondet Hebræorum ע.) haud scio an et Arabum atque Orientis Theologia. Lux, illorum in disciplina, boni origo; umbra et tenebræ, mali; ex bono et malo eidem numini cognomen inpingere, incongrui quidpiam habet. Manet tamen suum specimen conjecturæ. Aliam dabit Jo. Clericus ad Jobi c. XXXI, 26. Mihi quoque suborta alia fuit, cujus in re ancipiti fidem prodigere nolo. Luna, sive Cœlestis Venus Arabum, I. 131. Ἀλίττα perhibebatur; unde, nisi binominis fuerit, alterutrum vitiosum videri posset. Sed puto neutrum. Ἀλιλὰτ, quod ill. Scaliger ad Fragment. Græc. p. 27. jam pridem docuit, Arabum est הלאלת Halala, Alila, sive Luna μηνοειδὴς et crescens. Bochartus plura. Wess.

Cap. IX. 11. βαψάμενον τῶν ὠμοβοίων, etc.] Aldi et aliorum, etiam Arch. (e quo ἀψάμενον Galeus, longe errans, produxit,) potior lectio. Consui profecto prius coria ista bubula, ut canalem scorteum darent, debuerunt, quam variis ex partibus aptari inter se nectique. Non nego βάπτειν in Musis iterari, nec adspernantur tamen εἰς τὸν μηδὲν ἐπιῤῥάψατο, II. 146. Amnis Corys Arabum Geographo אלקרי ראדי, torrens Core. Wess.

14. τὸ ὕδωρ σώζωσι] Nihil in his quod offendat: parantur cisternæ, ut aquam servent. Nonne quoque, ut potum sitientibus dent? Hoc postulant Valla et schedæ, quæ ἵνα δικόμενοι τὸ ὕδωρ πατίζωσι, ut aquam recipientes potum præbeant. Lubens fateor, me Laurentio adsentiri, siquidem plenior ita surgit sententia. Nolui tamen orationi, ne videar modum excedere, inserere; (bene factum; videtur enim πατίζωσι e scholio natum, quod ab homine profectum, qui σώζωσι τοὺς Πέρσας intellexerat.) qua formidine præpeditus non sum in revocata τριῶν voce (l. 16.) et ἱστρατοπεδεύετο. (Cap. X. l. 2.) Levia admodum sunt, quibus contra utramque pugnatur. Nam de locis tam arctis et difficilibus quod obponitur, ipse Vir Celeb. V. 116. rofligavit. Ἐν Πηλουσίῳ στόματι, (Cap. 10, 1.) ad Pelusium ostium bene Valla. Στρατεύεσθαι præterea et στρατοπεδεύεσθαι permiscentur V. 14. Sed quid multa? στρατοπεδεύεσθαι ἐν Πηλουσίῳ habetur II. 141. Wess.

Cap. X. 13. ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι] Hoc mihi quoque sincerius videtur ante vulgato ψιχάσι. Veteris erant Atticismi, Mœridi adnotatæ formæ: Ψακὰς, Ψίαθος, Ἅλως, Σίαλον: eundem sonum in nonnullis alteri prætulerunt Iones. Numerum adfirmabit Aristides T. III. p. 567. τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς (λαμπρῷ forte scribendum:) (immo bene habet λαμπρῶς) πολλάκις ὕεται, ψιχάδι μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄνω: quod multo verius Herodoteis proximis, οὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τὸ παράπαν: vid. Wesseling. ad Diodori I. p. 84. (?) Pluvia irrigari vel humectari est ὕεσθαι. Recte restituit e MS. Gronov. lib. II. c. 14. εἰ μήτι γε ὕεται σφι ἡ χώρη. Assyria ὕεται ὀλίγῳ, I. 193. hieme Scythia, IV. 50. ὕεται ταῦτα τῆς Λιβύης, IV. 198. In excerptis ex Indicis Ctesiæ scribendum p. 655, 11. οὐχ ὕεται, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ποτίζεται ἡ Ἰνδική: contra scribit Philostr. Indiam θαμὰ ὑετθαι. Ælianus N. A. XV. c. 6.

ἔτεσι Ἰνδῶν γῆ διὰ τοῦ ἥρος μίλιοι ὑγρῇ. Valck.

Ibid. ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι.] Sequor Med. etsi patroni ψακάδι non desint; at scribi demiror, augeri sic magnitudinem miraculi, quod ubique observata eodem tempore fuerit lapsa ex aëre una gutta, et mox cessaverit, non geminando lapsu: eoque magis, quod venerint ex calamo viri eruditi. Vide hoc Aristides in Ægypt. p. 339. τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς πολλάκις ὕεται· ψακάδι μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄνω πολλάκις ὡς ἐν χρόνοις: ubi si posterius πολλάκις tollatur, uti requum est, nihil utique indicatur aliud, quam minutam subinde (at hac ipse notione, subinde haud raro Græcum πολλάκις usurpatur,) in superiore Ægypto pluviam cadere, sive, uti Ælian. de Anim. VI. 41. βαίοις διύοις λειταῖς τὸν ὄμβρον. Mitto νιφετὸν ψακάδι λειτῇ μεμιγμένον, Plutarchi Socr.. Gen. p. 596. c. et κατὰ νιφὰς ψακάδας ὕεσθαι Heracliti Allegor. p. 466. Wess.

Cap. XI. 14. πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων] Male præpositionem ab Arch. et Vind. exilio tradi, supra I. 76. significatum est. Inmani autem barbariei, qua sanguinem humanum, vino mixtum, in pateris circumtulerunt, per ea est similis Apollodori Cassandrensis Tyranni in Diodori T. II. (Excerpt. ex lib. XXII.) p. 563. ubi olim plura. Wess.

Cap. XII. 3. χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσίων, etc.] Omnia ista, uncinis incincta, ex Grammatici scholio derivat Cl. Abreschius. Non audeo accedere. Abeunt minime ab abundantiore Nostri in scribendo more, habuitque suo Synesius in libro, tantum in regis Psammeniti nomine lapsus. Cur autem Ægyptiorum capita fuerint duriora, fragiliora Persarum, disputavit præter alios Mercurialis Var. Lect. I. 21. Wess.

15. ἀσθενίας φορίουσι τὰς κεφαλὰς] Persæ, quia σκιαγραφίουσι, πίλους τιάρας σι φορίουσις. Horum recordabatur forte Plato, quando de Leg. XII. p. 942. D. τὴν τῆς κεφαλῆς, inquiebat, καὶ ποδῶν δύναμιν μὴ διαφθείρειν, τῇ τῶν ἀλλοτρίων σκεπασμάτων περιπαλύβῃ τὴν τῶν οἰκείων ἀπολλύντας πίλων τε καὶ ὑποδημάτων γένεσιν καὶ φύσιν. Hoc in loco πῖλοι capitis sunt tegumenta: pedum involucra πῖλοι eidem Platoni dicuntur in Sympos. p. 220. B. quod Pollux adnotavit VII. 172. Platonis locum respicit Musonius Jo. Stobæi p. 17, 53. Non protrita Grævius dedit ad Hesiodi Ἔργ. κ. Ἡμ. v. 542. Valck.

16. πίλους τιάρας φορίουσις] Synesius πίλους duntaxat, sed multa alia suo sermone mutans. Ego cum Gronov. sentio, cui Strabo ex parte adstipulatur, τιάρας περικείμενοι πίλωτὰς, de Persis XV. p. 1066. (p. 733. B. ed. Cas.) Iornandes Getic. cap. XL de Diceno, nomen illis Pileatorum contradens, ut reor, qui opertis capitibus *tiaris*, quos *pileos* alio nomine appellamus, litabant: quasi omnes pilei fuissent tiaræ, quod secus habet. Mox ἵστια εἶδον (l. 17.) ex schedis restitui, inhærens vestigiis Auctoris, IX. 54. VI. 109. etc. Confer Gronov. IV. 23. (ubi nihil quidem, quod huc faciat, reperitur.) Wess.

Cap. XIII. 5. ἀνὰ ποταμὸν] Canabyses navem Memphin versus misit. Hic non requiritur articulus, recte etiam omissus IV. c. 14. ἵπλιον κατὰ ποταμὸν — ἐς θάλασσαν: hoc est secundo flumine navigare; illud, adverso. κατὰ ῥόον et ἀνὰ ῥόον similiter adhibentur. In iisdem formulis sæpe requiritur articulus adjectus: de Euphrate, lib. I. c. 194. ἀνὰ τὸν ποταμὸν, adverso flumine navigari nequit præ rapiditate. II. 96. in Nilo baris ἄνα μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύναται πλέειν·—κατὰ ῥόον δὲ καμίζεται. Lib. IV. c. 18. πλέον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα. Secundo flumine vehi, κατὰ τὸν ποταμὸν κατακλιῦναι, Thucyd. IV. c. 107. et Æs-

chini de Fals. Leg. p. 44, 30. et 38. Contra adverso Eridano navigare Lucianus est ἀναπλεῖν κατὰ τὸν Ἠριδανόν, T. II. p. 88. adverso Nilo, ἀναπλεῖν κατὰ τὸν Νεῖλον, T. III. p. 536. In his similibusque verbo præfixa præpositio phrasin determinat. Sed qui Alexandria profecti nave petebant Æthiopiam, nisi fallor, Diodoro Siculo I. p. 200, 59. non κατὰ, sed ἀνὰ τὸν Νεῖλον πλέοντες dici debuerunt; prouti legitur p. 272, 55. et 300, 90. Valck.

6. καὶ τοὺς ἄνδρας πρωτογηδὸν διαστάσαντες] Opinor in his aliquid esse commissum. Apparet satis nautas indicari, eadem Mitylenæa navi vectos. Sed bene si Herodotum novi, non neglexit de numero eorum, debuit certe, addere. Studiose adscribit c. 14. Ægpytiorum ad bis mille supplicio fuisse destinatos ultimo de regiorum judicum sententia, et eorum quidem in vicem, qui cum navi Mitylenæa ad Memphin crudeliter fuerant absumti, denis singulorum loco computatis: obtruncati ergo ducenti sunt. Lege nunc καὶ διηκοσίους ἄνδρας etc. et ratio et oratio constabit. In τοὺς latent numerales ΗΗΣ notæ διηκοσίους. Si (aliud exemplum vocis) πρωτογηδὸν desideretur, Eunapius in Ædes. p. 45. dabit. Wess.—Immerito τοὺς ἄνδρας solicitasse videtur Vir doctissimus. Fuerint in navi ducenti homines: non nego. τοὺς, ἄνδρας adjecto articulo scribens Herodotus, indicat, dilaniatos fuisse *quotquot* homines in ea fuerant. S.

8. χρόνῳ παρίσησαν] Laurentii Latine, obsessi aliquamdiu restiterunt, correxerat bene H. Stephanus, inconsulto spretus. Viam muniverat Scriptor VI. 90. ἐπολιόρκεον τούτους ἐπολιόρκεον —— ἐς ὃ καὶ οἱ Καρύστιοι παρίσησαν, donec etiam Carystii in deditionem venerunt. Porro cap. ult. lib. VI. ἐπολιορκέοντο, ἐς ὃ καὶ οὗτοι παρίσησαν: tum V. 56. παρέσησαν δὲ ἐπὶ μισθῷ τοῖσι τύραννοι. Non addo aliunde plura. Lege notas Cl. Jo. Taylori ad Demosthenis Androt. p. 244. et Abreschii Diluc. Thucyd. p. 328. Wess.—Quo magis mireris, nuper etiam virum doctum contendisse (in Actis Philol. Lips.) haud dubie hic παρεστήσαντο legendum, provocantem ad illud III. 155, 11. οἱ πολίμιοι παρεστήσαντο. Non meminerat vir optimus, secundum aoristum hujus verbi non minus, quam futurum medii, reciprocum vel passivum habere significatum. S.

Cap. XIV. 9. παρὰ τοὺς παστάς] Servanda fuerat, opinor, altera lectio, κατὰ τοὺς παστάς: quum puellæ plorantes illac præteribant, ubi parentes erant collocati. Κατὰ significat in talibus ex adverso, contra. Herod. p. 134, 7. (II. 121, 62.) ὡς δὲ κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν. Rursus p. 195, 28. p. 364, 11. (III. 86, 3. VI. 101, 2. Conf. supra ad II, 158, 11.) Thucyd. VIII. 86. ἐπειδὴ ἐγίνοντο πλέοντες κατ' Ἄργος. Xenoph. Ἑλλ. IV. p. 302, 5. κατὰ Λακεδαιμονίους ἐγίνοντο. Demosth. contr. Conon. p. 689, 12. παρέχονται Κτησίας κατὰ τὸ Λεωκόριον: mox iterum, ἡμῖν συμβαίνει—πέλαι κατ' αὐτὸ πως τὸ Λεωκόριον εἶναι. Valck.—Sic de his qui in acie stant ex adverso aliorum, Herod. IX. 27, 36. c. 46, 5 seq. et deinde sæpius. S.

Ibid. παρήσαν αἱ παρθένοι] Pingi potuerat παρῆσαν aut παρῆΐσαν, de quo II. 163. At placuit scriptorum fidem sequi. Offerent sese ἧΐσαν δρόμῳ III. 77. ἧΐσαν ἐπὶ τὴν εἰλίην IX. 5. ubi ἦΐσαν tamen scripti. Etymologus p. 121, 42. καὶ ἐν συνθέσει ἀπῆϊεν καὶ παρῆϊεν καὶ ἐξῆϊεν τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν —— ἀπῆϊσαν. (Vide Var. Lect. ed. S.) Rediit præterea (l. 10.) οἱ μὲν ἄλλοι παστάδες, quod ex scriptionis compendio vitiatum series postulat. Denique παρεξελθουσίαν, (l. 1.) cui rarior usus, quo minus in sede illibatum hæreret, nocuit. Τὸ δὲ ῥῆμα τοῦτο

ἑαυτὸν μὲν παρεξελθεῖν, VI. 117. Sophocles Antig. 983. πείσαι παρεξελθόντα δαιμόνων δίκην. Wess.

20. τὸν παῖδα ἡγεμόνευον ἐπὶ θάνατον] Tametsi bonæ fidei Codd. sic velint, vereor, ut recte valeat. Vetus ἀγεμόνευον rarum videtur, minime tamen genio sermonis pugnans: convenit συμβαλλόμενος τοὺς μῦθους VI. 63.; usus respondet: mox certe τὸν παῖδα ἐπὶ θανάτου στείχοντα (l. 34.) de eodem regio juvene posuit: adcedit, lapsus leviter, Aristoteles Rhetor. II. 8. p. 78. διὸ καὶ Ἄμασις, ἐπὶ μὲν τῷ υἱεῖ ἀγαμείνῳ ἐπὶ τὸ ἀποθανεῖν, οὐκ ἐδάκρυσεν, ὅς φασιν, ad hæc adludens. Quod si tamen ἡγεμόνευον defendi debeat, refingi ἡγεμόνευεν τὸν ἐπὶ θάνατον poterit, ut dux eorum fuerit, qui fatale illud iter ingrediebantur. Τὴν ὁδὸν ἡγήσατο IX. 15. τὴν ἐπὶ θανάτῳ supra. (nescio an I. 109. 2. respiciat: sed vide ibi notata.) Wess.—Potuerat, si opus fuisset, ad VII. 223, 7. provocare, coll. l. 22. hujus cap. S.

35. οὕτι ἀπίκλαυσας] Præcessit ἀναπλαύσας μίγα et sequetur. Nunc schedæ aliud probant, idque conmodum æque: τὸν ἂν ἴδωνται ἀπεκλαύσαντα, II. 121, 3. Æschylus Prometh. 638. Ὡς ἀπεκλαῦσαι πρὸ σοῦ δύρεσθαι τύχας· Sophocles Œd. Tyr. 1466. Philoct. 709. et frequentissime Procopius, sollers priscorum æmulator. Wess.

38. ἢν μίζω καπὰ ἢ ὅσσι ἀναπλαίων] Sæpius omissum non requirerem, si codicibus abesset, ὅσσι: a Codicibus affirmatum haud sanequam repudiarem, quippe quod in eadem sæpe solent exprimere structura Xenophon, sicuti Ἀπομν. III. p. 448, 30. μείζων ἢ ὥστε φέρειν ὑπαθαι καπήν: idem paucis dixit Eurip. Hec. 1114. πρείσσων' ἢ φέρειν πατρά: μείζων ἢ φέρειν, Soph. Œd. Tyr. 1302. In Eumenid. Æschyli forte restitui poterit v. 473. τὸ πρᾶγμα μεῖζον ἢ τιν' εἶσθαι τῷδε βροτὸν δικάζειν. Quæ primum occultaverat amorem, Stratonicæ τὸ καπὸν μέζον ἠσυχίης ἐγίνετο, in libello de Dea Syria p. 469. Censebat Herodoti Psammenitus, eam cladis esse domesticæ gravitatem, quæ fletu levari recusaret; quique adeo fienda pateretur leviora perpessum: τὰ εἰκηΐα ἦν μέζω καπὰ ἢ ὅστι ἀναπλαίειν. Ista Jos. Wasseus conmodum admovit Thucydidei, VIII. 75. μείζω ἢ καπὰ δάκρυα πεπονθότας. In Stobæi Flor. Tit. 121. p. 612. exstat illud Bacchylidis, μεῖζον ἢ πενθεῖν καπόν. Quæ verbis exprimi nequeunt præ magnitudine, πρείσσονʼ ἢ λέξαι λόγῳ Τελμήσσαι' Eurip. dixit Supplic. v. 844. Illud Ejusdem apud Strabon. VIII. p. 565. a. (p. 366. ed. Cas.) Ἀρετὴν ἰχούσης μείζονʼ ἢ λόγῳ φράσαι, et vicina suspicor equidem, ob historiam Messenicam, e Cresphontæ petita. Herodoteum ὅσσι vel ὁκί in talibus occurrit in dicto Simonidis Plutarch. II. p. 15. c. apud Philon. Jud. p. 884. E. Pausan. I. p. 48. IV. p. 325. Valck.

40. πένθος] Πάθος melius. Ejusdem originis voces, (quales βάθος et βένθος,) atque a Grammaticis sæpe permutatæ, veterum tamen usu distinguuntur. Quod sequitur (l. 41.) Homereum ἐπὶ γήρεος οὐδῷ, Plato, Lycurgus, et Hyperides adhibuerunt: vid. Jo. Taylor V. Cl. in Or. Lycurgi p. 326. quem tamen oratorem p. 153, 5. ad normam Atticam scripsisse suspiceris, ἐπὶ γήρως οὐδῷ, prouti Lysiam dedisse liquet ex Harpocr. in Οὐδός. Æneum limen, χάλκεος οὐδὸς in oraculo dictum, Sophocli vocatur in Œd. Col. v. 57. χαλκόπους ὀδός: neque enim οὐδὸς vulgari debuerat: vide v. 1586. et Schol. Οὐδὸν adfirmant Suidas et Eustathius. Valck.

42. καὶ ταῦτα ὡς ὀπισιχθίσιν, etc.] Procopius Bell. Vand. I. 6. ταῦτα ἔστι ἀπισιχθίσια ὁ Φάρμακος ἔγνω, et Belli Pers. II. 24. Id mirum accidit, ut membranas ad lenium σφι ὑπόθεσιν præ se ferre: quæ

mihi spectasse regium videntur consilium; nam Cambysi plures adfuisse procerum, rerum cohærentia patefacit. Sic, *ipsis* videri recte illa dicta, haud utique sine colore et specie veri. Certum præstant ἱστορέοντες Καμβύσῃ scripti libri, sicuti I. 91. indicatum. Wess.—In istis, Καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου, εὖ δοκέειν οἱ (sive σφι malis) εἰρῆσθαι· ὡς δὲ λίγεται ὑπ' Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον, perspicua satis sententia est; sed in verborum structura insunt nonnulla, quæ turbata videri possint, nisi Herodotei moris memineris. Ut a postremis verbis incipiam, de illa quidem loquendi formula ὡς δὲ λίγεται, δακρύειν μὲν (nempe λίγεται, vel λίγουσι) Κροῖσον, abunde dixi ad I. 58, 6. Tum vero in his quæ procedunt, satis patet, ad infinitivum δοκέειν idem verbum λίγεται e sequentibus intelligi. Denique, quum planissime sic dicturus fuisset, Καὶ ταῦτα ὡς ἀπενείχθη, Et hæc postquam relata sunt, potuerat pro verbo finito, quoniam reliqua oratio infinita est, infinitivum ponere; quemadmodum in tali oratione ἐπεὶ et hujusmodi particulæ frequenter cum infinitivo construuntur; veluti III. 35. 10. et II. 32. 22. ubi conf. quæ Wess. adnotavit. At nunc placuit auctori, cum particula ὡς, loco verbi finiti, aut loco infinitivi, participium construere, ut ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα idem valeat ac ταῦτα ὡς ἀπενείχθη. Similiter VI. 91, 4. ὡς ἐκάστην (νῆσον) αἱρέοντες οἱ βάρβαροι, ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους: et VI. 79, 7. ὡς ἑκάστους ἐκκαλεύμενος ὁ Κλεομένης, ἔκτεινε: ubi αἱρέοντες et ἐκκαλεύμενος idem valent ac ἥρεον et ἐξεκαλέετο. S.

Cap. XV. 4. ἦν δὲ καὶ ἠπιστήθη μὴ πολυπραγμονῶν] Nolui ἠπιστήθη movere, quantumvis Arch. ἐπιστήθη concinnius tinniat. Quærunt, possit-ne ἠπιστήθη ex ἐπίσταμαι formari: negavit H. Stephanus: satis acerbe, etsi tectius, a Perto propterea in Lex. Ion. perstrictus. Accipe hæc ex litteris Cl. Abreschii: H. Stephan. in Collectione Verbor., quorum Themata sunt Anomala, audiendos esse negat, qui ab ἐπίσταμαι repetant ἠπιστήθην, quod tempus tantum sit τοῦ ἀπιστέομαι. Verum fallitur haud dubie vir doctus. Sæpe eo utitur Plato: in Convivio p. 321. A. ἐπιστηθείς: Phædr. p. 357. D. ἐπιστηθῇ: III. Legg. p. 589. B. ἠπιστήθη: et ibid. c. (ubi ἠπιστήθησαν. Citantur autem paginæ edit. Lugd. 1590.) Hactenus Vir amicissimus. Ego vero mallem ἠπιστήθη aut ἐπιστήθη μὴ πολυπραγμονῶν, ex more supra I. 77. firmato. Wess.—De partic. ἦν in ed. Wess. temere pro εἰ posita dixi in Var. Lect. (ed. S.) Jam verbum ἠπιστήθη idem Wesseling. cum Porto ab ἐπίσταμαι derivans, passiva notione accepit; quod vel inde adparet, quod πολυπραγμονῶν in participio, quam πολυπραγμοσυνῶν maluerit. conf. ad c. 1, 32. Eadem notione Valla acceperat, cujus versionem h. l. etiam Wess. cum aliis editoribus tenuit: Qui si compertus etiam fuisset non affectasse res novas. *Portus* vero, pariter quidem passive accipiens, impersonaliter dictum ἠπιστήθη existimavit: Si compertum fuisset, si constitisset, nihil eum novi curiose moliturum. At in omnibus quidem exemplis ab Abreschio e Platone productis ἠπιστήθη, ἐπιστηθείς, etc. haud dubie activa notione ponuntur. Unde profectus *Werferus* (in Act. Philol. Monac. T. I. p. 106.) sic vertenda Herodoti verba monuit: Si autem scivisset non moliri res novas; opportune conferens ista ex VII. 29, 14. ἐπίσταντο εἶναι αἰεὶ τοιοῦτος, scito semper talis esse vir, scito te semper talem præstare. Et hæc quidem utique commodissima ratio est expediendi hunc locum, si modo ad thema ἐπίσταμαι referendum sit istud ἠπιστήθη. At mihi, hoc verbum cum H. Steph. (cujus vide

Thes. T. III. p. 140. b. et d.) ad thema ἀπιστία referenti, persuasum est, obtinere hic illum Græcæ linguæ idiotismum, passim a Grammaticis notatum, quem supra in Adn. ad I. 68. 10. attigi: nempe ex duabus negationibus alteram abundare. Scilicet εἰ ἠπιστήθη μὴ πολυπραγμονεῖν, idem est ac si dixisset, εἰ ἐπιστεύθη μὴ πολυπραγμ. aut εἰ μὴ ἐπιστεύθη πολυπρ., si de illo creditum esset, non eum res novas moliri, aut, nisi creditum esset novas eum res moliri. Simillima certe ratione apud Thucyd. I. 10. ἀπιστοῦσι μὴ γενέσθαι τὸν στόλον idem valet ac πιστεύουσι μὴ γενέσθαι, aut μὴ πιστεύουσι γενέσθαι: et apud eumdem, II. 101. ἀπιστοῦντες αὐτὸν μὴ ἥξειν idem valet ac πιστεύοντες μὴ ἥξειν, aut μὴ πιστεύοντες ἥξειν. Similisque ratio illius dictionis apud Nostrum I. 68, 10. ὑπὸ ἀπιστίης μὴ γενέσθαι μηδαμᾶ, etc. S.

9. ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε τῷ Λίβυες, etc.] Revocavi sollemnem formulam ἐν δὲ δὴ, quemadmodum II. 43.: tum Inaro, jubentibus schedis, non negavi ex patria nomen, quo c. 12. VII. 7. et in Thucydidis I. 105. insignitur, ubi Λίβυς, βασιλεὺς Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ. In Ctesiæ Excerpt. (c. 32.) p. 644. Ἰνάρου Λυδίου ἀνδρὸς nunc ex prava, at dudum ab egregiis viris correcta, scriptura legi, Celeb. Dukerus tacitum non habuit. Veram Liban. T. I. p. 420. c. servavit etiam. Justum itaque τῷ Λίβυες Ἰνάρου παιδί. Quod autem Persarum in more fuisse docetur, rebellantium regulorum liberis principatum non auferre, ejus contrarium recentiores Persæ, victis gentibus parcentes, nunquam regiæ familiæ, observarunt apud Agathiam lib. IV. p. 94. ed. Venet. Wess.

11. τῷ Ἀμυρταίου Παυσίρι] De Amyrtæo II. 140. Conficiunt his ex verbis viri eruditi, præterque ceteros Ampl. Bouherius, Diss. Herod. c. 1. Herodotum vitam in tempora Darii Nothi, Persarum regis, prorogasse: descivisse enim Amyrtæum anno ejus secundo, regnumque tenuisse sex annos, ex Syncelli fide, Chronograph. p. 205. ed. Venet. At ea, quum opinionis ducem non testatus sit, fallax est. Ex Thucydide I. 110. Diodoro XI. 71. et Ctesiæ Excerptis liquere videtur, circa Olymp. LXXIX. Inarum et Amyrtæum Persarum excussisse jugum, certe utriusque defectionem bello Peloponnesiaco fuisse priorem. Tutatus fortasse se, eum in paludibus Ægypti latitans Amyrtæus ad deditionem adigi difficulter posset, in id usque bellum fuit; Syncelli tamen auctoritas validius fulcrum desiderat. Stat meis a partibus H. Dodwellus, V. Cl. Annal. Thucyd. p. 99. Wess.

Cap. XVI. 4. ὡς δὲ ταῦτά οἱ ἐπιστάλθη ἐγίνετο] Ita præstat augeri. Inferius c. 141. ταῦτά οἱ πάντα ἐπιστάλθη: et ad I. 117. Sustuli quoque τὸν νίκην, ex præcedentibus inconsulto repetitum. Dio Chrysostomus Corinth. p. 466. hinc orationem distinxit: quod Amasin autem ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ ὑποβαλεῖν oratio ostentat, id manifesto claudicans, ὑποβαλεῖν doctissimus Berglerus recte instauravit. Wess.

10. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ] Joannes Chrysost. iisdem pæne verbis T. II. p. 54. B. Θεὸς παρὰ Πέρσαις νομίζεται τὸ πῦρ. Alia plura Brisson. Regn. Pers. II. 14. et Sam. Tenullius Dissert. Histor. de Igne c. 9. p. 48. Quæ Persis ignem deum cum obtrudunt, nimis stricte urgenda non sunt: ἱερὸν illis πῦρ erat, quem sacrum ignem mortuo rege et summo in luctu studiosissime exstinguebant apud Diodorum XVII. 114. quod citra impietatem et religionis contemtum fieri profecto non potuit, si ignis Deus esset. Neglexit hoc Th. Hyde, multa pro Persis disputans, de Relig. Pers. c. 1.

et 6. abreptus tamen nimio gentis studio: nam ignis in ea natione cultum plus quam civilem fuisse, ex edicto regis Saporis in Assemani Orient. Bibliоth. T. I. p. 191. liquet apertissime. At hoc nunc non agitur. Recte Cl. Gronovius in sequentibus *οὐ δίκαιον εἶναι λέγοντες* ex Med. admisit: postulant id ipsum alii; neque nocet hilum Stobæus, orationem Herodoti inmutans. Adsunt præter ea, quæ vir Celeb. advocavit, similis structuræ plura VI. 13. VII. 144. etc. Wess.

13. *τῷ θηρίον εἶναι*] Qui requiritur articulus, vel e Stobæo p. 614, 48. potuisset interseri: *τὸ τῷ θηρίον εἶναι ἔμψυχον*: ut paulo ante, *Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ*, atque alibi passim articulo (qui tamen non citra exceptionem necessarius est) subjectum insignitur orationis. Paulo post tolerari nequit invectum a Gronovio *φησὶν*, pro *σφὶ*, vel *σφὶν*, ut est apud Stobæum. Verum in istis: *οὕτων θηρίοισι νόμος οὐδαμῶς σφί ἐστι τὸν νέκυν διδόναι*: pro *τὸν* v. suspicor olim fuisse scriptum, *ἀνου* (sive *ἀνθρώπου*) *νέκυν*, hominis cadaver: *τιν νέκυν* venerat olim in mentem; nunc placet alterum. Superius paulo scripsit *νεκρὸν ἀνθρώπου*, et II. 90. muliebre cadaver dixit *νεκρὸν γυναικὸς*, II. 89. pueri, *παιδίου νέκυν*, I. 113. Sæpius alibi loquitur ad eamdem rationem, non secedens ab usu, quem alii quoque receperunt. Uxoris cadaver *δάμαρτος νέκυν* Eurip. dixit, Or. 1623. *ἀνδρὸς νεκρὸν*, Soph. Electr. 1488. *τὸν Ἕκτορος νεκρὸν*, Athenæus XV. p. 688. D. Vid. Platonis Gorgias p. 524. c. Eustath. ad Ἰλ. ί. p. 682, 49. In Herodoto magis etiam adfirmabunt *ἀνθρώπου νέκυν* ista Antonini VI. 13. *νεκρὸς οὗτος ἰχθύος, οὗτος δὲ νεκρὸς ὄρνιθος, ἢ χοίρου*. Valck.—At per se facile intelligebatur, de hominis hic agi cadavere. S.

16. *οὐδαμῶς σφί ἐστι*] Miror *οὐδαμῶς φησὶν ἐστι* amplecti ex Mediceo Cl. Vi-

rum: nihil enim ejus errore ineptius. *Σφίσιν* ille voluit, quorsum Ask. si præcedentis ultima admoveatur, ducit. Ægyptios autem vulgarem ignem *θηρίον ἔμψυχον* censuisse, non abhorret a vero: alioqui inter eorum numina ΦΘΑΣ sive Vulcanus, ignis et plerarumque artium inventor, apud Diodorum. I. 12. et 13. Junge Nicandri Alexiph. v. 175. et Plut. Sympos. VII. 4. p. 703. Wess.

20. *οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παιδὼν*] Cambysis insaniam, et popularem Ægyptiorum in hac tegenda contumelia sollicitudinem jure merito ridet Sinopensis Diogenis admirator, Dion Chrysost. Or. 37. p. 466 seq. et præter cetera, *οἱ Αἰγύπτιοί τι*, ait, *καὶ Καμβύσης, εἴτε ἄλλος τις ἦν ὁ ταῦτα παιδὼν, εἴτε αὐτὸς Ἄμασις ἦν, τύπος ἦν ἀναιμος, ἔσαρκος, ἄψυχος*. Hoc quoque stultissimum Regis facinus in libro Historiarum deperdito narraverat Diodorus, quod liquet ex Eclog. de Virt. et Vitiis p. 556. Valck.

Cap. XVIII. 2. *ἐκπίπλους — πάντων τῶν στεφανωθέντων*] Sic Acta Ap. x, 12. De Mensa hac Solis, Pausan. VI. 26. et ibi Kühnius: at uberius multo Aldus in docta Præfatione, Philostrati Latinæ interpretationi præfixa, Hieronymi *μνημονικὸν ἀμάρτημα* in ea mensa erudite et modeste castigans. Addo, Libanium Orationi Antioch. T. II. p. 385. hinc colorem dedisse. Wess.—Expendi meretur ratio qua in hunc Herodoti locum de Solis mensa commentatus est *Heeren*, in Ideen über die Politik, etc. T. II. p. 378 et seqq. ubi alia nonnulla Herodoto memorata, tam erudite, quam ingeniose, pertractantur. S.

Cap. XIX. 4. *ἐν ᾧ δὲ τούτους μιστῆσαν*] Usque dum isti veniunt: Valla. Herodoteo more (*ἦισαν* et *ἀνῆϊσαν* alibi leguntur Ionice scripta:) scribendum *μιστή-*

ἴρας, vertendumque: dum ad istos arcessendos proficiscebantur. Infra c. 28. quem adduci jusserat Apin, μετῆσαν ἄξοντες. Atticum est μετῆσαν: μετήϊσαν Ionicum. Ire quid petitum, ἰλθεῖν ἐπί τι, Poëtis et in veteri lingua dicebatur μετά τι: hinc ista vis significandi hæsit in μετέλθειν, μετιέναι, μεθήκειν, similibusque. Eurip. Andr. 561. Οὐ γὰρ μιᾶς σε κληδόνος προθυμίᾳ Μετῆλθον, ἀλλὰ μυρίων ὕπ' ἀγγέλων. Soph. Phil. 343. Ἥλθόν μι νηΐ ποικιλοστόλῳ μέτα. Hujus generis quædam prostant ad Eurip. Phœn. p. 446. In Aristoph. Eq. 602. μετῆσαν στρώματα, ibant petitum stragula, prout optime cepit L. Küsterus; qui domo aberat, ista scribens ad Aristoph. Eccles. 530. "Μετῆλθε: Id est, accersitum venit: sic enim scribendum est pro μεθῆκε." Vulgatum verbum jure tuetur Steph. Bergler. in Notis, quas unius P. Burmanni Sec. debemus munificentiæ, ad literas elegantiores amplificandas atque in Belgio tutandas nati. Valck.

Ibid. ἐν ᾧ δὴ τούτους μετῆσαν] Negligi hæc non debuerant. Similia c. 28. οἱ μὲν δὴ μετῆσαν ἄξοντες. At utrobique oportuerat μετῆσαν, refinxique adeo. Refer huc c. 15. τὸν μὲν δὴ παῖδα ὀλίγον οἱ μετιόντες, ubi arcessendi potestas potior. Strabo XIV. p. 950. A. (p. 641. B. ed. Cas. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 135.) καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντας διά τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προσπασίας, et semper aliunde arcessentes, etc. tum XV. p. 1501. B. (?) ἀναστρέψαι πάλιν ἀπ' οἴκου, μετιόντος τι αὐτὸν, κελεῦσαι ἥκειν: arcessente eum, jussisse venire. Vulgo isthic aliter. Wess.

7. οὐκ ἂν ποιέων ὅσια ἐπὶ τοὺς παῖδας, etc.] Themistocles ad Iones οὐ ποιέοντι δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, IX. 22. ex simili ratione. Iones Atheniensum erant coloni, Phœnicibus originem acceptam ferebant Pœni, filii ergo illorum; quemadmodum Atheniensium Iones: nec aliam ob caussam Tyrus בת צירון, filia Sidonis, Esaiæ XXIII, 12. Major patria colonias pro liberis putabat: unde apud Locros in Græcia tabulæ fœderis cum Italicis hoc exordio, ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα in Polybio: ad cujus Excerpt. p. 49. (lib. XII. cap. 10. nostræ edit.) egregie Henr. Valesius, et Fronto Ducæus ad Jo. Chrysost. T. II. p. 832. Statim ἰδιδάκεσαν (l. 11.) ob schedas et sequentia non recusavi. Wess.

Cap. XX. 3. τά τι λίγειν χρῆν] Medic. consentaneique non sibi constant. Vide inferius c. 65. et VII. 39. (et conf. Var. Lect. ed. S. h. l.) χρῆναι Arch. et Vind. ex χρῆν καὶ natales accepit. Recepi et ψίλια (l. 4.) sicuti c. 22. IV. 168. IX. 79. quia MSS. jubent et Grammatici. Habet præterea τὸν μύριον ἀλάβαστρον Eustath. in Homer. p. 946, 53. (Iliad. p. 923, 10. ed. Bas.) Herodotum nominatim non excitans: sed Suidas in Λήκυθος illi τὸν ἀλάβαστρον tribuit. (Sic. et Photius, in Lexico haud itapridem edito.) Haud scio an recte: quamquam si Codd. offerrent, pro legitimo procederet facile. Hoc addere justum est, Persarum regibus placuisse hoc genus munera, aliis mittenda et dividenda, in Xenophontis Κυρ. II. VIII. p. 209. Wess.—At nec ferendus h. l. ulto pacto videtur articulus, quem ad ἀλάβαστρον adjectum volunt grammatici, nec absente articulo cognosci potest utrum in masc. an in fœm. genere vocabulum illud Herodotus usurparit. Quare suspicor, Suidam et Photium, non inspecto Herodoto, perperam interpretatos esse superioris alicujus Grammatici observationem, qui monuerat, non ἀλάβαστον, ut Attici solent, sed ἀλάβαστρον scripsisse Nostrum. De duplici illa vocabuli forma vide Brunck. ad Aristoph. Acharnan. 1053. cujus

monitum de Atticorum usu firmant ea quæ a nobis ad Athen. V. 206. c. et VI. 268. a. adposita sunt. Eo minus autem opus fuerat de masculo genere, quod huic vocabulo Herodotus tribuerit, monere; quoniam illud Atticos etiam scriptores eodem genere frequentasse constat, velut Aristoph. l. c. et Cratinus apud Athen. VI. 268. a. S.

7. κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων] Ita-ne omnium, quotquot sunt, hominum? Displicet ista exaggeratio Cl. Corn. de Pauw, suspicanti Αἰθιόπων πάντων: de Macrobiis sermonem continuari, atque eos cunctos inter Æthiopas proceritate et elegantia formæ eminuisse. At resipiunt id auxilium membranæ, quibuscum Eustath. facit: aversatur scriptor ipse, de Æthiopibus οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων, VII. 70. Differt id nonnihil; sed eum toties repetita, scribere se τὰ ἤκουσι excusabit professio. Wess.

Ibid. νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι, etc.] His proxima si jungerentur in codicibus, κεχωρισμένοισι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, vocalis intermedias, αὐτοὺς καὶ, hanc certe, natam e syllaba sequenti, non desideraremus. Æthiopes isti Μακρόβιοι, Solensi Bioni in Æthiopicis Αἰθιοπικοῖς dicti ap. Athen. XIII. p. 566. c. secundum Herodotum constituisse Regem narrantur, cujus corporis proceritati fortitudo responderet, quo patre natus esset parum curantes. Huc pertinere suspicor fragmentum ex ejusdem Bionis Æthiop. lib. I. Αἰθίοπες τοὺς βασιλέων παῖδας οὐκ ἐκφαίνουσιν, ἀλλ' ὡς ὄντας υἱοὺς Ἡλίου παραδίδοασιν. Ista vulgavit e Cod. MS. Celeberr. Jo. Alberti in Append. ad Gloss. in N. F. p. 213. Æthiopum τὰς μὲν βασιλίδας ἐγχωριζουσιν οἱ μὲν εὐπρεπεστάτους, τύχης ἡγούμενοι δῶρα ἀμφότερα, τήν τε μεγαλοχίαν καὶ τὴν εὐπρέπειαν, Diodor. Sic. lib. III. c. 9. ubi notat P. Wess. Valck.

9. τὸν δὲ τῶν ἀστῶν, etc.] Nolo dissimulare, elegantiora mihi, quæ Arch. et Vindob. subministrarunt, adparere. Loca κρίνουσι, hinc ablatum, post τὴν ἰσχὺν et τοῦτον βασιλεύειν tantum admitte; ecquid ad cultam et perfectam desiderabitur sententiam? Sed qui me passim, ne quid audacius moveatur, et hic incessit timor. Adsumant ergo, quibus volupe est. Regum autem istam ex magnitudine et virium robore in Æthiopibus electionem, hinc Aristoteles, Bio, Nic. Damascenus et Strabo derivarunt, de quibus ad Diodori III. 9. Wess.

Cap. XXII. 4. δολιεῦσι μὲν τοὺς ἀνθρώπους, etc.] Plutarchus de Malign. p. 863. D. ex Nostro Æthiopum regem dixisse, ὡς δολερὰ μὲν τὰ χρώματα, (immo vero ἀλείμματα ex Cl. Reiskii correctione,) δολερὰ δὲ τὰ ῥήματα τῶν Περσέων ἐστί, perhibet. Iterum Sympos. II. p. 646. B. ὡς δολερὰ ῥήματα καὶ χρίσματα, κατὰ τὴν βαρβάρου φωνήν. Quorum posterius non sine excusatione erit, prius, Herodotum cum adpellavit, nequaquam. Decepit doctum criminatorem memoria fallax. Convenit Æthiopico ex parte quadam dictum; integrum Lacedæmoniis, de purpura et unguentis talia professis, debetur: cujus rei testem fero Clementem Alex. Strom. I. p. 344 Post pauca (l. 10.) τρίτα δὲ, quod in Cod. Bodleiano, recepi ex Cl. Wasse et Gronovii II. 22. judicio. Wess.—Cf. II. 22. 14. 137, 13. I. 204, 8. etc. S.

[18. οὐδὲν Σωυμάζειν, etc. Spectavit hunc locum Julianus, citatus a Suida, voce Ἡρόδ. S.]

19. εἰ μὴ τῷ στόματι τῷδε ἀνίφυεον] Adcessit penultimum vocabulum ex schedis. (Adjecto nil opus fuisse, in Var. Lect. ed. S. monui.) Legisse Laurentium ἀνίφιεν, dudum P. Leopardus Emend. VII. 14. et H. Stephanus animadverterunt. Utrum præstet, in ambiguo latet. Si vulgatum probetur,

plenum exibit *εἰ μὴ τὸν ἄρτον*, sive, ut Æthiops, *τὸν κόπρον, τῷ πόμαντι τῷδε ἀνάφυον*, nisi panem, seu stercus ex Æthiopis contemtu, hoc potu miscerent. Et poterit, ubi advocata admittantur, sententia (claudicante quidem pede) procedere. Cultior-ne tamen et præstantior, si *ἀνίφιεον* valeat, evadet? Absurdum in Æthiopis ore non erit sane, *εἰ μὴ τῷ —— ἀνίφιεον*, nisi hoc se vini potu *recreurent*. Sic accessiones vocabulorum non desiderabuntur, et sermoni usus et ratio constabit. Dio Cassius LVI. p. 680. *ὥστε μηδένα ἔτι τρόπον ἀντιγυιῶν δυνηθῆναι*; ut nullo modo vires recipere ac recreari possit. Tale Æliani Hist. Animal. XIII. 12. *ἀναφίεντες ἑαυτοὺς ἀνεβιώσαντο*. (Sæpe sic Appianus, cujus testimonia in indice Græc. olim collegimus.) Non adjungo in re frequente plura. Quæ quidem commentari, ut arbitrandi jus integrum omnibus maneret, cum maxime libuit. Mox *τοῦτῳ γὰρ —— ἰσοῦσθαι* (l. 21.) pro vero posset censeri. Vide tamen c. 106. Wess.

Cap. XXIII. 2. *ἔστιν μὲν ἃ εἴωσί τε καὶ ἐκατὸν*, etc.] Sequor veteres editos et scriptos codices, adposita duntaxat ex his enclitica. In Medic. et similibus *εἰώσι*, quod alias damnant, præpositionem, fortasse male pictam, absorbsit: certe ad Medic. tutamen producta a Cl. Vire non admodum urgent. (Provocat ille ad II. 36, 4.) Meliora Portus subpeditabit abunde. Ecce Valer. Maximum VIII. 13. Ext. 5. Hujus regis (Arganthonii) consummationem annorum minus admirabilem faciunt Æthiopes, quos *Herodotus* scribit centesimum et vigesimum annum transgredi. Scribit sane Herodotus, sed non tam laxe. Wess.

8. *ἀσθενὶς δὲ τὸ ὕδωρ —— χωρέειν ἐς βυσσόν*.] His superioribusque descriptis Cel. Boerhavius Element. Chem. T. I. 550. subdit: "Ubinam talis aqua hodie? nusquam sane, et si semel haberi posset, daretur comparandæ aquæ cognitio. Sed neque natura talem hic nobis præbet, neque ars ulla parare potest, ne sollicitissima quidem et repetita destillatione. Quare credidi olim ista legens, quæ pro verissimis habeo, quod ligna in Æthiopiæ illa parte quam ponderosissima habeantur, aquæ simul nostrarum respectu levissimæ sint." Tum, positis in medio Asiæ, Africæ et Americæ gravissimi ponderis lignis, "non dubitabimus," addit, "amplius, quin in illis telluris plagis ligna habeantur ponderosissima, in confirmationem eorum, quæ Herodotus narravit. Enimvero hodiernæ observationes probant fere omnia Magni Viri dicta," etc. Prorsus pro Herodoto benigne et honorifice. Quam autem vellem exposita itidem illa fuisse, *μάτην τῶν ὅσα ξύλου ἐστὶ ἐλαφρότερα*. Herodotus, uti sequentia arguunt, de veritate rei addubitasse videtur. Wess. in Addendis.

15. *ἐν πίδῃσι χρυσίῳσι διδέσθαι*] Hinc sua desumsit Dion. Chrys. Or. 79. p. 664. B. Postquam dixisset, apud Æthiopas *τοὺς ἄνω* aurum rem omnium vilissimam, subdit ista: *καὶ φασιν αὐτοὺς τοὺς κακούργους ἐν παχίαις δεδέσθαι πίδαις*: addendum omnino *χρυσαῖς*: (aut *παχίαις* in *χρυσαῖς* mutandum: quod cur monere neglexerit Theod. Canter. Var. Lect. I. c. 5. causse nihil erat. Auro sic abutebantur isti, quibus *ὁ χαλκὸς*, ut ait Herod. *σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον*. Notum Platonis illud in Euthydemo p. 304. B. *Τὸ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον· τὸ δὲ ὕδωρ ἰδιώτατον, ἄρισον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος*. In his, alia longe populo *διὰ τὸ σπάνιον τίμια*, alia sapientiæ veræ cultoribus. Valck.

Ibid. *ἐν πίδῃσι χρυσίῳσι*, etc.] Tetigerunt hæc Æthiopum ex auro vincula plures veterum, a Theod. Cantero Var. Lect. I. 5. ad testimonium excitati. In Dione Chrysost., hæc Hero-

dotea æmulante, Or. LXXIX. pag. 664. B. καὶ φασιν αὐτόθι τοὺς κακούργους ἐν ταχείαις διδίσθαι σίδαις, scribi ἐν χρυσαῖς aut ταχείαις χρυσοῦ omnino decuit, quod Steph. Berglerum, V. Cl., non fugit. Opportune Heliodor. Æthiop. IX. pag. 40. καὶ τά τι δίσμια ἀμείβειν καὶ χρυσᾶ ἐπιβάλλειν· ἴσα γὰρ σίδηρος παρ' ἄλλοις εἰς τὰς χρείας, ταῦτα παρ' Αἰθίοψιν ὁ χρυσὸς νενόμισται. — Wess.

Cap. XXIV. 2. αἱ λίγονται σκινάζισθαι ἐκ ὑάλου] Ionum et Atticorum veterum adsuetudo ὕαλον prætulit. Docte T. Hemsterhusius ad Thom. Mag. voc. Τᾶλος. (Τᾶλος Atticorum esse, ait Thomas, ὖελος aliorum Græcorum. Ionum nulla ibi mentio, quos novimus plurimorum in vocabulorum usu ab usu Atticorum abhorruisse. Idem Thomas recte monuit, ἀλάβαστον absque ρ Atticos dicere, ἀλάβαστρον alios Græcos: atqui, ἀλάβαστρον usurpasse Herodotum, supra c. 20, 5. vidimus.) Rem ipsam ad Diodori II. 15. examinavi, non præterita Ctesiæ iniqua et loliginis plena in Herodotum, criminatione. Electrum sive succinum Th. Gatakerus fuisse, non ὕαλον vitrum, divinavit ad Antonini Imp. IV. p. 133., quam opinionem erudite nuper Celeb. Jo. Matth. Gesnerus illuminavit, Conment. Soc. Reg. Gotting. T. III. p. 92. De vitro utrique non refragor. Cum tamen Herodotus electrum, ex ultima advectum Europa, quod c. 115. hujus libri manifestat, bene noverit, ad credendum erit difficile ὑάλου vocabulo hic succinum indicasse. At fac intellexisse; unde in Æthiopibus tam uber electri copia, ut cippis ingentibus, intra cavum recepturis integra mortuorum cadavera, suffecerit, neque uni, sed generatim omnibus totius nationis? Veri ea fidem superjaciunt. Diodorum, Strabonem, Lucianum, narrationem memini, quamquam discordes, amplecti; quorum auctoritas, in Herodotum aut Ctesiam reditura, nullatenus juvat. Mihi, si quid justi fabulæ inest, salis fossilis et ἰσιεργοῦ indoles et copia, ex Jobi Ludolfi Æthiopicis ad Diodorum exposita, hac ὑάλῳ innui probabile manet. Wess. Crystallum dici, addubitans quidem, suspicatur Heeren, in Ideen, etc. T. II. p. 373. S.

5. περιίστασι στήλην ἐξ ὑάλου] Parum caute duci suo nimium fidit Diodorus, non inspecto volumine Herodoti, sententiam, prout illam Ctesias retulerat, enarrans lib. II. c. 15. περιχύσαντες τὰ σώματα, καὶ περιχύσαντες αὐτοῖς πολλὴν ὕλιν, ἐστᾶσιν ἐπὶ στήλης, ὥστε τοῖς παριοῦσι φαίνεσθαι διὰ τῆς ὕλιου τὸ τοῦ στιλβωτηκότος σῶμα, καθάπερ Ἡδόδοτος ἱέρηκε. Tuitus est contra Ctesiam Historicum suum Wess. Suam forsan ille χρυσῆν εἰκόνα, in quam primum incluserint cadaver, confinxit ex Ægyptiacis Herodoti, in quibus legerat lib. II. cap. 86. ποιοῦντα ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα, ποιησάμενοι δὲ ἰσιεργοῦσι τὸν νεκρόν. Valck.

9. καὶ ἴχνι πάντα φανερὰ, etc.] Hæc τὴν στήλην sive cippum signant: nam si cum Laurentii Latinis ad mortui cadaver referas, absurdum erit ὁ νέκυς —— ὁμοίως αὐτῷ τῷ νέκυϊ: quibus etiam offensus Cl. de Pauw, ἴχνι —— ὁμοίως αὐτῷ ὁ νέκυς conjectavit, nimis confidenter. Quid si αὐτῷ τῷ νέκυϊ alienum nunc occupent locum, olim, uti in Cod. Remigii, οἱ μάλιστα αὐτῷ τῷ νέκυϊ προσήκοντες scripta? Loquendi formulam scriptor non renuet, quippe οἴχεσθαι ἀγγέλλοντα τοῖσι προσήκουσι τῷ νεκρῷ, IV. 14. At nihil decerno. Wess. — Hoc dicit Scriptor: columna omnia manifesta (s. conspicua) habet, sicut ipsum cadaver. Scilicet mumiæ Ægyptiacæ nonnisi a parte anteriore conspici poterant, dorsum erat arcula tectum: cadaver Æthiopicum

omni ex parte conspicuum erat; nam columna vitrea, quæ illud circumdabat, omni ex parte diaphana erat, nec in postica parte parietem habebat. S.

Cap. XXV. 3. *ἐργὴν ποιησάμενος, ἐστρατεύετο*] Quandoquidem *ἔρμηνο στρατεύεσθαι*, et similia frequenter occurrunt, non miror *ἑρμὴν* viro cuidam docto venisse in mentem: verum *ἐργὴν ποιησάμενος* idem est ac *ἐργισθεὶς*, iratus. Herodoti Xerxes, VII. 105. *οὐκ ἐποιήσατο ἐργὴν οὐδεμίην, ἀλλ' ἤτιος αὐτὸν ἀπεπέμψατο.* Thucydidi dicuntur Athenienses, IV. 124. *ἐργὴν ποιούμενοι*, (cap. 123. *ἐργισθέντες*:) *εἰ καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις ἤδη ὄντες ἀξιοῦσι σφῶν ἀφίστασθαι.* Hujus simillimæ Herodoto formæ sunt loquendi; *θώυμα ποιούμενος*, mirati; *λήθην ποιούμενος*, oblitus; *κατασιτοφὴν ἐποιήσατο*, debellavit; VIII. 74. I. 127. VI. 28. Ab his distant istæ, Herodoto aliisque frequentatæ, *δεινὸν ποιεῖσθαι, μέγα*, et *συμφορὴν ποιεῖσθαι*: in quibus *ἡγεῖσθαι, τίθεσθαι* et *ποιεῖσθαι* eidem usui inserviunt. Valck.

6. *ἰμμανής; τι ἰὼν καὶ οὐ φρενήρης*] Scophocli præsertim adamatum hoc quoque genus *παραλληλισμῶν* frequentat Herodotus, cujus attigere quædam viri docti; illud etiam e lib. V. cap. 42. *ἢν οὐ φρενήρης, ἀκρομανής τι.* Jungit et III. 34. *παραφρονέειν καὶ οὐκ εἶναι νοήμονα.* IX. 54. *μαινόμενον καὶ οὐ φρενήρεα.* Unum hoc satis est, e quo fiat de reliquis conjectura. De re eadem Soph. Antig. 498. *Λυσσῶσαν αὐτὴν, οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.* Conf. Electr. 474. Antiphon Or. III. pag. 117, 5. *ἐσωφρόνουν, καὶ οὐκ ἐμαίνοντο, τὴν σωτηρίαν τοῦ κέρδους προτιμῶντες.* In talibus, ad exemplum Æschyli, Sophocle multo parcior fuit Euripides. In Herodoto longe frequentiores istiusmodi, rei propemodum ejusdem, sub alio nomine repetitiones, quam apud Thucyd. et Xenoph.; invenientur tamen apud quosvis veteres; apud Oratores etiam; sed in certis tantum locutionibus, qualis est ista: *φρένα καὶ οὐκ ἀπαιρύψομαι*, Demosth. p. 196. 6. *ἐμὲ καὶ οὐ σιωπήσομαι*, eidem restituenda p. 632, 116. Valck.

7. *τοὺς παρεόντας αὐτοῦ ταύτῃ*, etc.] Optime Arch.; aliorum *αὐτοῦ*, si tacuisset is, fuisset probum: sed est istud Herodoteum, ut I. 214. ostensum, et a Gronovio IV. 135. Haud quoque scio, repudiari-ne debeat (l. 9.) *παρεμένος ἐγίνετο ἐν Θήβῃσι*, ut toties repetitum *στρατεύεσθαι* vitetur. Nihil certe urget, cur mox *ἐξανδραποδισαμένοις* cum docto viro pingatur: adhæret sequenti verbo, et recurrit alias. Wess.

20. *Ἴων μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς γαμβάνειν*, etc.] Vertebat Seneca liberius III. de Ira c. 20. "Sustinebant famem primo tenerrima frondium et cacumina arborum, tum coria igne mollita et quidquid necessitas cibum fecerat: postquam inter arenas radices quoque et herbæ defecerant, apparuitque *talium* solitudo, decimum quemque sortiti, alimentum habuerunt fame sævius." Sic loco animalium bene Gronovius, plaudente Herodoto et probante. Corruptissima sunt Libanii Declam. XIX. Tom I. pag. 507. de Potidæatis, semet ipsos, dum obsiderentur, depastis: *οὐδὲ Καμβύσης εἰς τοσοῦτον ἦλθε κακίνου, ἐξ Αἰθιόπων ἐπανήγαγεν ἀρχόμενον τούτων τῶν κακῶν.* Suspicor fuisse *εἰς τοσοῦτον ἦ κακίνου ἰμάνη· ἐξ Αἰθ. ἐπαν. ἀρχομένων*, etc. Neque adeo Cambyses, atque illi, insaniit: abduxit ex Æthiopum finibus copias, cum malorum ejusmodi, h. e. *ἀλληλοφαγίας*, initium esset. Wess.

28. *οὕτω ἔπραξε*] Adeo cessit infeliciter adversus Æthiopas suspecta expeditio. Nonnunquam utuntur in designanda calamitate verbo *πρᾶξαι* simpliciter posito, mali ominis voce *κακῆς* omissa. Postquam triste fatum narrasset Anacharsidis Herodotus, IV. 77. *οὗτος*

μὲν, inquit, οὕτω δὲ ἔπραξε. De Syracusanis navali prælio superatis Thucyd. VII. 24. κατὰ τὴν ναυμαχίην οὕτως ἐπεπράγεσαν, Demosth. pro Cor. pag. 172. εἰ μετὰ τῶν Θηβαίων ἡμῖν ἀγωνιζομένοις οὕτως εἵμαρτο πρᾶξαι: ubi Schol. πρᾶξαι recte reddidit δυστυχῆσαι. VALCK.

CAP. XXVI. [3. ἐς Ὄασιν πόλιν] Ὄασις (sive Ἄδασις, ut recte hodie apud Strab. lib. II. p. 130. D. et XVII. 791. A. pro vitioso olim Ἄνασις editur) docente eodem Strabone generale nomen est, quo in Africæ partibus ab occidente Ægypti sitis insigniuntur loca habitata, vastis undique arenis latisque tractibus aqua carentibus circumdata. Confer quæ de eodem vocabulo ex lingua Coptica, et generatim de Oasibus Langlès Vir clar. commentatus est in Adpendice II. ad Voyage de Hornemann, T. II. p. 343. seqq. S.]

4. Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς] Narrat apud Etymologum pag. 160, 22. Themistagoras, cum colonis Samum profectos Proclem et Tembriona, facta cum Caribus societate, Samum in duas tribus divisisse; quarum unam de fluminis nomine Σχηρίαν dixerint, alteram de nomine urbis Ἀστυπαλαίαν. Hoc unico loco A. Berkelius inductus, evidentissimum esse scribit ad Steph. Byz. in Ἄδασις, in Herodoto reponi debere, Σάμιοι τῆς Σχηρίης φυλῆς λειγόμενοι εἶναι, aut τῆς Σχηριονίης. Neutra conjectura probabilis videbitur. Codex Etymologici MS. Χήσιον et Χησίαν exhibet; quam sinceram esse scriptionem contendit, Etymologi locum docte pertractans, Henr. Vales. in Exc. ex Dionys. Halic. p. 75. Una de duabus tribubus, ut a flumine Χησίη, sic ab altero coloniæ duce Tembrione Τεμβριονία denominari potuit: sed hoc, litteras vulgatus propius accedens, æque est incertum. Tribus, in quas populi quidam fuere descripti, si Atticas excipias, raro memorantur veteribus. VALCK.

Ibid. τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς] Berkelius (in Steph. Byz. Ἄδασις) scribi jubet τῆς Σχηρίης, aut si forma vocabuli possit pati, Σχηριονίης, cujus emendationis auctorem fidejussoremque obtrudit Themistagoram, profitentem apud Etymol. pag. 160. duas Samiorum tribus Schesiam et Astypalæam fuisse tantum. Verum Themistagoras non Samiis, aucta eorum civitate et copiis florente, negat plures tribus; de primis initiis, cum Græcorum coloni Caribus, insulam possidentibus, miscerentur, memoravit. Qua re Æschrioniæ tribui, etsi alibi vix proditæ, nihil officit. Confer Nicandri Alexiph. v. 151. et Scholia, et infra c. 39. Θηβίων cur redierit (l. 2. et 5.) non eget indicio. WESS.

6. κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν] Forsan articulum Codices agnoscent interjectum. κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν scribi solet ab Herodoto: p. 99, 16, 239, 5. (II. 30. et IV. 52.) sed κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν p. 256, 34. p. 365, 25. (IV. 110. et VI. 98.) Vulgatur in Æliani Var. Hist. IX. c. 16. αὐτὸ τοῦνομα (Μάρης) εἰς τὴν Ἑλλάδα, φασὶν, ἐπιτομωτάτη δύναται. Ex Scaligeri Castig. in Propert. pag. 287. dudum recipi potuisset emendata lectio: εἰς τὴν Ἑλλάδα φράσιν. Scaligerana semper digna sunt, quæ consideratius exigantur a literatoribus. VALCK.

7. In Μακάρων νήσοι, ob Olympiodorum et Eustath., nominatim Herodotum adpellantes, non hæsitavi: solent ita de his insulis Græci, in quis Plato Menex. p. 235. atque alii. Μακάρων tamen νῆσος Steph. Byz. sed convertuntur apud Suidam et Hesychium voces istæ. WESS.—Equidem non dubitandum, arbitror νῆσος singulari numero scriptum reliquisse Herodotum. Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

11. λίγεται δὲ τάδε ὑπ' αὐτέων Ἀμμωνίων] Delevi (καὶ) copulam (ante τάδε), nihil præcedit, quod eam aut requirit

aut tueri potest. Displicuit et Cl. Pauw. (mihi visa est locum suum posse tueri.) Eleganter Seneca Quæst. Nat. II. 32. Aliquando Cambyses ad Ammonem misit exercitum: quem arena Austro mota et more nivis incidens texit, deinde obruit. Wess.

Cap. XXVII. [2. ὁ Ἄπις, τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι. Jam dixerat lib. II. c. 153. conf. II. 38, 1. S.]

Cap. XXVIII. 2. οὐ λήσειν ἴρη αὐτὸν] Non clam se fore dicebat, si manu tractabilis venisset ad Ægyptios Deus. Κιρσόδης, mansuetus, (τὰς χεῖρας προσφέροντα ὑπομίνων, Xenophonti p. 438, 29.) movit mihi olim suspicionem, scriptum fuisse primum, ψαύσιν ἴρη αὐτοῦ contrectaturum se Deum manu tractabilem: ista quum dixisset, ἰσάγειν ἐπίλεινε τὸν Ἄπιν. Deinceps (l. 4 seqq.) tradit Herodot. e quali vacca nasci crederetur sacer iste vitulus; non e tauro, sed divinitus conceptus, genitali lumine de cœlo in vaccam delapso: Αἰγύπτιοι λέγουσι, σέλας ἐκ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καὶ μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἄπιν. Ob priorem usum τοῦ Κατίσχειν excitat Herodoti verba Eustath. ad Iliad. α'. pag. 100, 40. et Cl. Abresch. Dil. Thuc. p. 460. Signa, quibus Apis a cultoribus agnoscebatur, hic etiam enarrata, (l. 8. seqq.) variis disserendi præbuere materiem: videndus inprimis Iablonskius Panthei lib. IV. 2. quocum, ὑπὸ δὲ γλώσσῃ πάνθαρον, corrigit et Wesseling. Diss. Herod. p. 175. merito laudans illustris Galli conjecturam, pro λιυκὸν τετράγωνον, corrigentis λιυκόν τι τρίγωνον. Apin Nili fuisse atque Ægypti fœcunditatis symbolum Iablonski docuit: utrumque τρίγωνον illud expinxit. Ægypti figura traditur esse τρίγωνον et διλτωτὸν, Eratosthenis Catast. cap. XX. Theoni ad Arati Phæn. v. 235. De fœcunditatis imagine Porphyrius Eusebii Præp. III. p. 98. D. σπορᾷ καὶ γενέσει (ἀνίσμασι) φάλητα, καὶ τὸ τρίγωνον σχῆμα, διὰ τὸ μέριον τῆς θηλείας. Valck.

7. ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον] Hoc probare se Pavio non potuit: λαβίεσθαι divinavit, forte animo volvens Lucæ Eu. c. 1, 31. καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί, quod ibi justissimum, neque istud hic damnabile. Adsolet alias ἀναιρίεσθαι illa in re usurpare: cum tamen βάλλεσθαι ἐς θυμὸν probaverit, et Codices conspirent, dictioque absurdi habeat nihil, cur mutanti obsequemur? Wess.

10. ἐὸν μίλας] Summo jure Gronov. ex Med., cui plures adsentiuntur, recepit; locumque, expulso inutili verbo, instauravit. Ælianum de Anim. XI. 10. Strabonem et alios adjungere dedignatus est. Restat λιυκὸν τετράγωνον, quod τὸ τρίγωνον sive triquetrum esse debebit, si Apidis ex ære figuræ, quarum frontibus triangulus inscriptus, non fallunt. Vidi ipse tales, et conplures Comes Caylus, τρίγωνον refingens, in Recueil d'Antiquit. T. I. p. 43. Porro de notis sacri hujus bovis Plinius VIII. Hist. Nat. cap. 46. Nodus sub lingua, quem cantharum adpellant. Etiam Porphyrius apud Euseb. Pr. Evang. III. 13. Ἡλίου δὲ σημεῖον, τὸ μίλαν τοῦ σώματος, καὶ ὑπὸ τῇ γλώσσῃ πάνθηρος. Qui Herodotum studiose cum versaverint, utique hic ὑπὸ δὲ τῇ γλώσσῃ πάνθαρον invenisse censendi sunt: atque hæc plausibilis conjectura Iablonskii, Panth. IV 2. p. 183. Wess.

Cap. XXIX. 3. πατὶ τὸν μηρόν] E vulnere contabuit et mortuus est tandem; ut Apin Cambyses occidisse dicitur Plutarcho de Is. et Os. §. 44. Ælio Var. Hist. VI. 8. Postea temporis insaniam Cambysis superavit, sacro vitulo mactato, Artaxerxes Ochus; quem contemtum quum asinum dicaces vocarent Ægyptii ὁ μίνων ὄνος οὗτος, inquiebat, ὑμῶν καταισχύνεται τὸν βοῦν, atque ita ἴδιος τὸν βοῦν, narrante Plutar-

cho §. 31. e Persicis Dinonis, e quibus, sicut alia plurima quæ nobis aliunde non innotuissent, sua hausit Ælianus Var. IV. 8. conf. Idem de Nat. An. X. 28. et Maximus Tyr. XXXV. §. 1. Cambysis insanum facinus detestatus, utroque vir multo melior, Darius Hystaspis, populari superstitione scienter usus, Ægyptiorum sic sibi favorem conciliavit, ut illum unum omnium Regum maxime coluerint et vivum et fato functum, teste Diodoro Sic. I. 95. vide Polyæn. VII. cap. x, 7. Valck.

5. τοιοῦτοι δὴ γίνονται, etc.] Multo hoc significantius quam Medic. οὕτω δή. Addunt auctoritatem schedæ veteres. In sequentibus (l. 7.) secutus Arch. et Vind. sum (scil. delens γι ante Αἰγυπτ.) non oblitus γι in Poëtis bis sæpe uno in versu collocari, quibus urguens adesse causa solet metri. Confer Cl. Valckenarium ad Tragici Phœniss. v. 557. pag. 209. Wess.

Cap. XXX. 5. τὸ τόξον μοῦνος —— ἐπὶ δύο δακτύλους εἵρυσι] Damnat hæc, futilia arbitratus, Cl. de Pauw; neque enim arcui tam inflexibile robur, ut Persarum nemo intendere valuerit, adfuisse; aliud, modo verba, ut oportet, scribantur, indicari: Herodoti manum esse ὅσον τε ἐπὶ δύο δακτύλοις εἵρυσι, h. e. ἐπείρυσι, præpositione interpositis aliis a verbo distracta, duobus fere digitis, indice nempe et maximo, arcum tenderet. Quod ego commentum exagitare nolo. De ingente arcus rigore testatur rex Æthiops c. 22., vires eum tendendi haud obscure negans Persis: inest præterea emendationi tale loquendi genus, cui par desidero. Wess.

11. τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύειν] Induit hoc, iterum iterumque hac in narratione repetitum, proverbii speciem. Aristænetus lib. I. Ep. XI. καὶ τὸ λεγόμενον δὴ [f. δὲ] τοῦτο, ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ. Ælianus Var. XII. 41. ὁ τόπος αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσας, recte sic Faber et Perizonius. Parum discrepat Eunapii Vit. Ædesii p. 48. καὶ ἡ δόξα τῶν ἄστρων ἵψαυε: Libanii quoque, Tom. II. p. 115. B. καὶ πατέρων ἀρεταὶ ψαύουσαι τῆς οὐρανίας ἀψῖδος. Cultum utrumque, atque hoc de fonte manans, sicuti Horatianum, sublimi feriam sidera vertice. Vide Barth. in Statii Theb. III. 155. Mox (l. 13.) ἄρχῃ, cui schedæ decus et auctoritatem conciliant, recuperavit locum, quem duobus istis ἐς Πέρσας cum Arch. et Vind. si recusaveris, non obluctabor. Wess. — Eodem hoc capite ter ista ἐς Πέρσας leguntur, lin. 5. 8. et 13. Si semel deleta velles, commodissime eis l. 8. carebimus. Sed nec ibi, nec ad l. 13. in Var. Lect. (ed. S.) ex Arch. et Vind. quidpiam adnotatum est. Solummodo ad l. 5. notavit Wess. exulare ibi ab Arch. duas istas voces. S.

16. ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα] Redit ad Σμέρδιν, exeuntem, ἐξελαύνοντα. Malim tamen ἐξαγαγών, ut ad Prexaspem redeat. Quid sibi velit προσαγαγόντα, non video. Forte πρὸς ἁλιείην ἀγαγόντα, ad piscationem. Hæc vir doctissimus in Miscell. Lipsiens. Verum enim vero προσαγαγόντα κατασοφῶσαι cum Prexaspem signent, alium-ne præcedentia postulabunt? Adduxit infelicem Smerdin ad Rubrum Mare, sive Persicum Sinum, (nam is innuitur, uti I. 189. VI. 20.) Prexaspes, sed quo obtentu proditum non est. Wess.

Cap. XXXI. 7. εἴρετο τοὺς βασιλητίους δικαστὰς] In Scholiis ad Lucian. de Sacrif. T. I. p. 530. responsum exhibetur judicum ad Regis quæstionem. De Regiis his judicibus agens Brissonius de Regn. Pers. I. pag. 119. eosdem fuisse censuit apud Persas τοὺς περιχώρους δικαστὰς et τοὺς βασιλικοὺς, quos diversis his appellationibus distinguit Ælian. Var. lib. I. cap. 34. isthoc capite tribusque præcedentibus Persica

tradens haud certe protrita: sed judices περιχάρους sive Dinon, seu alius, vocasse videtur, qui regionem peragrantes jus dicendo léviores forte controversias in pagis dirimebant; quales olim in Attica κατὰ δήμους δικασταὶ dicti, οἳ περιιόντες κατὰ δήμους τὰ μίχρι δραχμῶν δίκα ἐδίκαζον, teste Aristotele ap. Harpocr. et Poll. VIII. 100. In Demosthenis Or. contr. Timocratem lectum olim Κατὰ δήμους δικαστής, non inventum Valesio, restitui debet p. 463. §. 176. ubi vulgatur κατὰ νόμους δικ. Valck.—Ex MSS. verum ibi restituit Reiske, p. 735. S.

8. βασιληΐους δικαστὰς] Interponi καλουμένους ex Valla et Codd. poterit, ubi necessitas, quam nullam video, urserit. Supra c. 14. et VII. 194. βασιλήϊοι δικασταὶ tantum. Multa de illis Barn. Brissonius, Regn. Pers. I. 132. pag. 187. et docti interpretes ad Æliani Var. Hist. I. cap. ult. et in Hesychium; quibus ex Heliodori Æthiop. VIII. p. 482. (c. 9. pag. 326. ed. Coray.) adstrui possunt: τούς τι δυνάστας Περσῶν, οἳ τὸ βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῶν κοινῶν, καὶ δικάζειν καὶ τιμωρίας ἐρίζειν ἐγχὺν εἶχον. Adferunt enim illis amplius ornamentum. Wess.

10. ἤ σφι παρενεχθῇ τι ἄδικον] Cl. Gronov. jure ita. Firmatur casu Sandocis, quem regium judicem Darius, ὅστις ἐπὶ χρήμασι ἄδικον δίκην ἰδίκασε, in crucem tolli jussit, VII. 194. Scripsi μίχρι τούτου, sicuti cap. 21. Nam quæ Valla et Arch. mox liberaliter offerunt, illis non utor. Cum Aldino ἀναπίασαι (l. 13.) secus habet: male Stephanus mutavit, quippe Ἰαχὸν et genuinum, uti I. 14. et alias. Wess.

21. ἴγημαι τὴν ἐμὴν μοῦνην] Nihil demuto. Atossam intelligit, indice Schol. Luciani, idque liquet ex cap. 88. hujus Musæ. Sororum Cambysis alteram, comitem in Ægyptum et deinceps uxorem, Libanius Antioch. p. 343. et Or. XXXII. p. 668. D. Meroën indigetat, haud scio unde edoctus. Wess.

Cap. XXXII. 2. λόγιται λόγοι] Placuit hoc ex membranis. Τῆς περὶ λόγιται ὧδε ὁ λόγος, II. 135. et cap. 47. ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ λεγόμενος, etc. Wess.—Vide Var. Lect. (ed. S.) et miraberis solum cod. Med. cum Aldo ἐπφέρεται exhibentem: nisi hic, ut sæpe alias, diligentiam Gronovii effugit codicis scriptura. S.

14. Φερίδαμα τὴν γυναῖκα περιστῖλαι] Remittimur ad explosum ἀποστίλαι Musæ Primæ c. 123., ut περιστῖλαι Med. stabiliatur. Error est scribarum, simplicem vocalem et diphthongum, ut sæpissime in MSS. confundentium. Jam, quod (l. 16.) est in Arch. et Vind. ἥ δαστῖα ἡ Φερίδαξ ἰοῦσα, Herodoteum quodammodo redolet genium; prorsus autem, ubi δαστὶν foret. Verum multorum in similibus grassata licentia est, Θερίδαξ ex Grammaticorum decreto Ionum tantum est, Φεριδαμίνη Atticorum; cui docti viri non adsurgunt. Lege eorum Animadversiones ad Thom. Mag. Θεριδαμίνη. Wess.

16. ἥ δαστῖα εἴη καλλίων] Interpretamentum videtur, quod in Codd. inventum a Galeo et Gronov. καλλίων: ab Herodoto scriptum, πότερα περιστιλαμένη ἡ Φερίδαξ, ἥ δαστῖα ἰοῦσα (hoc e Codd. reciperem), εἴη ἀμείνων· καὶ τὸν φάναι, δαστῖαν. Hoc in loco Ἀμείνων reddi potuit καλλίων, ut Ἄμεινον, κάλλιον Hesychio, non vice versa. Quam περιστιλαμένη Herod. Φερίδαμα ἀποκειραμένην dixit Epicharmus Athen. II. p. 68. F. Valck.—Cur vero ἀμείνων hic alteri præferremus, equidem non exputo. Epicharmus de lactuca loquitur cujus cauli detractus cortex. S.

Cap. XXXIII. [3. ἰούσης. Vide Adn. ad II. 68, 21. S.]

mirum et superstitiosi, quorum credulitatem et fraudes explodit Cous Senex in elegante commentario περὶ τῆς Ἱερῆς νούσου, cujus ex pag. 308., disciplina certe, fluxit verissima sequens Scriptoris observatio. Wess.

Cap. XXXIV. 7. περὶ ἰμίο ποιεῦνται] Rarior pronominis flexio in Musis, obvia libro I. 126. VI. 86, 1. etc. uti σίο cap. 9. etc. Contra ea σεῦ et ἰμεῦ, quod hic in Arch. et Vind., creberrima. Vir Cl. Corn. de Pauw in Præfatione galeata, Phrynicho præfixa, non dubitat, amanuenses errasse, et pro σίο et μίο scripsisse σεῦ et μεῦ: hæc enim Dorica esse, non Ionica. Etymologum auctorem in Ἐμεῖο et Phavorinum in voce Ἐγὼν advocat hanc ad rem, non malos quidem, at non locupletes. Gravior multo Appollonius Dyscolus in Excerptis est et apud Salmas. in Solin. pag. 591., ubi Ἐμεῦ, κοινὴ Ἰώνων καὶ Δωριέων. ἰμεῦ δ' ἵλιτο μίγαν ἔρκος, ex Homero: cui Pherecyden et Democritum addit, quos omnes una cum Herodoto a scribis in his depravatos, etsi Pavius confidenter adserit, haud facile obtinebitur. Equidem non inprobo ἰμίο, sicubi Codicum adest auctoritas, nec ἰμεῦ. Wess.

8. φιλοινίῃ—προσκίσεσθαι] Optime restituit Gronovius. Herod. I. 134. de Persis, οἶνῳ κάρτα προσκίαται Athen. X. p. 433. B. φίλοινός ἐστιν ὁ περὶς οἶνον ἕτοιμος—Νίσσως προσίκτισε τῶν ἄλλων μᾶλλον τῷ οἴνῳ. Eamdem respiciens historiam, sua tamen aliunde repetiit, Seneca de Ira III. 14. "Cambysen regem nimis deditum vino (φιλοινίῃ προσκείμενον) Prexaspes unus ex carissimis monebat, ut parcius biberet: turpem esse dicens ebrietatem in Rege, quem oculi omnium auresque sequerentur." Ex Herodoto historiam sumsisse Seneca videbatur Jo. Hartungo Locor. Memorab. Decur. II. c. 2, 20. Valck.

11. Νῦν ἄρα μι φασὶ Πέρσαι] Hoc MSS. repositum volunt, (scil. Πέρσαι cum Ald. et Steph. omiserat Gronov. codice suo non satis diligenter (puto) h. l. inspecto.) estque opportunum. Post pauca (l. 15.) περὶς τὸν παιδερα Κῦρον Fragm. Paris ex Græcorum more. Lucianus Tim. cap. 42. οὐδὲν ἄρα ἦτι ὡς περὶς Τίμωνα. Plutarch. Solert. Anim. p. 963. B. καί τοι τὸ μηδὲν ἐν τούτοις περὶς ἐλίφαντα καὶ κάμηλον ὄντες. In quibus similibusque aliis περὶς comparationi servit. Sed codex ille (verbum omittens) solitarius incedit. περὶς τὸν πατ. τιλίσαι Κῦρον Reisk. et Abresch. pro ὥστε τιλίσαι accipiunt recte, ut ad patris exemplar perveniat, sive eum æquiparet. Namque ad patrem consummandum, quod pro Laurentiano adæquandum Latina (a Gronovio) acceperunt, obscurum et alienum est. Wess.

22. ἥσθη τι ταῦτα] Ἀκούσας addendum omnino; quod perperam ejecerat e contextu Gronovius: istis auditis lætatus est. Verbis ἥδεσθαι, τίρπεσθαι, χαίρειν, quæque his significatum habent contrarium, ἄχθεσθαι, λυπεῖσθαι, χαλεπῶς φέρειν, sic solent adjungi participia. Soph. Philoct. 879. ἥδομαι μέν σ' εἰσιδών. v. 673. οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδὼν τι καὶ λαβὼν φίλον. Diphilus Athen. II. p. 47. B. τίρπομαι γυμνοὺς ἐρῶν τοὺς ἐξυπτίνους. Lysias p. 153, 6. ἀκούων ἠχθόμην. Æschini, atque eo etiam adhibitum Demostheni, dictum Euripidis e Phœnice, Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ. Tyranni secundum Xenoph. in Hierone p. 531, 34. τοὺς ξένους δυνατωτέρους τῶν πολιτῶν ποιοῦντες ἥδονται. Valck.

Ibid. ἥσθη τι ταῦτα ἀκούσας] Occupavit veterem sedem ἀκούσας. In Musis ἥσθη (neque Gronov. latuit, et Georg. Arnaldus Animadv. cap. 29. ursit vehementer) tertium sibi sociat casum, alibi quartum, inprudenter erudito juvene negante. Menander in Legation. Ex-

cerpt. p. 135. ὡς ἥδεται καὶ αὐτὸς τὴν εἰρήνην: ubi τῇ εἰρήνῃ vir doctus. Sed Menandrum tuetur Aristophanes, Acharnensium principio ter ita locutus, et Scholia in Ἰλ. ι'. 77. Wess.

Cap. XXXV. 9. ἀνασχίζων αὐτὸν κιλιύειν] Apud Senecam de Ira III. 14. "Cambyses intendit arcum, et ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit, *recisoque* (rectius scribetur, et respondebit aptius ad verbum Græcum, *resciasoque*) pectore hærens in ipso corde spiculum ostendit; ac respiciens patrem interrogavit, satis-ne certam haberet manum? At ille negavit Apollinem potuisse certius dimittere." Dixisse patrem refert Herod. Δίκαιόν σε, οὐδ' ἂν αὐτὸν ἔγωγε δοκίω τὸν Δίδν οὕτω ἂν καλῶς βαλέειν. Subdit istis Philosophus: Dii illum male perdant, animo magis quam conditione mancipium: κακὸς κακῶς ὄλοιτο, τῇ ψυχῇ μᾶλλον δοῦλος ἢ τῇ τύχῃ. Valck.

10. ἐνίσπα τὸν ἔϊστὸν] Nulla τὸν ἰὸν controversia turbasset, ni eam scripti movissent Codices. Τὸ βλῆμα, cui supra locus, (l. 10.) H. Stephanus apud classicum auctorem exstare non arbitrabatur, Thes. T. I. p. 666., deposuit et Euripides in Suppl. v. 330. et Philo Jud. de Exsecrat. pag. 932. E. Ceterum multis tragicam et furentem hanc Cambysis crudelitatem et turpem servilemque Prexaspis adulationem luminibus ornavit Seneca III. de Ira c. 14. Ἔσίσπασπε, quod sequitur, (l. 14.) Hesychius Glossis inseruit, explicuitque Clar. Jo. Alberti et Cl. Salmasius ad Achillem Tatium Amor. Clitoph. p. 578. Wess.

18. ὅμοια τοῖσι πρώτοισι] In tanta scribarum discordia, promptus ad Aldum, haud juste ab H. Stephano desertum, reditus fuit: caussam ad superioris libri cap. 57. produxi. Par sententia Bergleri. Fuit autem Persis in variis suppliciorum generibus recepta et solemnis viventium crudelissima defossio. Nostro indice VII. 114., quam quidem ex Abrahami, filium divino jussu immolaturi, exemplo derivans Th. Hyde Reliq. Pers. cap. 2. p. 30., a vero longe deflectit. Quantum enim distant immolare et humi supplicii caussa defodere? Quin si aris mactatos imposuissent Persæ, nihil ad Abrahamum, quippe Isacum non immolantem, quod variis nationibus inpia olim suasit religio. Wess.

Cap. XXXVI. 3. καταλάμβανε σιωπῶντα.] Bene στιγμὴν pingunt Pauw, Reiske, Abresch, et ante eos Valla. ἀγαθόν τι ex Reiskii correctione, aut ἀγαθόν τι, ut MSS. præstat. Notum est Latini poëtæ Triste lupus stabulis. Noster διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον VII. 10, 7. et plenius III. 53. φιλοτιμίη κτῆμα (aut χρῆμα, variant enim codices) σπανιόν. Porro τρομηθίη (l. 5.) dialecto debetur, uti II. 18. Scriptor ipse I. 88. καὶ κάρτα ἐν πολλῇ τρομηθίῃ εἶχε. Euripides Hecub. 795., Sophocles Philoct. v. 558. ubi τρομηθίας contra Atticorum poëtarum morem, de quo copiose et docte Valcken. ad Phœniss. p. 496. Wess.

12. ὡς χρηστῶς μὲν τὴν, etc.] Ironia in ὡς χρηστῶς frigebat admodum: melius est in bonæ fidei codicibus; qui quoque (l. 13.) Ἀράξεα, uti I. 205. 210. 211. Male vero de jussu κιλεύων accipiunt: suasorem monitoremque requirit, sicuti supra πολλὰ κιλεύων et passim alia. Wess. — Mihi nec aliena a Cambysis persona videbatur ironia, et commode sibi mutuo respondere ista, ὡς χρηστῶς μὲν τὴν σωυτοῦ — et, σὺ δὲ τῷ πατρὶ, etc. denique καὶ ἀπὸ μὲν σωυτὸν ἄλεσας, etc. S.]

17. ἀλλ' οὔ τι χαίρων] Ex diversis ista lectionibus est genuina. Eadem verba legerat, e præcedentibus explenda, Herodotus in Euripidis Oreste v. 1595. Supra I. 128. ἀλλ' οὐδ' ὡς ὁ Κῦρός γε

χαιρήσω. T. Hemsterh. in Miscell. Obs. VI. p. 343. Formula, inquit, loquendi, quamquam in speciem lenior, gravem habet magnique mali comminationem. Nonnulla collegit D'Orvillius in Chariton. p. 641. Hic quoque (coll. l. 12.) dici potuerat: Ἀλλ' οὔ τι χαίρων ταῦτά τολμήσεις λέγειν, sive συμβουλεύων. In Messenicis Pausan. pag. 332. egregius ille patriæ defensor Theoclus: Ἀλλ' οὕτω τὸν πάντα γε χρόνον χαίροντες παρώσεσθε τὰ Μεσσηνίων. Vera vatem prædixisse demonstravit Spartanis Epaminondas. Valck. — Nihil ista formula certius. Sophocles Philoct. 1293. ἀλλ' οὕτι χαίρων, ὃν σόν ἐφυσθῇ βίλος. Œdip. Tyr. 372. ἀλλ' οὕτι χαίρων, δίς γε πημονὰς ἰρεῖς. Euripid. Orest. 1598. etc. Wess.

18. ἰδιόμην ἐπιλαβίσθαι. Ταῦτα δὲ εἶπας, etc.] Trium vocum in Med. et aliis defectus, absentiaque a Vallæ libro vocabulorum ταῦτα δὲ εἶπας, esse quidpiam hic superflui manifestat. Si cum Gronovio adsentiri Medic. libebit, orationis habitus Cambysem, ira præcipitem, exprimet haud male. Eum adi. Wess. — Tenuerat quidem *Gronovius* in contextu tria illa verba: sed in Notis haud incommode monuit, nervosiorem esse istam brevitatem, ἐστί του καὶ πάλαι — ἰδιόμην. Εἶπας ἐλάμβανε, etc. S.

31. οὐ κατακροιξεσθαι] Pro οὐκ ἀνατὶ vel οὐκ ἀτιμωρητὶ, non impune, veteres etiam dixerunt οὐ κροῖνα, Iones οὐ κρέϊνα, id est οὐκ ἀμισθὶ, vel οὐκ ἀζημίως: poena, τιμὴ, merces erat flagitiis debita. Hinc Ionica manavit forma loquendi, οὐ κατακρεΐξεσθαι, non impune lasturum. Miror cur in notis ad Equites Arist. sub Casauboni nomine vulgatis, dicatur illud Atticis scriptoribus familiare verbum; quod apud nullum, quantum recordor, invenitur nisi Aristophanem. Quin imo plebs Attica duntaxat transsumsisse videtur in quotidianas jurandi formulas illud Οὕτω κατακρεΐξει. Non nisi a jurantibus adhibitum invenietur, ut tu istud, ita me Jupiter amet, non impune feceris, vel dixeris, οὕτω κατακρεΐξει σοῦτο δρῶν, aut λέγουσα ταυτί. vid. Arist. Vesp. 1357. Thesm. 573. Eq. 433. In eumdem sensum apud Herodot. semper verbum jungitur participiis: lib. III. cap. 156. οὐ δὴ ἐμί γε οὕδε λαβησάμενος κατακρεΐξεται: non sanequam impune feret quod me sic mutilavit: cf. V. 105. VII. 17. Participii loco, nominis pronominis-ve secundus casus accedens verbo vim indit irridendi, insultandi-ve, atque adeo etiam despicatui habendi. Mulier indignabunda in Vespis Aristoph. v. 1387. οὕτω, μὰ τὰ θεώ, κατακρεΐξει Μυρτίας. Berglerus interpretatur: Ita me divæ ament, ut tu non impune illuseris Myrtiæ, et in Nub. v. 1242. Scholiastes ad Eq. 433. optime cepit, οὐ καταγελάσεις μου χωρὶς ζημίας: adferens in eam rem Herodotea quædam, et iambum Archilochi, restituendum ex Etymologo p. 689, 3. Ἐμεῦ δ' ἐπείνος οὐ κατακρεΐξεται: non ille me sic impune spreverit, infidus forte Lycambes. Valck.

Cap. XXXVII. 3. ἐς δὲ δὴ καὶ τοῦ Ἡφ. τὸ ἱρὸν] Longe hoc suavius ambitioso Medic. ὡς δὲ δὴ καὶ ἐς, etc. Cui enim bono dictionis illud principium? Geminum vulgato est ἐσηλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβ. τὸ ἱρὸν, quod consequitur. De Pataicis Phœniciis (l. 6.) egregie, post Scaligerum et Bochartum, Stanleius ad Æschylis VII. contr. Theb. v. 214. In triremium proris locatos Noster adseverat: ἐν ταῖς πρώμναις sive puppibus Scholiastes, nescio unde. An ἐν τῇσι πρύμνῃσι suo in Codice vidit? Id suspicari proclive foret, nisi plura eaque absona, uti alias patefiet, adscripsisset sæpe. Scholiasten Suidas solito more excerpsit, fortasse et Hesychius.

Uterque Pataicos in puppè navium ponit, acriter correptus a Jo. Swintono, Dissert. de Num. Samaritan. et Phœnic. p. 60., ubi Sidoniorum in numo, modo vir doctus recte perspexerit, navis prora deos tutelares, sive Pataicos, ostentat. Wess.

8. ἐγὼ δέ οἱ σημανέω] Mutari Aldinum haud debuerat. Ex Medicei scriptura (ὧδε σημ.) τῷδε σημανέω, illi declarabo, formavit Abreschius. Vide hoc I. 75. τὴν ἐγὼ —— σημανέω: et IV. 99. ἐγὼ δὲ ἄλλως δηλώσω. Alia non stipo. Id adjungere alienum non erit, πυγμαίου ἀνδρὸς μίμησιν Tob. Gutberlethum de Myst. Deor. Cabir. cap. VI. p. 43. vertisse fortis sive robusti viri imaginem, caussa ex comparatione cum Vulcano, fabro, et propterea robusto admodum, sumta, tum quod πυγμαῖοι in Græcis Ezechiel. XXVII, 11. sint viri membris torosis. Verum Vulcani statuæ fuerint-ne ea, quam fingit, Herodoti ævo forma, quis docebit? nam πυγμαῖοι ex Ezechiele nihil ad istos homunciones. Aquila, doctus interpres, sed verbum verbo reddere suetus, גמדים Gammadim Prophetæ, quia גמד cubitus, πυγμαίους fecit, secutique Latini sunt, præbita multis errandi ac cavillandi ansa. Wess. — Qui primus ὧδε pro ἐγὼ δὲ hic scripsit, eum turbaverat δὲ particula, in posteriore orationis membro ex priore repetita; quæ quidem hominem in Herodoti aliorumque Græcorum scriptorum lectione paululum versatum morari non debebat.

Cap. XXXVIII. 3. εἰ γάρ τ προθείη] Hæc et seqq. suum in Florileg. recepit Stobæus Tit. περὶ Φιλαυτίας, pag. 190. Respicit, ut Herodoti plura, Sophista in Diss. περὶ Καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, in Fragm. Pythagor. p. 715. docens, non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, sicuti loquitur Corn. Nepos. Quibus adsuevimus usu diuturno, natale solum, patriæ leges, atque instituta majorum, præ aliis pulcra videntur hominibus, ut naturæ, sic receptarum consuetudinum tenacissimis. Vel hoc solum, Herodoto judice, Cambysen argueret dementiæ, quod Ægyptiorum sacris violatis religiosos ritus habuerit ludibrio. Valck.

Ibid. εἰ γάρ τις προθείη] Hoc locum merito tuetur, rei et sententiæ unice congruens. Solent amanuenses utrumque modo litera auctius, brevius modo pingere, sed damno orationis Exempla dabunt Diodorus I. 2., Lysias Orat. de Cæd. Erastosth. p. 12. cum nota Cl. Taylor, et Dionysius Halicarn. Ant. X. p. 662. A. et quæ ibi Sylburgius. Si quem tamen Origenes, Stobæus et MSS. aliorsum trahant, utatur observatis Gronovii. Hoc addo, (l. 7.) ἄλλον γε δὴ ex Origene et Arch. pristinam in sedem rediisse. Wess.—Gronovius, quum προθείη lin. 3. cum superioribus editis recte tenuisset, in Notis mendosum προσθείη absurdus homo absurda ratione defendit. ἀνθρώπωσι, quod ead. lin. pro ἀνθρώπωσι in nostrum irrepsisse exemplum perinvitus video, ne quis forte ex dialecto ita positum putet; typothetæ erratum est, quod, ut passim alia nonnulla, et plura quidem quam par erat, non meos solum caligantes fefellerat oculos, sed etiam junioris in corrigendis speciminibus typographicis socii animadversionem effugerat, gravioribus rebus intentam. S.

15. τοὺς καλεομένους Καλαντίας] Hecatæus nationis hujus Indicæ nomen eodem scribit modo apud Steph. Byz. in voce. At infra cap. 97. Καλαντίαι, sive ex MSS. Καλλιστίαι. Gentes, parentes suos vorantes, produntur plures. Conf. Sextum Empiric. Hypotyp. III. 24. p. 184. cum Fabricii observatis. Wess.

21. Νόμον πάντων βασιλέα φήσας] Pin-

dari petitum e carmine perdito dictum primus e nostris scriptoribus adhibuit post Herodotum Plato Gorgia pag. 484. B. atque hinc etiam criminandi Platonis arripuit occasionem Aristides in altera orationum, quas opposuit Gorgiæ T. III. pag. 89. Meminisse debuerat Sophista, sæpius in Politicis de Lege graviter disputantem Platonem ista tamen Pindari nuspiam alibi laudasse, præterquam in Gorgia; hic autem non e sua vel Socratis sententia loquentem Philosophum, adversarium, quem refutat, Calliclem ista facere dicentem; ut et alia, a quibus Machiavellus et Hobbesius non valde dissentirent. Pindari locus, e Scholiis aliquando supplendus ab Editore, in Platone sic mea poterit opinione partim ex Aristide restitui: *Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, ἄγει δικαίων τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χειρί. Τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέος, ἰσεὶ ἀπρειάτας* (nempe *Γηρυόνου βόας ἀπήλασεν.*) Quæ dici possent in hanc sententiam locus non admittit. Suspicor illa Calliclem atque alios etiam abusos, omissis, quæ Poëta, laudator æqui honique, his adjecerat vicina. Priora Pindari verba, *Νόμος πάντων βασιλεὺς*, aut his paulo plura, forsan e Platone petita, adhibuerunt Chrysippus, Plutarchus, Dion Chrys., Clemens Alex. et Jamblichus, quorum mihi loca hæc scribenti versantur ob oculos. Verius Pythagoreis Lex æterna naturæ, sive recta ratio, dicebatur *πατὴρ καὶ ἡγεμὼν τῶν γεγραμμένων νόμων*: atque amplissimi nominis honore dignus *Βασιλεὺς, νόμος* iisdem vocabatur *ἔμψυχος*. Talem humanis Legibus superiorem in sua civitate desiderabat Plato, qui hinc in Politico p. 294. A. *ἄριστον*, ait, *οὐ τοὺς νόμους ἰσχὺειν, ἀλλ' ἄνδρα τὸν μετὰ φρονήσεως βασιλικόν*, qualem isthoc dialogo, e fonte Pythagoræ petito, describit; quippe qui posset, ubi res ita postularet, imitatus optimum universi Regem Deum, *τάττοντα πρόσθεν ἡγεῖσθαι δίκης*, ut loquitur Euripides in Eclogis Stob. Grot. p. 125. sive *τῷ ἐπιεικεῖ λεγομένῳ δικαίῳ τὴν αὐστηρὰν τῶν νόμων φωνὴν παραμυθεῖσθαι*: ut inquit Sopater in aureis illis de Magistratu bene administrando præceptis, Stob. Flor. p. 314. VALCK.

Ibid. *Νόμον πάντων βασιλέα*] Poëtæ hoc scito nihil celebrius. Plutarchus, Aristides, Clemens Alex., Jamblichus, et hoc de genere alii laudarunt frequenter. Eorum exscribere verba supersedeo: habent docti viri ad Clement. Strom. I. p. 427., Jo. Jac. Wetsten. in S. Jacobi Epist. c. 2, 8. et Jo. Alberti ad Hesych. *Νόμος*. Non omnium tamen, qui utuntur, idem sensus, idemque institutum. Herodotus intelligit mores longa adsuetudine valentes et dominantes, quantumvis pravos et inhumanos. Pindarus, si Platonem in Gorg. pag. 484. audimus, isto *ὁ νόμος πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων* voluit aliud, et quidem, æterna lege inmortales mortalesque constringi, cedereque adeo debiliores robustioribus, superioribus inferiores oportere. Refer huc elegantem Abbatis Fragueriі dissertationem, Histor. Acad. Inscript. T. III. pag. 165. WESS. — Consule *Heynii* Pindarum, Vol. III. P. 1. p. 76. et seqq. S.

CAP. XXXIX. 7. *ξυνὴν Ἀμάσι —— συνεθήκατο*] Sit-ne *ξυνὴν* Ionici sermonis, hæreo. *Πτωχηΐνης*, cum hac voce a viro Celeb. I. 80. compositæ, ratio est diversior, sicuti *ὑσιβηΐνης, ἀληθηΐνης, στρατηΐνης* et similium. Unquamne *φιλίη* Ionum ore *φιληΐη* sonuit? *Ξεινίην* Herodoti Musæ norunt duntaxat. Sed hoc, quum *πολιμήϊα* et *ξυνήϊα* (de quibus Eustath. in Hom. p. 233, 29.) (p. 177, 1 seq. ed. Bas.) poëtæ non refugerint, urguere detrecto. Non placet *ξυνηΐνην —— βασιλέϊ φιλίην συνεθήκατο* ex Med. et consortibus. H.

Stephanus, nescio quo ex codice, φιλίην Ἀμάσι —— συνεθήκατο dedit, glossam receptæ vocis ξυνίης. Mediceus eamdem, sed loco admisit alieno: Copulam si adjungas ex viri Cl. divinatione, decurret orstio utcunque, neque scopæ erunt dissolutæ. At quanto melius interpretamentum, tot a membranis damnatum, reciditur? Herodotea sunt, I. 27. καὶ οὕτω —— Ἴωσι ξυνίην συνεθήκατο. Rursum II. 181. φιλότητά τε καὶ συμμαχίην συνεθήκατο, etc. Wess.

[13. χιλίους τοξότας. Videri potest numerus justo minor, præsertim si conferas cap. 45, 15. Monuerant etiam Reisk. et Larcher. S.]

Ibid. ἴφιρι δὲ καὶ ἦγε πάντας] Callidum et iniquius Polycratis commentum Polyænus describit I. 23, 1. δόξειν εἶναι συραπηγικὸν, εἰ κατάγοι κατὰ τῶν φίλων, ὡς εἰ ἀκαιτούμενα λαμβάνοιεν φιλοτίμους ἕξει· οὐδὲν δὲ λαβὼν, οὐκ ἂν οὐδ' ἀποδοῦναι δύνασθαι: sed verbis non usque quaque sanis. Steph. Berglerus ex Casauboni conjecturis εἰ φίρει καὶ ἄγοι τὰ τῶν φίλων, ut Herodoteis congruant, adripit et defendit. Lenior et salubrior longe H. Valesii et Masvicii medicina est, εἰ κατάγοι καὶ τὰ τῶν, etc. si amicorum bona suos in portus deveheret. Κατάγειν τὰ πλοῖα docte Harpocratio explicuit, κατάγειν τοὺς ἐμπόρους et τὰ τῶν πόλεων Valesius ad istius Lexicon p. 43. et Dounæus Prælect. Demosth. p. 184. Ceterum fratres Polycratis idem Polyænus Sylosonta et Παντάγνωστον nominat. Wess.

Cap. XL. 4. Ἄμασις Πολυκράτει] Græcorum studiosissimus literas forte deberit Amasis in Græciam: Polycrates Amasi Pythagoram epistola scripta conmendasse traditur Diogeni Laërt. VIII. 3. Sed quam velut Ægyptii Regis ad Biantem scriptam exhibet Plutarchus in Convivio VII. Sap. p. 151. B. illa æque censeri poterit Amasis epistola, atque hæc apud Herodotum, per τὸ ἐξ Αἰγύπτου νουθέτημα designata Maximo Tyr. XXXV. 2. in qua sic parum considerate fingitur loquens Amasis, ac si Solonem audiisset in aula Crœsi verba facientem. Mihi, inquit Amasis Herodoti, nimia felicitas tua non placet, τὸ θεῖον ἐπισταμένῳ ὅς ἐστι φθονερόν. Ejusdem Solon I. 32. se dicit ἐπιστάμενον τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν. In omnibus rebus ante fortunatum neminem se novisse narrat Amasis, ἔστις ἐς τέλος οὐ πανῶς ἐπιλύσιος ἐστὶ περίβριζος: omnium finem respiciendum Solon monebat, πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς περιβρίζους ἀνέτρεψε. Qui Solonis illud cum Crœso colloquium, hanc etiam confinxit Epistolam, Herodotus; ab illis hoc nomine non facile reprehendendus, qui historiæ cursum orationibus interjectis sibi libenter patiuntur ab historicis Græcis et Latinis interrumpi; quibus excipi prorsus hac in parte posset Siciliensis Diodorus, si per Messenios Cleonnin et Aristomenem, Nicolaum et Theodorum Syracusanos liceret. Valck.

Ibid. ὧδε λίγει] Nihil simplicius et per Orientem olim probatius hac in epistolis et regum edictis formula. Ὀρσίππῃ Πολυκράτεϊ ὧδε λίγει, cap. 122. hujus Musæ. Xerxes in Thucyd. I. 129. Τάδε λίγει βασιλεὺς Μήδης Παυσανίῃ. Rabsaces ad Hierosolymitanos II. Reg. cap. XVIII, 31. כה אמר מלך אשור, τάδε λίγει βασιλεὺς τῶν Ἀσσυρίων, sicuti IX. 140. Μαρδόνιος τάδε λίγει. Quam dictionis simplicitatem H. Steph. et G. Raphelius inlaudatam noluerunt. Wess.

7. τὸ θεῖον —— ἐστὶ φθονερὸν] Veriorem huic sententiam Platonis opposuit atque egregia notavit Cl. Wesseling. supra p. 15. (ad I. 32, 5.) Istius modi Historicorum dicta minus etiam videbuntur invidiosa cogitanti, τὸ θεῖον Deum esse ultorem, φθόνον vindictam divinam, vulgo dictam νέμεσιν. Quos

Deus sequitur ultor, superbis videtur diciturque φθονερός. Talis Crœso videri poterat, quando hunc ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη lib. I. c. 34. vid. finis libri IV. Permutantur in quibusdam ista duo locutionibus. Qui suspicionem amoliebantur arrogantiæ, ut notum, οὐ νέμεσις dicebant, vel οὐ φθόνος: vid. Jac. Elsner. in Jacobi Ep. IV, 5. προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν, sive τὴν Ἀδράστειαν, Bergler. ad Alciphr. p. 139. et D'Orvill. in Charit. p. 332. Rarius illud Sophoclis Philoct. 773. Ἰδού, δίχου πατὶ, τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον. Apud Livium V. 21. M. Furius Camillus dicitur precatus esse, ut si cui Deorum hominumque nimia sua fortuna populique Rom. videretur, ut eam invidiam lenire suo privato incommodo, quam minimo publico populi Rom. liceret. In ejusdem lib. X. c. 13. Q. Fabius Maximus se dicebat Fortunam ipsam vereri, ne cui Deorum nimia jam in se, et constantior, quam velint humanæ res, videatur. Diodor. Sic. XIII. 21. προσκυνοῦντες τὴν Τύχην, μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον πράξητε. XI. 92. τὴν Τύχην καὶ τὴν Νέμεσιν τῶν θεῶν ἐντρέπεσθαι. Superbiæ atque arrogantiæ vindex in talibus vocatur non tantum ἡ Νέμεσις, ἡ Ἀδράστεια, ὁ Φθόνος, ἡ Τύχη, sed et ἡ Δίκη, ὁ Θεὸς, sive τὸ θεῖον. Aristidi T. II. ed. Jebb. p. 436. Νέμεσις καὶ Δίκη dicuntur οὐκ ἐῶσαι μείζω τῆς φύσεως φρονεῖν, (supra hominis fortunam se efferre:) ἀλλὰ ῥαδίως μικροὺς ἐκ μεγάλων ποιοῦσαι. Id ipsum ὁ θεὸς facere dicitur Jasoni Thessalo Xenophontis, Ἑλλ. VI. p. 350, 9. Conf. Κυρ. Παιδ. V. p. 70, 29. Ἀναβ. VI. p. 223. 3. Nicias in Thucyd. VII. 77. εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα. vid. Herodot. VIII. 13. Valck.

10. ἢ εὐτυχίων τὰ πάντα] Paulo post ista sic scripta recte leguntur, et c. 43. Hic in aliis etiam invenietur Codicibus ἢ εὐτυχίειν τὰ π. quod præbent Stobæus p. 583, 14. et Epistolarum Gr. Editio quæ nomen præfert Cuiacii, tum margo Steph. et Valla. Perverse Reiskius corrigere tentabat μὴ εὐτυχίων. Herodotus, Homerum suum imitatus, scripsit: βούλομαι —— τὸ μέν τι εὐτυχίειν τῶν πρηγμάτων, —— ἢ εὐτυχίειν τὰ πάντα. Hujus quidem in istius modi locutionibus voculæ μᾶλλον, et magis, omissæ exempla, sæpius e Græcis et Latinis scriptoribus accumulata, non requirent Herodoti lectores: hic tamen, quod fatendum est, μᾶλλον verbo βούλεσθαι sæpius adjecit; neque loci recordor, in quo supplendum illud reliquerit: nam generis est paulo diversi lib. IX. c. 29. ἡμίας δίκαιον ἴσχειν τὸ ἥτιον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους: quale hoc plauti Rud. IV. 4. 70. Tacita bona est mulier semper quam loquens; quæque dedit ad Livii lib. V. c. 21. I. F. Gronovius. Valck.

Ibid. ἢ εὐτυχίειν τὰ πάντα] Verissime Stobæus et scripti codices: vulgata stare non potest, nisi si οὐκ aut μὴ εὐτυχίων, quæ et docti viri correctio, pingatur. Rem vidit Cl. Pauw. Quod autem (l. 11.) ex Medic. in hanc Amasidis epistolam inmigraverat, ὅστις ἥτιος οὐ κακῶς, miror placere potuisse, quippe sententiæ hic nullius, et multo magis cavillationes, ad εἰς τέλος vellicandum sparsas. Ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαν hujus libri c. 125. inconcussum manet, et εἰς τέλος κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος futile et nulli rei habebitur? Εἰς τέλος, tandem, aut παντελῶς, tritum satis. Conf. ad Diodori III. 40. p. 207. Wess.

Cap. XLI. 3. τὴν ψυχὴν ἀσηθίην] Non puto, ἀσθῆναι (quod Gronovio placuerat,) τὴν ψυχὴν dixisse Græcorum quempiam. Ἀσᾶν et ἀσᾶσθαι sæpe Hippocrates de fastidio et tristitia: ἀνιᾶσαι καὶ ἀσᾶσαι παρὰ καιρὸν, Morbi Sacr. p. 209. quæ repetuntur, sed hinc sumta,

in Fragmento περὶ Μανίης p. 1286. Theognis v. 659. (665. ed. Brunck.) Μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν ἀεσῶ φρείνα: ne crucia mentem difficilibus. Iterum versu 983. (967. ed. Br.) ὅταν τὸν θυμὸν ἀσηθῆς, ubi tristi fueris animo. Debentur Theognidis hæc Georg. Arnaldo Animadv. c. XXIX. p. 161. quem vide. Wess.

5. σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα] Plinius, de gemma Nat. Hist. XXXVII. c. 1. Sardonychem eam gemmam fuisse constat: ostenduntque Romæ, si credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo Augusti dono inclusam. Sequitur Solinus, uti solet, c. 33. sed, quod Salmasius et Bochartus docuerunt, errantem. Herodotum hac æmulatur in re Pausanias VIII. 14. p. 629. et Tzetzes Chil. VII. Hist. 121. recte Theodorum Teleclis filium perhibentes, qui Rhœci filius aliis; uti Diodoro extremo libro primo. P. Leopardus Emend. X. 25. bene de veterum hoc dissensu. Wess.

Ibid. ἔργον Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέους] In MS. Galei, patris nomen perverse scribitur: Teleclem duobus in locis Pausanias adfirmabit lib. X. (c. 38.) p. 896. et VIII. (c. 14.) p. 629. ubi hæc respicit Herodotea: Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τῆς λίθου τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει τι τὰ μάλιστα, καὶ ἐπ' αὐτῆς (lege αὐτῇ) περισσῶς δή τι ἠγάλλετο. Rhœcus istis in locis Pausaniæ memoratus, amicus Theodori, filiis suis indidisse videtur nomina Teleclis et Theodori: atque hos esse suspicor Diodoro lib. I. c. 98. aliisque memoratos: vid. P. Wessel. ad Diod. et Franc. Junius in Catal. Artif. p. 210. Valck.

Cap. XLII. 3. ἠξίου μὲν Πολυκ.] Excidisse μὲν justa Reiskii suspicio foret, si φέρων δὲ MSS. ignorarent. (In Animadverss. editis nihil ad hunc locum Reiskius adnotavit.) Valla liberius χωρήσαντος δέ οἱ τούτου a janitore permissus expressit: nam συγχωρήσαντος δέ οἱ τοῦ πυλουροῦ in schedis offendisse, si quidem nullum in Arch. et Vind. talis scripturæ vestigium, ad credendum difficile est. Χωρεῖν et προχωρεῖν de feliciore successu Musæ amant, V. 62. VII. 10, 2. VIII. 102. etc. Wess.

12. μίγα ποιεύμενος ταῦτα] Rapitur animus in partes, hoccine retineat, an Arch. Vind. μιγάλα ποιεύμενος, cui IX. 110., ipsis dissentientibus, locus est. Dedit II. 121, 4. τὴν πιφαλὴν μὲν κόπτεσθαι μιγάλα βοῶντα. Habet Polyænus VII. 10, 8. p. 629. καὶ μιγάλα ἀναγιλάσας. Poëta Ἰλ. ν'. 282. ἐν δέ τε οἱ κραδίη μιγάλα στέρνοισι πατάσσει. Tum Euripid. Androm. v. 188. οἱ γὰρ πτίοντες μιγάλα. Quæ dictionem satis adfirmant. Egit Cl. d'Orvillius super eadem ad Chariton. lib. VII. p. 595. Wess.— Variare orationem amat Noster: quare facile credas, placuisse nunc ei μίγα in sing. cum plurali ταῦτα construere. Præterea credibilius est, μίγα hic a nonnullis in μιγάλα mutatum esse, quam vicissim. S.

18. οἷα καταλιλάβηκε] Una litera verbum auctius hic non spernerem: τὰ ποιήσαντά μιν οἷα καταλιλαβήκεε, quæ facienti qualia sibi accidissent: exempla præbet Portus in h. l. Alibi λιλάβηκε et καταλιλάβηκε recte leguntur apud Herod. III. c. 65. VIII. 122. IX. 59. (nunc 60.) Flexus est Ionicus. Pherecydes Laërt. I. 122. νοῦσός μι καταλιλάβηκε. προσλιλάβηκας habet Eusebius Stobæi, p. 309, 48. ubi γινόμενος mutandum est in πινόμενος. Λιλάβημαι frustra quæras in Euripidis Bacchis, designatis in Bibl. Coislin. p. 482. Archimedes in Arenarii fine, (qui Ψαμμίτης Græce inscriptus) τοῖς μιταλιλαβηκόσεσιν opponit τοὺς μὴ μετειληφότας τῶν μαθημάτων, quibus veracissima sua decreta negat εὔπιστα φανησεῖσθαι: sic enim scribendum est pro φανήσειν, ut

λαμψιῖσθαι pro λαμψιν δὲ δὴ, in Ocello Lucano Stobæi, Ecl. p. 45. v. 2. VALCK. —Apud Stobæum, neglecta dialecti ratione, λάψεσθαι edidit *Heeren* T. I. P. 1. p. 424. ut est in ed. Galei p. 514. S.

Ibid. οἷα καταλελαβήκεε] Stabiliunt πιέχωρήκεε, ἀναβεβήκεε, ἐξευρήκεε, et innumera alia, de quorum apud Ionas flexione Etymologus p. 386, 28. Mox (l. 18.) ἐς Αἴγυπτον ἐπίθηκε, videlicet τὴν ἐπιστολὴν, aut τὰ γράμματα. Sic enim plenius alii. Thucydides I. 129. ἐς Βυζάντιον ἐπιστολὴν ἀπεστείλει αὐτῷ. Vide Suidam in Ἐπιθεῖς et Ἐπιθήσειν, et ad lib. V. 95. WESS.—Qui in proxime præcedentibus, πάντα, τὰ ποιήσαντά μιν, voculam τὰ superfluam esse et ex πάντα temere repetitam existimavit Benedictus, non vidit τὰ Ionico more pro ἃ poni; quæ si abesset vocula, luxata foret oratio. S.

Ibid. γράψας δὲ ἐς Αἴγυπτον ἐπίθηκε] Reddi debet: tradidit epistolam in Ægyptum perferendam, sive traditam misit in Ægyptum. Commodum Harpocration in Ἐπιθέτους ἑορτάς· λέγειν, inquit, ἣν εἰθισμένον, Ἐπίθηκεν ἐπιστολὴν, ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν, Cratinum excitans testem et Demosth. pro Chrysippo: postrema Suidas et Etymol. omiserunt. In Demostheneis illud non invenerat H. Vales. olim lectum p. 542, 41. οὐ τὰς ἐπιστολὰς ἀπέδωκας αὐτοῖς, ἃς ἡμεῖς (ego et frater:) ἀπεδώκαμεν: nam dubium erit nemini, quin ex Harp. corrigendum sit ἃς ἡμεῖς ἐπεθήκαμεν, (sic recte ed. Reisk. p. 915.) quas nos tibi in Bosporum deferendas dederamus. Supra p. 540, 11. venit εἰς τὸν Βόσπορον Phormio ἔχων ἐπιστολὰς, ἃς δίδωσ' αὐτῷ ἀπενεγκεῖν τῷ παιδὶ τῷ ἐμῷ, παραχειμάζοντι ἐκεῖ. Contractam loquendi formam Pausanias explicuit IV. p. 334. ubi heroum optimi consilia proditorum inter Græcos exemplar Aristocrates ἐγγεγράψας βυβλίῳ καὶ τὸ βιβλίον ἐπιθεὶς τῶν οἰκετῶν fidissimo πρὸς Ἀνάξανδρον ἀπέστειλεν ἐς Σπάρτην: paulo post scribendum putem τὰ ἀντεπιστεταλμένα, quæ dici quoque possent ἀντεπιτεθειμένα. Vid. Harpocr. in Ἀντεπιτίθησιν et notas ad Thom. Mag. in Ἐπίθηκά τινι ἐπιστολήν. VALCK.

CAP. XLIII. 6. τοῦδε εἵνεκα] Τοῦδε δὲ εἵνεκα Abreschius, neque inconmode. (Vide Var. Lect. et conf. VIII. 85, 11.) Synesius Epist. XLVI., Amasidis institutum haud probans, id laudat, quod Polycratis calamitati, si ea amicitiæ renuntiationem antevertisset, lacrymas non fuisset negaturus, κήρυκα πέμψας τὴν φιλίαν ἀπέτεκτο, δῆλον ἐποίησεν, ὅτι κἂν ἐδάκρυσεν, εἰ προῦλαβεν ἡ συμφορὰ τὴν ἀποῤῥησιν. WESS.

CAP. XLV. 2. ὑπὸ Πολυκράτεος] Non intercedo, quo minus hæc deleantur; quamquam tales περισσολογίαι in Musis geminæ conplures. Ἐν Καρπάθῳ (l. 3.) Laurentius in Carpathio mari rectissime: nihil certe est cur ἐν Καρπαθίῳ reperisse eum putemus cum Corn. de Pauw. Tritum dicendi genus viri Cl. Perizonius, Gronovius, Dukerus abunde declararunt. Ecce tibi hoc Diogenis Laërtii I. 81. χρόνῳ δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις — τοῦ περίπλου εὐρυθύντος ὑπὸ τῶν ἁλίων, h. e. in mari, quod Athenas alluit, περὶ τὴν Ἀθηναίων θάλασσαν scripsit sect. 31. Strabo de Cæsaraugusta II. p. 246. B. (p. 162. D. ed. Cas.) ἣν ἔφαμεν ἐν τῷ Ἰβήρι ἱδρύσθαι: ubi vir magnus ἐπὶ τῷ, scriptore in præcedentibus præeunte. At idem I. p. 64. C. (p. 38. A. ed. Cas.) οὔτε γὰρ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ οἰκοῦσί τινες Αἰθίοπες, mare nostrum sive Mediterraneum non accolunt Æthiopes. Sed manum, quod dici solet, de tabula. WESS.—Conf. ad II. 163, 7. notata. S.

13. Πολυκράτεα παρεστήσασθαι] Laxius est, ad expellendum. Thucydidis καὶ πολιορκίᾳ παρεστήσαντο Schol. recte

explicant ἰδούλωσαν, I. 98. et 124. Suidas in Παρίστημι ex Procopio, ut opinor, ὧν τὰ μὲν βίᾳ ἦρε, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ παρίστασο. Is certe Bell. Vand. I. 3. ἐπεὶ οὐδὲ βίᾳ, οὐδὲ ὁμολογίᾳ — παραστήσασθαι οἷοί τε ἦσαν. Lege Schol. in Sophoclis Œdip. Colon. v. 909. et Cl. Wasse Addend. Thucydid. p. 667. Wess.—Conf. III. 13, 8. S.

18. ἦν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι] Vallam, cujus Latina durant, (si eum redeuntibus aliis prodidissent,) legisse hic προΐωσι aut προσάγωσι, suspicatur doctus vir in litteris ad me, neutro contentus, ut nec vulgato. De Laurentio omnia alia pronuntiare debeo; in schedis Arch. discrepantia nulla, nulla in Vind. quibus Vallam simillimas versasse constat. Προδιδῶσι πρὸς τοὺς, etc. idem est, ac inita proditione transfugiant. (Conf. V. 113, 2. et 4.) Congruit ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης, VI. 100. et de Thespiensibus αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς τὴν Πελοπόννησον: quibus citra talem ellipsin tenax gratia non perseverabit. Mox (l. 19.) Suida duce et genio sermonis αὐτοῖσι ναυσὶν οἰκοῦσι amplecti libuit. Vide ad Librum superiorem c. 46. Wess.

Cap. XLVI. 4. τὰ μὲν πρῶτα λιχθέντα] Nervos Laconico dicto Med., prorsus sine auxiliatore, incidit, propterea que vituperium, non laudem meritus. Si Plutarcho fides, responderunt Samiis Lacones, τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμεν, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμεν, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι, Laconic. Apophthegm. p. 232. D.; quorum postrema Spartanam fortassis breviloquentiam dedecorant, rel qua pondus addunt atque auctoritatem scripturæ Codicum Arch. et Vind. defenduntque probantem. Wess.

7. τὸν θύλακον ἀλφίτων δίεσθαι] Quod aliunde Steph. (in ora) enotarat, e Med. recepit Gronov. Melior meo judicio vetus est lectio: τὸν (id est τοῦτον) ἀλφίτων δίεσθαι, aut, quod hic prætulerim, τόνδε: nempe δυκτιεῖν, huncce, quem digito monstrabant, saccum inanem, farina indigere, atque adeo tacendo dicentes: Ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ. Illud τόνδε et τουτοὶ sic in primis comœdia frequentat. In Aristoph. Nub. v. 1145. τουτοὶ πρῶτον καβέ: Bergler. istum saccum farinæ prius accipe. Schol. Θύλακον ἀλφίτων δίδωσιν αὐτῷ. Vulgatur in Av. 443. Μήτ' ἐρχίσιν δ' ἴλκειν, μήτ' ἐρύτειν. Χο. Οὔτοι σου τὸν, εὐδαιμῶς. Quibus non est ignota comœdiæ petulantia, Τόνδ' οὐδ. scribendum esse fatebuntur. Neque in Comicis tantum Tragicisque, sed et in Oratoribus et Historicis multa pendent ab actione animo repræsentanda. Exemplo sit notum illud, quod perhibent statuæ monumenti Sardanapali inscriptum: Ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς σἄλλα τούτου οὐκ ἄξια; apud Athen. XII. p. 530. c. qui ad τούτου recte scribit, τοῦ δαπανήματος ἴσως λέγων: cetera hujus non facio, digitorum crepitus nimirum: quæ leguntur alibi, istius τούτου sunt interpretamenta: vid. ill. Bouhier Diss. sur Sardanapale p. 384. Ista prostant in Append. Vatic. Prov. p. 312. τὸ ἱφιστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὅτῑρ τῆν πιφαλῆς ἴχον τᾶς χῦρας, πεπύκνωται ὥστ' ἀναπολησσοῦν τοῖς δακτύλοις: corrigo: ὃς ἔνα ἀποστιλοῦν ἦχον τοῖς δακτύλοις. (At vide Suidam in Σαρδανατ. et in Ἀναπολησσοῦν, quod ipsum quidem verbum cum sua interpretatione in Küsteriana Suidæ editione temere prætermissum est; tum confer Hesychium voc. Ἀπιλάκησεν et Ἀπολάκημα: intelligesque nimis violentam et arbitrariam esse emendationem a Viro doctissimo propositam, satisque fuisse ὥστ' ἂν ἀπολησσοῦν corrigere, coll. H. Steph. Thess. voc. Ἀαχεῖν.) Eadem hac opera in Schol. ad Arist. Ran. v. 944. γρύζοντας οὐδὲ τουτί: emandari poterit, εἰπὲς αὐτὸν ἀπεπερτοῦν-

τα τῷ δακτύλῳ διακνύων τὸ, οὐδὲ τοῦτό: vulgatur ἀτρακτοῦντα. Valck.—In nostra ad h. l. Var. Lect. (ed. S.) sunt nonnulla parum accurate posita. Primum monere debueram, τὸν Σύλακον jam ab H. Steph. in ora fuisse adnotatum. Tum imprudenti exciderat, ut scriberem "ἀλφίτων delevit Schæf." pro eo quod volueram debueramque "Σύλακον, inde a Gronov. vulgatum, denuo abjecit Schæf." Denique magis distincte docere debueram, nostrum cod. F. tenere quidem Σύλακον δὲ φέροντες, sed dein dare ἔφασαν τὸν Σύλακα ἀλφίτων δεῖσθαι: atque ita fortasse ipse Herodotus, variare amans verborum formas, scripserat; a recto casu ὁ Σύλαξ. S.

8. τῷ Συλάκῃ περιεργάσθαι] Frustra H. Stephanus ad hæc adhæsit, mutila arbitratus. Diogenes, luxum Socrati exprobrans, περιεργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ καὶ τῷ στιμποδίῳ, nimium fuisse aiebat in parva domo et lectulo, apud Ælian. Var. IV. 11. Non alia Laconum sententia. Samii panarium, et vacuum quidem, in medium collocarant: addiderant, τὸν Σύλακον ἀλφίτων δεῖσθαι. Id Spartani dictum nimiæ loquacitatis damnant: satis enim fuisse ostensum panarium. Res manifesta ex Sexto Empir. est lib. II. adv. Mathemat. (§. 23.) p. 293. ubi Chiorum legatus, cum alius in petendo ob multum loquentiæ frumento repulsam Lacedæmone tulisset, κενὸν Σύλακον porrigens, insuper ἀλφίτων αὐτὸν δεῖσθαι, prorsus ut Samii, adjungit. At illi oratorem reprehendunt ὡς ἀδολίσχην, tanquam nimis garrulum. ἀσοχρόνως γὰρ κενὸς δυσχθὴς ὁ Σύλακος ἐσήμηνε τὴν τῶν Χίων αἴσησιν. Sic Sextus. Wass.—Nempe sic utique Sextus, respiciens quidem (ut videtur) hunc Herodoti locum, sed fallente memoria Chiis tribuens quod ille de Samiis narrat, interpretatus est Spartanorum responsum; at prorsus contra Herodoti mentem. Quemadmodum apud Ælian. l. c. Σωκράτην περιεργάσθαι οἰκιδίῳ καὶ στιμποδίῳ καὶ βλαύταις, non significat Socrati satis fuisse habere domunculam et lectulum et blautas; sed in hoc nimium fuisse Socratem et supervacanea fecisse, (adeoque τρυφῆσαι, delicatulum fuisse) quod domuncula, lectulo et blautis usus sit, quibus rebus carere potuerat et supersedere debuerat: sic τῷ Συλάκῃ περιεργάσθαι (scil. αὐτοὺς) non significat satis fuisse ostensum panarium, aut (ut H. Steph. Latine vertit) illos panario supervacuam orationem adjecisse; debuisse contentos esse panarium seu saccum ostendere; sed e contrario, panario supersedere illos potuisse, non opus illis panario fuisse. Et hoc ipsum quidem responsum duobus modis intelligi potest: uno modo, ut dixerint Spartani, rem supervacaneam fecisse Samios quod panarium monstrassent; nempe, satis fuisse verbis exponere quid vellent: quam in partem Schneider accepit in Lexic. voc. Περιεργάζομαι. At hæc quidem interpretatio parum apta videtur ubi hoc Samiis exprobrant Spartani, quod nimis multa verba faciant: itaque altero modo accipiendum fuerit responsum, panario (nempe hoc vocabulo, panarium sive saccus) supersedere eos potuisse, in hoc illos nimios (nimis loquaces) fuisse: quum enim panarium ipsum coram monstrassent, satis fuisse dicere, σιτίων δεῖσθαι; nil opus fuisse adjecto vocabulo ὁ Σύλακος. Satis cæteroquin constat, ad ineptiam usque affectasse Spartanos breviloquentiæ gloriolam. S.

Cap. XLVII. 4. οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι] Recte restituit Gronov. pro οὕτω τι e Med. cui plures forte Codd. suffragabuntur. Vellem præterea præberent: οὐκ οὕτω τιμωρίης δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς τίσασθαι βουλόμενοι, non

adeo Samiis, ut vindictæ sumendæ cupidis auxiliarentur, quam ut ipsi vindicarent injuriam sibi illatam. Apud Plutarch. (de Malign. Herod.) T. II. p. 859. c. dixisse feruntur Lacedæmonii, ὡς οὐ βοηθοῦντες, οὐδ' ἰλεωθησοῦντες, ἀλλὰ τιμωρούμενοι Σαμίους στρατεύσαιντο. Auxilium alteri ferre in injuria propulsanda dicitur τιμωρεῖν, ἀμύνειν, et ἀρήγειν (τινί): sed τιμωρεῖσθαι, τίσασθαι, ἀμύνεσθαι, et ἀλέξασθαι, (τινὰ) significant sibi illatam vindicare (in altero.) Illud Herodoti haud tritissimum, οὐκ οὕτω —— ὡς βουλόμενοι, quantillum fuisset Gronovio, lectoribus commendasse simillimis aliquot locis designatis e p. 206, 24. p. 350, 15. (III. 120, 17. VI. 61, 3.) et p. 368, 46. (VI. 108, 14.) οὐ κατὰ ὑπόνοιην οὕτω, ὡς βουλόμενοι. Valck.

9. καὶ ζώων ὑφασμένων] Hæc redarguunt Pliniana Hist. Nat. VIII. 48. Plurimis vero liciis texere, quæ Polymita appellant, Alexandria instituit: magis etiam Is. Vossii conjecturas de Judæis Alexandrinis, talis ὑφαντικῆς auctoribus, et monstra fabulosaque animalia, cujusmodi erant Cherubini et Seraphini, ut scribit, intexentibus; ad Catull. p. 196. Ars enim in Ægypto Alexandria multo vetustior, et, quæ Judæis adfricantur, sine locuplete teste. Verum ista hujus non sunt temporis et loci. Meliora Plinii de thorace Amasidis, Minervæ sacrato, lib. XIX. cap. 1. (sect. 2, 2.) et Ælian. Nat. An. IX. 17. in quo Ἄμασιν ex ἄρμασιν præclare Trillerus extudit. Wess.—Ζῶα in pictura, textura, et sculptura, non sola animalia dici, sed cujuslibet generis figuras et imagines, jam sæpius monuimus. Vide ad I. 70, 4. et ad I. 203, 10. S.

Cap. XLVIII. 6. παῖδας τριηκοσίους, etc.] Inmanem hanc crudelitatem Plinius Nat. Hist. IX. 25. et Diogenes I. 95. obliti non sunt; de nobilium numero puerorum nihil. Plutarchus et MSS. in trecentis acquiescunt, a quibus nihil dissentio. Wess.—Conf. Valck. ad c. 49, 6. S.

[17. ἐργόντων Κορινθίων] Nil variant, quod sciam, libri: sed fere non dubito τῶν Κορίνθ. scripsisse Herodotum. S.]

18. ἐς τοῦτο δὲ οἱ ἐγίνετο] Literis duabus repetitis legerim: ἐς τοῦτο τόδε σφι ἐγίνετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι, τῶν παίδων οἱ φύλακοι, οἴχοντο. Si correctioni favent codices, ut favere videtur MS. Arch. tantilla forte non displicebit. Valck.

Ibid. ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγίνετο] Vulgata ἐς τοῦτο δὲ οἱ excusatione caret: τοῦτο δὲ σφι, ne sententia labaret, Reiskius reposuit; ego MSS. sequor Arch. et Vind. diversas codicum scripturas edentes. Quod autem (Cap. XLIX. 2.) φίλα ἦν iidem MSS. mutatum ierunt, non laudo. Herodotea sunt φίλα ποιέεσθαι, ἐρηναῖά οἱ ἦν, et consimilia. Wess.

Cap. XLIX. 4. εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἰόντες ἰωῦτοῖσι] Præferunt hæc insoliti quidpiam. Est, cui placet ἰόντες οἱ ἀῦτοὶ h. e. αὐτοὶ, quamvis iidem sint, quippe ex Corinthiorum metropoli et ejus propago, me non invidente. Herodotus II. 7. ἔστι ἰδρὶς Αἰγυπτος ἰοῦσα ὑπτίη. Iterum IV. 46. ἀλλὰ φερέοικοι ἰόντες πάντες ἴασι ἐπαοτοξόται: tum V. 95. αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει. Alia prudens negligo. De tempore deductæ in Corcyram coloniæ, non eadem omnium opinio. Eusebium si sequi consultum fuerit, Olymp. XVIII. a Corinthiis occupata est: cujus quidem sententiam dum ill. Scaliger testimonio Diodori V. 16. stabilire voluit, a vero aberravit. Pityusæ isthic initia describuntur, nulla Corcyræ. Strabo VI. p. 414. (p. 269. D. ed. Cas.) Echecratem, Corcyræ conditorem, comitem Archiæ, colonos Syracusas deducenti, adjungit sub Olymp. XI.; Timæus vero in Scholiis Apollonii Rh. IV. 1216. sexcentis ab eversa Troja

annis constitutam ait; gravissime, modo Critici verba ejus bene expresserint, lapsus: foret enim his ex calculis colonia Cypselo et Periandro posterior. Ut ut fuit, si Echecrates, coloniæ auctor, aut ira percitus aut ignominia notatus, Corintho excessit, quod Timæus significat; certa manent, quæ de Corcyræorum et Corinthiorum inimicitiis hic produntur. Adde antiquissimum tota Græcia navale prælium hos inter pugnatum apud Thucydidem I. 13. WESS.

Ibid. εἰσὶ ἀλλήλοισι, etc.] Nota quidem Græca locutio, διάφοροι ἐτύγχανον ἐόντες: sed nondum exputo, quid sibi velint ista: εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι. Ponuntur ab Herodoto valde vicina, ἔστι —— ἐοῦσα, ἦν —— ἐὼν, et similia; sed de rebus tamen diversis: p. 237, 15. 20. 268, 26. 278, 5. (IV. 46. IV. 147. et 175.) Lib. VI. c. 52. de Eurysthene et Procle, τούτους, inquit, ἀνδεωβίνταις, αὐτούς τε ἀδελφεοὺς, ἐόντας, λέγουσι διαφόρους εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης αὐτίκα ἀλλήλοισι. Ad istam rationem si hic legeretur, νῦν δὲ εἰσὶ ἐστί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι, ἐόντες ἑωυτῶν συγγενίης, vel ὁμογενίης, vel simile quid, nihil hic esset impediti: nam revera Corcyræi cum Corinthiis ejusdem fuere generis atque originis participes, Corinthiorum quippe coloni; sed, quæ majoribus suis debebant, habentes neglectui, opibus etiam elati, marique potentes, ab antiquissimis usque temporibus in sua viscera sævientis bella gessere cum Corinthiis, vicinis Atheniensibus discordiam foventibus, dum suas inter se vires colliderent, utilissima. VALCK. —Vide Var. Lect. (ed. S.) et conf. III. 108, 4 seq. et Adn. ad I. 122, 4. S.

Cap. 48. ἐπ' ἑκατομῇ] Sardes misit τῶν παρὰ Περιάνδρου τοὺς παῖδας. Cap. 48. dicitur, eum in finem misisse παῖδας σφετερίσιον ἀνδρῶν τῶν πρώτων: ubi rectius ἑρμαίσιον videtur legisse Plutarch. II. p. 859. F. Hic et in seqq. narrata Diogenes Laërt. adtigit I. 94. et 95. ubi notat Menagius. VALCK.

Cap. L. 5. Περιάλλης] Sic omnes. Th. Gale ex Arch. Πατροκλῆς, eruit, deceptus linea, qua περιάλλης in codice ornatur: habet eandem Περίανδρος, et, quæ propria dicuntur, nomina. Diogenes I. 100. et Athenæus XIII. p. 589. F. tyranni nomen parili modo scribunt; Pausaniæ II. 28. Πατροκλῆς est, frequentissima utriusque tituli ex compendiariæ scriptionis lege commutatione. WESS.

14. τέλος δέ μιν περιθύμως ἐχόμενος] Quod edebatur περὶ θυμῷ ἐχόμενος docti viri per tmesin dissectum censuerunt: mihi περιέχεσθαι creberrime se in Musis obfert, nusquam, quod quidem recordor, tali usu. Περιθύμως dabit Æschylus Choëph. 38. Περιθύμως (quod in Arch.) ἔχων Noster II. 162. et ὀργῇ ἐχόμενος I. 141. etiam Procopius Bell. Goth. I. 10. qui quoque c. 7. καὶ θυμῷ πολλῷ ἤδη ἐχόμενος, et c. 18. θυμῷ μεγάλῳ ἐχόμενος: tum, quod paulo audacius, cap. ult. θυμῷ τε πολλῷ καὶ κραυγῇ ἐχόμενοι. WESS. — Cum περιθύμως stare ἐχόμενος non potest: ἔχων oportebat, ut II. 162, 24. Itaque tenenda longe plurimorum codicum scriptura περὶ θυμῷ, quemadmodum apud Poëtam Iliad. ν'. 119. ὑμῖν δὲ νημερτὲς μυθήσομαι περὶ κῆρι: et ibid. 206. τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη: sive cum Schæf. πέρι retracto accentu pingere malueris, πέρι θυμῷ ἐχόμενος, ut πέρι idem ac περισσῶς valeat, quomodo talibus in locis apud Poëtam scribere doctiores Editores consuerunt. S.

Cap. LI. 13. ἀντιλαυνόμενος ἂν ἤϊε] Eleganter ἂν ἤϊε Ck. Reiskius. Quid si ἂν istud παραπλησμοσύνην sit, ut profecto paullo superius est? (De usu particulæ ἂν cum indicativo, in re quæ subinde fit, vel idemtidem fieri solet, vide Herman. Adn. 286. ad Viger. et

quem is laudat, Brunck. ad Sophocl. Philoct. 290. Cæterum conf. Var. Lect. ed. S. ad h. l.) Porro ἐφ' ἑτέρην τῶν ἑταίρων vitiose scriptum Cl. de Pauw censetur: nam sodalium, inquit, ædes si adiisset Lycophron, non recepissent eum, quia Periandri erat filius, sed quoniam amicus et sodalis: præstare ἐφ' ἑτέρην τῶν ἑτέρων. Sic ille, argute magis, opinor, quam solide. Sodalium, τῶν ἑταίρων, abesse non potest mentio. Ceterum a Periandri edicto Œdipi verba ap. Sophoclem Œd. Tyr. 347. μήτ' εἰσδίκεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα, non abirent multum, ni uberiorem ea quæ sequuntur, sanctionem complecterentur. Wess.

Cap. LII. 15. εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε] Hesychius: Ἐναντότης, ἔρις· καὶ Ἐναντίοι, ἀλλήλοις ἐρίζοντες: hoc si verum est, ἐναντίοισι hic scribi potuit pro ἐρίζουσιν: εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐναντίοισι ἐγεγόνεε, ἐξ ἧς ὑποψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις. Suum sic tegit irati crudele facinus Periander, qui uxorem Melissam interfecerat, ὑπὸ ἐργῆς βαλὼν ὑποβάθρῃ, ἢ λακτίσας τὴν γυναῖκα ἔγκυον, εὖσαν, ut scribit Diog. Laërt. I. 94. Quid Periandrum crudelem reddiderit narrat Parthen. περὶ Ἐρωτ. Παθημ. c. 17. Valck.

Ibid. ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε] Fuit qui ἐν ἐλπίσι emendaret: neque enim αὐταῖσι, si ad ἀγαθὰ referatur, consistere posse. Hoc verum quidem. At ἐν αὐτοῖσι, modo tacitum πρόγμασι intelligatur, bene procedit. Reiskio ἐν αὐτοῖσι, aut αὐτοῖσι idem est atque ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, si quæ calamitas nobismet ipsis contigit. Wess. — Reiskius, in editis Animadv. adsentiens Wesselingio, ἐν αὐτοῖσι his in rebus, hoc in negotio interpretatur. Mihi prior ejusdem interpretatio probata est; ita tamen ut ἐν αὐτοῖσι intelligam apud nos, in familia nostra. IV. 97, 18. habemus ἑωυτοῦ εἵνεκεν idem valens ac ἐμεωυτοῦ, conf. Var. Lect. (ed. S.) VII. 28, 5. Pro ἑωυτ. vel ἐωυτ. vero haud raro nudum αὐτ. ponitur: sic II. 143, 18. αὐτοὺς valet ἑωυτούς: et II. 162, 24. αὐτῷ. i. q. ἑωυτῷ. Atque etiam III. 85, 5. αὐτῶν haud obscure notione ἡμῶν positum videtur. S.

18. ὅσῳ φθονέεσθαι κρέσσον, etc.] In celebri hoc et passim cunctis probato dicto si qui ex Stobæo ὅσον præoptaverint, non repugnabo. Brevius κρέσσων εἰστερμῶν φθόνος Pindarus exr. ode I. Pyth. Wess.

28. λίνα αἰσιώτατον] Perbrevis exstat apud Diogen. Laërt. I. 100. epistola Dorica, velut a Periandro scripta ad socerum Proclem, cujus pars sic vulgari debuerat: Ἀμῖν μὲν ἀκούσιον τᾶς δάμαρτος τὸ ἄγος· τὺ δὲ ἰκνῆ, τᾷ παιδὶ ἦν ἀπὸ θυμοῦ μὲ ποιήσαις, ἀδικεῖς. ἢ οἶν, παῦσον τὰν ἀπήνειαν τῷ παιδὸς, ἢ ἐγὼ τὺ ἀμυνοῦμαι. Pro τὺ Dorismus τύ, id est σὺ, postulabat. Uxoris cadaver Epidaurum ad Proclem misisse videri posset e Pausania Periander, qui Melissæ quoque μνῆμα prope Epidaurum invenit II. (28.) p. 177. Valck.

Cap. LIII. 5. οὐκ ἰνιάρα] Tot schedis obluctari temerarium censeo, eoque magis, quod dictio Herodoti genium spiret. Εἰ γὰρ ἰνιάων τοῦτο ἐν ὑμῖν scripsit lib. VIII. c. 140, 2. et I. 38. οὔτε ἄλλο —— πωμιδών τοι. Ex Medic. οὔπων ἰάρα finxit docte οὐ νέον ἰάρα Reiskius, quo uti non licet. Wess. — Frequenter verbo ἰνορᾶν utitur Noster; sed constanter ita, ut accusativus aliquis verbo jungatur. Quare nudum οὐκ ἰνιάρα utique videri poterat nimis abrupte hic positum: at nimirum e præcedd. intelligendum, οὐκ ἰνιάρα αὐτὸν δυνατὸν ὄντα τὰ πράγματα ἰνορᾶν. S.

Ibid. τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων] Nomen juveni, quod hic signatum non est, Nobil. Palmesius Exercit. p. 15. ex Aristotelis Politic. lib. V. 12. Gordium, cujus filius Psammetichus Peri-

andro successerit, indidit. Verum Gordius ille, sive Gorgias potius, Periandrum non agnovit patrem, sed fratrem, utpote Cypselo progenitus. Plutarcho utor teste et auctore, Conviv. VII. Sapient. p. 160. WESS.

[6. ἀναιρέσιος] Commodius utique ἀποκρίσιος videri poterat, quod offerebant codices nonnulli: sed speciem hoc habet emendationis e librarii alicujus ingenio adlatæ. S.

12. ἥ αὐτός σφι ἀπειλῶν ἴχνευ] Illa σφία sæpe dixit Herod. forsan et hic, ἥ αὐτός σφια ἀπειλῶν, ubi poni quoque potuit tanquam de exule κατειλῶν. Duo memorarat puella, τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πισείειν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς διαφορηθῆναι, imperium, et bona paterna, quæ sic in Attico queque foro dicebantur. VALCK. — Σφὶ, ut μιν, valet αὐτὸν, αὐτὴν, αὐτό: itaque h. l. ad οἶκον referri potest, et cap. 52, 17. ad συμφορήν. Sed non solum singularis numeri est id pronomen, verum etiam pluralis, ut apud Poëtam, Iliad λ'. 111. et σ'. 265. S.

14. φιλοτιμίη πρῆγμα σκαιόν.] Nihil verius: at Periandri Lycophron non φιλότιμος, sed erat φιλόνικος et pervicax. Quandoquidem tamen nimia φιλοτιμία et φιλονικία vitia sunt adfinia, sic ut sæpe jungantur φιλότιμος ἄγαν καὶ φιλόνικος, quin dici nonnunquam videtur veteribus φιλοτιμία, quæ propria potius adpellatione vocanda esset φιλονικία, nihil et hic novandum censerem; si scripti libri vulgatæ lectioni concinunt. Hanc præfert et Stobæus Tit. XXIII. p. 190. ubi sequentes quoque leguntur Herodoteæ Periandrines egregiæ sententiæ, nisi fallor, e poëtis expressæ. Primam harum Sophocli debet Herodotus, postremam, τυραννὶς χρῆμα σφαλερὸν, πολλοὶ δὲ αὐτῆς ἐρασταὶ ἴσασι, forsan Euripidi. Euripidea Stobæi p. 343. Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τεθήπασι· δισσοῖς ἐρῶσιν, ἧς φυλακτέον πέρι: sic scripta retulit Grotius in Floril. p. 185. ut οἷς pro ἧς posuerit. Πέρι commutetur in πτερὶ, id est πάντοε, frequens in fine senariorum Euripidæ. Locum sincerum præstabo, sic a me dudum emendatum:

Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τεθήπασι
δυσὶν ἐρῶσιν, οἷς φυλακτέον, πάτερ.

Regnum undique petitur misere amantium insidiis, quæ, mi pater, præcavendæ sunt. VALCK.

Ibid. Μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ] Melior hic ordo et probatior. Sophocles in Stob. Serm. IV. p. 54. κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἴασθαι κακά. Apollon. Rh. IV. 1081. σχεδόθεν δὲ κακῷ κακὸν — ἀκεσμένῃ. Appian. I. Bell. Civ. p. 601. Σύλλας κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος. (Similiter Idem, Civil. IV. c. 11. ἀτυχήματι τὸ ἀτύχημα ἰωμένη.) Libanium, Jo. Chrysostomum, Palladium, Proclum, ipsumque Thucydid. V. 65. etsi alia ordinatione usum, nunc omitto. Qui quidem cum κακῷ articulum negent, nec hic necessarius erit. Vid. Duker. ad Thucydidem et Vincent. Riccardum ad S. Procli Or. XVII. p. 505. Πεοτιθέασι, quod sequitur, dialectus, et ἀντίβαλον Stobæus, MSS., atque usus rata habent. WESS.

26. Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κέρκ.] Male Laurentius Periander Corcyram ipse veniebat, juvenis Corinthum. Conatus et consilium itineris indicantur, quo de more ad I. 68. Nex Lycophronis, ni fallat Schol. Thucydid. I. 13. ansam dedit certamini Corinthiorum et Corcyræorum navali, quo nullum tota Græcia prius. Si Thucydidem audimus ipsum, pugna ista CCLX. ante finem belli Peloponnesiaci annis pugnata fuit. Age, amputentur anni CCLX. a Period. Jul. Ann. 4310. quo bellum istud terminatum fuit, et prælium in annum ejusdem Periodi 4050. incidet: at eo Cypselus, Periandri pater, necdum Corintho, Bacchiadis obpressis, potitus erat. Itaque errat Scholiastes. Probe

memini, Ampl. Bouherium in CCLX. Thucydidis annis vitium animadvertisse Dissert. Herodot. c. XV. atque ex CCLX. annos fecisse CLX., unde consequens esset, ut naumachia contigerit An. Per. Jul. 4150. quo, si Diogeni Laërtio et Eusebio credimus, Periander rebus humanis dudum exemtus erat. At hinc abeo. Satis est, egregie a Thucydide firmari, inimicitias Corcyræorum et Corinthiorum citissime ortas et propagatas fuisse, quo de superius. WESS. — Verbum στελλίσθαι subinde quidem Latine redditur proficisci, iter facere; nec vero id satis adcurate. ἐστάλη quidem profectus est significat; sed στέλλεται, ad iter se instruit; et ἐστέλλετο, ad iter se instruebat, proficisci parabat. S.

CAP. LIV. 4. ὑπερέβησαν] Reliqui sua in sede, haud inconmodum ἐπέβησαν Arch. et Vind. arbitratus. Sic IX. 69. ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος· (ὑπερέβησαν significat, ultra illam turrim eos jam penetrasse.) Cur mox ἀπηλάθησαν et ἐπισπώμενοι, quod Portus conjiciendo adsecutus fuerat, reformaverim, significatum sæpe antea est. WESS. — ἐπισπώμενοι quidem unice verum est, at ἀπηλάσθησαν non deterius quam ἀπηλάθησαν, vide Var. Lect. (ed. S.) c. 46, 1. et Adnot. ad I. 168, 6. S.

CAP. LV. 7. αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνιγνόμην] Quæ sequuntur, δήμου γὰρ τούτου ἦν, hujus enim erat oppidi civis, in ipsius Codice perverse scripta rectius non attigisset in libello de Dial. Gregorius, quem Corinthum vocant. Δῆμον sive demum dicamus, seu oppidum, sive curiam, singula Ciceronis adfirmari possunt auctoritate. Non apud Athenienses tantum, sed et alibi pagi vel oppida minora dicebantur δῆμοι: neque tamen promiscue de quibusvis ista fuit adhibita appellatio; nihil minus. Quando e pagis diversis, vel minoribus oppidis, cives, seu sponte, aut etiam inviti coaluerant in unam civitatem; tum dicebantur isti pagi δῆμοι, et singulorum cives, in suam singuli veluti curiam transcript, curiales et δημόται. Singula ista oppida sua sibi sacra habuerunt non tantum, sed et suos Magistratus, suum δῆμον, sive popularem regiminis formam. Ea de re forte dicam aliquando explicatius in Distribe de demis Attices; in quibus eamdem nominis rationem fuisse judico, atque alibi locorum; et in hac ipsa Pitana, uno e minoribus oppidis Laconicis, duro Spartanæ civitatis imperio parentibus. Erat Archias Herodoti demo Pitanates, et Lacedæmonius. Videtur autem illo familiariter usus Herodotus, et, ut sæpe humana fuit passus, propterea hanc avi hujus Archiæ collaudandi captasse occasionem: fecit idem in aliis. Verum hac etiam in parte a Thucydide diversissimi ὁ Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἦν ἱστικὴ, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς συνηδομένη, ut vere civis ejus judicabat Dionysius. VALCK.

8. δήμου γὰρ τούτου ἦν] Nulla status his foret controversia, ni MSS. et G. Corinthus dissentirent. Schedæ Vind. et Arch. longius, me judice, aberrant: in Corintho, ut passim editur, est, quod inprobo. Aldus vulgaverat Anno MDXII. αὐτὸς μὲν ἐπὶ τόνους συνιγνόμην δήμου τοῦ ἦν, ἀντὶ οὗ ἦν vitiose citra dubium. Si scripseris, αὐτος ἐν Πιτάνῃ συνιγνόμην, δήμου τοῦ ἦν, videbitur Herodoteum. Ita Corinthus certe opinatus est. Verum uberius hoc doctissimus juvenis Gisb. Koen, cui Corinthi de Dialectis Eclogas, culte tractatas, brevi debebimus, examinabit. De Pitanæ δήμῳ ad Eurotam Laconico Gronov. et Jo. Meursius Miscell. Lac. IV. 9. WESS.

12. ὑπὸ Σαμίων εὖ.] Malui MSS plures sequi. Fateor, publice contumulatos bene (εὖ) plerumque fuisse sepultos; an semper, ignoro. Sane εὖ publicæ sepulturæ amplius quoddam decus ad-

dit. Vocula ipsa sæpe orationem terminat in Herodoto, cap. 82. monitore Gronov., in Perictiones Fragm. ap. Stob. pag. 488. ἀνδάνει ταῖς γιγνομέναισιν εὖ. Ego verò non ambigo, quin ταφθῆναι. Noster nationis et dialecti consuetudine exaraverit. Conf. Eustath. in Homer. p. 519, 41. Wess. — Adde Adn. ad I. 130, 7. et ad. II. 121, 10. S.

Cap. LVI. 4. λόγος ὥρμηται, λίγισται] Apte nexa hæc non sunt: saltem λίγισται γὰρ, etc. Præstaret ὥρμηται λίγισθαι, Πολυκράτεα, etc. Sic adsolet enim. Ὁ λόγος ὧδε ὥρμηται λίγισθαι: IV. 16. Iterum VI. 86, 4. Statim μολύβδου, Æl. Dionysio ap. Eustath. in Homer. pag. 1340, 30. (p. 1469, 20. ed. Bas.) obtemperans, amplexus sum. Vid. ad Diodorum lib. II. (c. 10.) pag. 125. Wess. — Qua caussa λίγισται γὰρ maluerit Vir doctissimus, non video: immo prorsus ab hoc loco aliena foret hæc particula. Nec vero ad λόγος ὥρμηται quidquam desideratur: sic sane et φάτις ὥρμηται ait, VII. 189, 6. fama exiit, emanavit, fertur. Cæterum moneo, esse h. l. plenam locutionem, qua alias elliptica usum esse vidimus Nostrum: quod si enim contuleris loca a nobis in Adn. ad I. 58, 6. adlata, intelliges, ex more Nostri citra sententiæ damnum omitti h. l. verbum λίγισται potuisse; quod ipsum verbum, si vel ab uno vetere codice abesset, equidem arbitrarer temere in reliquos codices invasisse e scholio, quo olim aliquis adnotasset, λόγος ὥρμηται idem ac λίγισται valere. S.

7. ταύτην πρώτην στρατηΐην, etc.] Egregius, nimius tamen, Medic. est in Λακεδαιμόνιοι Δωριῆς. Postremum satis fuerat. Alia prave mutat. Vagum et generale nimis, (quod et G. Arnaldus Animadv. cap. 29. vidit:) ubi πρώτην induxeris, sententiæ nascitur genus. Primam fuisse signat, ut ejusmodi in Asiam expeditionum initia constarent. Finxi præterea στρατηΐην ex conjectura, quam perpetuus Scriptoris mos certissimam præstat. Præivit quadam ex parte Editor Genevensis. Wess.

Ibid. ταύτην πρώτην —— Λακεδαιμόνιοι Δωριῆς] Istam primam expeditionem in Asiam dicuntur suscepisse, ταύτην πρώτην στρατηΐην: sic enim scripserat: perperam Gronovium obliterasse vocem πρώτην monuerat G. Arnaldus Anim. pag. 162. Precibus Ionum Asiaticorum excitati jam ante Spartani rebus se miscuerant Asiaticis, Herod. I. cap. 152. sed hæc prima illorum erat στρατιὴ, vel ἔξοδος, in Asiam. Imitator Herodoti Pausanias de primo loquens bello Messenico, IV. (5.) p. 292. ταύτην, inquit, Λακεδαιμόνιοι πρώτην ἐπὶ Μεσσηνίους ἔξοδον ἐποιήσαντο. Scientem historiæ Græcæ neminem sanequam offenderent alibi Λακεδαιμόνιοι Δωριῆς: sed hoc in loco Lacedæmonios e proximis notissimos nemo requireret, si Δωριῆς in Codicum nominarentur contextu, voce Λακεδαιμόνιοι in marginem rejecta. Alia longe res est in his Atheniensis Euphemi apud Thucyd. VI. 82. Imperio recusamus esse subditi ἡμεῖς, (Ἀθηναῖοι,) Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις, Δωριεῦσι, respondentis ad ista Syracusani Hermocratis, cap. 80. ἐπιβουλεύμεθα μὲν ὑπὸ Ἰώνων, ἀεὶ ποτιμίων, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν, Δωριῆς Δωριέων. Apud Pausan. VII. pag. 537. bellis Persicis Achæi Λακεδαιμονίους Δωριῆς ἀπηξίουν σφίσιν ἡγεῖσθαι. Hoc nominis honore superbi præsertim Heraclidæ Spartani se libenter Δωριέας nuncupabant; Asiaticos non tantum, sed Athenienses vel in primis per contemtum Ἴωνας: vid. Thucydides p. 323, 72. 426, 51. 450, 46. 482, 21. 483, 66. 520, 56. Propter ista horumque similia, plerique tanquam Herodotea hic etiam utrumque censebunt retinendum. Valck.

Cap. LVII. 5. καὶ νησιωτίων μάλιστα ἐπλούτησεν] Quod Corinthus hinc adfert κατ' ἀρχὰς νησιωτίων, etc. unde acceperit, juxta cum illis scio, qui ignorant: est quoque inutile. Siphniorum metalla et pecuniæ veterem abundantiam, (nam seriore ævo nihil illis tenuius,) ex Nostro, Suida et Phavorino in luce S. Bochartus posuit de Phœnic. Colon. lib. I. 14.; quibus accedere Pausanias, Siphniorum apud Delphos thesaurum atque opes memorans lib. X. 11. pag. 823., obportune potuerat. Wess.

11. εἰ αὐτοῖσι] In Gregorii de Dialectis libro MS. legitur: ὡς αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ, etc. Si qui forte Codd. adfirmarent, illud ὡς considerari meretur; pro πῶς, quomodo, Tragicis aliisque frequens. Siphniis datum oraculum soli debemus, opinor, Herodoto, quo jubentur φρασσασθαι ξύλινόν τε λόχον, κήρυκά τ' ἐρυθρόν. Hujus ξυλίνου λόχου fieri potest, ut Themistocles fuerit recordatus, dum Delphici vatis τεῖχος ξύλινον civibus ille suis utiliter interpretabatur: φράζεσθαι, in oraculis verbum usitatissimum, significans animo considerare, sæpius etiam notat considerata cavere, φυλάξασθαι. Apud Plutarch. T. I. pag. 597. c. et T. II. pag. 399. e. φράζεο δὴ Σπάρτη, — Μὴ σίδηρ ἀρτίποδος βλάψῃ χωλὴ βασιλεία. Vates Diopithes in Xenoph. Ἑλλ. III. p. 289, 6. εἶπεν ὡς Ἀπόλλωνος χρησμὸς εἴη, φυλάξασθαι τὴν χωλὴν βασιλείαν: utrumque junxit in Agesilao Plutarch. I. p. 612. e. εἴλοντο χωλὸν καὶ πεπηρωμένον, ὃ παντὸς μᾶλλον αὐτοὺς ἐδίδασκε φράξεσθαι καὶ φυλάττεσθαι τὸ δαιμόνιον. Deo Delphico rectius obsecundassent Spartani; nam egregius Imperator Agesilaus immoderato in Thebanos odio suaque dominandi cupidine patriam pessumdedit. Valck.

Cap. LVIII. 5. αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλιφέες] Grammaticis si fides manet, ἰανὸν erit τὸ μίλτος ex Vindob.; in Musis quod supra admonitum, mira valet inconstantia, nulla scriptoris culpa. Naves μιλτοσάρηοι Homeri versibus celebrantur: μιλτηλιφίας qui adpellarit, novi neminem. Eustathius de compositis ex ἀλείφω hujusmodi — διὰ δὲ τοῦ φ, μόνον τὸ ἰῶτα ἔχουσιν· οἷον ἀνηλιφὴς ναῦς, ἡ μὴ ἀλιφῆσα πίσσῃ, καὶ πισσαλιφὴς, ἡ πισσωμένη: in Odyss. p. 1561, 8. (p. 260, 45. ed. Bas.) Paria Etymolog. p. 61, 5.; quorum quidem ex scito μιλτηλιφέες levi opera fingentur. Mihi Arch. μιλτηλειφέες vehementer blandiuntur. Πηλαλειφεῖν, μυρσαλοιφεῖν suppetias ferunt. Wess.

Cap. LIX. 2. Τὸν ἐν Θυρέῃ τὴν ὑπὸ Πελασγοὺς οἰκήσαντα] Præclara Arch. et Vind. laus ex instaurata insula. Θυρέη, Thyrea, in Mediterraneis Argolidis et Laconicæ finibus, in numero insularum locum capessivit nunquam, neque potuit. Venit in ditionem ea post acre certamen, de quo I. 82., Spartanorum; a quibus humanissime Æginetis exulibus contributa fuit colenda et habitanda, Pausania auctore lib. II. c. 29. et 38. Nihil proinde juris in eam Hermionensibus. Contra ea, ut Cl. Askew belle animadvertit, Hydrea insula e regione Hermiones in sinu Saronico situm habebat, eodem Pausania Corinth. cap. 34. p. 192. testificante. Est quidem in Steph. Byz. Τροιζήνι, νῆσος πρὸς τῇ Τροιζῆνι, sed stabilit insulæ posituram: vicinæ enim Hermione et Troezen; unde et Samii pecunia redemtam Troezeniis certa lege tradiderunt. Atque hinc fortassis πρὸς τῇ Τροιζῆνι in Stephano, quoniam ejus in civitatis potestatem devenerat. Wess.

4. Ζακυνθίους ἐξελοῦντες] Omnes ita. Herodoto solemnia sunt ἐξελῶντες, ἐξελῶν, ἐλῶν, IV. 148. V. 63. IX. 89., ad quam formam et hic ἐξελῶντες, scripsisse, credibile est. Eadem Jo. Piersoni sententia ad Mœrid. pag. 146. Wess. — Potuerat ἐξελῶντες scribere, sed et ἐξ-

λοῦντες probum. Vide nostram Var. Lect. (ed. S.) S.

7. τῆς Δικτύννης] Sic omnes, etiam Valla. Δικτύννην, Dictynnam, creberrime alii, ut notum omnibus, scribunt. In numis Cretensium apud Mediobarbum ΔΙΚΤΙΝΑ: in Cornuto Nat. Deor. c. 34. (pag. 230. ed. Gal.) Δίκτυνα et Δίκτυνα. Multa de ea Diodorus V. 76. et ill. Spanhemius ad Callim. Hymn. in Dian. v. 205. Wess.

9. κανρίους ἰχ. τὰς πρώρας] Prorarum insignia, capros, arietes, tauros, *apros*, leones, viri longe doctissimi, Scaliger, D. Heinsius, Stanleius, ea ornarunt eruditionis copia, ut tacere consultum sit. Accedat Jungermannus ad Polluc. I. 83. Nam Κυπρίους Arch. et Vind., nisi lapsus offendentis fuerit calami, non intelligo. Wess.

11. ἴγκοτον ἴχοντες] H. Stephani præjudicio, Prolegom. Edit. Secundæ, ἐν κόντον ἴχοντες scribendum ubique: solum verum esse κόντον ἐνίκων ex lib. I. c. 18., quod per tmesin, ut Herodoti plura, disjunctum ἐν κόντον ἴκων præbuerit; ἴγκοτον præterea in adjectivis locum semper habere. Ego vero bene reminiscens ἴγκοτον στύγος Æschyli Choëph. v. 391. et Homeri κόντον ἴκων, Ἰλ. α'. 82., in viri doctissimi judicio non adquiesco. Vetant Scholiastes, Timæus, et Suidas, et Scriptor ipsemet; siquidem VIII. 29. τοιούτων δὴ σφι ἀμφοτέρων ἴχοντες ἴγκοτον: et IX. 109. ταύτῃ οὐκ ἴχε ἴγκοτον: in quibus tmesi nulla occasio. Wess.

Cap. LX. 2. οὔρεός τι ὑψηλοῦ ἐς τοῦτο.] Gronovium, semper in Medic. proclivem, nihil hic demutasse, (scil. non abjecisse vocab. ὄρυγμα, vulgo olim post ὑψηλοῦ insertum) mirum accidit. Verissima sunt, quæ amplectimur. ὄρυγμα ex insecutis insertum inprudenter fuit. Justum præterea τούτου τὸ ὄρ. ex schedis, videlicet montis; nec alia Cl. Reiskii suspicio. Wess.—Vide nostram Var. Lect. (ed. S.) S.

6. διὰ παντὸς δὲ αὐτοῦ] Fossa erat ἀμφίστομος, duplici instructa ore. Quare διὰ παντὸς non aliud vult, ac per eumdem montem et juxta priorem fossam (sive in illius medio) excavatam fuisse alteram, quæ aquæ ductus vicem præberet. Prior hominibus transitum dabat, ut, si quid aquæ ductui labis fieret, sarciretur: unde et latior et celsior altera erat: nam τριπλοῦν Vallæ et Codicum manifesto aberrat. Mecum faciunt Cl. de Pauw et Reiskius. Ὀφόρυκται, etsi ἄρυκται II. 158., possessionem recepit: illud enim et cap. 186. Musæ primæ, atque alias. Placuit quoque ἐχεντευόμενον διὰ σωλ. ex codicum consensione. Wess.

Cap. LXI. 3. τῶν οἰνίων μιλιδωνὸν] Servari οἰνηΐων μιλ. potuerat, ni Scriptori placuisset prius. Μιλιδωνὸν τῶν οἰνίων cap. 63. et ἰσίτεον τῶν οἰνίων, cap. 65. fuisse Magum scribit. Mitto perpetuam in his librariorum aberrationem. Conf. I. 109. Recte Maasses in Annalibus, Οἱ τῶν δυμάνων φύλακες τῶν βασιλέων Μάγοι, de his fratribus. Wess.

12. ὁ μάγος Παντζαίθης] Notabile Pass. codicis ex Dionysio Milesio Scholion ob diversam nominis Magi scripturam. Καντζίθης Zonaræ ex Herodoto, sed corrupte. Alii longius abeunt, de quibus Jan. Rutgersius Var. Lect. (ed. S.) I. 8. et III. 10. Vallæ Latina, tanquam ambigua, Stephanus olim in Voc. Herodoti Recensione castigavit. Et erant sane, tametsi quadam tenus congrua Arch., non bona. Wess.

15. προσείοντα — ὡς Σ. ἀκουστία εἴη] Quando paulo legitur inferius, οἱ πόρυκες προηγέρευον ταῦτα, lectio Cod. Arch. abjici debuerat a Galeo, non tentari.

(Scil. pro mendoso πρεσβεύοντες, quod Arch. hic habet, "forte πρεσβεύοντας" adnotaverat Gal.) De præcone præsertim frequentata πρεσβεῖν, πρεσαγορεύειν, πρεσρεῶν, significant proclamando edicere vel denuntiare. Πρεσβεῖν quum forte legeretur in Attica lege Demosth. contr. Macart. p. 607, 83. in errorem induxit S. Petitum in Legg. Att. pag. 623. Scribi debuerat: πρεσβεῖν τῷ κτείνοντι: et apud eumdem Dem. p. 647, 98. ἐπεμαστὶ μὲν οὐδενὶ μὴ πρεσαγορεύειν, τοῖς διδρασκόσι δὲ καὶ κτείνασι. Doctis notum est quid in Attico foro diceretur πρόῤῥησις et πρεσαγόρευσις. Herodoti Magus edici jussit exercitui, ὡς Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἀκουστέα εἴη. Sophoclis est in Elect. 340. τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα. Istam quidem scribendi formam Noster alibi, quantum memini, non adhibuit; qua Thucyd. utitur et I. 86. οὔς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστὶν, οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα, — ἀλλὰ τιμωρητέα ἐν τάχει. Illa Tragicis, Comicis, Platoni, ceterisque Atticis est multo usitatior forma, qua docet amabilis ille morum magister in Xenoph. Ἀπομν. II. p. 430, 27. quo modo Θρασυτέον τοὺς θεοὺς, τοὺς φίλους ἐυεργετητέον, τὴν πόλιν ὠφελητέον. Ab utraque distant Herodoteum, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι, et similia. Valck.

Cap. LXII. 3. ἐν Ἀγβατάνοισι] Stephanus Byz. hæc Herodoti ista in Voce advocans, sic jubet; Laurentius in suis invenit schedis. At nullum gravius urget imperium, quam Scriptoris, cap. 64. urbem non aliter exarantis. Adde lib. I. c. 98. Quæ autem Syriæ illa Ecbatana sive Agbatana, decernere non stricte queo. Memorat Josephus Vit. cap. 12. p. 6. Ἐκβάτανα in Galilææ tractu, sed male habita et vitiosa, quod Spanhemius et Relandus viderunt. In Plinii Hist. Nat. V. 19. de Carmelo, et in monte oppidum eodem nomine, quondam *Ecbatana* dictum. Id huc pertinere, probabile est. Wess.—De hoc Syriæ oppido consulendus omnino Hyde, Relig. Vet. Pers. pag. 541. S.

9. οὕτι μοι] Perplacet: Οὕτω μοι διεπράξαο τό τοι πρεσίσπεμπε πρῆγμα; ita-ne mihi rem executus es, quam tibi injunxeram? Sic ista dum vertebat Valla, οὕτω se reperisse demonstrat in suo Cod. enotatum a Galeo ex Arch. Vallæ versio, hominis ut erant tum tempora perdocti, centies minus cogitate fuit a correctoribus interpolata. Quid in suis invenerit Zonaras, decerni nequit. Quod infra legitur, (l. 12.) οὔ — τι —— ἢ μέγα ἢ σμικρὸν, (conf. pag. 327, 4.) (V. 106, 12.) significans nihil prorsus, frequentatur apud Oratores etiam Atticos. Valck.

16. νεώτερον κακὸν ἀναβλάστῃ] Νεώτερον κακὸν qui dixerit, novi neminem: novi qui κακὸν vel κακὰ ἀναβλαστεῖν et ἀναφύεσθαι eodem sensu posuerint: plurimos autem, qui pro κακὸν per εὐφημισμὸν scripserint νεώτερον: ut adeo, si κακὸν omitteretur in Codicibus, ex interpretamento fluxisse videretur. Pausan. IV. p. 367. οὐδὲ ἐκ τῶν Μεσσηνίων—ἐγένετο οὐδὲν ἐς αὐτοὺς νεώτερον: idem illud sic adhibuere Herod. V. 19, 35. et 93. VIII. 142. Thucyd. p. 85, 34. Euripid. Rheso v. 590. Aristoph. Ἐκκλ. 338. Λέγειν τι νεώτερον est in Eurip. Or. 1331. ut in Platonis Protag. pag. 310. μήτι νεώτερον ἀγγέλλεις; οὐδέν γ', ἦ δ' ὅς, εἰ μὴ ἀγαθά γε. Insidiis alteri structis res novas moliri, νεώτερα βουλεῦσαι dicitur Herodoto I. 210. cujus est in lib. VIII. c. 21. ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πιζόν. Hujus vice Thucyd. VII. 64. dum scribit, εἰ ξυμβήσεταί τι ἄλλο, secundum Schol. εὐφημότατα ἠνίξατο τὴν ἧτταν. Sola quoque vocula τὶ mala quævis bellica designantur in Eurip. Phœn. 642. κᾆν τί σοι πόλις γένηται. Valck.

Ibid. νεώτερον ἀναβλαστήσει] Quod in

verbo ausus sum, schedæ excusabunt; excusabunt etiam *κακὸν* in exsilium actum, a Vindob. et Valla merito proscriptum. Νεώτερόν τι ποιεῖν habet V. 19. et alias, expressum *κακὸν* non desiderans. Immo vero plura credo in hac vicinia mutationem subiisse, fuisseque primitus, uti Codd. præeunt, *νῦν ἄν μοι μεταδιώξας τὸν κήρυκα ἰξετάζειν παρ' ὅτευ*, etc. Convenit Scriptoris elegantiæ, qua inferius cap. 134. *σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι*. Sunt, quæ juvare possunt, et alia. Hoc celare injustum foret, glossatorem S. Germani *ἐτάζειν* hic reperisse. Sic enim Ἐτάζειν· τὸ ἰξετάζειν, Ἡρόδοτος Γ'. Wess.

Cap. LXIII. 5. *αὐτός τοι Σμέρδις*] Vere libri veteres: labat ceteroqui oratio, quod Reiskium non latuit. Ἐς ὄψιν, postulantibus MSS., cur recusarem, nihil erat. *ἔρχεσθαι ἐς ὄψιν* præbebit Diodorus, *φαίνεσθαι ἐς ὄψιν* alii, quos in re nota non fatigabo. Vide tamen VII. 6. Wess.

15. *ὁ ἐπιβατεύων τοῦ Σμέρδιος ὀνόματος*] Recurrit c. 67. et IX. 94. Singulare et rarum Pollux habuit: itaque plures, tanquam emblema, ornandæ orationi inseruerunt. Tale Jamblichi *ἵνα μὴ καὶ ἑτέρα τις τοῦ τῆς Σιντυίδος ἐπιβατεύσῃ ὀνόματος* apud Phot. Biblioth. p. 248. (ed. Rothom.) Procopio, æmulatori Herodoteo, mire arrisit: *οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν*, Bell. Goth. I. 1. et Bell. Pers. I. 25., tum Vandal. I. 11. etc. Wess.

Cap. LXIV. 6. *τῇ ἀκάνθῃ συμφορῇ*] Corrigitur *τῇ ἀκανθώδει* occurrente: verum *ἀκάνθῃ*, summa totaque, recte erit, sicuti docti norunt monentque. (Iterum c. 65 extr. *ἀπέκλαιε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ περῆξιν*. Conf. Lexicon nostrum Polyb. voce Πᾶς, num. 3.) Majorem movet litem (l. 9.) *τοῦ πουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης*, sive, ut Gronov. in Latinis, fungus vaginæ gladii. Est-ne summa an ima vaginæ pars? Eustathius et Grammaticorum plures prius optant et *τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους* interpretantur: quibus favet Portus. Contra Pavius, quod capulus sit obtusior et ad vulnus inferendum ineptior, *μύκητα* esse illud ferrum, quod in ima parte mucronem ambit et ipsius est mucronis theca. Satis speciose. Mihi forma gladii apud Persas et Græcorum priscos non explorate est cognita, potior tamen Criticorum caussa. Similitudo *μύκητος*, fungi, manubrio gladii propior est, quam extimæ vaginæ. Nicandri præterea Alexiph. v. 103. *μύκης ὅθι κάστιον ἄρτης* vaginæ extrema indicare nequeunt; bene Schol. *μύκης πυρίως τὸ ἄκρον τοῦ ξίφους, τὸ καταπλῆσσον τὴν θήκην*. Eadem Etymolog. p. 594., leviter in prima voce vitiosus: minime vero Plutarchi de Flumin. p. 63. *ἐξίστησιν αὐτοῦ τῆς λαβῆς τοῦ ξίφους· ὁ μύκης*: illis enim nihil ad hanc rem clarius. Wess.

9. *τοῦ πουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης*] Eustathio, ubi excitat Herodotes, in Ἰλ. β'. pag. 219, 27. *μύκης* minus accurate fuisse dicitur *ἡ λαβὴ τοῦ ξίφους*. Cautius Zonaras Ann. IV. pag. 127. D. ipsa transcripsit Herodoti verba, *τοῦ πουλεοῦ τοῦ ξίφους ὁ μύκης ἐξέστησε*. Recte, credo, definitur ab aliis *τὸ καταπλῆσσον τὴν θήκην τοῦ ξίφους*: fungo namque cadente Cambysis acinaces vagina fuit nudatus. Loca Grammaticorum collegit Abr. Berckel. ad Steph. voc. Μυκῆναι. Hujus non meminerat historiæ interpres Pausaniæ; quem huc respexisse minime dubito I. (c. 28.) p. 70. Λίγνται καὶ ἄλλα τῶν ἀψύχων αὐτόματα ἐπιβαῖναι σὺν τῷ δικαίῳ τιμωρίαν ἀνθρώπους· ἔργον δὲ κάλλιστον καὶ δόξῃ φανερώτατον ὁ Καμβύσου παρέσχετο δαιμόνιος. Nihil sanequam fecit ista res ad Atheniensium gloriam: *τί γὰρ Καμβύσῃ καὶ Ἀθηναίοις ἦν πρῆγμα*; (Perspecte ista Pausaniæ Græca sic Gallice reddidit nu-

perus doctus Interpres: et l'exemple le plus célèbre en ce genre est celui du sabre de Cambyse.) Illud vero mirabile, quod Cambysi, idem evenisse Annibali secundum Pausan. VIII. pag. 623. Poenum deceperat Jupiter Ammon nomine Λιβύσσης: Cambysen Latona, nomine Ἐκβατάνων. Figura ex ambiguo coelestibus istis valde fuit adamata. Valck.—De vi vocab. μόνης videndus omnino Schneider, Animadv. in Nicandri Alexiph. v. 108. et quos ille laudavit auctores; quibus adjiciendum Hecatæi fragmentum, ex Scholiis Venetis ad Iliad. XV. 302. a Creuzero prolatum in Historicor. Græc. antiquiss. Fragm. pag. 77. S.

12. ὃς οἱ καιρίῃ ἶδε στυφέλιξε] Laurentius male verterat. Palmerius, quem ducem Gronov. habuit, melius, Exercitat. p. 16., non neglectis Syriæ Ecbatanis. Non repeto caussas, quibus Ἀγβάτανα ex MSS. restitui. (Vide supra, ad cap. 62, 3.) Josephum Antiq. XI. 2, 2., Cambysis obitum Damasci contigisse scribentem, miror, nec minus Ctesiam, qui Babylone. Wess. —Ad καιρίῃ intelligi πληγῇ, vix opus fuerit ut moneatur Herodoti lector. S.

Cap. LXV. 14. ὑπεραιρημένου] Sive cum Reiskio scribendum ὑπαραιρημένου, seu ὑπεξαιρημένου, Smerde submoto, vel sublato: hoc præbet lib. VII. c. 8. §. 3. Portus in Ἀραιρημένης nostrum illud non attigit. Valck.

Ibid. ὑπαραιρημένου] Gronovii conjecturam firmat Pass. codex. Παραιρημένου, ut plures schedæ hic et cap. 126., præsidium ex Demosthenis Philipp. II. p. 46. et ejus Scholiaste, quem Suidas descripsit, (item ex Polyb. I. 9, 6.) nancisci posset, nisi vulgatum dialecto congrueret aptius. Wess.

[25. οἰκιωτάτων] In nostro exemplo ante ηι iota operarum errore irrepsisse, non est quod moneam. De vocali antepenultimæ syllabæ notare debeo, editos quidem libros omnes ω longum tenere; recte illos quidem hactenus, quoniam ob divulsam in duas vocales diphthongum αι præcedit brevis syllaba. Codex vero MS. F. (nescio an consentientibus aliis) et h. l. et V. 5, 7. breve ο habet, ne is quidem male, nempe omissis utrobique super ω (quo pacto ille constanter diphthongum ῳ pingit,) punctis discretivis. At altero loco, V. 5, 7. editi omnes ante Schæf. et Borh. οἰκιώτατον. præferunt, brevi ο utentes, simul tamen diphthongo in duas syllabas distracta. S.]

33. ἀναιρεῦνται] Membranæ hoc desiderant, scriptore consentiente. Paullo ante, δίκας μὴ ἀναιρεθῆναι τὴν ἀρχήν. Rursus I. 69. ὡς ἀναιρεθείησαν ὑπὸ Σαμίων. Denique III. 126. ὑπὸ Μήδων ἀναιρεμένους τὴν ἀρχήν. Wess.

37. μὴ ἀνασωσαμένους δὲ τὴν ἀρχὴν] Et hoc, iisdem postulantibus, justum est. Vide c. 75. Diræ, quas rex imprecatur, ex saxo Aphrodisiensi illustravit Gronovius: geminæ Teiorum sunt in Antiq. Asiatic. p. 98. Edm. Chishull; longe vero dirius in Israëlitas, ni saperent, carmen Deuteron. XXVIII, 16. etc. Wess.

38. τὰ ἐπιτήδεα τούτοισι ἀρίσιμα] Ista Sophoclis: Καὶ ταῦτα τοῖς μὲ δρῶσιν εὐχόμαι Διὸς Μὴ σ' ἄρσεν αὐταῖς γῆν ἀνίσσειν, τινὰ Μὴ σ' οὖν γυναικῶν παῖδας: ex Œd. Tyr. 277. forte respexit Herod. qui lib. VI. c. 139. hanc Pelasgis memorat in Lemno divinitus inflictam pœnam: οὔτε γῇ καρπὸν ἔφερε, οὔτε γυναῖκές τε καὶ κτήνεα ὁμοίως ἔτικτον ὡς καὶ πρόσθεν. conf. Philostr. Vit. Apollon. III. 20. In veteribus imprecationum formulis ista talia leguntur sæpenumero; in recentioribus etiam absurdissima. Valck.

Cap. LXVI. 2. κατήρεπέν τι] Su-

perfluum τι, leniter in το mutatum, dabit κατηρείνοντο: quod, si vel omnes Codices alterum præferrent, harum rerum peritis sincerum videbitur. In Regis non optimi, Regis tamen, luctu Persarum proceres obsecundabant consuetudini, lugentiumque sibi personam induebant: πάντες τά τε ἱστία ἱκόμενα εἶχον ταῦτα κατηρείνοντο καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο: non aliis vestes illi diripiebant, non κατερράγνυον, sive κατέρρηξον, sed κατηρείνοντο, suas discindebant. Præterea præbet id ipsum, hinc enotatum probabiliter, Hesychius: Κατηρείνοντο, κατεσχίζοντο. κατασχίσασθαι τοὺς πίπλους est apud Pollucem VII. 50. ex interpretamento Xenophontei κατερρήξασθαι: sicut ap. Diodor. Sic. T. I. p. 83, 34. ad Κατερρήγνυντο Codd. scholion adjiciunt καὶ ἰσχ. sive κατεσχίζοντο. Vir D. in Miscell. Obs. Nov. T. I. p. 73. ad Hesychium comparans Æschyli locum e Pers. v. 537. in Herodoto tamen κατέρρηξον scribendum credidit. Quid differant περιρρῆξαι τὴν ἐσθῆτα et περιρρήξασθαι Præceptores mei docuerunt in Miscell. Obs. V. 3. p. 64. et ad Diodor. Sic. T. II. p. 186. Quibus ista fuerint explorata, nec non cura scribendi Herodotea; hi minime dubitabunt, quin verum sit κατηρείνοντο, inprimis Æschylea considerantes, ubi Persides in publico luctu: Πολλαὶ δ', ἀπαλαῖς χερσὶ παλύντρας κατηρεμώμενα, διαμυδαλίοις Δάκρυσι πέλωσι Τίγγουσ' ἄλγους μυσίχνουσαι: quæ fortasse respexit Herod. et, ubi de eodem, de quo Æschylus, luctu loquitur lib. VIII. c. 98. τοὺς πίλους κατερρήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἰσχέως ἀπλήτῳ. Xenophontis Tigranes Κυρ. Παιδ. III. p. 38, 26. περιεσπάσατο τὴν στολὴν καὶ τοὺς πίπλους κατερρήξατο, quod recte tuetur H. Steph. Diodorus I. 72. de Ægyptiis, Rege, inquit, mortuo omnes πολὺν ἀπηρεῦντο πένθος, καὶ τὰς ἐσθῆτας κατερρήγνυντο. Herodotus in horum locorum primo ponere quoque potuisset κατηρείξαντο, pro κατερρήξαντο. Ἐρείκειν a Grammaticis redditur σχίζειν et ῥηγνύειν: vid. Hesych. in Ἐρείκει et in Διήρικεν: neque tantum ἐρείκειν, sed et ἐρεῖξαι usu fuisse receptum monstrant Aristophanis κατερεῖξαι in Vesp. v. 647. et Hesychii Διερείξας. Ex eodem discimus, τὰ κατερρωγότα ἱμάτια alicubi fuisse dicta Κατερικτά. Apud Hephæstion. p. 34. Κατύπωτισθὲ πόρα, καὶ κατερείκισθὲ χιτῶνας, cum Editore legit Wesseling. ad Herod. p. 124. n. 38. (ad II. 42, 24.) Valck.

Ibid. κατηρείνοντο] Aldinum κατείρεινόν τι Sylburgius ad Brisson. R. Pers. II. 205. p. 563. κατήρεινον, Gronovius ex Med. κατήρεινον refinxit. Nihil verius admisso. Hesychius, hoc fortassis e loco, κατηρείνοντο, κατεσχίζοντο. Forma verbi unice quadrat. Vetus poëta in Enchirid. Hephæstionis p. 34. κατύπωτισθὲ πόρα καὶ κατερείκισθὲ χιτῶνας (sic Jo. Corn. de Pauw egregie): Æschylus Pers. v. 537. πολλαὶ δ' ἀπαλαῖς χερσὶ παλύντρας κατειρεμώμεναι: quo Tragici versu in Miscellan. Observ. Nov. T. I. p. 72. usus etiam vir doctus est. Wess.

3. ὡς ἱεροπαίλισί τι τὸ ἐστίον] Multa Foësius Œcon. p. 605. Opportune vero Galenus in Hippocr. Aphorism. p. 323. postquam γάγγραναν medicorum, aliis Græcorum σφάκελον dici monuisset, οὕτω γοῦν μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἡρόδοτος τὸν μηρὸν ἱερηπίνειν τοῦ Καμβύσου σφακελίζοντα, sed memoria lapsus. De Miltiade ad eum modum VI. 136. Adde Cononem Narr. XVIII. ipsumque Galenum p. 546. ubi Herodoteis adsimilia. Wess.

[4. ἀνήνυτα Καμβύσῃ] Possis ἡ τοῦτος supplere cum Porto, aut τὸ κακόν: sive τὸ ἐστίον σφακελίσαν καὶ ὁ μηρὸς σαπείς. Cæterum conf. VI. 27, 6. 8.]

10. Ἵνα οἱ ἱκετολιμαυθῇ τῶν τὸ Περσικόν] Gronovii Latina, ut sic ab eo omne no-

men Persicum ad hostilem iram concitaretur, non sunt bona: Vallæ præstantiora, (ut sic omne illi nomen Persicum redderetur hostile,) et propterea restituta. Notissima verbi potestas est, spreta sæpe. Noster V. 73. ἠπιστίατο γάρ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους —— ἐκπεπολεμῶσθαι. Josephus B. Jud. VII. 10, 2. οὐ γὰρ Ἀντιόχῳ μὲν ἔτι μᾶλλον ἐκπεπολεμῶσθαι τοὺς Ἰουδαίους. Confer doctissimos Ammonii, Moeridis et Thom. Mag. in Πεπολέμωται commentatores. Mox (l. 13.) μή μιν ex scriptis malui: eadem Reiskii divinatio. Wess.—Nos non pœnitet μὴ μὶν revocasse. Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

11. βασιλία ἀνεστιῶτα] In sacris frequens, אִישׁ (ɔp) βασιλεὺς, his in libris non puto reperiri; nisi si forte quis ad vitam crederetur revocatus: quo modo legitur supra c. 62. ὁ ὢν sæpe dicitur κατεστὼς, Herodoto κατεστεώς. ἱστεὼς de Rege, quasi τῷ θρόνῳ ἱστεώς, lib. I. c. 120. οἱ δ' ἱστεῶτος βασιλέως, ἰόντος πολιήτεω, καὶ ἄρχοντος τὸ μέρος. Hic itaque legi non nolim ἱστεῶτα: et pro ἀνεστάμενος infra c. 67. ἱστάμενος ἐς τὴν ἀρχὴν, ingressus imperium. Valck. —Possit tamen ἀνεστεῶτα idem ac ἐκπεστεῶτα valere: atque etiam ipsum ἀνεστίασι c. 62, 14. de insurrectione intelligi fortasse poterit. S.

Cap. LXVII. 3. μῆκος ἐκτὸς τοὺς ἐπιλοίσους Καμβύσῃ, etc.] Ordo confusior turbas civit. Bene Abreschius τοὺς ἐπιλοίσους Καμβύσῃ τῆς πληρώσιος ἐς τὰ, etc. Alibi ἐπὶ μὲν τέσσερα ἔτεα πλήρεα VII. 20. Reiskius corrigebat ἐς τῶν ἐκτὸς ἐτέων τὴν πλήρωσιν, sine plausu. Wess.

9. ἱστάμενος ἐς τὴν ἀρχήν] Hoc dederat, offeruntque schedæ. ἐπίχρησόν σφι —— αὐτίκα ἱστασμένοισι ἐς τὰς συρανίδας II. 147. et VI. 59. ἐπεὰν —— ἄλλος ἱσόσηται βασιλεύς. Atque hic non obliviscor Alexandrinor. Interpretum et Paulli Apostol. Epist. ad Roman. XV, 12. καὶ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, quod multum discrepat, et alius est indolis. Wess.

Cap. LXVIII. 3. ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων] Sic ista recte Zonaras interpretatur Ann. IV. p. 127. B. Ὀτάνης ἦν γένει καὶ πλούτῳ Περσῶν τοῖς πρώτοις ἐπάμιλλος. Dedit et ad initium somnii Lucianei Hemsterhusius, quæ vix ab alio poterant exspectari. Thucydidæ locum, hujus imitator frequens, forsan et hunc Herodoti, respexit scriptor Epist. Phalaridis Ep. XXI. ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν πεπλούτηκεν: ubi paulo post corrigendum censeo, τοραννοῦντος Φαλάριδος ἀκούειν, pro ἀκουσθῆναι. Valck.

Ibid. ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων] Abbas Geinozius ex conjectura ὅμοιος, quod in Arch. Idem Lipsiæ expressit Jo. Friderichus in Magophonia. At perinde est. Ὅμοια, ὁμοίως, ὅμοιος frequentantur in talibus. Pausanias I. 9. p. 22. καὶ Μακεδόνων ὁμοίως τοῖς ἀρίστοις ἦγεν ἐν τιμῇ. Lege T. Hemsterhusio observata ad Luciani Somn. c. 2. Scripsi ὑπόστεωσι, (l. 4.) ne semper in his dialecti ratio contemneretur. Wess.—Ubi adverbio locus est, ibi plerumque ὁμοῖα pro ὁμοίως utitur Noster: sed adverbio hic locus nullus, quia nullum adest adjectivum aut verbum, quo illud referatur. S.

11. παρ' αὐτὴν τὴν Θυγ.] Clariss. Gronov., quia Med. παρ' αὐτὸν, nescire se scribit an quid lateat. Latet omnino nihil, nisi error amanuensium, Med. et huic nationi non insuetus: quamquam melius, opinor, ut Arch., παρὰ ταύτην τὴν Θυγατέρα. Wess.

21. τῶν συγκατημένων γυναικῶν] Committit hanc dictionem vir Celeb. cum Latino stare in lupanari, non injuria D'Orvillio ad Chariton, lib. V. 9. p. 489. inprobante. In gynæceis Medorum et Persarum plures morabantur

feminæ, quod ex reginæ Estheræ historia atque aliunde cognitissimum: hæ juxtim sedebant, pensa trahentes aut texentes, quemadmodum eas inter Sardanapallus in Diodori II. 23. Aldinum ὠνήσωτος rediit in veterem possessionem. Wess.—καθῆσθαι etiam de artifice vel opifice sellulario dici, in officina sua sedente, supra vidimus II. 86, 1. S.

Cap. LXIX. 9. ἄφασσον αὐτοῦ τὰ ὦτα] Suidas Ἀφάσσων, ψηλαφῶν· Ἡρόδοτος: quod Steph. Berglerus in ἄφασσον, ψηλάφησον non inconsulte transmutat. Spectavit utique grammaticus hæc Nostri, in consequentibus verbi sibilantem literam semper geminantis. Eadem aliis consuetudo: de Hippocrate liquido Erotianus et in eum Eustachius p. 50. Wess.—Vide Erotiani Glossar. ed. Franz. p. 168 seq. et conf. nostram Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. Libris obtemperans ἄφασσον revocavi. Videtur ab ἀφάσσω futurum ἀφάσω formatum fuisse. Sic quidem et παραφᾶσαι (nisi rectius παραφάσαι) et ἐπαφάσασθαι et ἐπαφάσας habes apud Galen. in Explan. voc. Hippocr. p. 538. et 474. Conf. Foësii Œcon. p. 485. S.

14. ἐπίλαμπτος δὲ] Capitalis instauratio. Suidas, Scholiastes, Phavorinus, et hoc de genere alii, nugantur, (ἐπίλαμπτος scribentes,) καταδηλος et καταφανὴς ex Ionum more, ut adseverant, interpretati. Nihil futilius. Qui communiter Græcis ἐπιληπτὸς, uti Antigono Caryst. c. 45. is Ionum lingua ἐπίλαμπτος, cujusmodi et καταλαμπτίοις III. 127. Viderunt verum et in clarissima posuerunt luce Cl. Küsterus et Alberti ad Ἐπίληπτος Hesychii. Wess.

Ibid. ἐπίλαμπτος] Tolletur, ut opinor, menda vetus e codicibus. ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἴσται restituit e Codd. Parisinis L. Küster. ad Hesych. ubi Ἐπίληπτος redditur καταφανής. Attice diceretur: αὐτὴ δὲ ληφθῇ vel φωραθῇ vel ἁλῷ ψηλαφῶσα, sive ψαύουσα deprehendatur: solent ista, sicut alia hujus generis, adjungi participiis. Ejusdem formæ, cujus est ἐπίλαμπτος, pro φαιβόληπτος positum φοιβόλαμπτος legitur in Herod. IV. 13. Sunt autem Ionici flexus istius verbi aliunde notissimi: constanter in Alexandrino Codice Vet. Test. λήμψεσθαι, λημφθῆναι, et similia scripta reperiri monuit et alibi Jo. Ern. Grabius et in Proleg. ad Vol. I. c. 2. §. 7. Vid. Küster. Præf. ad Ed. N. T. Jo. Millii p. 9. Sed a quibusvis Græcis literam μ. superfluam in multis, tum verbis tum nominibus, præsertim propriis, labialibus emolliendis præfigi tametsi constet, sæpenumero tamen tentantur a correctoribus minime corrigenda. Valck.

19. Ἡ ὦ δὴ Φαιδύμη] Paucis interjectis orationem interruptam solemnibus voculis redorsus non necesse quidem habebat Herod. iterum nobis narrare, quo patre sata esset Phædyme; sed sic studet ille suaviloquus narrationes suas in animos insinuare legentium, ut addere malit superflua, quam obscurus esse verborum aliquot parsimonia: addidit itaque, αὕτη ἡ τοῦ Ὀτάνεω θυγάτηρ. Utilis istius luxuriæ, qua sua ipsius explanat Noster, centum forte possent exempla proferri. Hoc eo dico, ne quis olim ista talia intempestive objiciat hic illic voculam velut Scholion proscribenti. Quod paulo post (l. 24.) legitur diversi generis, μαθοῦσα οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως: pleonasmus est, aliis etiam istius ferme ætatis scriptoribus optimis satis usitatus: Antiphontis est, οὐκ ἐλάσσω, ἀλλὰ πολὺ μείζω, p. 118, 24. Lysiæ, οὐ βουλόμενος, ἀλλ' ἄκων, p. 319. Isæi, οὐ μικρὰ, ἀλλὰ μεγάλα, p. 67, 4. Valck.

20. ἐπεί τε αὐτῇ μέρος ἐγίνετο] Græcus interpres Estheræ cap. 2, 12. καὶ ὅταν ᾖ καιρὸς παρασίου εἰσιλθεῖν πρὸς βασι-

λία: quæ versio non est, sed expositio. Hebræa ita, ורבהניץ תר נערה לבוא אל והמלך, et quum veniret ordo, τὸ μίρος, puellæ, ut ad regem accederet. Gemina sunt atque eadem de re. Wess.

Cap. LXX. 4. *τοῦ Ὀτάνου*] Tametsi, Ὀτάνης sequenti redeat capite, Gronovium sequi ausus non sum. Ὀτάνη vocandi casu c. 72. ἀπὸ Ὀτάνου et τῷ Ὀτάνῃ, c. 84. Multa in talibus admissa sunt; Τστάσιος et Τστάσιον pari variatione, quamquam Τστάσιον apud Agathiam. Quem vero (l. 7.) Ἰνταφίρνια plerique scribunt, is Arch. et Vallæ semper Ἰνταφέρνης sicuti Ἀρταφέρνης pluribus in Codd. V. 25. et Æschyli Pers. v. 780. Paullo ante *τοῦνου*, *τῷ* legitimum est. Wess.

7. *εἰσάγεται Ἰνταφέρνα*] Introducit? quo tandem introducebat? Idem fere significari debet, quod in proximis dicitur *προσπαιρίσασθαι* conspirationis sibi socium adsciscere vel conciliare. Corrigendum ἰσάγεται, parat sibi *στασιώτην*, vel in partes suas adlicit. Hariolor id ipsum in Codicibus adservari, sicut in suo Zonaras invenit, qui Ann. IV. p. 128. B. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς καὶ Ἰνέρνους προσπαιρίσασθαι, καὶ Ὀτάνης μὲν ἰσάγεται Ἰνταφέρνην. vid. Andr. Dounæi, viri Græce perdocti, Prælect. in Demosth. Philipp. p. 99. Valck.—Nil mutant libri, nec opus erat sollicitare vulgatum. S.

[9. *παραγίνεται ἐς τὰ Σοῦσα—ἐκ Περσίων ἦκον*] Nempe Susa urbs, licet caput quodammodo Persici regni, et regia præ cæteris sedes, tamen non in Perside proprie dicta, sed in Cissiis sita erat. conf. c. 91, 19. S.]

Cap. LXXI. 5. *καὶ αὖ τούτου εἵνεκεν ἦκεν*] Invexit iterum Vir Cl. manifestam Codicis corruptelam. Venerat in urbem Regiam Darius *αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν*, ob id ipsum, sive solius istius rei gratia. Pausan. I. p. 54. *πολλοῖς, αὐτῶν τούτων εἵνεκα, ἐς λόγους ἦλθον*. Thucyd. p. 544, 6. *ἄλλο μὲν οὐδέν, αὐτὸ δὲ τοῦτο*: et p. 91, 19. Xenoph. p. 326, 26. *αὐτὸ τοῦτ' ἴφη, προσήκειν σωφρόνων*: elegantiorem usum Jac. Perizon. intellexit in Æliani Var. Hist. II. 29. Videtur idem, neque est tamen, pervenustum illud Jovis Lucianei, T. I. p. 210. Ὡς ἀφιλὴς ὁ παῖς ἐστι, καὶ ἀπλοϊκὸς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παῖς ἐστι. Valck.—Ex Medic. *αὖ τούτου* si valeret, vis et vigor sermonis Darii flaccesceret. Scriptor ipse lib. II. c. 3. *καὶ ἐς Ἡλιούπολιν αὐτίκα τουτέων εἵνεκεν ἐστρατώμην*: alias etiam, et quis non? Wess.

18. *μάλιστα μὲν νυν ἐφιλέστι*] Non indigemus Vindob. *ἀφιλέστι*: idem est vulgatum et Ἰαπόν. Verti debetis haud convenit, sed debebatis, ut olim Valla: languet alioqui inpetus Darii. *Βαλόμενοι*, rectissime expedivit Cl. Gronovius. (Nec vero spernendum *βαλλόμενοι*, quod offert MS. F.) In Libanii Declam. II. p. 204. D. *καὶ ὁ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ βαλλόμενος, ἔστρατε τὸ στρατιώτην*. Notat Morellus ex MSS. ἐφ' ἑαυτοῦ et λαβόμενος ac *βουλόμενος*, quorum ultima corruptelæ, verissimum prius, et inprudenter ab eo spretum. Wess.

21. *ὅτι ἦν ὑπερφίη ἡ νῦν ἡμέρη*] Non placet *ὑπερφίη*. Multo cultius et suavius Arch. *ἦπιε πίσυ*: nec muto tamen quod displicet, ne nimium novator censear. Nemo tamen erit, quin *ἀλλά σφιας αὐτὸς ἐγὼ* ex schedis restitutum adprobet. Wess.—Equidem, cur *ἦπιε πίσυ* alteri præferatur, nihil admodum video caussæ. S.

[22. *οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται*] Latine ista converti quasi esset *φθὰς ἐμοὶ*, quemadmodum *φθάνω* cum accus. casu constructum habemus VII. 161, 1. et alibi. Græca rectius ad verbum Valla expressit: non alium occupaturum ut me apud Magum accuset. S.]

Cap. LXXII. 16. *ἴσθα γάρ τι δὴ ψεῦδος*, etc.] Laxissima hæc de mendacio

professio, verumque fallaciloquentiæ suscitabulum. Genio Ulyssis interroganti Neoptolemo, Οὐκ αἰσχρὸν ἡγῇ δῆτα τὰ ψευδῆ λέγειν; responsum, Οὐκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει, conveniebat belle in Sophoclis Philoct. v. 107. Discrepant nonnihil Heliodori Æth. I. p. 50. Καλὸν γάρ ποτι καὶ τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτῃ τοὺς ἀκούοντας: neque enim mendacium adprobat, sed fictum, citra alterius jus et detrimentum, sermonem, quem falsiloquium nova voce adpellant. Utrumque scriptoris locum enotaverat Steph. Berglerus; nec præterierat in doctis de Mendacio et Verit. libris Nicol. Abramus, longe plura admensus, lib. I. 17. p. 465. Wess.

20. εἰ δ' ἀληθίζονται, ἵνα τι, etc.] Verius hoc. Quæ sequuntur, optime Gronovius inlustravit. At illa οὕτω ἂν ταῦτα ἀσκίοντες intacta miror. Qui mentiuntur et qui veraces sunt, eademne exercent? Utrique, si Nostro creditur, lucrum spectant, in loquendo longe dissimiles. Cohærebit oratio aptior, modo cum Valla et Arch. οὕτω οὐ ταὐτὰ ἀσκίοντες, probetur. Wess.

26. διωκνύσθω ἐνθαῦτα ἰὼν πολέμιος] Pro hoste habeatur: verbi corrector Reiskius quæ sunt hujus generis paulo rariora non habebat in numerato. (In editis Animadverss. silentio hunc locum Reiskius præteriit.) Διωκνύσθω ἰών, sive dicatur φανερὸς γινέσθω πολέμιος ὑπάρχων, seu ἔνδηλος, eodem sententia recidit: pateat illum nobis hostem esse; atque adeo tanquam talis confodiatur, συγχωρείσθω, quod verbum infra legitur, ubi obviis interfectis, ut scribit Justinus, ad Magos perveniunt: intelligitur itaque id ipsum, quod suo more Vir D. exprimi volebat. In Lysiæ p. 90. φανερός ἐστι πεπραμένος, patet eum fecisse, Marklandus interpretatur: communivit exemplis aliquot Jo. Taylor, Vir Cl. Euripides Bacch. v. 47. αὐτῷ θεὸς γιγὼς ἐνδείξομαι. Andocid. p. 31, 34. ἐνδείκνυται —— ὑμᾶς τοῖς αὐτοῦ τρόποις ἀκόλουθεῖν ἀξιῶν. Herod. II. 119. ἐπαΐστως ἐγένετο τοῦτο ἐργασμένος. Xenoph. Ἑλλ. III. p. 291, 36. μάλα ἀχθεσθέντες φανεροὶ ἐγένοντο. et II. p. 275, 14. Thucyd. II. 64. μὴ ἔνδηλοι ἔστε τοῖς παροῦσι πόνοις βαρυνόμενοι. Soph. Trach. 679. ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι τάχα Καλὸν μέγ' ἐκπράξασα. In Xenoph. Κυρ. Ἀν. V. p. 211, 8. si Codex scriptus præferret ἀξίους Ἕλληνας ὄντας Ἕλλησι τούτῳ τρῶτον καλῶς διέκνυσθαι τῷ ἔργους εἶναι: ego quidem vulgatum verbum huic postponerem. Valck.

Ibid. διωκνύσθω ἐνθαῦτα ἰὼν πολ.] Varie tentantur hæc. Est cui διωκνάσθω, confodiatur, lanietur, non magna molitione, unice placet. Alius διωκνύσθω ἐνθαῦτα νικηὸς, ἰὼν πολέμιος interimatur, quippe hostis, præoptat. Quorum equidem institutum sequi non audeo. Dictio rarior est, signatissima tamen. Διωκνύσθω πολέμιος, aut, si velis, ex Arch. διαδιωκνύσθω ostendatur sive manifestus hostis sit, eaque, quæ in hostem licet, patiatur: ὑπὸ τραυμάτων νικηὸν διίξας est in Diodori Excerptis, aliud in Libanii Epist. CIX. quorum tamen utrumque diversius abit. Wess. — Compositum verbum, alibi frequentatum Nostro, et hic pariter a codd. nonnullis oblatum, receptum me voluisse, in Var. Lect. (ed. S.) significavi. S.

Cap. LXXIII. 2. κάλλιον παρίξει] Optime Gronovius. Ex Aldino Corn. de Pauw idem aut etiam παρίχει formaverat. Mox ὅτι γε ἀρχ. ex schedis, ut Reiskius divinarat, potius est visum: habet particula suam sibi in talibus vim et elegantiam, qua de Cl. Valckenar. ad Tragici Phœniss. p. 209. Wess.

11. ἄλλοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν] Si, quod sentio, dicere liceat, et quid ni? multo

Gobryæ sententia et ardor incenditur, ubi ἀλλ' ἰόντας ἐπὶ τὸν μάγον ἰδίως, sed in magum statim et recta pregentes, probabitur. Secutus hoc Valla est, et præferunt membranæ. (Eo etiam probabilior hæc scriptura, quo minus commode ἄλλοθι hic ponatur, ubi ἀλλόσε aut ἄλλῃ requirebatur.) Mox ταῦτα αἶνον postulabat sermonis et Scriptoris usus: τὸν Δαρείου πάντες αἶνον γνώμην, c. 76. et IV. 80. ὁ δὲ Ὀνομακρίτης καταινέσας ταῦτα. Wess.

Cap. LXXIV. 5. μοῦνος ἀνίστατο] Supra c. 61. noverat fraudator Magus, τὸν Σμέρδιος θάνατον —— ὡς ὀλίγοι ἦσαν οἱ ἐπιστάμενοι Περσέων: et apud Zonaram p. 127. B. dicitur γνοὺς ὁ Καμβύσης (Πατιζείθης) ὡς ὀλίγοις ὁ ἰκμίνου θάνατος ἤγνωσται. Præ paucis istis unicus Prexaspes ea de re planissime erat persuasus, quippe qui jussus Cyri Smerdin remotis arbitris e vita sustulisset. Collectanea Jo. Jac. Wetstenii, ad Evang. Joann. XVII, 3. ὅλῳ τῷ θυλάκῳ excussa, digna sunt quæ considerentur. Valck.

7. ἰόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ] Futile est Arch. ἐν αἰτίᾳ, quod et Valla in suo cod. legerat. Prexaspes, πιστότατος ἐὼν ἐν Πέρσῃσι, sicuti mox perhibetur, non flagrabat invidia et odio, sed omnium laudibus ferebatur, quippe maximo in honore. De Themistocle, ὡς εἶη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, lib. VIII. 112. Arrian. Indic. c. 27. τῶν ἐν αἴνῃ —— ὧν Μακεδόνων. Atque hoc quidem extra periculum. Quod succedit (l. 8.) πίστει τε λαβόντες καὶ ἐρείσει, Gronovio se non probavit, contra ex Med. πίστις τε, siquidem λαβεῖν πίστει ferri nequeat. Scriptor tamen ipse lib. IX. 105. (IX. 106, 21.) πίστει καταλαβόντες καὶ ἐρείσει: quomodo ὄχεος διωσάτας καταλαβὼν Procopius Bell. Goth. I. 11. Hist. Arc. c. 2. et Zosimus ex certissima Sylburgii emendatione lib. IV. c. 26. Fac vero πίστει λαβόντες eadem in re inportune, quod ego quidem non largior, necti, non-ne utroque in sermone verbum, uni rei aptum, pluribus jungitur? Tetigit hanc figuram Scholiastes ad Sophocl. Electr. v. 438. Quid porro πίστις τε λαβόντες, καὶ ἐρείσει; unde pendebit posterius? Succurrit Cl. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 425. ἐρείσας, mutata distinctione, sequenti ὑπισχνεύμενος adstruens, quod, si πίστις τε λαβόντες valere debeat, certissimum auxilium. Wess.—Vocab. ἐρείσει ad προσιεντίωνται retulerat Gronov. Compositum utique καταλαβόντες malles, si modo vel unus codex offerret. S.

11. ὑποσχομένου] Interpretamentum genuino locum cedet ὑποδεδεγμένου, quod in tribus inventum Codd. e Galeo jam constitit. Si mox præbent et ἀνίγνωσαν, hinc quoque deturbabitur ἀνέστασαν, quod sæpius sede, quam occupat, non sua dejectum iri, monstrat Diss. Herod. p. 40. 41. Zonaras, καταβεβλῆσθαι δ' ἰκμίνου φασὶν ταῦτα, προσεσπίγνει: hoc posuit pro προσίζειν Herodoti, cujus ille vestigia solius persequitur in his enarrandis; sicut in aliis Xenophontea. Valck.—ποιῆσαι, quod l. 12. pro ποιῆσαν nostro in exemplo exaratum indignabundus video, ne quis forte ex dialecti ratione ita scriptum putet: typothetæ errori et correctoris festinationi, quem nimis urget typographi ardor, originem debet. Mox etiam φυγεῖν et ἀγορεῦσαι, pro φύγειν et ἀγορεῦσαι, neminem turbabunt. S.

Cap. LXXV. 4. τῶν μέν τοι ἰκμίνου πρόσθε.] Multis non sine ratione displicuit infelix τοι: aut eraserunt, aut τε esse voluerunt. Abreschius μέν τε, addicentibus schedis, e quibus post nonnulla (l. 6. ὡς ἐς τοῦτον κατίβη, ad hunc, (Cyrum nempe. Non me fugit, neutrum τοῦτο locum capessere c. 82. sed vicit Codd. imperium. Wess.

Cap. LXXVI. 2. αὐτίκα ἐπιχειρέειν]

Litem his moveo nullam. Notabile Arch. ἐπιῤῥήσιν, Herodoto in confluente plurium multitudine non insuetum IX. 37. Tale Theocriti Idyll. XV. 59. σπεῦδωμες· ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ. De invadendi inpetu, qualis horum in magos principum, non reminiscor. Wess.

6. ἰδίδοσαν αὐτοῖσί σφισι λόγους] Mire blanditur Arch. et Vind. αὖτις, ut iterum rem secum reputarint, quo modo IV. 102. et superiore libro c. 162. Abstinui a mutatione, arbitrio aliis relicto. Aldum (l. 8.) μὴ δὶ οἱ διόντων publicantem H. Stephanus in Recensu Voc. Herod. comiter in viam reduxit. Vide infra c. 127. Wess.

7. ὑπερβαλλίεσθαι] Si teritur usu, quam vim hic tempus haberet futurum non exputo, ὑπερβαλίεσθαι hinc excitat, et sequentia, καὶ μὴ εἰδούντων τῶν πρηγμάτων ἐπιτίθεσθαι, Eustathius ad Od. β'. p. 90, 43. (p. 1441. sub fin. ed. Rom.) verum minus apte τὸ ὑπερβάλλεσθαι hic interpretabatur per διατρίβων. Voluit Otanes opportunitatem exspectare rei gerendæ ὑπερβάλλεσθαι, quod frequentius dicitur ὑπερτίθεσθαι, secundum Ammonium significans, τὸ ἐπιμένειν τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν τῶν πράξεων, neque censuit consilium, quod ceperant, exsequendum, dum res adeo essent turbidæ. Ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι nimirum, hic non est insidiari, sed res aggredi: τοῖς πράγμασιν ἐπιχειρεῖν· ἀδυνάτοις ἐπιβίεσθαι πράγμασιν, Isocratis est ad Philipp. p. 90. A. et Xenoph. Ἀπομν. III. p. 453, 29. Longino περὶ Ὕψ. XV. 6. ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄπολμος dicitur Euripides; Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάτοις, ibid. §. 11. Ἐπιθέσθαι τῇ ποιήσει dixit Eupolis, in luculenta parte parabasis, ut puto, quam nobis servavit Stobæus Floril. p. 53. Nihil vetat illinc duo tres-ve decerptos trochaicos hic ponere scriptos emendatius, quam vulgo solent, aut etiam leguntur in Exc. Grotii p. 31. Ἢν δί τις τῶν ἰαμάτ' ἀστῶν, μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν, Συνεπιθῆναι τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ πακῶς φρονεῖν, Μαίνεταί τε καὶ παραπαρεῖ τῶν φρενῶν, τῷ σῷ λόγῳ. Cetera fortasse non cadent in controversiam: ad παραπαρεῖ Hesychius comparetur, et Theocriti ὁ πάραπος τῶνος, ex Eid. XV. 8. Schol. ὁ ἀνάρμοστος, καὶ μάταιος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν παρόρων ἵππων: imo τῶν παρηόρων. Valck.—De verbo ὑπερβάλ. vide Var. Lect. (ed. S.) Nec vero spernendum ὑπερβαλλίεσθαι, quod habet F. in præs. temp. Sic sane et συμβαλλίειν et συμβαλλίεσθαι utitur Noster, inserta vocali ι ante verbi terminationem: nec obstat quod paulo post idem codex in ὑπερβάλλεσθαι cum aliis consentit. S.

Cap. LXXVII. 4. Θείῃ πομπῇ χρεωμένους] Laurentius pompa. Instinctum et divinum inpulsum scriptor voluit, uti lib. I. 62. IV. 152. Æschylus Agam. 757. πομπᾷ Διὸς ξενίου. Apud Suidam in Ἀναλώθησαν scriptor incertus Θείῃ αὐτοῖς πομπῇ κρίσιν ἐντυγχάνει: quo de loco Abreschius ad Æschylum lib. I. 23. Wess.

Cap. LXXVIII. 16. Θίλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς Θύρας] Nimis sollicite quæsivit Portus, (Lexic. Ion. voc. Θύρα) utrum αὐτοῦ an αὐτῷ, in quod pronior est, scriptum fuerit olim. Neutrum locum habuit; thalami fores signantur. Bene Kühnius auxilio Nostri defendit Diogen. Laërt. II. 105. ἀλλὰ τὸ Θύριον προστιθὶς μετεῖχε Σωκράτους. Jungere potuerat ex Lysiæ Or. de Cæde Eratosthen. p. 8. Ed. Britan. (p. 14. ed. Reisk.) ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπεῦσα προσέθηκε τὴν Θύραν. Atque hoc hactenus. Mox (l. 16.) Codd. discors voluntas ambiguum τὸ συνεσκίασεν efficit, quod Zonaras, hæc describendo imitatus, prætulit, et prior eo Plutarch. T. II. p. 50. E. Wess. — Conf. Polyb. IV. 71, 12. et Indicem nostrum Græcitatis Appiani. S.

Ibid. προσθεῖναι τὰς Θύρας] His commodum usus Joach. Kühnius aliis non

intellectum explicuit Diogen. Laërt. II. 105. eo nomine laudatus Küstero ad Arist. Ἐκκλ. 420. E neutro Pollux enotasset X. 25. sed προσθῖναι (τὰς πύλας) invenerat apud Thucyd. IV. 67. Ad illud Lysiæ (Or. I. p. 8.) προσπίθησι τὴν θύραν — καὶ τὴν κλεῖν ἐφίλκυσαι, comparat Salmasius hoc Petronii e cap. 94. adduxit repente ostium cellæ, — exemitque raptim clavem. Lucian. de Paras. T. II. p. 878. τὴν θύραν τοῦ δωματίου προσπίθησι. Pausan. II. p. 195. ἀναπεπταμένας ἴσχοντες —— προσθέσθαι τὰς θύρας. Adducere ostium Græce dicebatur συναγαγεῖν τὴν θύραν: opponere januam, vel adponere (si tamen hoc Romanis fuit in usu,) προσθῖναι. Valck.

23. Δαρεῖος δὲ πυθόμενος] Vel cœcus videat, πυθόμενος consistere hac in vicinia non posse. Laudo Jo. Friderichum, illud in Magophonia secutum. Non male, etsi laxius, Justinus I. 9. Quorum alterum Gobryas medium amplexus, cunctantibus sociis, ne ipsum pro mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suum corpus adigi mago ferrum jussit. Consimilia alii, omnes uno ex fonte. Wess.

Cap. LXXIX. 5. ἴθιον ἴξω] Quod narrationem voce ἴξω auxerim, excussabunt schedæ et rerum series. Certe ἴθιον ἰξω principes, cum foras se proriperent, ut populo, quid Magis factum fuisset, ostentarent. Wess.

16. Μαγοφόνια] Optime Gronovius ex Med. addicentibus aliis. Postulabat regula, præscripta lib. I. c. 148. et Agathias lib. II. p. 47. A. Utrique Jo. Friderichus paruit. Wess.

Cap. LXXX. 1. ἐντὸς πέντε ἡμερέων] Ἐντὸς πέντε ἡμ. nimis est angustum, nihilque certe finit. Sequor scriptorum fidem. Wess.

3. ἐλέχθησαν δ' ἄν] Nihilominus: οὐδὲν ἧσσον ab aliis adhibetur in talibus; aut etiam in fine periodi, ἐλέχθησαν δὲ diceretur, ve ἐλέχθησαν δ' ἄμως. Sed ita solet Herodotus, præsertim ubi rem narrat minus credibilem, vel incertam: IV. 5. ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγουσιν, λέγουσι δ' ὦν. IV. 82. ἐλεξε, εἴτε εἰ ψευδόμενος εἴτε εἰ ἀληθέα λέγων ἔχω σαφηνέως εἰπεῖν, ἐλεξε δ' ὦν. Qui Herodotum tanquam fabulatorem traducunt, suam quisque Helenam mirati, sæpe minus attendunt ad minutas istas loquendi formulas; quas diligenter expressit Pausanias, fabulis, quas enarrat, minime fidem adhibens. Valck. — De ista conjuratorum deliberatione conf. *Heeren* Ideen über die Politik. etc. T. I. p. 465 seq. et *Creuzer* Historische Kunst der Griechen, p. 108. quorum hic quidem totam illam disputationem ex fabulosa fama relatam esse a Scriptore nostro censet; ille vero, quamvis color disputationis et totum genus tractandi propositam quæstionem e medio Græcorum more desumtus sit, rem tamen ipsam et argumentorum summam non utique pro conficta habendam esse judicat. S.

6. μούναρχον μοῦνον] Ad exemplum scripsit Homeri, ut erat Ὁμηρικώτατος Herodotus. Qualia sæpius attigerat, multa collegit Homeræ hujus generis Eustath. ad Od. σ'. p. 699. (p. 1867. ed. Rom.) Eustathii commentariis usus Henr. Stephanus diligentissime in Append. de Dial. Att. nonnulla dedit p. 87. In sermone quoque quotidiano vis nativa sæpius in compositis negligebatur: huc pertinent ζώπυρα πυρὸς, IV. Maccab. VIII, 12. Βουκόλια βοῶν, Joëlis I. 18. σαρκοφαγοῦσι σάρκας Diodori Sic. V. 39. Nonnihil hinc distant ista ejusdem Diodori, σαρκοφαγεῖν ἀνθρώπους· ξηραμασοτροφεῖν ἀγέλας βουκημάτων σιδηροφορεῖν πωλίκους. Valck. — At vide Var. Lect. (ed. S.) S.

9. Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα πατηρεμίσιον] Scribi quoque potuit πατηρευμένον vel πατηρεισμένον. (Nil hic variant libri. V. 106, 29. ex uno Arch. πατερείσω pro aliorum πατερήσω recepit Wess.) Quæ

hinc sequuntur Otanis Herodotei descripsit Stobæus p. 345. Herodotus de tribus rerum publicarum speciebus, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius potestate regerentur, ut loquitur Quinctilianus, ea facit Otanem, Megabyzum, Dariumque dicentes, quæ pro singulis dici posse viderentur, aut ab aliis dicta meminisset. VALCK.

Ibid. Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα, etc.] Elegans, sed communis de tyrannide disquisitio, nihil cedens Euripideis in Suppl. v. 428. Οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει Ὅπου τὸ μὲν, et quæ succedunt. Justissimum mox τῇ ἴξεσι ἀνευθύνῳ, etc. De Romanorum dictatore ap. Dionysium Antiq. VI. p. 370. ὃς ἀνευθύνῳ χρώμενος ἐξουσίᾳ καὶ βουλὴν καὶ δῆμον ἀναγκάσει: et in Suidæ Ἀνεύθυνος, nam ad dictatorem fragmentum pertinere, credibile fit. Statim στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν (l. 12.) Herodoteum videri, Stobæus et MSS. ostendunt. (conf. ad I. 21, 4. notata.) Ceterum hæc disputatio in oculis Plutarchi fuit T. II. p. 826. E. WESS.—De Otanis ista disputatione confer lib. VI. c. 43. S.

14. φθόνος δὲ ἀρχῆθεν ἐμφύεται] Facilitatem Cl. Viri miror. Vidit verum; tenere, Herodoto saltem reddere, noluit. (Nempe Aldinum ἐνεμφύεται consulto se tenuisse ait Gronov.) Invidia insita plerisque mortalium est, et adquiritur amplior. Alia in re Eusebius apud Stob. Serm. XLI. p. 270. ὅπως μὴ —ὀλιγωρίᾳ καὶ ἀνασκησίᾳ ἀρετῆς ψυχαῖς τῶν κατὰ πόλιν ἐμφύῃ. Insolentiam autem, sive ὕβριν, tyrannidis suscitabulum et fomentum haberi, Sophocles Œd. Tyr. v. 883. Ὕβρις φυτεύει τύραννον, ὕβρις κ. λ., ne alios adnumerem, testimonio est, ususque firmat. WESS.

21. διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι] Sæpe de librariorum Editorumque perverso judicio querela iteratur. Nunc insigne licentiæ specimen, ut Plautinum usurpem, specitur. Aldus, Camerarius, Stobæus et schedæ habebant ἄριστον ἐνδέκεσθαι, de suo H. Steph. admensus est ἡγέεται. Quanto lenius et elegantius Arch. ἄριστος ἐνδ. sine inutili fulcimento? Porro (l. 22.) plures MSS. ἄχθεσθαι ἅτε δωτίαν, cui Aldus ἡγούμενος adstruxit. Additamentis nunc locus nullus. Cui enim bono? Eccum aliud: Stobæi et Arch. ἅτε δωτὶ itidem in δωτίαν inperite flexerunt. Habet in more Herodotus ἄχθεσθαι τῇ ἀρχῇ, et hoc de genere alia, struere; uti II. 108. et 175. Θεὼν assensator blandus est; cujus et λόγοι δῶτις, ex Euripidis Syleo, Philoni Jud. adv. Flacc. p. 979. E. et Legat. ad Cai. p. 1015. D. δῶτις καὶ ἀπατηλοὶ Procopio Bell. Pers. II. 30. Rem ipsam si velis, consentiet Dio Chrysost. Or. VI. p. 97. Denique κτίσαι ἀκρίτους (l. 25.) sincerum Codices præstant. Culta profecto sunt quæ simili in disquisitione conduxit Theophylactus Παιδ. Βασιλικῆς c. 8. et 9. WESS.

27. ἰσονομίην] Erunt fortasse, qui Stobæi ἰσοτιμίην eligent, Herodoto vetante. Otanes ὁ Πέρσης ἰσονομίην σπουδῶν ποιῆσαι, c. 83. et Mæandrius ad Samios ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω c. 141. In populari statu laudatur juris inter omnes æquabilitas. Euripid. Suppl. 433. ὅ, τ' ἀσθενὴς, Ὁ πλούσιός τε κἀν δίκαι ἴσων ἴσχει: et Hyperides ex versione Rutilii Lupi lib. II. de Figur. Sentent. p. 7. Non simile est vivere in æqua civitate, ubi jus legibus valeat: et devenire sub unius tyranni imperium, ubi singularis libido dominatur. Livii memorabilia lib. II. c. 3. non exscribo. Præclare erudita sunt quæ Valckenarius noster super hac ἰσότητι ad Tragici Phoeniss. v. 541. p. 199. WESS.

CAP. LXXXI. 3. τὰ δὲ — ἄνωγα φέρειν] Quia præcessit τὰ μὲν — τυραν-

ὑδὲ πανύν, maluit Cl. Pauw *ἀνώγων φίερων*. Qui si in MSS. *ἄνωγε χιλιόνν φίερων* latere novisset, sibi fuisset haud dubie gratulatus. Id ego arbitrio legentium trado, non utique prorsus futile, neque vulgato detraho. De plebis multitudine, *δῆμος συνοίκημα ἀχαριστώτατον*, VII. 157. Apud Suidam *οὐδὲν ὑβριστικώτερον ὄχλου*: quo prior adfirmari hujus loci scriptio videbatur; at præstantior nova. Ipse Grammaticus in *Τβριστόντερος* testem adpellat Xenophontem Κυρ. Παιδ. V. p. 147. c. Wess.

8. *τῷ δὲ οὐ γινώσκειν ἴνι*] Celeb. viri adnotationem confusiorem animadverto. Aldus et Camerarius id, quod legitur, vulgaverunt: a Stephano est *οὐδὲ γινώσκειν*. De plebis in administrandis rebus inscitia non dissimilia Euripides Suppl. v. 417. Æschines, *Δῆμος γὰρ, ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον*, Dial. III. 17. Non addo alia elogia, sed haud efficacem *καλὸν* inter et *οἰκήϊον* (l. 10.) obpositionem haberi. Wess.

9. *οὔτε εἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήϊον*] Sic scripta commodam vix admittunt interpretationem. Sæpius opponuntur *εἰδέναι*, sive *νοῆσαι*, et *διδαχθῆναι*: ut ap. Xenoph. Ἑλλ. V. p. 334, 14. *ἢ αὐτὸς νοήσας ἢ διδαχθεὶς ὑπὸ σου*. Soph. Œd. Tyr. 714. Pausan. V. pag. 410. *ἐξευρόντα αὐτὸν, ἢ καὶ ὑπ' ἄλλου διδαχθέντα*: sicut ap. Platonem plus semel. Archytas Stobæi pag. 270, 8. *Δεῖ ἢ μαθόντα παρ' ἄλλου ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα — ἱστάμενα γινίσθαι*. Eadem Archytæ et plura dedit Jamblichus MSS. *Περὶ τῆς κοινῆς Μαθηματικῆς Ἐπιστήμης*. Huc pertinet et nobile Hesiodi dictum Ἔργ. *καὶ* Ἡμ. v. 291. quod interpretantur Cicero pro A. Cluent. c. 31. atque ita Livius XXII. 29. Eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse. In postremam classem populus Megabyzo videretur rejiciendus, *ὃς οὔτε ἐδιδάχθη, οὔτε εἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήϊον*, qui nihil pulcri honestique novit, aut ab aliis edoctus, aut a se ipse quod sit proprium. Literis aliquot, quæ male fuerant repetitæ, rejectis, sic ista capienda judico; atque *εἶδε οὐδὲν οἰκήϊον*, idem esse ac *οὐδὲν εἶδεν οἰκοθεν*, id est *ἐξ αὐτοῦ*. Quando tamen tres quatuorve junguntur interdum negationes, ne litera pereat, forsan erit qui hic scribi malit: *οὔτε εἶδε καλὸν, οὐδ' οὐδὲν οἰκ.* advocato Platone in Theæt. pag. 180. A. *ἦττον αὐτοῖς ἴσα ἢ τὸ μηδέν· μᾶλλον δὲ ὑπερβάλλει τὸ οὐδ' οὐδέν.* Valck. —Οἰκήϊον equidem cum Corayo apud Larch. ad h. l. pro *καθῆκον* et *πρέπον* accepi. Citavit ille locum ex Isocratis Orat. ad Philipp. T. I. pag. 236. sub fin. (§. v. p. 320. ed. Augeri.) Alia loca dabit Lexicon nostrum Polyb. p. 401. S.

11. *χυμάῤῥῳ παραπλῆ ἴσικε*] Ὁ δῆμος *οὐδὲν ἐμπεσὸν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου*. Talis Populis illis omnibus videri debuit, quibus inconsulta concionum innotuerat Græciæ temeritas, Oratoribus in primis quotidie concionem habentibus, aut agentibus cum populo; qui ad judicandum impetu temerario ductis sæpe cedendum, atque ex Antigone Sophoclis (v. 727.) didicerant, *παραῤῥιπίζεσθαι χυμάῤῥους ὅσα Δίνδυμον ὑπείκει πλῶσις ὡς ἐπαύζεται*. Cicero Herodoteis instar erit commentarii in Or. pro Cn. Plancio, toto cap. 4. et ibid. cap. 6. Illæ, inquit, undæ comitiorum, ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant. Sicut isto loco, ter alibi Cicero, pro L. Murena c. 17. de Provinc. Consul. c. 16. pro Milone cap. 2., insignem locum respexit, qui Camerarium et Abramum non latuit, Demosthenis contr. Æsch. Falsæ Legat. p. 229. (p. 383.

ed. (Reisk.) ubi videri voluit non ipse dicere, quid sibi de superbis dominis videretur, sed suam ipsius sententiam artificiose Philippo contribuit, quem osores Atticæ libertatis docerent: ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων, καὶ ἀσυνθετώτατον, ὥστε ἐν θαλάσσῃ κῦμα ὡς ἂν τύχοι κινούμενον, κ. τ. λ. sic ista, partim ab aliis adjutus, legenda censeo. Præter ceteros, Demosthenis locum expresserunt oratores suo ævo nobilissimi, Aristides T. III. p. 78. et Dion Chrys. Or. III. pag. 44. c. Ejusdem quoque meminerat S. Joannes Chrys. Oper. T. III. pag. 50. B. De multis unicum ponam incerti Comici dictum ex Dione Chrys. p. 368. δῆμος ἄστατον κακὸν, Καὶ, Θαλάσσῃ πάνυ ὅμοιον, ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται. Valck.

Cap. LXXXII. 6. πολλῷ τοῦτο πρόσχυσιν] Cave τοῦτον melius opineris. Adsolent in similibus ita. Δῆμος, ἀχάριστον, Æschines, videlicet χρῆμα. Mox καὶ ἐν τούτῳ δείδιξε ὅσῳ ἐστὶ τοῦτο ἄριστον, i. e. Monarchia, (l. 15.) et c. 83. ὡς ἡ μουναρχίη κράτιστον, tum τὸ τοιοῦτο περιστέλλειν. Quæ continuo succedunt (l. 8.) συγῶσί τι ἄν, etc. morari H. Stephanum non debuerant. In monarchia semper tectiora in hostes consilia, et expeditiora; quæ multitudini committuntur, plenæ rimarum, hac atque illac perfluunt, uti Comicus. Vide S. Pufendorfium I. N. et Gent. VII. 5. Wess.

11. αἰνὸς γὰρ ἕκαστος] Noxium αἰνῶν γὰρ Stobæi etiam margini Gesnerus adlevit. Αἰνὸς ἕκαστος πρῶτος est VIII. 10. et c. 129. αἰνὸς ἕκαστος δοκίων ἄριστος γενέσθαι. Eum in modum Æneas Tactic. c. 4., levi macula spurcus, ὡς πρὸς φίλους αὐτοὺς ἕκαστος δοκῶν ὕστερον παραγίνεσθαι. Quid dederit, cuilibet adparet; sequens quoque multitudinis numerus molestus recordato Sallustiani cœpere se quisque magis extollere et lib. VII. 144. non erit. Wess.

19. συγκρύψαντες ποιεῦσι] Hoccine idem ac mutuo se occultant? (quo modo Valla hunc locum reddidit.) Non opinor. Obtegunt fortassis furta, rapinas, flagitia, technasque. Saltem occultantes faciunt. At aliud voluit, a Stobæo, MSS. qui nunc durant, antiquiore, fideliter custoditum: συγκύψαντες ποιεῦσι, in idem incumbentes et consentientes faciunt; uti VII. 145. οἱ συγκύψαντες τοῦτο πρήσσουσι πάντες. Aristophanes Equit. v. 850. τοῦτο δ' εἰς ἴν ἐστι συγκεκυφός: ubi Critici bene, ὁμοσοῦσιν ἑαυτοῖς καὶ συνεῖσουσι. Venit hoc quoque in ingeniosam Cl. Abreschii conjecturam. Quod apud eumdem autem Stobensem πρόστασις τοῦ δήμου, fuit olim πρόστατης, que Plato in demonstratione, ὡς μεταβαίνει τύραννις ἐκ δημοκρατίας, sæpius utitur lib. VIII. Rep. p. 566. Wess. — In nostra Var. Lect. (ed. S.) ubi συγκρύψ. Arch. posuit typotheta, debuerat συγκρύψ. Arch. S.

21. ἐκ δὲ αὐτῶν] Scripserat forsan: ἐκ δὲ αὖ τῶνδε θωϋμάζεται οὗτος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου· θωϋμαζόμενος δὲ ἀν' ὧν ἐφάνη μούναρχος ἐών. Ut præpositio ἀνὰ a verbo ἐφάνη, vocula ὧν interjecta, per tmesin usitatam Herodoto fuerit sejuncta: ἐκ τῶνδε significaret postea, noto præpositionis usu, de quo dedit egregia perdoctus Theologus Jo. Pearsonus in Vind. Ignat. p. 372. Valck.

Cap. LXXXIII. 6. ἦσαν πλήθει γε λαχόντων] Sive sorte sortiamur Latina; quæ metuo ut ex Græcis bona sint. Hoc Æschyli vide, Eumen. v. 33. ἵνων πάλιν λαχόντες, ὡς νομίζεται: eant sorte lecti. Rursus VII. contr. Theb. v. 128. Philo Jud. Constit. Princip. p. 722. Οὐ τοίνυν πρεσήκει διακόσιας —— ἀποφαίνειν τοὺς πλήθει λαχόντας. Jam sorte legi plures, ut regnarent, haud poterant, verum unus duntaxat, Otane liquido significante. Quidni ergo ex Arch. et Vind. πλήθει γε λαχόντα sorte adeptum probamus? Ita IV. 94. τὸν

πάλῳ λαχόντα αἰτί σφιων αὐτίκα ἀποτίμασσαι. Æschylus VII. contr. Theb. v. 55. ὡς πάλῳ λαχὼν ἕκαστος. At hoc alii viderint. Quæ in MSS. turbantur statim, ex generis et numeri enallage, satis obvia et proposita ad Diodori II. 19., natalea acceperunt. Placet ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ, ex formula cui sæpe repetitum Lysiæ μήτε τίχῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ concinit. Wess.—Recte fecere qui λαχόντα adoptarunt. Quod vero in Var. Lect. (ed. S.) dixi, nec male habere vulgatum olim λαχόντων, id imprudenti excideral. κλήρῳ λαγχάνειν numquam, quod sciam, significat sorte inter se contendere: sed κλήρῳ λαγχάνει is cui aliquid sorte obvenit, qui sorte designatur vel eligitur. S.

13. ἐκ τοῦ μέσου καθῆντο] Simillimum lib. I. cap. 46. (c. 45 extr. quem ad locum vide quæ notavimus.) καθῆσθαι, ἐκαθίσαντο et κατήμενος Ionum sunt. Dictio ipsa non vult ex medio abire alio sessum, sed e medio secedere, et partium esse neutrarum; qui usus opportunius alibi valebit. (IV. 118, 8. VIII. 22, 9. 73, 14.) Elegans est Arch. et Vind. (l. 14.) καὶ οὔτε ἄρχεται, πλὴν τοσαῦτα. Nec cultum minus, cui suus supra locus, ἐπ' ᾧ τι — ἄρχεσθαι. (l. 10.) At manum abstineo. Wess.

Cap. LXXXIV. 5. τὴν πᾶσαν δωρεὴν, etc.] Hæc recurrunt extremo hoc libro. Cujusmodi autem dona fuerint, docte Barn. Brissonius Regn. Pers. I. 144. examinavit. Medicam vestem, Acanthiis honoris ergo e Xerxe datam, lib. VII. c. 116. habet. Wess.

[8. Vitiosum ἐξαίρεσθαι quo pacto irrepserit, non exputo. Corrige quæso ἐξαίρεσθαι, ut habent libri omnes. S.]

10. ἄνευ ἐσαγγελίης] Expressit hunc locum Scriptor libelli de Syr. Dea p. 472. ubi Rex ad Combabum: ἀπίξεαι παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελίος, οὐδέ τις ἀπίξει σε ἐς ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἂν γυναικὶ ἅμα ἐπαέξωμαι: hanc proceres Herodotei constituerant exceptionem, ἢν μὴ συγκάτηται ἰδὼν μετὰ γυναικὸς βασιλεύς. Valck. —Conf. ad I. 114, 8. notata. S.

13. ἐβούλευσαν τοιόνδε] Sermonis studiosissimo hic quidem certe syllaba debet restitui, quam describentis prætermisit incuria: ἐβουλεύσαντο τοιόνδε, re inter se deliberata constituerunt. Ponitur enim pro βουλευσαμένοισι ἔδοξεν αὐτοῖς, vel συνεθήκαντο, prout legitur cap. 86. Justinus: pactique inter se sunt, ut, —— cujus equus inter solis ortum hinnitum primus edidisset, si rex esset. In his convenisse Ctesiæ videtur cum Herodoto: forsan ex Hellanico, multum diversa traduntur in Scholiis ad Æschyli Pers. v. 776. Valck. — De usu verbi βουλεύειν apud Nostrum vide notata ad I. 73, 19. Videnturque hic ex scholio libri nonnulli ἐβουλεύσαντο posuisse. conf. paulo ante, l. 10. S.

Ibid. ἐβουλεύσαντο τοιόνδε] Hoc utilius et genio linguæ congruentius in constitutione de regno, sicuti et paullo superius. Conf. I. 73. VIII. 101. Videntur autem matutinum legisse tempus, quod solem orientem Persæ venerarentur. Εἶναι γὰρ αὐτοῖς νόμον τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολὰς προσκυνεῖν ἐπέσσῃ ἡμέρῃ, in Procopii Bell. Pers. I. cap. 3. Wess.

Cap. LXXXV. 8. Εἰ —— ἐν τούτῳ τοί ἐστι] Sententiam expressit Zonaras p. 129. A. Ὦ Θάρρει, ὦ δέσποτα, ἔφη, ὡς σὴ ἔσται ἡ βασιλεία. Apud Justinum, Dario de regno sollicito equi custos ait, si ea res victoriam moraretur, nihil negotii superesse. Ad Herodoti formam loquendi, εἰ ἐν τούτῳ τοί ἐστι ἢ βασιλέα εἶναι, ἢ μὴ, proximum accedit hoc Eurip. Iphig. Taur. 1057. τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν, Ἢ μηδὲν εἶναι. Herod. VI. 109. ἐν σοὶ νῦν, Καλλίμαχε, ἐστὶ, ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλεύθ. Paulo plenius Andocides de Myst. p.

6, 18. ὅτως ἐν ἐκείνῳ εἴη ὅντινα βούλοιτο Ἀθηναίων φάναι τῶν ἀνδρῶν τούτων εἶναι, ὅντινα δὲ μὴ βούλοιτο λέγειν ὅτι οὐκ ἦν. Lysias pag. 20. ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ, πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. Valck.

12. ἄρχη μηχανᾶσθαι καὶ μὴ, etc.] Sumtum fortasse ex nobili Bacchylidæ, Οὐχ ἥδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς. Sicuti ὡς —— ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἐστι ad Proverbii modulum, Νῦν γάρ ἐστ' ἀγών, aut πλησίον ὁ ἀγών: de quibus nunc nihil, nisi culte a magno viro, Is. Casaubono, explicita esse ad Suetonii Neron. cap. 45. Wess.

18. ἐγχείμασιν τῇ Θηλίῃ] Arch. ἐγχείσασιν non spreverimus ad superioris Musæ c. 60. (ubi vide notata ad l. 7.) Portus τῇ Θηλίῃ habet in Ἐγχείμασιν ex conjectura, sed bona: nam Θηλίη amat dialectus I. 192. II. 41. III. 102. VII. 58., neque aut Eustathio in Hom. p. 546, 42. (pag. 414, 46. ed. Bas.) aut G. Corintho latuit. Wess.

Cap. LXXXVI. 1. Ἅμ' ἡμίῃ δὲ διαφωσκούσῃ οἱ ἵξ] Postero die ubi primum illuxit *sex* illi etc. Zonaras: ἴωθεν δὲ τῶν ἑπτὰ παραγινομένων: dare quoque debuerat τῶν ἵξ, sed alterum posuit, eorum immemor quæ de Otane legerat olim in excerpendo prætermissa: Platonem mirarer, cur de Leg. III. pag. 695. D. scripsisset, πάλιν εἰς Πέρσας ἰλθεῖν τὴν ἀρχὴν διὰ Δαρείου καὶ τῶν ἑπτά: dare potuerat διὰ Δαρείου αὐτοῦ ἑβδόμου: dederat forte καὶ τῶν ἵξ. (At similiter Noster quoque c. 84, 3. ἦν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἑπτὰ, etc.) In ista formula legitur infra lib. IX. cap. 44. ἅμ' ἡμίῃ δὲ διαφωσκούσῃ. Codices si variant, vix constitui poterit, utrum dederit Noster. Ad Diodori Sic. XIII. 18. τῆς ἡμέρας ὑποφωσκούσης, vid. Wesselingius. Aliorum in his fuere locutiones, ὡς ἡμέρα vel ὡς ἴως ὑπέφαινε: prima luce, primo luci, et ubi primum dilucularet: vid. Gellius Noct. Att. II. 29. p. 200. 201. ibique Jo. Fr. Gronov. et VII. c. 1. ubi noctis legitur extremo, priusquam dilucularet: ὄρθρου βαθίος: tempus memorat Plato ἀπ' ὄρθρου μίχρι πιρ ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ, Leg. XII. p. 951. D. Valck.

Ibid. ἅμ' ἡμίῃ δὲ διαφωσκούσῃ] Sic ἅμα ἡμίῃ διαφωσκούσῃ lib. IX. 44. et ἥλιος ἐπιφαύσκων doctus Jobi interpres c. XXXI, 26. Apud alios ἡμέρας ὑποφωσκούσης, aut τῇ ἐπιφωσκούσῃ Matth. c. XXVIII. 1. nec concordi ubique scriptura, de qua ad Diodori XIII. 18. Quod præterea in Codd. (l. 2.) παρῆσαν ἐπὶ τῶν, id vulgato concedit nihil. Ἧκεν ἐπ' ἴππου IX. 43., Sophocl. Œdip. Col. 305. Αἰτναίας ἐπὶ πώλῳ βιβῶσα. Talia, urbem albis equis introiit, in Neron. Suetonii, et poëtæ per medias in equis itque reditque vias. Plura Cl. Burmannus ad Ovidii Art. Am. lib. I. 214. Wess.

7. ἐπιλίωσί μιν] Laurentius compotem voti fecit. Quod nunc in Latinis, (eum inaugurarunt,) debetur viro celeberrimo. Simile Auctoris Epist. ad Hebr. c. 2, 10. τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι Th. Beza recte accepit. Statim, e MSS. quæ exsulant ὡς βασιλῆα, si consensus foret, possent illic relinqui: solemnis certe principum προσκύνησις accessione illa non egebat. At vide Polyæn. VII. 9. et Valer. Maxim. VII. 3. Ext. 2. Wess.

Cap. LXXXVII. 4. ἴχυι αὐτὴν κρύψας] Recte cepit Zonaras, cui dicitur Œbares τὴν χεῖρα κρύπτειν ἐν τῇ ἀναξυρίδι. Κρύψας ἴχυι ponitur pro κρύπτει, vel ἐκρυψεν, in Euripidis Danaë v. 40. Hec. v. 1012. πίσλων ἐντὸς ἢ κρύψας' ἴχυς; Hesiodus Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 42. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. Pausan. V. pag. 408. ἴχνιν ἀποκρύψαντα ὑπὸ τὴν ψάμμον. X. pag. 832. ὁμοῦ τῷ χρυσίῳ καταπρύψαντα ἴχνιν αὐτόν. Sed in his tamen ἴχνιν suam quoque

vim exserit; in multis hujus generis non item, de quibus ad Phœn. v. 712. VALCK.—De præterito periphrastico conf. not. ad I. 37, 6. De scriptura ἴχοι, quam adoptavimus, dictum in Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. S.

7. φριμάξασθαί τι καὶ χρεμετίσαι] Eadem verba retinuit Zonaras. Φριμάξασθαι hinc enotatum in Gloss. Herod. et Suida redditur per φρυάξασθαι, quod usitatius erat de equo; cum alterum eximie de hirco diceretur. VALCK.

CAP. LXXXVIII. 1. Δαρεῖός τε δὴ ὁ Ὑστάσπιος, etc.] Cl. Abreschius Δαρειός γε δή, Darius quidem certe. Arabes, quum omnis Asia a Cyro et Cambyse domaretur, aut illi domandi in conatu essent, illorum in ditionem non venerunt, Diodoro lib. II. c. 1. concordante. Atque illud est, quod olim Deus O. M. Ismaëli et posteris recepit Genes. c. XVI, 11, 12.; cujus illi fructum promissi uberrimum abstulerunt habentque, liberi, sui juris, ἀδούλωτοι. Prorsus eximie eruditi Britanni et cum cura super ea nationis libertate Tom. XVII. p. 829. Historiæ Catholicæ Ed. Belg. (T. XVI. ed. Germ. §. 334.) WESS.

7. Γάμους τε τοὺς πρώτους ἐγάμει Πέρσησι, etc.] Quatuor hic memorat uxores Darii; duas, præter illas, alibi: vere tamen, opinor, scriptum fuit Justino I. 10. Principio regni Cyri Regis filiam in matrimonium recepit, regalibus nuptiis regnum firmaturus, ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reversum videretur. De duabus unius tantum meminit Atossæ; cujus, præ ceteris uxoribus, altera etiam Cyri filia, mulieris in aula Darii potentissimæ, præcipua semper habita fuit ratio; quod variis documentis demonstrat Herodotus, et VII. c. 3. ἡ Ἄτοσσα, inquit, εἶχε τὸ τῶν πρόσθε, regnum obtinebat Atossa. Ibid. cap. 2. traditur, antequam pervenisset ad imperium Darius, ex filia Gobryæ tres suscepisse filios; Rex factus Persarum, ex Atossa quatuor. Hoc loco motus Schol. ad Æschyli Pers. 719., Ἡρόδοτος, ait, ζ' φησὶ Δαρείου παῖδας εἶναι: addens, Ἑλλάνικος δὲ ιά. Atqui totidem ille apud Herod. reperire potuisset, quin imo XII, in transcursu plerosque memoratos, Darii filios. Præter pellices, sex habuit Darius uxores legitimas, atque ex his singulis liberos etiam mares procreavit; præterquam ex Otanis filia Phædyma, quæ Magi fraudem patefecerat. Ex Gobryæ filia tres suscepit filios Darius: natu maximus fuit Ἀρτοβαζάνης, (VII. 2.) memoratur et Ἀριαβίγνης, VII. 97. Tertii nomen non memini me legere: sed suspicor matris olim factam mentionem VII. 68. quæ si justa suspicio, fuerit is Ἀρσαμένης: et certe Plutarcho aliisque filius ex uxore Darii prima vocatur Ἀριαμένης. vid. ad Justinum notata II. 10. Ex Atossa Cyri filia, præter Xerxen Darii successorem, nati fuerunt Μασίστης, Ἀχαιμένης, et, fratribus minus nobilitatus, Ὑστάσπης. vid. Herod. VII. 82. 97. et 64. Ex Artystone, altera Cyri filia, quam virginem duxit uxorem, (Atossam jam ante habuerant frater Cambysis, et Magus Smerdis:) Ἀρτάμης et Γωβρύης, VII. 69. et 72. Ex Parmy, Cyri nepte, filia Smerdis, unicus memoratur natus Ἀριόμαρδος, VII. 78. Tandem VII. 224. ex Phratagyne, filia fratris Artanis, nati dicuntur Ἀβροκόμης et Ὑστάνης. Postrema duo nomina hoc equidem miror, quod inter centena forte Persica Herodoti, præter Phædymæ nomen, sola sunt planissimæ Græca. Adtigit illa Hemsterhusius ad initium Xenoph. Ephes. Quid Jac. Palmerius velit in Exercit. pag. 38. non satis liquet. In historia Persica recentiori non sane miror nomina Persarum Græca, neque adeo Abrocomam sive Acrocomam satrapam,

prout Isocrati dicitur pag. 69. D. sed in Darii filiorum nominibus flexus Græcos mirabar ut inexspectatos. VALCK.— Quod l. 8. ἐγάμεε Πέρσῃσι scribitur, ἐν Πέρσῃσι malebam: sed videtur dativus ille casus a vocab. πρώτους pendere, nuptias quæ Persis primæ, i. e. nobilissimæ erant. S.

14. δυνάμιός τι πάντα οἱ ἐπισπλίατο] Apostoli ad Ephes. III, 16. δυνάμει κραταιοῦσθαι, et Aristidis T. I. pag. 326. δυνάμεως ἐμπίπλασθαι μετὰ κουφότητος, cum his conposuit Abreschius. Ego vero (paullo post) meis ex libris atque Aldo τύπον πεπεσάμενος λίθινον malui, opinatus aliorum λίθου ex scripturæ esse compendio. Belle χρυσίους τύπους, τύπους λιθοκολλήτους, et χρυσίων ξοάνων τύπους Euripidis et aliorum novi, τύπου λίθου nequaquam. De Darii equo jucunde Oppianus, Cyneget. I. 234. et ibi Rittershusius. Nam, quod Thom. Hyde Relig. Pers. cap. 23. omnem de equo narrationem ex Persarum vocabulo, sed male expresso, Gheshtasp, i. e. factus equo, propagatum pertendit, a vero abhorret. Wess.

CAP. LXXXIX. 1. ἀρχὰς κατιστέωσαν εἴκοσι] In sequentibus viginti recensentur istæ satrapiæ, quæque singulis subjectæ fuerint regiones; singulorum enim imperio plures suberant, exceptis præfectis Ciliciæ atque Indiæ. Videant homines eruditi, quo pacto hæc Herodoti cum aliis possint in concordiam redigi; a quibus longius etiam distat, quod, undecunque tandem repetitum, duobus in locis Plato tradidit; quorum locorum alter notus fuit Brissonio de Regn. Pers. I. p. 148. e Leg. lib. III. p. 695. c. Δαρεῖος βασιλέως οὐκ ἦν υἱὸς, παιδείᾳ τι οὐ διαφερόντως τεθραμμένος· ἰλθὼν δ' εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος, διείλατο ἑαυτὸ μέρη τιμόμενος: quarum partium singulas, regiones amplissimas, singulis e sex conjurationis sociis regendas attribuerit: hoc Platonem voluisse liquet ex ipsius Epist. VII. p. 332. A. ubi Siciliensem Dionysium, qui pæne nemini se credebat, (Cicero Tusc. V. 20.) neque uxoribus nec filiabus, hac etiam parte multo fuisse scribit deteriorem Dario, ὃς οὐκ ἀδελφοῖς πιστεύσας, οὐδ' ὑφ' αὐτοῦ τραφεῖσι, κοινωνοῖς δὲ μόνον τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνούχου χειρώσεως, δίνιμί τι μέρη μείζω ἕκαστα Σικελίας πάσης ἑαυτὰ, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς, καὶ οὐκ ἐπιτιθεμένοις οὔτε αὐτῷ οὔτε ἀλλήλοις. Verbosa, quam suo more scribit in hunc locum, adnotatione parum extricat H. Steph. recte per Medum et Eunuchum eumdem intelligens; in cujus nomine quantum fuerit variatum, docuit Jac. Nic. Loënsis Miscell. Epiphyll. I. cap. 21. Prior Platonis locus atque integra ista disputatio Κύρου παιδείᾳ fuit opposita Xenophontis, quem virum optimum, ut et alios e Socratis palæstra, oderat Plato. VALCK. — Fortasse imperii Persici distributionem, quæ posteriori tempore obtinuit, cum illa priore, quæ a Dario instituta est, permutavit philosophus. S.

[5. καὶ ὑπερβαίνων τοὺς προσεχίας, ἄλλοισι ἄλλα ἔθνεα τὰ ἑκαστέρω νέμων. Prorsus contra satis manifestam auctoris mentem, ne quid asperius dicam, verba ista Gallicus Interpres accepit, sic convertens: "et quelquefois, omettant ceux qui étoient voisins, il mettoit dans un même département, des peuples éloignés l'un de l'autre." Cujus tamen vestigia, quod mirari subiit, secutus est perspicacissimus Heeren, in Ideen, etc. T. I. p. 186. S.

8. Βαβυλώνιον σταθμὸν τάλαντον] Refingitur ταλάντου a docto viro. Contra lib. I. 51. τὰ δὲ ἄλλα —— σταθμὸν δισάλαντα: et Ἕλληνες σταθμὸν τάλαντα δίκαια. Ælianus Var. Hist. X. 17. Θεμιστοκλέα τρία τάλαντα ἔχειν τὴν οὐσίαν τὴν πατρῴαν. Atque ita solent Græci La-

tinique, docente summo viro Jo. Fr. Gronovio de Pecun. Vet. lib. I. cap. 6. Jam sive Εὐβοεικὸν seu Εὐβοϊκὸν probetur, parum referet; illud Steph. Byz., hoc Polybius, Strabo, Appianus, maluerunt. Majoris momenti minæ sunt septuaginta Euboïcæ in talento Babylonio: aliter Ælianus Var. I. 22., Atticas minas septuaginta et duas illi talento tribuens: in primis autem, siquidem hoc auctore doctissimus De la Barre Histor. Acad. Inscription. T. VI. pag. 355. ἑβδομήκοντα καὶ δύο μνίας Herodoto operosa reddit disputatione; cui calculum addere nondum audeo. Arcent auctaria schedæ veteres, conspiratque Pollux IX. 86., minis septuaginta talentum Babylonium æquiparans: dubiæ præterea fidei Æliani locus est, et acriter oppugnatus a Willebrodo Snellio de Re Nummar. pag. 41. Quin si fides illi constet, Atticas minas complectitur duntaxat. Conf. Panelium de Cistophoris pag. 110. etc. Wess.—Reizius, inter Εὐβοϊδας et ἑβδομήκοντα stellula interposita indicans nonnihil ibi omissum se judicare, in inferiore libri ora, ubi summa rerum capita adnotantur, hæc posuit: Babylonicum talentum LXXVIII. minarum Euboicarum: qui quam sit rationem in ea computatione secutus, nec novi equidem, nec nunc inquirere vacat. S.

14. Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος] Signatissima ea sunt et aliorum commentationibus frequenter ornatus intexta caussa, Dionis Chrysostomi, Libanii, Juliani, Themistii, quorum loca Spanhem. ad Juliani Or. I. p. 9. et Davisius in Maximi Tyr. Diss. IV. p. 508. antestati illustrarunt docte. Commodum minus de tributo, a Dario primum descripto et instituto, hic et a Polyæno VII. 10, 3. traditum, censeri posset; siquidem Magi ἀτελῆν στρατιᾶς καὶ φόρου in triennium Persis tribuerunt c. 67. hujus Musæ. At bene habet: nam tributum continuum hic loci, posteriore (altero loco. c. 67. illud,) quod in tempus et belli usum ac doni instar erat, tangi per bene amicus meus Herm. Venema Dissert. ad Danielis Vaticinia p. 161. animadvertit. De Strabone lib. XV. p. 1068. (pag. 735. ed. Cas.) tributorum (τοῦ φόρου) in Persis primordia Artaxerxi Longimano asserente, consulto taceo. Wess.

15. δεσπότης· Κῦρος δὲ πατήρ·] Adtigit postrema Wess. ad Diodori T. I. p. 275. T. II. pag. 553. Reliqua transcripsit etiam Eustathius, Homerea tractans de Rege dicta, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, Od. β'. 57. ubi leguntur et ista: Κῦρος δὲ πατὴρ, —— ὅτι ἤπιος, καὶ ἀγαθά σφισιν ἐμηχανήσατο quæ lectionem adfirmant, a Gronovio non absurde mutatam. Præstantem bellica virtute virum, Philopœmenem, Messenii vere nuncupabant πλέον τι ἢ πατρὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πατέρα, apud Pausan. VIII. pag. 704. Herodoti meminit agens de Rege Dion Chrys. p. 5. c. etc. opponens πατέρα et δεσπότην, quæ appellatio Græcis semper visa fuit invidiosa: alibi Dio respicit et τὸν κάπηλον Darium: vid. Jo. Davisius in Max. Tyr. p. 508. De Dario, istiusmodi quoque καπήλων osor acerrimus, longe judicabat aliter Plato Epist. VII. p. 332, B. ἴδοις παράδειγμα, οἷον χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίγνεσθαι: hic titulus quam sit amplus et magnificus docebit Platonis Politicus. Valck.

17. ὅτι ἤπιός σι] Erat elucubrantis in animo Homericum, ex Odyssea, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, quo nihil in laudem præclarius dici de rege potest, egregie Sopatro apud Stobæum Serm. XLIV. p. 312. monstrante. Dabit complura alia doctissimus Gatakerus ad Antonini lib. I. 9. p. 11. Ceterum ἀγαθά σφι τὸ ἐμηχανήσατο Medic. et consentaneorum, tinnit scabrum et radit aures. Suavius

multo et ad sententiam gravius ἀγαθά σφι πάντα, quomodo Ald. et plures. Wess.

Cap. XC. 2. Μιλυίων] Arch. optime et mox (l. 9.) Μαριανδυνῶν. Sic veteres nuncupant omnes, ac Scriptor ipse, illos I. 173., hos I. 28. VII. 72. Reduxi quoque (l. 6.) Λασονίων nomen, quoniam ita VII. 77. In Cabaliis sive Cabalensibus, qui eadem septima Musa Καζηλίς, nulla hæsitatio; incolis quippe regionis Cabaliæ apud Plinium, seu Καβαλίδες, in Stephano Byz. ex Strabone cum L. Holstenii observatis. Qui vero (l. 6.) Hygennenses, Autenenses, Augenenses, talis enim in schedis discordia, frustrata quæsivi opera. Placuerat Lycaoniæ regio Obigene, cui fidere non libet. Eccum tamen Plinii Hist. Nat. V. 32. verba: Attingit Galatia et Pamphyliæ *Cabaliam* et *Milyas*. —— Item Lycaoniæ partem *Obigenen*. Valckenarii elegans hariolatio consideranda est. Wess.

6. Καβαλίων καὶ Τγιννίων] Conjecturam ponam, quam ante aliquot annos cum Wesselingio communicavi, quæque etiam nunc videtur probabilis. Quandoquidem Τγιννίες, sive Τστινίες, quos hic in suo Codice Stephanus invenisse videtur, aliunde sunt ignoti, suspicor, literas ΚΑΙΤΓΕΝΝΕΩΝ, in ΚΑΛΕΤΜΕΝΩΝ esse transmutandas, et scriptum antiquitus fuisse: Λασονίων τῶν (hoc facile potuit elidi:) καὶ Καβηλίων καλευμένων. Fundus conjecturæ locus est Herodoti, Xerxis copias recensentis lib. VII. cap. 77. Καβηλίες δὲ οἱ Μῆονες, Λασόνιοι δὲ καλεύμενοι. Sed et hæc et quæ sequuntur Geographica præstiterit intacta viro summo reliquisse. Valck.

14. ἐς τὴν φορυήσσαν ἵππον] Omnia videntur plana. Laurentii, in ea Ciliciæ regione, quæ equos producebat, respondent Arch. et Vind. Cilicia fuit optimorum equorum altrix, ut vicina Cappadocia. φορήσσα ἵππος notare potest τὰς φορβάδας, sicuti Gregor. Nazianzenus et Basilius M. adpellant. Tum τῆς Κιλικίης χώρης præstaret; quod ego in re dubia adfirmare non sustineo. Wess.—Mihi haud dubie vitiosa scriptura φορίουσαν videtur, commodissima autem et unice vera φορυρίουσαν, quam a Viro præstantissimo sollicitatam nollem. S.

Cap. XCI. 2. ἐπ' οὔρεσι] Docte hanc scripturam defendit Th. Pinedo ad Ποσείδιον Stephani, et participium inpersonale ἐρξάμενον Georg. Raphelius verbis Lucæ Evang. cap. XXIV. 47. Wess. — Istud participium ἐρξάμενον contulit Larcher cum δέον, ἐξὸν, παρὸν, ἐνδιχόμενον: quorum tamen non prorsus eadem ratio est. S.

9. ἐκκοσμέατο] Mutari non debuerat. Sic lib. I. 100. et IX. 30. ἐπί τι τάξις πλεῦνας ἐκκοσμέατο, pro quo κατὰ ἴδνα κεκοσμημένοι ἦσαν VII. 212., fortasse ex scholio. Κεκοσμέατο est in Arriani Indicis pag. 321. Præoptavi quoque πρόσῃσι ob Ionicam speciem et verbi in Musis frequentiam. De pecuniæ proventu ex Mœridis lacu, II. 149. Cetera Gronovius optime expedivit. Wess.

11. τὸ ἐγίνετο ἐκ τῶν ἰχθύων] In alio scriptore viderentur ista lectoris emblema: in Herodoto caute versandum est: vid. lib. II. c. 149. Diodor. I. 52. τὴν ἐκ τῆς λίμνης ἀπὸ τῶν ἰχθύων γινομένην πρόσοδον ἴδιαν (Rex Ægypti, atque Ægyptiorum ad exemplum Persa:) τῇ γυναικὶ πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμόν: hinc ratio liquet exceptionis hoc in loco. Valck.

16. Σανναγίδαι] Gentem non novi: nomen ita exaratum ex MSS. placuit; nam Med. et Arch. una in littera aberrarunt. Aparytas frustra quærendo vestigavi. Gandarii et Dadicæ recurrunt VII. 66. neque aliis sunt ignoti. Wess.

Cap. XCII. 4. Παρικανίων] Ad eum modum Steph. in Παρικάνη, et alii, cum

Nostro VII. 86. Sunt autem hi Paricanii ab illis diversi, qui Æthiopibus junguntur, cap. 94. Orthocorybantii (ibid.) an Orthocorybantes rectius pingantur decernere haud valeo. Παυσίναι, (l. 6.) si Is. Vossii non fallit conjectura, Παισίναι erunt. Eum vide ad Melam III. 5. Wess. — De Caspiis conf. mox ad cap. 93, 9. notanda. De *Paricaniis* facile equidem *Rennello*, clarissimo Viro, adsentior, in *Geogr. System of Herodotus*, pag. 270. Παρηταχηνοὶ h. l. corrigenti, collato Nostro I. 101., Stephano Byz. in Παραίταται, aliisque auctoribus a Cellario Geogr. Ant. T. II. p. 808. citatis. Dissentit quidem Larcher in Indice Geogr. ad Herod. p. 419. S.

9. μίχρι Αἰγλῶν] Steph. Byz. Αἴγηλοι, ἔθνος Μηδικόν: quam nationem eamdem atque Æglorum suspicabatur Luc. Holstenius, et ante eum Ortelius. ΑΙΓΔΩΝ, quomodo Valla et Arch., et ΑΙΓΑΩΝ vocabulum idem: error est alterutra in scriptione, incertum qua. Habet lib. VII. 72. Αιγύων in hac vicinia gentem, quæ Αιγνίων et Αἰγνὶς Arch. Eadem Λιβύης, et Bactris contermina, cap. 86. ejusdem libri. Qua quidem in discordia, cum auxilii spes aliunde deficiat, ἰκνέομαι consultum est. Wess.

Cap. XCIII. 3. Σαγαρτίων καὶ Σαραγγίων, etc.] *Sagartii* memorantur a Steph. Byz., Ptolemæo et Nostro I. 125. VII. 85., tuenturque nomen suum. *Sarangæ*, Σαράγγαι, Σαραγγίων, VII. 67., unde Σαραγγαίων absurde finxerunt, quo lapsu voces Ἀθηναίων, Θηβαίων, locum Ἀθηνίων, Θηβίων, invaserunt. De *Mycis* (l. 5.) nulla deinceps hæsitatio: adstipulantur Holstenio et Berkelio, titulum nationis Ethnicographi præscripto instaurantibus, schedæ veteres et VII. 68. Wess.

[9. Κάσπιοι. Caspii, ad Caspium puta mare habitantes, supra nominati sunt, cap. 92, 6. iidemque iterum lib VII. cap. 67, 1. memorantur. Nunc qui h. l. iterumque VII. 86, 5. eodem nomine insigniuntur, (si vera scriptura est, quam utrobique libri tenent omnes) hos ab illis diversos esse adparet. At exspectare debebamus, adjecta quadam nota hos, quos Indorum vicinos fuisse intelligi par est, distincturum fuisse Herodotum ab alteris illis Caspiis. Quod quoniam non factum, nec apud alios scriptores reperitur Caspiorum in illo terræ tractu mentio, ex conjectura corrigere scripturam et h. l. et VII. 86, 5. tentarunt. Et *Reizius* quidem Καστιέων corrigens, Stephani Byz. auctoritatem (ut ipse in Præf. ad suum Herodotum, p. xvii. docet) secutus est, qui ex Herodoti libro tertio Κάστωρα urbem Parthorum memorat, Indiæ finitimam. Quod nomen quum nusquam alibi apud Herodotum legatur, sedes illius hæc fuisse videri debebat. "Una dubitatio est: (inquit idem Reizius) quod Herodotus non urbis hic meminit, sed gentis; et, quum Stephanus dicat etiam gentem Καστιέους nominari, alium is ejus rei testem laudat, non eundem Herodotum." Itaque "audacius fortasse quam par erat se fecisse, Καστιέων corrigentem," ipse vir doctus profitetur: pro cujus quidem caussa hoc dici poterat, nihil impedire quo minus credamus, in Epitome Stephani, quæ sola ad nos pervenit, locum istum (quod in plurimis aliis factum constat) nonnihil turbatum esse; ab ipso Stephano nomen Κάστιρα non minus ex Herodoto, quam ex Dionysio, fuisse citatum. Aliam rationem secutus doctissimus perspicacissimusque *Rennell*, in *Geographical System of Herodotus*, pag. 302. (laudatus hoc nomine a Larchero in Tabula Geogr. ad Herod. pag. 99 seq.) quoniam cum Sacis jungitur hic populus, Κάσιοι corrigendum

censet, ejus regionis incolas intelligens quæ Κασία χώρα apud Ptolemæum Geogr. lib. VI. cap. 15. nominatur. Cæterum non opus est ut moneam, quum in hac parte Historiarum Herodoti, tum in aliis ubi de geographicis rebus agitur, præter *Larcheri* Indicem Geographicum, cum fructu consuli posse idem laudatissimum Rennelli opus, e quo multa passim Larcherus (tam in Notis ad Herodotum, quam Tomo VIII. quo Index Geographicus continetur) excerpsit, nobis quidem, ne nimium augeatur hujùs operis moles, prætermittenda. S.]

Cap. XCIV. [1. Παριτάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐν τῆς Ἀσίης] Alios Paricanios, cap. 92, 4. memoratos, videri Paretacenos esse, supra monuimus. Paricanii, qui hic cum Æthiopibus Asiaticis componuntur, iidem lib. VII. c. 68. componuntur cum Utiis et Mycis, quos Erythræi maris accolas fuisse ex superiori, cap. 93, 5. intelligitur: quare et hos haud procul ab illo terræ tractu sedes habuisse probabile est. Larcherus in Not. ad h. l. Æthiopas Asiaticos adfirmat Colchos esse, prorsus contra Herodoti usum mentemque, qui Colchos suo semper nomine nominat, (ut II. 104. et III. 97, 14.) eosque ne coloniam quidem Æthiopum, sed Ægyptiorum facit, denique qui mox diserte docet, (III. 97, 14.) *Colchis* tributi nomine nihil fuisse imperatum, sed de donis quinto quoque anno adferendis pactos illos esse cum rege. Hoc igitur gratis sumto, idem vir doctus Paricanios, qui hic nominantur, Colchis finitimos statuit, inter Caucasum et Pontum Euxinum habitantes. Conf. Steph. Byz. in Παριτάνη, Plin. Hist. Nat. VI. xvi. 18. et Pomp. Melam, I. 2. ibi ab Holstenio citatum. S.]

3. Μαστιγοῦσι, etc.] Adsolent ad hoc vocabulum et ad Saspires, tanquam ad scopulum offendere scribæ. Vide lib. I. cap. 189. et 110. Μασσύνοικοι Ask. et lib. VII. 78. codicum plurium, haud male. Μάσσυνες, gentili dialecto, turres; quas quoniam incolebant, inde nomen in Diodori lib. XIV. 30. Μάρδοισι ex Is. Vossii ad Melam, lib. I. c. 2. correctione Μαρσί. Certe Μᾶρες apud Stephanum Mossynœcorum perhibentur vicini, suntque infra lib. VII. 79. nec longe ab illa viri docti divinatione MSS. distant. Wess.

[9. πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους] Ad omnes ceteros vertit Gronov. incerta sententia; cujus versionem tenuit Wess. Idem vero Gronov. in Notis, par cæteris omnibus. Nos, pro ratione aliorum omnium, posuimus: rectius fuerit, præ reliquis omnibus. conf. II. 35, 3. et VIII. 44, 1. Nescio an eamdem sententiam in animo Valla habuerit, super cæteros omnes scribens. Manifeste vero contra auctoris sententiam Larcherus: "Ils payoient autant d'impots que tous les autres ensemble." S.]

Cap. XCV. [2. γίνεται τεσσεράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ ἑπτακισχίλια τάλαντα] Id est, 9540 talenta, nempe Euboica: qui numerus quum minime congruat cum his quæ proxime sequuntur; si modo justus est numerus 14560, quo paullo post universa tributorum summa indicatur, vera fuerit codicis Arch. scriptura, ὀγδώκοντα καὶ ὀκτακόσια καὶ ἑπτακισχίλια exhibens, id est, 9880, qui numerus alioqui ex docti cujusdam viri emendatione adscriptus videri poterat. Certe, si de summa 14560 (l. 8 seq.) detrahas 4680, (ex l. 5 seq.) restant 9880. Alteri autem numero 4680 recte constat ratio; quandoquidem 360 talenta ramentorum auri, pro ratione tredecupla, quam ipse Scriptor indicat, conficiunt 4680 argenti talenta Euboica. Sed ipsam illam 14560 talentorum summam, sive alterum numerum 9880

talentorum, quo pacto collegerit Noster, id vero haud satis adparet. In unum collectis numeris omnibus, qui in recensu tributorum ex XIX. præfecturis redeuntium diserte indicantur, prodit summa 7740 talentorum Babyloniorum; quæ, pro ratione 60 ad 70, quam cap. 89, 10. docuit auctor, conficiunt Euboica talenta 9030; quibus si adjeceris 4680 ex India redeuntia, habebis summam 13710. Denique his 13710 si adjeceris 240 fere talenta, quæ ex Moeride lacu (cap. 91, 9. coll. cum II. 149 extr.) redibant, conficiuntur 13950 talenta. Itaque, nisi in numero 14560 (sub finem hujus cap.) erratum fuerit, intelligi par est, aut in superiorum numerorum particularium aliquo sive aliquibus peccatum fuisse, aut 610 illa talenta, quæ complendæ summæ 14560 desunt, ad reliquam summam adjectam esse tamquam pretium frumenti, ab Ægyptiis eorumque finitimis ad alenda centum et viginti hominum millia conferendi, de quo cap. 91, 12 seqq. De verbo *γίνεται*, quod in locum vulgati olim *εἶναι* substitui, dictum in Var. Lect. (ed. S.) ubi simul monui, videri istud ex *εἴη* corruptum. Similiter Benedictus in Act. Sem. Phil. Lips. haud incommode *εἴη ἄν* legendum corrigit, quo significetur (coll. l. 8.) incerti quiddam in definienda hac summa inesse. S.]

3. *τρισκαιδικαστάσιον*] Auri ad argentum ratio varia, pro minore aut majore ejus abundantia. Quæ hic *τρισκαιδικάστιος*, ea ætate Platonis in Hipparch. p. 231. n. duodecupla sive *δωδεκαστάσιος*. Menandri Comici ævo decupla, *δεκαπλάσιος*, ap. Polluc. IX. 76. Adtigit hanc rem Car. Arbuthnotius Tabul. Antiq. Numm. c. 6. Est quoque in comparatione talenti Babylonici et Euboici, et utriusque inter se justa proportione, anceps disputatio et difficilis, jam olim ab egregio viro Guil. Budæo de Asse lib. IV. p. 87. prudenter instituta, et nuper a Cl. de la Barre Histor. Acad. Inscript. T. VI. p. 355. docte iterata. WESS.

[8. *τὸ δ' ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπεῖς*] Obscurius dictum: id quod his (sive, in his) minus est, omittens. Quid velit, satis adparet, omittere se minorem numerum unitatum, qui huic summæ deest ad veram summam complendam. S.]

CAP. XCVII. 4. *δῶρα δὲ ἀγίνου*] Futile *ἀγίνου* superstitiosæ Florentini Codicis admirationi, oculos clarissimi viri nimium præstinguenti, debetur. Nolo factum traducere, miror tamen, cum toties totiesque *ἀγινεῖν* et *ἀναγινεῖν* in hac tributi descriptione deponantur. Sequentia exscripsit Eustath. ad Odyss. p. 1386, 8. (Od. p. 13, 14. ed. Bas.) WESS.

8. *σπέρμασι μὲν χρέωνται*] Paucis, ut solet *ὁ πάνυ*, lectionis vulgatæ monstravit absurditatem in Dissert. Herod. p. 174, et 175. monuitque consuetudinem respici memoratam, c. 38. qua solebant, *τοὺς πανέρμους ἀποθήσκοντας καταστίσεσθαι*, pro *σπέρμασι* docte corrigens *ἔργμασι*. Cogitanti mihi H sæpius in Π mutatum a librariis, venerat in mentem *σήμασι* (id est *τάφῳ*) *μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ, τῷ καὶ οἱ Καλατίαι Ἰνδοὶ, εἰνήμασι δὲ ἔνιστε κατάγαια*. Potuit utraque domus simul conmode memorari. Vid. Diodor. T. I. p. 60, v. 69. (lib. I. c. 51.) Mos ipse vix alibi narratur, ubi hac in re dissimillimæ variarum gentium recensentur consuetudines Nicolao Damasceno Stobæi, Diodoro Sic., Plutarcho, Ciceroni, ceterisque: quo scilicet hi Indi atque Æthiopes, secundum Herodotum, viva parentum suorum erant sepulcra, quorum illi cadavera visceribus suis ingesta condebant, et *ἐμψυχοι τάφοι* dici possent *ζωγειάζοντες*, vid. erudita collectanea Th. Gatakeri ad M.

Antonin. IV. 21. et Jac. Tollius ad Longin. III. 6. Ad hanc consuetudinem accedebat prope illa Massagetarum ap. Herod. lib. I. c. ult. atque hinc Anonymo memorata, cujus dissertationibus inter Pythagoreorum reliquias locum non dederim, p. 713. Μασσαγέται τοὺς γονέας (non quosvis:) καταπρήσαντες κατέσθουσι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἡμῖν ἐν τοῖς σίτοις τυθάφθαι, in liberorum visceribus conditum esse, honestissimum videtur sepulcrum. Conf. Herod. III. 99. Valck.

Ibid. σπέρματι μὲν χρέωνται —— οἱ Καλατίαι] Superius c. 38. Καλαντίαι, verius titulo. Quod autem hic de semine, σπέρματι, quid eodem Æthiopes et Indi Calatiæ utebantur, expediri non potest. Nusquam quidquam Scriptor illo de semine. Contra prodit, Indos istos τοὺς γονέας κατεσθίειν, parentes suos vorare. Idem hi Æthiopes, uti verba requirunt, si factitarint, σπέρματι insinuata est penitissime labes, nec melius leniusve, nisi erro, detergenda, quam ἔργμασι μὲν χρ. eodem facinore defunguntur, quo Indi Calatiæ, scribendo. Ita secum non pugnabit Herodotus et sermo procedet recte. Ἔργματα καλὰ sunt in Perictionæ fragmento ap. Stobæum, p. 487. Euripides Orest. v. 160. Ὦ μίλτος, ἐχθίστων θεόθεν ἐργμάτων. Wess.—Ut operosa et longius adscita, sic parum utilis, hæc doctissimorum duumvirorum disputatio. τὸ ἐν Αἰθιοπίᾳ γιγνόμενον σπέρμα memoratur Athenæo III. 110. e. Polluci VI. 73. Hesychio in Ὀρίνδην: intelligiturque sive oryza, sive millii quoddam genus, Nostro iterum paulo post (c. 100.) memoratum. Confer Denon, Voyage en Egypte, p. 75. aliosque Itineratores. S.

12. ὑπηκοίας φάλαγγας ἰβίνου] Plinius hoc ex loco in tributi vicem regibus Persidis e materie ejus (ebeni) *centenas* phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas; quibus, nisi memoriæ ludibrium debuerit, longe minorem phalangarum se numerum invenisse, declarat. Idem lib. VIII. 3. quæ Juba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, et consuetudo melius, *dentes*. Conf. ad Diodor. II. 19. Wess.

14. ἐτάξαντο ἐς τὴν δωρεήν] Sic ex Scriptis, Colchi ipsi (se) ad donationem ordinarunt. Fert ita mos in ultronea tributi et donorum collatione. Ipse post pauca, οὗτοι ἂν δῶρα τὰ ἐτάξαντο: et c. 13. καὶ φόρον τι ἐτάξαντο. Rursus lib. IV. 35. ἀντὶ τοῦ ἀνυτόκου τὸν ἐτάξαντο φόρον: tum c. 165. ejusdem Melpomenes. Wess.

16. τοῦ Καυκάσιος] Agnoscit Steph. Byz. Alioqui Καύκασος mons ille aut Καυκάσιος, lib. I. 203. Quod ex Aldo venerat ἐς ἰμεῖῦ, pro ἐς ἰμέ, id bene lib. I. 66. (ubi idem olim) decurtarat H. Steph., hic prætervidit. ἐς ἰμὲ genius sermonis flagitat, et usus lib. IV. 125. V. 45. etc. Wess.

20. πάρεξ τοῦ φόρου] Arabes ἀτελίης sive a tributo erant immunes, cap. 91. Par et memoratarum paullo ante nationum conditio. Dona ferebant ultro, nullum tributum. Consequens est, ut πάρεξ τοῦ φόρου eas non spectet, sed descriptum aliis et imperatum tributum. Geminum dabit c. 117. Wess.

Cap. XCVIII. 2. νομίζουσι, cui in Med. et sequacibus locus negatur, exsulare potest, Gronovio probe admonente: satis autem est τοιῷδε κέωνται. Wess. — Quo pacto, salva orationis structura, abesse verbum νομίζουσι h. l. possit, non video equidem. S.

10. ἐκ πλοίων καλαμίνων ἐρεμνώμενοι] Displicuit semper ultimum vocabulum: nam quid? insiliebant-ne ex navigiis Indi in pisces magno impetu, ut manibus deprehensos raperent? Id dicendum, si vulgato vigor adsit. Conjiciebam ἐρευνώμενοι. Apud Hesych. Ὀρμενῆς·

est ἁλιεύς, hamo pisces captans, formatus utique ex ἑρμίον. Video nunc simile in opinionem Cl. Pavii venisse, scribentis ἐρμώμενοι, ex ἑρμὰ, sive linea hamoque, unde ἑρμάσασθαι. Foret sane alterutrum ad sententiam utile, Indosque ex navigiis hamo piscibus exhiberet insidiantes. At deest verbo auctoritatis usus; favet analogia. Pro vulgato Abreschius ad Thucyd. p. 297. Naves ex arundinis in India internodiis non neglexit Diodor. II. 17. Wess.—ἐκ πολλ. καλ. ἑρμώμενοι commode habere videtur, nil aliud significans, nisi navibus arundineis ad capiendos pisces exeuntes; perinde sive hamo, sive retibus, illis insidiarentur. De Indica arundine, cujus singula internodia navigiorum vicem, si credimus, (ut Plinius ait) præstant, conferri Theophrastus potest, Hist. Plant. IV. 12. Strabo lib. XV. p. 710 seq. ed. Cas. hisque prior Ctesias, Indic. c. 6. qui tantam ejus crassitiem esse narrat, quantam duorum hominum ulnæ vix complecti possint; cujus verba ad Plin. XVI. XXXV. 65. adposuit Harduin. S.

12. ἐσθῆτα φλοΐνην] Ex *libro* (Latine reddidit) vir Cl. spreto Salmasiano ex *phleo*, quod verius multo. Atticis φλέως, Ionibus φλοῦς, herba palustris, scirpi instar, auctore Polluce X. 178. Ἐσθὴς φλοΐνη, scirpea sive ex phleo, etiam Pausan. lib. VIII. c. 22. p. 641. Conf. ad Solin. p. 702. et Bod. a Stapel in Theophr. lib. IV. (c. XL.) Hist. Plant. p. 463. Articulum ἡν ultima præcedentis syllaba in codicibus quibusdam devoravit, quæ crebra omissionum caussa. Wess.—Herodoti hunc locum respexit Niebuhr, Itinerar. T. II. p. 70. ubi vid. Tab. æn. XII. fig. C. S.

Cap. XCIX. 2. Παδαῖοι] Broukhusius aliique dudum viderunt, huc respexisse Tibullum IV. 1, 144. *Impia* nec sævis celebrans convivia mensis, Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus. Gentis nomen, auctoritate Tibulli satis munitum, restituendum videtur Nicolao Damasc. ap. Stob. p. 105, 31. hinc in Excerptis N. Cragii et H. Valesii p. 514. similiter scriptum: ἐν Παδαλίοις Ἰνδικῇ ἔθνει οὐχ ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὁ συνειδὼς τῶν πρόσθεν κατάρχεται τῶν ἱερῶν· αἰτεῖται δ' ἀεὶ παρὰ θεῶν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δικαιοσύνης. Corrigebam ἐν Παδαίοις: nam inhumana gentis consuetudo nihil impedit, quo minus solam a Diis virtutem, sive justitiam, expetendam esse censuerint. Valck.

Ibid. καλέονται δὲ Παδαῖοι] Hæsitat Cl. Salmasius an forsan Πανδαῖοι Pandæi sit legendum, ad Solin. p. 700. quasi a Pandæa, Herculis filia, de qua Arrian. Indic. c. 9. genus duxerint. Sed de gentis nomine nihil dubitandum. Tibullus, quod vir summus fatetur, hinc lib. IV. I. 145.

Impia nec sævis celebrans convivia mensis
Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus.

ubi Pandæus metri modulum depravabit. Quod et Cellarium V. Cl. Geogr. Ant. lib. III. 23. p. 872. observasse conperior. Νομαίοισι ex Steph. margine Herodoteum dictionis colorem ostentare, norunt omnes. Unde accesserit, ignoro. Wess. — In vetere libro scripturam νομαίοισι reperisse Stephanum, nostri libri declarant. S.

7. ἄκαρπός ἐστι μὴ μὲν νοσέειν] Hic forte legendum suspicabatur Vir Clar. μὴ μὲν, vereor ut uspiam illud inveniatur in talibus: ἢ μὲν in jurandis frequentat et Herod. Quod hoc uno loco Reisk. dimisit intactum, sæpe sollicitavit, velut in his II. 179. χρῆν ὀμόσαι, μὴ μὲν ἐόντα ἰλάσιν: III. 66. ἕξεσθαι ἢν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν: V. 106. Θεοὺς ἐπόμνυμι μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι. Sana nunc videbuntur, quæ suis singula locis censebantur vitiosa: amat hanc etiam voculam μὲν trajicere in alium locum Herodotus. Valck.

Cap. C. 1. κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον] Gentis Indicæ nomen præbet Nicol. Damasc. apud Stob. p. 66, 38. Ἀρίστονοι τῶν ἐμψύχων οὐδὲν ἀποκτείνουσι· τὰ δὲ περάματα τῶν χρηστηρίων ἐν χρυσοῖς ἐλύτροις φυλάττουσι. Nic. Cragii, Conr. Gesnerum sequuti, corrigit errorem Henr. Vales. in Exc. Peiresc. p. 74. et τὰ περάματα τῶν χρηστηρίων, (aliis dicta τῶν σκευῶν τὰ περάματα,) recte interpretatur: conf. I. G. Grævius in Hesiodi Ἔργ. κ. Ἡμ. v. 402. Dudum ante Vales. Nicolai locum jam explicuerat Casaub. in Athen. p. 20. (?) vid. Leopardus Em. XIII. c. 6. Valck. — De vocab. χρηστήριον conf. Athen. V. 204. f. et quæ ad Athen. III. 114. d. adnotavimus. S.

[3. αὐτοῖσί ἐστι ὅσον πύγχεος τὸ μέγαθος, etc.] Vide supra c. 97, 8. ibique notata. S.]

Cap. CI. 3. ἡ γονὴ —— μέλαινα, κατάπερ τὸ χρῶμα] Aristoteles hanc assertionem falsi, neque sine ratione, coarguit Hist. Anim. III. 22. p. 82. et Generat. Animal. II. 2. p. 207. Caussa Indorum Æthiopumque nigredinis Onesicritum et Theodecten sollicitos habuit ap. Strabonem XV. p. 1019. (pag. 695 seq. ed. Cas.) non infulse decernentem, in utero κατὰ σπερματικὴν διάθεσιν tales fieri, quales sunt qui genuerunt. Sed hæc erudite Cl. Bern. Sigef. Albinus Dissert. de Colore Æthiop. p. 10. Wess. — Conf. *Soemmering*, vom Neger, p. 59. laudatum Heerenio in Ideen, etc. T. I. p. 416. S.

Cap. CII. 3. κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν] Copula (quæ olim ante τῶν inserta erat) nexum et seriem sermonis conturbabat. Scripsisse, Corn. de Pauw conjectura est, κατοικημένοι μετὰ τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἵ, etc. habitantes cum aliis Indis, qui Bactriorum more vivunt; nam Indos, aurum colligentes, ex istis fuisse, qui Bactriorum moribus utebantur. Atque hæc tolerari utcunque potuerant, ni καὶ, fide MSS. bonam ejurasset copiam. πρὸς ἄρκτον —— κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἵ, etc. versus septemtrionem —— incolentes aliorum Indorum, qui etc. Tale IV. 7. πρὸς βορῆν — ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, ad boream eorum qui superioris regionis incolæ sunt. Caspatyro (Κασπάτυρος Steph. Byz.) opportunior opera lib. IV. c. 44. veniet. Wess. — Vide ibi notata. S.

[6. ἐρημίη. Desertum Cobi. Conf. *Heeren* Ideen über die Politik, etc. T. I. p. 390. et 116. S.]

12. εἰσὶ δὲ καὶ εἶδος ὁμοιότατοι αὐτοῖ] Sequi si libuerit Arch. et Vind., οὗτοι ex pristina scriptura eradentes, nihil erit, quod molestiam creabit. Similes nostris quantum ad formam designantur. Ut nunc est, καὶ εἶδος αὐτοῖσι, etc. maluit Cl. Reiskius, cui Dio Chrysost. Nostri vestigia premens, Or. XXXV. p. 436. B. favet, οὗτοι δέ εἰσι ἀλωπέκων μείζονες· σᾶλλα δὲ ὅμοιοι τοῖς παρ' ὑμῖν. Quæ Strabo XV. p. 1032. (p. 705. extr. et seq. ed. Cas.) et Arrianus Indic. c. 15. de formicis ex Nearcho et Megasthene referunt, prudens negligo. Omnes videntur, ut vere Arrianus, ἀκοὴν ἀφηγήσεσθαι, nec ipsas vidisse. Habet ex Busbequii Epist. IV. magnus Thuanus lib. XXIII. p. 461. animal, cui formicæ Indicæ nomen ex quadam similitudine inpositum, quod ad stabiliendam hanc rem Nobil. Palmerius Exercit. in Græc. Auct. p. 16. aptissimum censuit. Wess. — De scriptura quam secuti sumus, videsis quæ in Var. Lect. (ed. S.) monuimus. Ad rem quod spectat: si vera fabula, (cujus ingeniosam interpretationem ex Comitis Velthemii conjectura Heeren loco cit. p. 392. refert) fuerint istæ bestiæ de vulpino genere; quæ ob vitæ quidem genus conferri utcumque cum formicis, atque inde nomen

etiam potuerunt invenire: quod vero de corporis specie simillima formicis hic narratur, ea quidem fabula nescio cujus ex errore manavit. Intelligi par est, hoc voluisse Herodotum, debuisse certe, *vulpibus* similes esse illas bestias. Animal esse canis mediocris magnitudine, mordax et sævum, ex Busbequio Thuanus scribit. Nearchus apud Arrianum, vivum quidem animal se non vidisse profitetur, pelles vero multas (δορὰς αὐτῶν πολλὰς) in Macedonum castra adlatas. S.

19. διιστώτι ἡμέρας πολλὸν] Gronovio et meliorum Codicum conspirationi, etsi multiplex πολλὸν inter et πολλῷ conversio, obniti recusavi. Editur lib. VII. 7. Αἴγυπτον πᾶσαν πολλῷ δουλοσύνην ποιήσας, invitis membranis, πολλὸν ostentantibus. Sed talium messis uberrima. De camelis taceo. Animal ex Herodoto doctissimi viri Conr. Gesnerus, Bochartus, Shaw atque alii illustrarunt. Wess.

Cap. CIII. 3. κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι, etc.] Ælianus, quando de Nat. Anim. X. 3. Ἡρόδοτος, inquit, λέγει, τὰς καμήλους ἐν τοῖς ὀπισθίοις σκέλεσιν ἴσχειν τέτταρας μηρούς, καὶ μέντοι καὶ γόνατα τοσαῦτα, τὰ δὲ ἄρθρα διὰ τῶν σκελῶν τῶν κατόπιν εἰς τὴν οὐρὰν τετράφθαι αὐταῖς: dubites ἄρθρα legerit, an αἰδοῖα: quæ sic non Herodoto tantum, sed etiam Æliano frequentius, quam aliis ἄρθρα, vocantur, de animalibus loquenti, lib. I. 17. III. 47. VI. 27. IX. 48. ad quorum locorum primum nonnulla notat Trillerus. Secundum Solonis tabulam, ὡς ὁ ἄξων φησίν, Lucian. T. II. p. 358. obtruncare licebat Athenis mœchum, quem Plautus vocat (Bacchid. IV. 8, 77.) manifestarium, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἴσχοντα. Petit. in Legg. Att. p. 463. Valck. —Ἄρθρα de genitalibus Noster usurpavit III. 87, 3. IV. 2, 4. De camelo consuluisse juvabit quæ ad Ælian. X. 3. huc spectantia Schneiderus adnotavit. S.

Cap. CIV. [7. ὑπερτίλας, μίχρις οὗ ἀγορῆς διαλύσιος] Distinctionem vulgo post ὑπερτίλας nullam interponentes, juncta ista intellexerunt ὑπερτίλας μίχρις οὗ, etc. Quæ quum sic Vallæ convertisset, eo usque effervescens dum tempus est a foro discedendi; verbum ὑπερτίλας rectius expressurus Gronovius, in hunc modum interpretatus est, eousque capitibus imminens dum tempus est etc. quo nihil, non modo a Scriptoris mente alienius, sed et per se nihil absurdius dici poterat; quandoquidem tempus quo a foro discedebatur, meridiei licet proximum, tamen antemeridianum intelligitur. Quo magis mirari subit, versionem istam non modo a Wesselingio, perparco in corrigendis Gronovii vel Vallæ Latinis, esse servatam, verum a Larchero etiam fideliter his verbis expressam, "ils l'ont à plomb sur la tête jusqu' à l'heure," etc. Satis vero adparet, ὑπερτίλας referri ad θερμότατος δὲ ἐστι ὁ ἥλιος, ardentissimus est sol ex quo ortus est, sive, ex quo ad aliquam cœli altitudinem pervenit, usque versus medium diem. Ὑπερτίλλοντας· ἀναπίλλοντες, Hesychius. Rursus idem, consentiente Suida, Ὑπερτίλλων· ὑπερφωτίλλων, ὑπερθαμβούμενος τῷ ἄλλων ἥττων. S.]

[9. ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρίχεσθαι] Intelligunt vulgo cum *Valla*, dicuntur illi tum in aqua se abluere; sive madefacere, ut Gronov. Ego de vehementiore sudore accepi, quemadmodum Gallice dicimus "nager dans l'eau." Sane Latinum vocabulum sudor satis manifeste ipsum Græcum ὕδωρ est. S.]

13. ἐσιὸν ἴσι μᾶλλον] Quod scriptus offert liber, ἐσὶ μᾶλλον, damnabile non est. Haud dissimili in negotio lib. IV. 181. ἐσὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμόν: etiam I. 94. Pherecydes ap. Diogenem I.

122. τῇδι νώσῳ πιεζόμενος ἐπὶ μᾶλλον. Pulcre propterea Cl. Reimarus caussam infitiatur esse, cur Dionis Cass. lib. LXVII. p. 507. Ed. Nov. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἢ πρὶν ἐπιστέρνου abeant in ἔτι μᾶλλον. Wess.

Cap. CV. 8. καὶ παραλύεσθαι ἐπιλεομένους οὐκ ἐμοῦ ἀμφοτέρους] Inest his ingrati quidpiam ob sequentia. Cl. de Pauw, καὶ παραλύεσθαι, ἐπιλεομένους που ἐμοῦ ἀμφοτέρους, et deficere attractos aliquando duos pariter, levi mutatione. Majus est molimen docti viri in Miscell. Lipsiensibus, Vol. VII. p. 93. Mihi copula non placet, proscripta in Arch. et inducta. (Eamdem delendam censuit Reisk. aut scribendum ἀπωσεῖν καὶ παρελ. Possis tamen, ut sæpe alias, etiam, cum vi intensiva, vel adeo, intelligere.) Tum dubium est, debeat-ne παραλύεσθαι de virium resolutione, an vinculorum, sumi. Quorum in posterius sæpe declivis fui. Mares cameli erant συρηφόροι, funales: in pernici cursu cum feminis pares haud essent, attracti exsolvebantur, sed οὐκ ἐμοῦ ἀμφοτέρου non ambo pariter, prior fortasse dexter, tum sinister, aut contra. Hoc si valeat, cessabit fortasse difficultas. Certius est, διδόναι μαλακὸν (quod l. 10. ex Med. adsciverat. Gron.) pugnare sermonis genio et ex schedarum macula venisse. Hemsterhusium fugere hoc ad Comici Plutum non potuit: cujus monito adjungenda Elsneri observata Schediasm. Critic. p. 10. Præstat præterea οὕτω Ἰνδοὶ aut οἱ Ἰνδοὶ ex Aldo et aliis. Sic c. 109. οὕτω κτῆνεα Ἀράβιον. Wess.—In istis παραλύεσθαι ἐπιλεομένους, etc. si nihil mutandum, et ego nunc in eam partem inclino, quæ Wesselingio probabilior visa erat. Similiter ἐπίλεσθαι ἵππον ἐκ τοῦ βραχίονος, V. 12, 10. et 19. et ἐπίλεσιν τὰς οὐρὰς, III. 113, 5. At rursus alibi ἐπιλεομένους dicit Noster eosdem atque τοὺς ἐπολισθαίνοντας, qui in agmine pone manent, qui segnius sequuntur, moratores, IV. 203, 18. quæ notio opportuna huic loco foret, si negans particula abesset. Aliam rationem secutus doctissimus *Coray*, in Larcheri Notis, verba ista in hunc sensum interpretatur: "Les chameaux mâles se sépareroient des femelles (resteroient en arrière), s'ils n'étoient point tirés ensemble et à coté d'elles." S.

10. ἰνδιδόναι μαλακὸν οἰδέι·] Virum Clar. notavit T. Hemsterh. ad Schol. in Arist. Plut. v. 488. ubi hæc Herodoti commodum admovit Grammaticus Aristophaneis, μαλακὸν δ' ἐνδώσεις μηδέν. Similia quædam collegere L. Küster. et in Schediasm. Crit. se longe doctiorum satis superbus censor Jac. Elsnerus. Quid hæc sibi velint non est obscurum; "fœmellas nempe camelorum desiderio pullorum, a quibus fuerant abstractæ, gradu currere concitatissimo, maribus sua quoque natura velociores." Sed mihi non plane liquet, quid in proximis dixerit de duobus maribus funariis: συρηφόρους fuisse novimus ex cap. 102. ubi insidens fœmellæ habebat Indus συρηφόρου ἐπιστρεφόμενον ἔρκεια παρείλκειν. Valck.

13. ἐρυσσόμενος] Omissum hoc verbum non requirerem. Hic satis erat dixisse: ἄλλοι δὲ σταυιώσεως ἐν τῇ χώρῃ. Flumina etiam erant aurifera: cap. 106. χρυσὸν ἄπλυτον αἰεί, ἐὸν, ἐκ μὲν ἐρυσσόμενος· ἐκ δὲ καταφορεύμενος ὑπὸ ὕσεος ταμῶν. ἐκ δὲ —— ἐρυπτόμενος. Hæc Is. Casaubonus, quæque participium ἐρυσσόμενος sequuntur, οἱ δ' ἐσχατιαὶ πρὸς τῇ οἰκουμένῃ τὰ πάλλιστα ἔλαχον, adhibuit in Athen. VI. c. 4. (cap. 23. nostræ ed.) ad ista p. 233. D. ἐν τοῖς ἐσχατιοῖς τῆς οἰκουμένης καὶ πρόσθια τὰ τυχόντα ψάμμα χρυσοῦ καταφέρει: quæ, ni fallor, Posidonii verba, Eustathio etiam excitata ad Od. δ'. p. 153, 42. Celtarum

quos vocabant, flumina potissimum spectant. Eidem Posidonio sua hac de re debet Diodorus Siculus V. 27. ut pleraque, quæ de Hispanis, Gallis, et finitimis populis nobis tradidit. Hunc quoque fontem Diodori, præter ceteros, aperuit eruditio Wesselingii. VALCK.

CAP. CVI. [3. *τοῦτο μὲν γὰρ*] His respondent ista, *Πρὸς δ' αὖ μεταμβρίης*, initio capitis seq. S.]

11. *εἶρια —— προφέροντα — ἀριστῆ τῶν ἀπὸ τῶν ὀΐων*] Nihil verius. Idem ingenii remigio Pavius adsecutus fuit. Larga de hoc arborum genere Palmerii disputatio (Exerc. in Gr. Script. p. 18.) plantam, gossypii feracem, excludit, arborem gossampinam præferens Plinii. Quæ Bellonius Observ. II. 6. Prosp. Alpinus de Plant. Ægypt. c. 18. et popularis meus Jo. Veslingius Observ. in Alpin. c. 18. ea disputanti adsentiunt cum Bod. a Stapel ad Theophrast. Hist. Plant. lib. V. c. 9. p. 427. WESS.

CAP. CVII. 5. *ἰυστικίως*] Solam itaque myrrham sibi comparabant *χαλκιτῶς* et *σὺν πόνῳ*; hæc enim apud nostrum opponuntur *τῇ ἰυστικίως*. Cur ergo de illa tacet, multis enarrans quomodo colligerent *λιβανωτὸν, κασσίην, κινάμωμον, λήδανον*; sic ut dici potius debuisse videantur *ταῦτα πάντα* nacti *οὐκ ἰυστικίως*, vel *δυστικίως*: postremum præbet Cod. Arch. teste Galeo. VALCK.

4. *πάντα, πλὴν τῆς σμύρνης, ἰυστικίως κτίωνται*] Velle hæc videntur, myrrham difficulter comparari, de qua et ejus colligendi modo, in aliis aromatibus studiose occupatus, nihil scriptor. Thus, casiam, cinnamomum non sine periculo Arabes sibi quærebant, in ledano fortassis non tantum discriminis et laboris. Qui ergo *ἰυστικίως* de omnibus? Cl. de Pauw *πλὴν* hic sit includere; non, ut plerumque semper, excludere: verti debuisse, præter myrrham illa omnia facile parant Arabes: non unam enim myrrham, sed omnia illa aromata in promtu et parato esse. Mihi dubius voculæ talis usus, præstabiliusque Arch. *δυστικίως*, difficulter, censetur. Myrrha sine magna colligebatur ærumna, reliqua *δυστικίως*, periculoso opere; quod in thure, casia et cinnamomo certum ipse præstat. Styracem autem ad serpentes fugandas, in odoriferis silvis frequentissimas, Arabes urere Nostri exemplo Plinius Hist. Nat. XII. 17. Serpentes habet Musa secunda, c. 75. et Diodorus III. 47. WESS.

CAP. CVIII. 7. *ἀνιηρὰ*] Quæ cutem pungunt aut etiam animum, dicuntur *ἀνιαρὰ*, molesta. Muscæ, crabrones, pulices, atque id genus animalcula hominibus sunt *ἀνιαρά. ἀνιαρόν ἐστιν αἱ μυῖαι*. Leænæ, viperæ, de quibus acturus est, me judice, dici vix possunt, *ἀνηρά*. Non de nihilo est, quod legitur in cod. Arch. *ἀνηκτά*, parum distans ab *ἄνικητα*. Corrigendum arbitror: *ἴσα δὲ σχίνδλια, καὶ ἄμικτα, ἰλιγόγονα*. Non feræ tantum istiusmodi, sed ferinis etiam moribus populi, sæpe dicuntur *ἄμικτα*. Aristogiton, *ὄφις ἢ στοιχεῖος* dictus Demostheni, vocatur eidem *ἄμικτος*, p. 489, 74. Centauros, *θῆρας*, Sophocles vocat *ἄμικτον στρατὸν*, Trach. v. 1111. Obponuntur ap. Herod. *ἴσα ψυχήν τε δυλὰ καὶ ἰδιώδιμα*. VALCK.

Ibid. *ὁ λαγωὸς*] Quæ de lepore tradit, ex Athen. IX. p. 400. F. et Eustath. in Hom. Iliad. *μ'*. p. 869, 16. et aliunde, hunc in modum videntur integranda: *ὁ λαγὼς ὑπὸ πάντων θηρεύεται καὶ θηρίου καὶ ἀνδρώπου, οὕτω δή τι πολυγονόν ἐστι· ἰκανῶς ἰστορεῖται τι μεῖζον πάντων θηρίων καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τίλων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ ψιλὸν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται, τὸ δὲ ἰκκαιρίεται*. Mitto reliqua, quæ vulgatis procul dubio sunt meliora. Formam

Ionicam λαγὸς dat Codex Arch. λαγοῦ legitur et alibi apud Nostrum. Λαγὸς, ὁ Ἴων, Phrynichus p. 78. Eustath. in Iliad. χ'. p. 1372, 47. H. Stephan. App. de Dial. Att. p. 148, 149, 198. Postremum ἐπαναιρέισται est ex Eustathio, qui illud explicat: ἐπαναλαμβάνεται, καὶ ἐπὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τιλειωτέροις κυήμασι στειρωτικῶς συλλαμβάνεται. Herodotea comparans cum Plinianis Salmasius in Solin. p. 283. præferre videtur ἐπαναίρεται, quod Athenæi præbet editum exemplar. Ἀναιρέισθαι Herodoteum est: lib. VI. c. 69. ad Demaratum mater: ἐν —— σὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι: id est συλλαμβάνω. vid. Cl. Abresch ad lib. Cattierii p. 66. Lepus vero, quæ super priores fœtus alium adhuc concipit, ἐπαναιρέεται. Idem est paulo ante Ἐπικυΐσκεται: adjecto τι formam prætuli mediam vulgatæ in Athenæo et Eust. ἐπικυΐσκει τι. Memineram, bis apud Herodotum legi κυΐσκεσθαι, lib. II. c. 93. pisces ἐπιὰν ἐσίῃ οἵστρος κυΐσκεσθαι. IV. 30. ἐπιὰν πρησίῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι τὰς ἵππους: quin etiam ἐπικυΐσκεται apud Clementem Alex. reperiri Pædag. II. p. 223, 17. de leporis agentem salacitate: ὀχεύει πᾶσαν τὴν ὥρην ὁ λαγώς· —— κυεῖ δὲ κατὰ μῆνα καὶ ἐπικυΐσκεται· ὀχεύεται καὶ τίκτει· τικοῦσα δὲ εὐθὺς ὀχεύεται ὑφ' ὧ ἂν τύχῃ λαγωῷ, καὶ συλλαμβάνει πάλιν ἔτι θηλαζομένη. Paria de lepore tradiderunt Xenophon Cyneg. p. 572, 33. Aristoteles de Gen. Anim. IV. 5. Ælianus de Nat. An. II. 12. Ex Theone partim, ad Arati Phænom. v. 338. sic redintegrari poterit cap. 34. Cataster. Eratosthenis: Λαγοός ἐστιν ἐν τῇ καλ. κυνηγίᾳ ὦ τιθείς· διὰ δὲ τὴν ταχύτητα τοῦ ζώου καὶ τὴν πολυγονίαν —— μόνον γὰρ τῶν τετραπόδων δοκεῖ κύειν πλείονα, ὧν τὰ μὲν τίκτει, τὰ δ' ἔχει ἐν τῇ παλίᾳ. Valck.

9. οὕτω δέ τι πολύγονόν ἐστι] Præclare MSS. nam insititium τὸ vitiabat sermonem. Πολύγονος Arch. relinquo. Oppianus fin. Cyneget. III. Ἔξοχα γὰρ τόδε φῦλον ὅσ' ἄπλιτος ἴσριφον αἶα Πολύγονον τιλίῃσι, et reliqua hoc ex fonte artis luminibus culte colorata. Ἐπικυΐσκει τι Athenæi et Eustath. nihil, me judice, melius. Usus utrique auctoritatem dat. Placet etiam inpense ἀναιρέεται, rediturum lib. VI. 69. Possem hic Olearii lapsum ad Philostr. Icon. p. 772. et Steph. Monachii in Barnab. Epistol. p. 813. perstringere. Sed cui bono? Wess.

12. ἡ δὲ δὴ λέαινα, etc.] Herodotea de Leæna, semel in vita unicum catulum pariente, hinc attigerunt Antigonus Caryst. c. 25. et A. Gellius Noct. Att. XIII. 7. hic quidem, quam Plinius vocat, deliram fabulam refutans Homeri et Aristotelis auctoritate: gravioribus testibus advocatis quidquid in eam rem dici posset præcepit Sam. Bochartus P. I. Hieroz. lib. III. c. 2. Valck. — Parisiis ter eodem anno peperisse leænam legimus in Menagerie du Museum d'Histoire Naturelle, Fasc. 2. et primum quidem abortum fecisse, iterum vero tres peperisse mares, denique tertio duas femellas. S.

18. ἐπικτίσαι καταγεάφων] Blanditur ἐπικύσαι, tot codicibus protectum, ex quo Æschyl. Suppl. 565. ἐπικυσμένη βίλει βουκόλου στειρώσας. Sed locum illi, quoniam in dubio, sit-ne vulgatum, Ionum more, ex ἐπικυῆσθαι, non concesi; certe καταγεάφων optime tum adhæresceret, etsi et sua venus in Arch. καταγεάφων. Hoc considerent, quibus volupe fuerit. De ejecto leænæ utero falsa omnia, et dudum a Philosopho explosa Hist. Anim. VI. 31. Adoptavit tamen Basilius M. Homil. IX. in Hexaëm. p. 85. B., et ita quidem, ut hanc de providentia, animalibus timidæ indolis, ferocioribus, leporibus et ceteris,

disquisitionem suam fecerit. Vide ibi Front. Ducaeum. Wess.

Ibid. ἰσιγνίσιν καταγράφων] Mihi sincera videtur lectio Cod. Arch. ἰσιγνίσιν καταγράφων, unguibus obstantia lacerando penetrat. Si nuspiam etiam alibi legeretur illud καταγράφειν (de altero ἰσιγνίσιν non contendam:) suo se tamen colore hic facilius multo tueretur, quam in Troad. Euripidis v. 1251. ex origine parum distans significatu a verbis usitatioribus, καταμύσσειν, et καταξαίνειν. Spinas, quibus adversarium Croesus laceratum perdidit, πάφον vocat Herodotus I. 92. Tribulis lacerare, Plato dixit ἐκ' ἀστραλάβων πάσσειν, de Rep. X. p. 616. A. Contulit Tib. Hemsterh. ad Hesych. p. 1359, diversas etiam verbi memoratas lectiones. Ex eodem disci potest T. Hemsterhusio in Misc. Obs. V. p. 21. verba τάφειν et θάπτειν non nisi forma differre: par est in similibus ratio, ut et in τράφειν et τράπειν, κνάφειν et κνάπτειν. Dedi in iisdem Miscell. multa d'Orvillium, IX. p. 118. et seqq. quae, si Grammaticus tractaretur, examinari mererentur. Recte Herodianus Eustathii: ἐν τῷ Κάδμῳ λέγει καὶ τὸ κνάπτειν γίνεσθαι. Valck. — Conf. Var. Lect. (ed. S.) S.

Cap. CIX. 2. εἰ ἐγίνοντο] Cl. Reisk. εἰ διεγίνοντο, h. e. si diuvilasset, si perseverarent. Wess.

3. οἷον δὲ ἦν βάσανος] Huiusce, ut puto, locum Aristides allusisse videtur T. III. p. 521. εἰ μὴ τῇ κακίᾳ τῆς φύσεως ἀνθεῖτο καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἀσθένειαν καὶ ἀναισθησίαν ὁ θεὸς ἐμηχανήσατο; ἄπαντα δὲ ἐκείνῳ διὰ πόνων ἦν, ὅσους Ἡρακλέους περὶ τὸν θῆρα τοῦτον ἔφη. Ichneumon nisi crocodilorum ova conteret, καὶ τὸ πλῆθος τῶν γενησομένων θηρίων ἄβατον ἂν γενέσθαι τὸν ἀνθρώπῳ, scribit Diodorus Sic. T. I. p. 97, 34. (lib I. c. 87.) huc etiam respiciens, quod vicina manifestant. Quae sequuntur Herodoti (de serpentibus) citat Ælian. de Nat. An. XV. 16. conf. I. 24. Valck.

9. διεσθίει τὴν μήτρα] Nec haec superioribus fide, etsi veterum plures adsciverint, antecellunt. Culti versus sunt, ex Herodoteis ficti et politi, Nicandri Ther. 130 seqq. praesertim, ἐπεὶ διὰ μητρὸς ἀρούρην γαστρὶ ἀναβρήξαντες, ἀμήτορες ἐξεγίνοντο. Memini Galenum Theriac. ad Pison. pag. 461. γαστρὶ ἀναῤῥήξαντες legere, sed ex glossa, quam Herodotus et Critici in Euripidis Orest. v. 479. jugulant. Ἀμήτωρ viperae simili de caussa Philostrato Vit. Apoll. II. 14. p. 66., ubi Olearius bene multa. Statim χρῆμα τῶν εἰωθότων cum Galeo praeoptavi: posuit saepe antea nec refugiunt in animalibus, ut superius c. 105. Ἀλίας ἐπεμβήλευε εἰωθότων Sophocles ap. Athen. III. p. 86. Wess.

12. πολλὸν τι χρῆμα τῶν ὀφίων] Τῶν εἰωθότων e Codicibus reciperem: avium pulli, ποτοὶ Poëtis, ad imitationem Homeri, saepe εἰωθότα dicuntur: quod exemplis excitatis Rittershusius et Gataker. ostenderunt. Vid. quae notat, primarium literarum nostrarum decus, Jo. Alberti ad Hesychii Τόμιον. Contra liberi parentum dicuntur ποτοί. Suo more Plato venuste ἀκμεολογεῖ, de Rep. VIII. pag. 548. A. (ed. H. Steph.) Propria Graecis erat in his forma patronymica in δης: λέπτου εἰωθότα, Λεπτάδης dicebantur: Theocritus V. 38. Σχέψαι δὲ λεπτάδης. εἰωθότα λαγωοῦ, Λαγωδίης. Reperiuntur et Λεπτεώδης· Πεδηπιδάδης· Ἀλωπεκιδάδης· Κυνιδάδης· Πεδοκιδάδης· Ἱερακιδάδης· Πετρεπερδάδης; quae causae nihil erat, cur in Lexicis omitterentur pleraque. Valck.

[14. καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ ἢ κατὰ τοῦτο legendum censet Bothius, nusquam alibi quam illic. S.]

Cap. CX. 6. τῷσι νοσηρίοισι] Syllaba ex στεφανοῖ repetita legerim: τοῖ, τῷσι νοσηρίοισι πρεσβυτικὰ μάλιστα, καὶ εἰσερχο-

δεινὸν, καί ἐστιν ἰς ἀλκὴν ἄλκιμα. Dabunt saltem Codd. τέτριγε, sicuti IV. 183. in Cod. Arch. et apud Eustathium ad Dionysii Perieg. v. 180. legitur, τετρίγασι, κατάκιρς αἱ νυκτερίδες. Alter sonus τρύζειν, turturis est: νυκτερὶς τρίζει. Eustath. in Iliad. β'. p. 173, 44. ἔστι Τρίζειν τὸ λεπτὸν ἠχεῖν κατὰ τὰς νυκτερίδας· τὸ μέντοι Τρύζειν, ἀφ' οὗ ἡ τρυγὼν, τραχυφωνότερόν ἐστι. Quæ collegerat, omnia dedit Jo. Jac. Wetstenius in Ev. Marci XI, 18. VALCK.

7. καὶ τέτριγε δεινὸν] Similiter lib. IV. 183. scripti Codices. Homerus Odyss. ω'. 5. καὶ δὶ τρίζουσαι ἵεντο, Ὡς δ' ὅτε νυκτερίδες — Τρίζουσαι ποτέονται: ubi plura Eustathius. Ex Nostro Plinius, tanquam fabulose narratum, item casiam circa paludes propugnante unguibus diro vespertilionum genere, aligerisque serpentibus, Hist. Nat. XII. 19. Scripsi perpetuo κασίην jussu schedarum, quomodo lib. II. 86.; alii sibilantem geminare maluerunt, ex dubia vocis Phœnicum קציעה pronuntiatione. In Heliodori X. p. 494. φύλλου τι τοῦ Σινδους καὶ κάδας καὶ κιναμώμου mentio: rectius Vat. Pal. et Vind. καὶ κασσίας. Κιννα μώμου Vind. WESS.

CAP. CXI. 6. τὰ ἡμεῖς ὑπὸ Φοινίκων μαθόντες] Dum alium vellicat, in turpem ipse errorem induitur Plinius Nat. Hist. XII. 19. Cinnamomum et casias fabulose narravit antiquitas, princeps-ve Herodotus, avium nidis, et privatim *phœnicis*, in quo situ Liber Pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti. Nihil Herodotus de ave phœnice, sed de Phœnicibus. Intactum id non dimisit Salmas. in Solin. p. 283. Habet narratio multum fabulosi, a Phœnicibus ad Græcos propagati, inque ipsis Sinensium finibus diu probati, bene ex Garzia ab Horto lib. I. Arom. cap. 15. enotante Barthio ad Statii Theb. VI. 61. WESS. — Conf. *Heeren* Ideen über die Politik, etc. T. I. p. 864. et seqq. et, quos ille laudat, *Thunberg*, in Anmerkungen über den Zimmt, in Actis Acad Suec. et Beckmann ad Antigon. de Mirabil. p. 84 seqq. S.

CAP. CXII. 1. τὸ Ἀράβιοι καλέουσι λάδανον] Vere scribit. לדאן, Ladan, illis dicitur. Vid. Ol. Celsii Hierobotan. Parte I. pag. 284. Justum, fatente Cl. Gronovio, ἔστι τούτου Σωϋμασιώτερον quomodo supra de cinnamomo ἔστι τούτων Σωϋμαστότερον συλλέγουσι. Vellem præterea (l. 3.) τῶν αἰγῶν καὶ τῶν τράγων schedæ darent aut alterutrum abesset. Prius Salmasius, Pavius, Reiskius decreverunt, habentque consensum Dioscoridis lib. I. c. 128. τὰ φύλλα —— νεμόμενα αἱ αἶγες καὶ τράγοι —— ἀναλαμβάνουσι τῷ στόματι. Alioqui minore molimine τῶν τι τράγων, ex conjectura egregii juvenis Mein. Tydemanni. WESS. — Quidni vero hircos τράγους τῶν αἰγῶν dicere Herodotus potuerit? Nam ex ipsius usu series naturalis verborum in hunc modum concipienda est, ἐν τοῖσι πώγωσι τῶν τραγῶν τῶν αἰγῶν. Similiter quidem et Germanice geisbock dicimus, et ὁ τράγος αἰγῶν vel τῶν αἰγῶν est in Græca versione Danielis prophetæ cap. 8. v. 5, 8. et 21. S.

CAP. CXIII. 1. Ταῦτα μὲν θυμάτων πέρι] Non potui ab hoc instaurando temperare, siquidem membranæ viam muniunt et Iones volunt. Dictum supra II. 86. Ad sequens ἀπόζει δὶ, etc. alludit Lucian. Dea Syr. c. 30. et nominatim II. Ver. Hist. c. 5., quod et Diodoro in animo fuit lib. III. 46. WESS.

Ibid. ἀπόζει —— τῆς Ἀραβίης θειότατον ὀς ἡδύ] Paria dabit de Arabia Felice, utriusque Nostri Schultensii deliciis, Diodorus Sic. III. 46. ubi vid. Wess. n. 59. Alexander Sophista apud Philostr. p. 575. οὐδὲ φύλλον Ἀράβιον ἐκβαλεῖς, οὐδὲ κάρφος ἀποῤῥίψεις οὐδὲν ἐκεῖ φεύ-

τοσοῦτον ἡ περὶ τοὺς ἰδρῶτας εὐτυχεῖ. Valck.

4. οὐρὰς—τριῶν πηχέων οὐκ ἐλάσσονας] Multimodis hoc præferendum dictionis habitus suadet, et, cui suo hæc adumbrare libuit sermone, Ælianus Hist. An. X. 4. Sic enim, τὰς μὲν αὐτῶν οὐρὰς ἴσχειν μηκίστας, ὡς εἶναι ποιμέσιν καὶ τριῶν πηχῶν οὐκ ἐλάσσονας. Addit continuo, ἀσπερεῖν εἰ ἰφή τις ἐπισύρειν, ἐλκοῦσθαι ἐν αὐταῖς πάντας, nitide omnia adfirmans, quæ ex codicibus Herodoto redierunt. Eadem viderat Abreschius felice conjectura. Pensemus nunc operam, et Ælianoo vicem reddamus: τοὺς νομέας δὲ εἶναι ἀγαθοὺς χειρουργεῖν, οὕστις ἄν—τῶν ἀμαξίδων scribit de plostellis et pastorum sollertia, quam librarii fœdarunt. Voluit ὑπερέχειν τῶν. Callidos esse pastores in caudis ovium super plostella, ne tractæ per aspreta convulnerentur, conponendis. Wess.

Ibid. τριπήχεας] Τριπήχεων vulgabatur ante Gronovium: τριῶν πηχέων, genuinum præbent Valla, margo Steph. Cod. Arch. et Ælianus Nat. An. X. 4. de ovibus Arabicis enarrans Herodoto tradita. — In proximis forsan etiam Codices variabunt in ἐπῄει: ego quidem literas transponendas arbitror, ut scribatur: τὰς εἶσις ἐπεῖη σφι ἀπίλλειν, vel ἐπίλλειν potius: quas caudas si quis illas siverit per terram trahere. Ælianus: ἅσπερ εἰ ἰφή τις ἐπισύρειν, ἐλκοῦσθαι ἐν αὐταῖς πάντας παραπεριβαίνας πρὸς τὸ δάσεσθαι. Valck.

Cap. CXIV. 1. Ἀποκλιναμένης] Ἀπὸ κλιναμένης Reisk. maluerat: et (l. 2.) εἰκτομένων Schurzfleischius. Wess. — Non incommode Reiskius. Haud dubie verum quidem est ἀποκλιναμένης cap. 104, 12. sed ibi alia ratio. S.

[4. καὶ δίνδρια πάντα ἄγρια] Nempe ἀμφιλαφία φέρει. Conf. Hesych. et Suid. in voce, et Apollon. Rhod. II. 735. S.]

Cap. CXV. 1. ἰσχατιαί εἰσι] Non moveo; neque infitior, (quod Gronov. adnotavit,) ἰσχατιὰς convenire posse agris et minoribus regionum partibus, quod docte, ut solet, Hemsterhusius in Timon. Luciani cap. 30. stabilivit. Verum propterea haud spernitur in ultimis terræ habitabilis tractibus. En tibi ex cap. 106. αἱ δ' ἰσχατιαί πως τῆς οἰκουμένης τὰ κάλλιστα ἴλαχον. Rursus cap. 116. αἱ δὲ ὧν ἰσχατιαὶ εἶεναι, etc. Mitto quod statim in oculos incurret legenti, et alia. Wess.

4. Ἠριδανόν τινα καλέεσθαι, etc.] Electrum, sive succinum, auditione acceperat in ultimo septemtrione erui ad flumen, cui Eridano nomen, atque hinc in Græciæ et Asiæ oras importari. Id recipere se negat, quoniam amnis titulus Græcum quid redoleat: haud quidem inprudenter, in illa ultimæ Europæ tum caligine. Nec male tamen mercatores, sive Phœnices illi, seu aliunde fuerint, de amne. In ore illis erat flumen Rhodaune, quod Vistulæ haud longe Gedano miscetur: succini isthic esse uberem copiam, quæ in Prussiæ maritimis adhuc dum redundat. Fluvii, varie pronuntiatum nomen, dedit Ἠριδανὸν, terminatione Græca, non natalibus. Id fugere sollertissimum potuit. Egregie viri eruditissimi Ph. Cluverius Germ. Antiq. lib. III. 34. p. 634.: Jo. M. Gesnerus de Electro T. III. Comment. S. R. Goetting. p. 88. et Th. S. Baierus de Eridano T. VII. Comment. Acad. Petropol. p. 350., cui in amne Duna, qui Marciani Heracleotæ sit Ῥοῦδον, non adstipulor: ad eum enim succini proventus nullus. De *stanno* (l. 7.) iidem mercatores multa, falsa minime, sed conmodi sui caussa obscurius. Hinc Nostri et plurium olim in Cassiteridibus sive Stannariis insulis hallucinatio. Inspice Diodorum lib. V. 38. p. 361. Wess.—Conf. De la Nauze, in Act.

Academ. Inscript. T. XXXVI. p. 66. S.

8. ὁ Ἠριδανὸς] Auctor an lector adjecerit decerni non poterit: satis certe notum erat e proximis nomen Eridani; in quo veterum adtigit errores, Herodotea citans paulo aliter scripta quam vulgantur, I. P. Maussac. in Diss. Crit. (Harpocrationi adjecta) p. 402. Non nescio quo pacto possit hac in sede defendi ὁ Ἠριδανός: sed satis erat dixisse: τοῦτο μὲν γὰρ αὐτὸ κατηγορεῖται τὸ οὔνομα, ὡς ἔστι Ἑλληνικὸν, καὶ οὕτι (sive, quod prætulerim, καὶ οὐκὶ) βαρβαρικόν: ubi deterior mihi videtur Codicum lectio βάρβαρον, quod alteri Gronovius antetulit lib. VIII. c. 19. monitorum magni Patris sui semper immemor, dum tractabat Herodotum. Ἑλληνικὰ et βαρβαρικὰ apud Xenoph. Ἑλλ. V. p. 331, 1. apud Theopompum Longini π. Ὕψ. XLII. 5. et apud quosvis alios frequenter opponuntur. Valck.

10. τοῦτο δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω] Nulla hic caussæ opus est dictione. Scriptorem qui norunt, formulam probabunt cupide, οὐ βάρβαρον repudiabunt fortasse, tametsi ejus in usu varietur. Conf. doctos Thomæ M. explanatores et H. Stephan. in Criton. Platon. p. 52. Inutile certe οὕτι erat, melius ex Reiskii correctione οὔ γι. Wess.

Ibid. οὕτι δὲ] Quando præcesserat τοῦτο μὲν, partim quidem, sequi debebat usitato more τοῦτο δὲ, partim vero: hoc, vel absque Codicibus mea opinione, restituendum, præbet codex Arch. Τοῦτο δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου δύναμαι ἀκοῦσαι τοῦτο μᾶλιστα, etc. Postremum, si sincerum est, idem propemodum significabit ac πυθέσθαι δὲ σφοδρῆ πάνυ ἐθελήσας, quod ego reponendum arbitror in Pausaniæ IV. p. 282. med. (princ. cap. 2.) pro vulgatis π. δέ που δὴ πάνυ ἰδ. Neque tamen μᾶλιστ᾽ἂν sic adhibitum recordor; et μοι λέγοντος præbet cod. Eton. pro μᾶλιστα. Venit in mentem hæc scribenti hærens in eadem voce vitium apud Isocratem: ista leguntur in Archidamo pag. 122. E. ὅπως δὲ τοῦ δικαίου χρὴ ποιεῖσθαί τι πρευγιαίτερον, (τὸ συμφέρον,) οὐδεὶς ἂν μᾶλιστα πείσειεν: non aliter nuper Londini vulgarunt, Vol. II. p. 27. Nemo monitus dubitabit, quin castigatissimus orator dederit: οὐδεὶς ἂν μᾶλλον πείσειεν, nemo verbis mihi persuaserit. Isocrat. p. 354. C. ταῦτ᾽ — οὐδεὶς ἂν ὑμᾶς λέγων ἔπεισεν. Aristoph. Lys. v. 1231. ἦν τοὺς Ἀθηναίους ἐγὼ πείσω λέγων. Apud Aristidem T. III. pag. 313. Themistocles τὸν Εὐρυβιάδην ὡς οὐκ ἔπειθε λέγων: Eurybiadem quum minus quam vellet moveret, Cornel. Nep. Themist. c. 4. Valck.

[11. ὅπως θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης] Quum Vallæ versionem, quomodo se habeat mare ad illam Europæ partem, tenuisset Wess. cum Gronovio; perspecte *Schæferus* ad Bosii Ellips. Græc. pag. 289. monuit: "Verte, mare esse ultra Europam. Aliter interpres; cujus rationem miror Larchero probatam esse." Confer Nostrum IV. 45, 3. S.]

Cap. CXVI. [1. Πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης] Tenendum est hoc loco id, quod ex IV. 42. et 45, discimus, Europam ex Herodoti ratione secundum totam Asiam superne porrigi, universamque Asiæ (quam nos vocamus) partem septemtrionalem comprehendere. S.]

3. λέγεται ὑπ᾽ ἐκ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν, etc.] Arimaspos assidue circa metalla cum gryphis bellantes, aurum, mira cupiditate, et feris custodientibus, et illis rapientibus, ex Herodoto tacitos noluit Plinius Nat. Hist. VII. 2. Si ὑπὲρ τῶν γρυπῶν valeat, ut in honore fuit, nihil simile Herodotus. Fama ferebat ultra Arimaspos χρυσοφύλακας esse γρύπας lib. IV. 13. et 27. At aurum ὑπὲρ τῶν γρυπῶν quis assequetur?

Liquidum et clarum ὑπ' ἐκ dant MSS. quod scriptor Ὁμηρικώτατος Poëtæ exemplo Iliad. φ'. 353. Odyss. λ'. 37. etc. deposuit. Wess.

Cap. CXVII. 3. Χορασμίων, ἐν οὔρεσι ἰόντων] Florentiæ, Romæ atque alibi festinantes scribarum oculi hæc inconsulte transilierunt. In vocibus ἐν οὔρεσι ἰόντων citra dubium error, cui detergendo doctorum cura subvenit, successu diverso. Cl. de Pauw ἐν οὔρεσι ἰὸν τῶν, etc. facillima medela, sed quæ planitiem montibus inponit, monte incinctam tantum. Reiskio in elegante Schediasm. de Sail Ol Aram Alcorani p. 7. visum verius ἐν πρώτοις ἰόντων Χορασμίων, cum sui juris Chorasmii erant ipsi, etc. tum de Sarangensibus nonnulla et Thamanæis, quæ secundis curis inprobabit ipse. Abreschio superiora Dilucid. Thuc. p. 75. consideranti nimiæ sunt correctionis, leniora multo, si mutata distinctione, pro αὐτῶν scribatur αὐτονόμων, hoc modo, τοῦτο τὸ πεδίον ἦν μὲν κοτε Χορ. ἐν οὔρεσι, ἰόντων Χορ. τε αὐτονόμων καὶ, etc. Qua ratione Chorasmii planis ex locis in montana deducuntur, nolente, ni fallor, Herodoto; et novantur, quæ salva linqui debuerant. Quantum ego quidem perspicio, hæc mens et sententia Scriptoris: planitiem illam, monte inclusam, olim Chorasmiorum fuisse, sitam ipsorum *in finibus* et Hyrcaniorum ac Parthorum: postea vero Persarum ditionis. Finge ergo mecum τοῦτο τὸ — ἦν μὲν κοτε Χορασμίων, ἐν οὔρεσι ἰὸν τῶν Χορασμίων τε αὐτόνων καὶ, etc. et oratio et ratio nihil sibi desiderabit. Plura non adjungo; hoc tamen, Vallam ἐν οὔρεσι invenisse, cujus in finibus Latina (in ed. Wess.) receperunt, glossis Stephani Gronoviique expulsis. Amnis autem (l. 7.) Ἀκης, an Ἄκις, vero nomine fuerit, ignoro. Siculus Acis ex Theocrito nihil juvat. (Est quidem etiam apud Hesychium Ἄκις, Asiæ fluvius: forsan ex hoc Herodoti loco.) De consensu Cl. Valckenarii, quem his dudum scriptis animadverto, lætor. Wess. —Quod in Var. Lect. (ed. S.) dixi, pro ἰόντων Χορασμίων, in cod. Paris. C. ἰὸν Χορασμ. legi, id Georgiades noster ex hoc codice adnotavit, qui ex cod. Paris. A. h. l. nihil excerpsit. Eamdem vero scripturam ἰὸν Χορασμ. Larcherus, qui codicem nostrum Par. C. non excussit, ex Paris. A. laudavit; simul monens, in eodem codice (non in Pc.) οὔρεσι inter lineas scribi, in codd. Pb. et Pd. vero easdem quatuor vel quinque voces omitti, quæ codici Med. ejusque sociis desunt. S.

Ibid. ἐν οὔρεσι ἰόντων] Voce ἰόντων in duas ἰὸν τῶν distracta, locum, qui videbatur difficillimus, leni molimine facilem me puto reddidisse, vere emendando: ἐν οὔρεσι ἰὸν τῶν Χορασμίων τε αὐτῶν, καὶ Ὑρκανίων, καὶ Πάρθων, sensu planissimo: Planities ista Chorasmiorum quidem erat olim; in finibus sita et ipsorum Chorasmiorum, et Hyrcaniorum, et Parthorum, et Sarangarum, (sive Drangarum:) et Thamanæorum: sed, a quo tempore penes Persas est imperium, nunc in ditione Regis est. In οὔρεσι, finibus, et in ἰὸν adfirmandis tempus non teram; nam, ut ominor, utrumque satis certum illis ipsis videbitur, quibus hic locus gravioris erat mendæ suspectus. Vulgavit ante hos annos ferme XII. Lipsiæ Clar. Reiskius doctam Dissertationem de Arabum Epocha vetustissima, in qua hunc quoque tractans Herodoti locum pro ἐν οὔρεσι ἰόντων corrigere tentabat ἐν πρώτοις ἰόντων, eo tempore quo adhuc sui juris essent et hi ipsi Chorasmici et cæteræ vicinæ ipsis gentes: sic ille. In eumdem sensum lenius fore remedium videbatur Clar. Abreschio, Diluc. Thuc. p. 76. si mutata distinctione pro αὐτῶν scriberetur αὐτονόμων, hoc modo: ἦν μὲν

ἐστι Χορ. ἐν οὗρεσι, ἰόντων Χορασμίων τε αὐτονόμων, καὶ, etc. Si verum, ut est, ἐν οὗρεσι ἰὸν τῶν Χορασμίων τι αὐτῶν, necesse non erit, ut istæ refutentur virorum eruditorum conjecturæ. Duo hic tradit Herodotus: primum, in quarum gentium finibus ista sita fuerit planities, quinque gentibus contermina: præterea docet, in quorum illa fuerit olim ditione, quorumque esset imperio suo tempore subjecta: ἦν μέν ἐστι Χορασμίων —— (νῦν δὲ) ἔστι τοῦ βασιλίως: olim quidem erat Chorasmiorum, nunc vero Regis est, sive Regis in ditione, vel sub Rege, ἔστι ὑπὸ τῷ βασιλεῖ, vel ὑπὸ τὸν βασιλέα: permutantur enim ista inter se. Sicut autem Herodotus, sic loquuntur passim Græci Latinique; præsertim in fœderum formulis: ex. gr. Livius XXIX. 12. ut Parthini —— Romanorum essent; Atintania — Macedoni accederet. Thucyd. VIII. 18. ὑπόσην χώραν καὶ πόλεις βασιλεὺς ἔχει — βασιλέως ἔστω: cap. 37. utraque fœderis forma displicebat Lichæ c. 43. tertia vid. c. 58. Apud Xenoph. Ἑλλ. IV. pag. 313, 36. dicebat Dercyllidas, ὅτι καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ἢ ἐξ ἀρχῆς βασιλέως ἐστὶ, καὶ Τῆμνος καὶ Αἶγαί εἰσι (sic legerim:) — οὐχ ὑπήκοα ὄντα βασιλέως. Græca libertate pacis indignæ conditiones, ab Antalcida concitore denominatæ. ferebant τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις βασιλέως εἶναι: insularum tres solas, ut fuerant olim, εἶναι Ἀθηναίων, Xenoph. Ἑλλ. V. p. 322, 1. Hanc formulæ partem, ab Artaxerxe præscriptæ, suo jure notabat Isocrates Paneg. p. 68. E. p. 78. B. Panathen. pag. 254. F. De multis unius succidat locus Dionis Chrys. p. 324. ult. si quis quærat, τίνος ἐστὶν ἡ νῆσος; ἤ, τίνος ἡ Καρία; φήσουσι Ῥοδίων· ἰὰν δὲ ἄλλως ἐρωτᾷς, ἔστωσι τὰ χωρίον; ἢ τὸν ἀγρόν; ὅηλον ὅτι πεύσῃ τοῦ δεσπότου τὸ ὄνομα. Cæterum Asiaticæ gentes, hic Herodoto commemoratæ, aliunde satis innotuerunt, tum temporis obscura Græcis nomina, Parthi, Hyrcani, et Chorasmii. Χοράσμιοι etiam memorantur Herod. III. 93. VII. 66. Hecatæo in Asiæ periegesi ap. Athen. II. p. 70. B. Πάρθων πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Χοράσμιοι οἰκοῦσι, γῆν ἔχοντες καὶ πεδία καὶ οὔρεα: horum partem Stephanus excitat Byz. in voc. Χορασμίη: ubi quæ censebantur ejusdem esse Hecatæi, verba sunt Herodoti his vicina, quæ suo nunc poterunt restitui parenti. Meminit et Chorasmiorum in Macrobiis Lucian. III. p. 210. ubi nomen scribitur prima producta, sicut in Dionysii Periegesi: vid. Cellarii Geogr. Ant. III. c. 21, 18. Multo sunt minus noti Σαράγγαι et Θαμαναῖοι: et in his variant etiam Codices. Σαραγγαίων καὶ Θωμανίων legit in suis Valla; Σαραγγίων καὶ Θωμανίων, Gronovius ex Med. Supra legitur III. 93. Σαραγγαίων καὶ Θαμαναίων: infra VII. 67. Σαράγγαι: hinc Ionica fit flexione Σαραγγίων. Demamus primam nomini literam. Ἀράγγαι nulli sunt, sed noti satis Δράγγαι. Veri valde videtur simile, barbaricum unius gentis nomen a Græcis diversimode fuisse pronunciatum, Σδράγγας, Δράγγας, Σαράγγας: quod et suspicatus est Fabricius ad Isidor. Charac. Pro καὶ Θαμανίων si qui Codd. darent καὶ μανίων, cuivis facile Καρμανίων nomen hic subnasceretur: sed hariolationum desino; postremas, si nimis forte displicent, earum prima peritis redemisse judicabor. Valck. — Herodoti hunc locum tractans *Mannert* in Geogr. Græcor. et Romanor. T. V. pag. 8 seqq. veterem scripturam ἐν οὗρεσι ἰόντων recte habere nec ulla indigere emendatione contendit: cæterum planitiem montibus cinctam, de qua hic agitur, Indiæ regionem Caschmir intelligit, fluviumque Acen sive Acin (l. 7.) eum esse censet, quem Arcesinen vocant rerum Alexandri Scriptores, ab oriente

in Indum influentem, hodie Tschunab vel Tschinab nominatum. Multo probabilior eorum sententia, qui planitiem, quam dicit Herodotus, ab oriente Caspii maris longe ab Indo remotam statuentes, Acen vel Acin amnem, quem ille vocat, eumdem atque Oxum esse autumant. Sic quidem *Sainte-Croix* in Examen des Historiens d'Alexandre pag. 714. in eamdem partem inclinante Barbier du Bocage ibid. p. 829 seq. sic item *Heeren* in Ideen, etc. p. 907. præeunte (quem ibidem laudat) *Gatterero*. S.

[8. διαλιλαμμένος πανταχοῦ] Quum πανταχοῦ olim nullo aut perincommodo sensu legeretur, mireris nemini in mentem venisse scripturam unice veram, quam felicibus auspiciis codex Paris. C. nobis servavit. Vallæ versionem, per multas ambages errantem, Wess. et Gronov. tenuere: per singulas undique intercisiones ductus ac distributus. Videtur idem interpres in suo codice vitiosum διαλιλαμένος, quod cum Aldo libri nonnulli præferunt, reperisse, idque pro διειλημμένος (a themate διλαύνω) accepisse. Recte vero Henr. Stephanus διαλιλαμμένος, a verbo διαλαμβάνω, dedit. Conf. Var. Lect. (ed. S.) S.]

Cap. CXVIII. 5. ἴσοδον εἶναι παρὰ βασιλίᾳ] Haud percipio, quorsum docti viri animadversio, qua εἶναι non aliud ac ἴέναι, tendat. Non nescio in Codd. utrumque sæpe permutari; at hic εἶναι naturalem usum deponere non poterit. Rem supra c. 84. conmemoravit. Wess.

Cap. CXIX. 5. ὡς οὐ συγκειμένοισι] Non absurdam profecto dat lectionem Codex Arch. ὡς οὐ σὺν ἰκνέομαι: si plures dant οὐ σὺν κτίνοισι dignum illud quod paulo spectetur consideratius: σὺν τινὶ et ἄνευ τινός interdum notant conscio et inscio. Valck.

Ibid. ὡς οὐ σὺν ἰκνέομαι] Ex conjectura σὺν κτίνοισι olim; cui auctoritatem Arch. liber et Valla conciliant. τὰ συγκείμενα, τὸ συγκείμενον, in pactis conventis reruntur; sed οὐ συγκειμένοισι ποιῆσαι, non ex conpacto agere, haud recordor. Mox καὶ τοὺς παῖδας (non τὸν παῖδα,) dedisse scriptorem, clarius, quam cum sudum est. Sequitur enim continuo τὸν ἄνδρα τι καὶ τὰ τέκνα ἐγκαταλιπεῖν, ne plura advocem. Wess.

[9. ἕδησι τὴν ἐπὶ θανάτῳ] Τὴν—δίκην intellige. Vide Adnot. ad I. 109, 2. S.]

11. κλαίουσι ἄν καὶ ὠδύρετο] Incommoda mihi visa fuerat ἄν particula, et ἀνωδύρετο placuerat. Tuentur voculam codices, ut liquet ex Dissertatione Herodotea p. 144. et præbent κλαίουσι ἄν καὶ ὀδυρέσκετο. Valck.

Ibid. κλαίουσι καὶ ὀδυρέσκετο] Incommodum ἄν Abreschius ὧν corrigit, ego inductum ex Arch. Vind. malo. Ὀδυρέσκετο, sicuti, ποιέσκετο lib. VII. 119., ostentat speciem Herodoto olim frequentissimam, nunc rariorem. Vid. Etymolog. pag. 624. fin. Quod Galeus autem ex schedis Arch. καὶ ὠδύρετο, id illæ non norunt. Wess.—Particulam ἄν, a Wess. Reiz. et Borh. abjectam, restitui cum Schæfero. Utitur illa et alibi Noster eodem modo in actione idemtidem repetita; veluti III. 148, 5. et 8. omninoque passim eam adhibet, ubi abundare videri poterat, ut I. 196, 14, 16, et 19. S.

22. Ἡ δ' ἀμείβετο, etc.] Cum memorabili mulieris responso comparavit et Sophoclea ex Antigone v. 924. celeberr. Wesseling. Diss. Herod. pag. 176. In continuis quatuor versibus tanta cum Herodoteis est similitudo, ut alter alterius velut interpres censeri queat, et, ut equidem puto, Sophoclea Herodotus dederit ad verbum propemodum expressa. Non me præterit, homines eruditos et Jac. Tollium in Fortuitis c. 4. sic statuere, ut Herodotea potius videri deberet Sophocles imitatus: ego vero, quod

pace fiat illorum, aliter censeo; et, cur id adeo in animum induxerim, habeo rationes forte non adspernandas, quæ hic commode non possunt explicari. Qui Longino dicitur Ὁμηρικώτατος, XIII. 7. Herodotus, Homerum, quem Polemo (Laërt. IV. 20.) vocabat Tragicum, Homereæ certe magnificentiæ proximum Sophoclem habuit in deliciis. Verum, hæc ut unde sint ducta liqueat, singula ponam seorsim: Sophocles: Πόσις μὲν ἦν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν. Herodotus: Ἀνὴρ μέν μοι ἦν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι. Soph: Καὶ πῶς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἥμαρλαχον. Herod: Καὶ τίνα ἄλλα, εἰ ταῦτ' ἀποβάλλομι. Soph: Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν, Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλαστοῖ ποτέ. Herod: Πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μιν ζωόντων, ἀδελφιὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο. Posteriores duo versus, quales minus sincere scriptos legerat apud Clem. Alex. p. 747. velut ex deperdito dramate petitos Grotius posuit in Excerptis pag. 153. Levem errorem correxit Gatakerus Adversar. cap. x. Novator Sophoclis pro κεκρύφθαι vel κρυφθῆναι adhibuit τὸ κεκευθέναι: hæc est ratio, cur insolentius, genuinum tamen, κεκευθότοιν, in alia fuerit mutatum. Sophocles Œd. Tyr. v. 977. Ϝανὼν Κιθαιρὼν κάτω δὴ γῆς. Scholiasta: Κιθαιρὼν, ἀντὶ τοῦ κεκεύθεται, κρύπτεται· καὶ ἐν Ἀντιγόνῃ, Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν. Ab Antigones autem Sophocleæ, et Intaphernis uxoris Herodoteæ judicio non valde dissidet illud Abauchæ Scythæ, qui, uxore liberisque tenellis post se relictis, ægrotantem amicum ex incendio servavit, narrante Toxari Lucianeo T. II. p. 565. (Toxar. s. Amicit. c. 61.) rogatusque causam, ἀλλὰ παῖδας μὲν, ἔφη, καὶ αὖθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον, καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται οὗτοι· φίλον δὲ οὐκ ἂν εὕροιμι ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον, οἷος Γνηδέτης ἐστί. Valck.

25. οὐκ ἔστι μιν ζωόντων] Clementem Alex. Strom. lib. VI. p. 747. et Plut. περὶ Φιλαδ. p. 481. κ. οὐκ ἔστι μιν ἰόντων, quem in modum supra cap. 65. et sæpe alii, invenisse, plura ni mutassent, putares. Persicæ matronæ dictum cum Sophocleo Antig. v. 925., velut hinc derivato, conparavit operosius Jac. Tollius Fortuit. cap. 4. Quæ his autem apta et nexa, non ex mulieris oratione, sed narratoris esse videntur, etsi discrepet librariorum judicium. Tollius, feminæ tribuens, ἰξίλιξα τοῦτον, fratrem videlicet, emendabat, cui non accedo. Wess.

Cap. CXX. 3. Ὀροίτης] Satrapæ nomen unius literæ discrimen apud alios, Ὀρόντην adpellantes, habet: ex Nostri exemplo instauratur a P. Victorio in Cicerone Var. Lect. (ed. S.) II. 4. et Jo. Davisio ubique ad Maximum Tyr. Diss. V. p. 511., non sine ratione; modo hoc ex fonte, sicuti Ælian. Hist. An. VIII. 11., hauserint; quæ quidem dubia res Cel. Hemsterhusio ad Luciani Contempl. cap. 14. Wess.

[9. νομοῦ ἄρχοντα τοῦ ἐν Δασκυλείῳ] Conf. c. 126, 6. Nempe Bithyniæ erat præfectus. S.]

11. Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ;] Simili sæpe in formula multitudinis numerus, qui tot in MSS. probatur: post pauca cap. 125. ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ πεπύμενος εἶχι, quo Procopius modo Bell. Pers. I. 7. καὶ τοὺς περιόντας ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιεῖται, et lib. II. 5. ejusdem belli. Tale ἐν συμμάχων λόγῳ, Musæ VIII. 68. et alia ap. Portum. Nec diversum de Gelimere, ultimo Vandalorum rege, καὶ νῦν ἐν αἰχμαλώτων λόγῳ ἦκεν, Procopii Bell. Vand. lib. I. 7. Wess.

Ibid. Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ;] Minus adtendenti blandiri posset lectio Codi-

cum ἀνδρῶν: mihi genuinum videtur vulgatum ἀνδρός. Viri quidem præstantes εἶναι dicuntur ἐν λόγῳ: (οἵτινές εἰσιν ἐν λόγῳ restituerem in Euripidis Rheso v. 149.) quique nullo sunt numero, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Verum εἶναι ἐν ἀνδρῶν λόγῳ hoc sensu vereor ut Græcis fuerit in usu. Nisi fallor, σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ; tantundem est ac σὺ γὰρ ἀνὴρ; tu-ne vir fortis, vel egregius censereris? sive σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς μοίρᾳ vel μέρει; Platoni in Menex. pag. 249. dicitur civitas bello defunctis ἐν κληρονόμου καὶ υἱέος μοίρᾳ καθεστηκυῖα. ἐν πολεμίου μοίρᾳ, Demosth. pag. 412, 92. Tanquam privatæ sortis hominem degere, ἐν ἰδιώτου μέρει διάγειν, Isocrat. Evag. p. 193. c. Eusebius Stobæi pag. 567, 9. ὅδε μὲν καὶ ὅδε ἄρχουσι καὶ τετιμήκασι· τὸ δ' ἐμὸν ἐν ἰδιωτέᾳ λόγῳ καὶ ἀσήμου. Eadem est Herodoti forma scribendi. Valck.

18. δι' ὅν τινα κακῶς ἤκουσι] Stat H. Stephani fides, ab omni in posterum suspicione inmunis. (Nempe hoc ex MS. notaverat Stephanus in marg. de quo in Var. Lect. ed. S. monere debueram.) Certe conmodissimum, agnoscente Gronovio, quod rediit. Cl. Reiskio διά τινα idem prorsus ac δι' ὅν τινα propter quem, ob veterum exempla, Miscell. Lips. Vol. IX. pag. 312. sedulo conducta, quibus uti nunc non licet. Wess.

Cap. CXXI. 4. καὶ Ἀναξίοντα τὸν Τήϊον] Ætas hominis hinc constituta manet. Amores et Polycratis familiaritatem non persequor. Multa P. Bælius post alios in Lexico, verum copiosior, quam res postulabat, in scriptorum dissensu ventilando. Vixit Musarum, Veneris Bacchique corculum Cyro, Cambyse et Dario, Persarum regibus: hæc discrepantiæ origo. Ipsa autem commemoratio hæc Herodoti, verborum seriem et structuram si consideres, implicatior atque ex interpositis parenthesibus paullo inpeditior est: hinc variæ conjecturæ et mutationes, quas doctis auctoribus relinquo. Pendent omnia ex οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγουσι. Wess.

Cap. CXXII. [1. Αἰτίαι μὲν δὴ αὗται διφάσιαι, etc.] Aliam caussam sævitiæ, quam in Polycratem Orœtes exercuit, ex Diodori Sic. Excerptis de Virt. et Vit. (T. II. ed. Wess. p. 557.) adnotavit Larcher. S.]

5. Μύρσον τὸν Γύγεω] Genus-ne *Myrsus* ex Gyge, Lydorum rege, derivarit, non habeo, etsi veri specie defectum non sit, dicere. Nomen Lydum esse, Myrsi et Myrsili, Lydiæ regum tituli lib. I. 7. nitide declarant. Recurret homo lib. V. 122., ubi mendose et contra fidem Codicum huc usque Μύρσης. Wess.

8. πάρεξ Μίνωός τε καὶ τοῦ Κνωσίου] De Minoë fatentur Thucyd. I. 4., Diodorus IV. 60. V. 54. et ibidem nominati. Minoëm inter et Polycratem tamen plures Θαλασσοκρατοῦντας Africanus et Eusebius in Chronicis recensuerunt, a summis viris Casaubono in Polyb. p. 192. (ed. Gron.) et Seldeno de Mari Clauso lib. I. 10. ordine digestos et temporibus divisos. Sed hic reges et tyranni nominantur. Nam aut Democratici aut Aristocratici formula imperii gubernabantur fere Græci illi, penes quos dominium marinum toties, ut ap. Eusebium et Africanum traditur, variabatur, bene Seldenus: vere quoque Scaliger, ἀνθρωπίνην γενεὴν (l. 10.) esse tempus historicum, et opponi τῇ μυθικῇ, lib. III. Can. Isagog. pag. 278. Aliis ἀνθρωπίνη γενεὰ et ἀνθρώπειος spatium vitæ humanæ XXX. annorum aut etiam pauciorum, uti Artemidoro, Porphyrioque, quos Berglerus, huc non pertinentes, advocavit. Wess.

10. Πολυκράτης ἐστὶ πρῶτος,] Hisbat sermo, nunc lenissime labens. Πρῶτος ob præcedentia placuit. Quod de Ionia sequitur, (l. 11.) ridiculum Cl. de Pauw

et plane abeonum est. Non ea enim fuisse Polycratem potentia, ut Ioniam posset Persarum regi eripere: imperium maris et insularum animo agitasse, id hic innui; repetendum ex superioribus et considerandum ac si Θαλάσσης Ἰωνίης foret. Sic vir doctus. Verum ut amantes sibi somnia fingunt, haud aliter ambitiosi. Polycrates mari, quod Ioniam adspergit, jam dominabatur in Musæ hujus cap. 39. Crevit habendi cupido, et hominem in perniciem detrusit, vana se spe lactantem. Wess.

Ibid. Πολυκράτης μοῦνος] Quomodo tandem solus? quum tam multi memorentur in historia veteri Θαλασσοκράτορες. Vallæ vetus et vera lectio fuit iterum a correctoribus obliterata: vertebat Valla: Primus, inquam, extitit ex eo genere, quod humanum vocatur, (opposite ad heroicum:) qui multam conciperet spem Ioniæ atque insulis dominandi. Legit itaque, quod ex Arch. Cod. dedit Galeus: Πολυκράτης ἐστὶ πρῶτα (vel πρῶτος) ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν: quod, mea quidem sententia, pæne significat idem atque illud de eodem Polycrate paulo ante dictum Herodoto: πρῶτος —— Ἑλλήνων ὃς Θαλασσοκρατείην ἐπενόησε. Thucydidi dicitur insulas sibi subjecisse Polycrates ναυτικῷ ἰσχύων, I. 13. Straboni, fuisse δυνάμει λαμπρὸς, ὥστε καὶ Θαλασσοκρατῆσαι, XIV. pag. 945. B. (p. 637. D. ed. Cas.) Qui maris tenuere Mediterranei partem Græci, superbo Θαλασσοκρατούντων insignes titulo, in aliquot insulas Ægæi maris exercebant imperium, sic satis interdum violentum; nam obniti quidem noverant dominationem affectantibus, sed moderate imperandi artem ignorabant Græci. Insulas, quarum imperium et τὸ Θαλασσοκρατεῖν, per contemptum ναυβάτην Thessalus vocabat Jason apud Xenoph. Ἑλλ. VI. p. 340, 8. Nobis ista nunc nota sunt, quæ forsan ignorassemus, absque Casauboni fuisset in Polybium commentario p. 97. qui pag. 192. et seqq. sequutus Eusebii ductum populos Θαλασσοκράτορας recensuit, hujus Herodotei tum forte loci non memor; nam, quod de Minoë tradit Noster, enotavit e libro IV. c. 60. Diodori Siculi, idem illud de Minoë ter quaterve tradentis alibi. Valck.

Cap. CXXIII. 2. Μαιάνδριον Μαιανδρίου] Restituit e Med. Gron. accedunt Arch. et Valla: et sæpius in c. 142. et seqq. Herodoto dicitur Μαιάνδριος. Præter Perizon. (ad Æliani Var. XII. 53.) vid. Hemsterh. ad Luciani, p. 478, 510. (ad Necyomant. c. 16. et Contempl. c. 14.) Patris nomen filio fuit inditum, more minus inter Græcos usitato: Persas id ipsum fecisse nonnunquam, Herodotei demonstrant Ἀρταφίρνης ὁ Ἀρταφίρνεος, et Ὑδάρνης ὁ Ὑδάρνεος. In duobus Demosthenis locis, pag. 144, 98. et p. 744, 191. quinque memorantur patribus cognomines, Cephisophon, Cleon, ipse Demosthenes, Hippocrates, Diophanes, omnes ejusdem ætatis Attici: hoc ævo multo fuit illud usitatius quam olim. Valck.

8. λάρνακας ἐντὸς πληρώσας λίθων] Amphoras complures complens plumbo, summas operiens auro et argento, Gortynios dum callide ludificabatur Annibal, ut a Græcis alia, hoc forte ceperat ex Herodoto consilium; nam Græce Pœnum scientem nonnihil etiam temporis tribuisse literis constat. Ut Polycratem Oroites, catos illos Athenienses non immeritos deceperunt Egestæi apud Thucyd. VI. 46. Diodor. XII. 83. Polyæn. VI. 21. Fraus dissimilis, qua Syracusanus Pythius bonum illum equitem Romanum circumvenit, Ciceroni venuste narratur, de Off. III. 14. Valck.

[10. καταδήσας δὲ τὰς λάρνακας] Alligatas arcas vertunt: commodius obliga-

tas dixissent. Obsignatas equidem, (hoc enim me voluisse, non obsignatus, quisque videt) ad sensum magis, quam ad verbum, reddidi. Commode Larcherus ex Eustathio ad Odyss. ϐ. 447. adnotavit, priusquam claves fuissent inventæ, arcas et fores, quas tuto clausas voluere veteres, loris fuisse colligatas, eisque nodis fuisse constrictas, quos nemo alius facile solvere posset: καὶ δύναται (ait Eustath. pag. 319, 9. ed. Bas.) καὶ εἰς παροιμίαν κεῖσθαι ὁ τοῦ Ὀδυσσέως δεσμὸς ἐπὶ τῶν σφραγιζομένων ἀσφαλῶς. De eodem more Reiskius etiam ad hunc Nostri locum monuerat. S.]

Cap. CXXIV. 5. παντοίη ἐγίνετο (placuit ἐγίνετο ex MS.) μὴ ἀποδημῆσαι τὸν Πολυκρ.] Cl. Reiskius τὸ μὴ ἀποδημῆσαι. Explicatur phrasis lib. VII. 10, 32. τότε παντοίως ἐγίνοντο Σκύθαι διόμενοι Ἰώνων λῦσαι τὸν πόρον. Jam quod Polycratis filiæ per quietem objectum dicitur somnium, id ipsum vidisse tyrannum et recitasse, cum Persarum regis jussu in crucem tolleretur, Philo Jud. prodidit apud Euseb. Pr. Evang. lib. VIII. 13., alios fortasse secutus. Vid. Mangeium Oper. Philon. T. II. p. 639. Wess.

Ibid. παντοίη ἐγίνετο μὴ, etc.] In Xenophonteis semel, ut puto, reperietur: ἐν παντὶ ἦσαν, μὴ, etc. pag. 334, 8. Hinc diversum illud Herodoti significat in omnes se formas vertebat, obsecrans Polycratem, domo ne abiret: διομένη namque subaudiendum, additum ab Æliano Nat. An. XV. 21. παντοίως ἐγίνοντο οἱ Ἰνδοὶ διόμενοι τοῦ Ἀλιξάνδρου μηδένα ἐπιθέσθαι τῷ ζώῳ: quod sæpe facit, Herodotum imitabatur Ælianus, cujus ista sunt VII. p. 385, 2. (c. 10, 32.) παντοίως ἐγίνοντο Σκύθαι διόμενοι Ἰώνων λῦσαι τὸν πόρον. Neutrum horum Portus adtigit. Quocunque vehementiore mentis motu subito concitati, terrore præsertim, seu metu, dicuntur παντοῖοι γενέσθαι. Uxorem metuens Xerxes Herod. IX. 108. παντοίως ἐγίνετο, in omnes se formas vertebat, ut ne dare cogeretur quod amata sibi petierat Artaynte. Vid. Luciani T. I. pag. 268. p. 725. T. II. p. 358. et p. 378, 78. ubi reperias παντοίους ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους. Valck.

7. ἐπιφημίζετο] Gronovio „compositum hoc proscribenti, satis, puto, faceret Eustath. in Iliad. α'. p. 28, 27. (pag. 21, 48. ed. Bas.) Σημείωσαι δὲ ὅτι τὸ παρ' Ἡροδότῳ ἐπιφημίζεσθαι, οὐ ταυτόν ἐστι τῷ ἐπιφημιῖν· ἀλλὰ μαντικὴ λέξις ἐστὶ, δηλοῦσα προφορά τινα μαντείας δι' ἀναμνήσεως ἐνυπνίου. Quorum quidem recordatio si animum non subiisset, aderat Hesychii Ἐπιφημίσμασιν, οἰωνίσμασιν, potuerantque in promtu esse Thucydidis et Josephi verba, a Grammatico explicita. At homines sumus, et specie deludimur. Tu vide Albertium ad Lexicographum. Restitui πιεπηκόντιον, scriptore præeunte. Wess.

Cap. CXXV. 4. καὶ τὴν τίχνην ἀσκέοντα] Minimi refert, utrum eligatur: (ἀσκ. an ἐπασκ.) parendum tamen Codicum imperio. Ἀσκέων πεντάθλου, IX. 32. pro quo ἐπασκήσας VI. 92. ἀσκεῖν χρηστότητα, Eurip. Suppl. 872. κακότητα ἀσκεῖν, Æschyl. Prometh. 1064. Superius (lin. 4.) Κροτωνιήτην ἄνδρα, ἰητρὸν ϖ', etc. fortasse voluit, ut c. 122. Μόρσον —— ἄνδρα Λυδὸν, nisi scribenti in oculis fuerit Homeri Ἰητρὸς γὰρ ἀνήρ. (Iliad. λ'. 514.) Wess.

7. ὅτι γὰρ μὴ οἱ Συρηκουσίων] Horum corruperat sensum Valla, qui ejectam a Gronovio reperit et in suo Codd. vocem σύραντι. Per Syracusanorum Tyrannos, quorum μεγαλοπρέπεια cum illa posset Polycratis Samii componi, nullos, ut puto, designare potuit Herodotus, nisi nobilissimum illud par fratrum, Gelonem, et Hieronem; nam primus etiam Hiero paulo ante jam illuc abierat, quam historiam suam conderet Hero-

dotus; quo tempore Syracusis imperium fuit penes suum dominum, Populum. Utrumque cum excellenti viro Pisistrato comparans Plutarchus de Sera Num. Vind. p. 551. F. Gelonem, inquit, novimus, et Hieronem, Sicilienses, et Pisistratum, ὅτι πονηρίᾳ κτησάμενοι τυραννίδας, ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν αὐταῖς, καὶ παρανόμως ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἰλθόντες, ἐγένοντο μίστριοι καὶ δημοφιλεῖς ἄρχοντες. Gelo certe, libertatis amantissimis civibus post obitum etiam desideratus, clementiæ fuit et moderationis, et propemodum Regis qualem fingebant in umbra Philosophi, verum exemplar; civibus dictus ἰσηγόρης, καὶ σωτὴρ, καὶ βασιλεύς, Diodor. XI. 26. Ad illum non æquiparandus frater Hiero, eruditorum istius ævi hominum studiosissimus cultor, Simonidis, Pindari, Bacchylidis, Æschyli, ceterorumque, (Ælian. Var. IV. 15.) eo dignus vel inprimis fuit Herodoto visus, qui hujus laudis ornaretur titulo. Sed his longe recentioris secundi Hieronis, (cum primo sæpe confusi,) sub Romanorum umbra Regis fortunatissimi, mihi multo notior est μεγαλοψυχία. VALCK. — μεγαλοψυχιήν tenent libri omnes, sicut I. 139, 3. Unus Borh. μεγαλοψυχοτάτην suo arbitrio edidit. Subintelligendum κατὰ vel ἐς μεγαλοψ. facile patet. S.

10. οὐκ ἀξίως ἀπηγήσιος, etc.] Tentata hæc varie sunt, frustraneo successu: explicatione indigent, nulla correctione. Significatur, Polycratem, postquam indigno modo qui narretur, fuisset ab Oroeta occisus, in crucem sublatum. Modus supplicii, quem negat relatu dignum Herodotus, aliquod sine dubio crudelitatis insigne exemplum habuit. Solebant Persæ cruci suffigendis capita amputare, ut Histiæo VI. 30. et Leonidæ VII. 238., aut pellem detrahere; qua fortasse excoriatione, ut multum in tollendis iis, quorum corpora in propatulo postea ponebant, abusi etiam fuerunt in Polycrate. De Bagapate Ctesias Eclog. Pers. cap. 58. τὸ ἱέρεμα περιαιρεθὲις ἀνεσταυρώθη. Hæc magnus Casaubonus, atque, ut opinor, verissime, Exercit. XVI. ad Annal. Baronii p. 541. WESS.

CAP. CXXVI. 3. καὶ τῶν Μάγων τὴν βασιληΐην] Hic iterum, si non fuisset interpolata, Vallæ versio, post Cambysis obitum, occupato a Magis regno, demonstrasset attendenti, καὶ in κατὰ debere transmutari: μετὰ γὰρ τὸν Καμβύσεω θάνατον κατὰ τῶν Μάγων τὴν βασιληΐην. Necessariam correctionem esse sciens historiæ Persicæ nemo diffitebitur: vid. Herod. III. 61. et 67. Per septem menses Medus ille Smerdis regnavit cum fratre fraudis architecto: κατ' ἐκεῖνο τοῦ παιρὸς evenerunt hic narrata. Ut passim ab aliis, κατὰ sic etiam adhibetur ab Herodoto I. 67. κατὰ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον, καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεω τε καὶ Ἀρίστωνος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι. vid. P. Leopard. Em. XI. c. 5. (καὶ τῶν M. tenent scripti omnes: κατὰ recepere Borh. et Schæf.) Paulo post, ut legit Valla, scribendum: ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ (pro olim vulgato ἀρχῇ) κατὰ μὲν ἕκαστα, etc. adfirmant illud Cod. Arch. et Herod. infra c. 150. ἐν ὅσῳ ὅ, τε Μάγος ἦρχε καὶ οἱ ἐκ τὰ ἰσανίστησαν, ἐν τούτῳ πάντι τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ταραχῇ. VALCK.

4. ὠφίλεε μὲν οὐδὲν Πέρσας] Conjiciendo adligerunt Pavius et Reiskius. Post pauca c. 127. de Oroeta ὃς ὠφίλησε μέν κω οὐδέν. Succedit ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ, suum sibi inconmodum habens; neque enim bene adhærescit antea positis. Equidem proclivior sum in Vallæ et Arch. ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ, in illa post Cambysis fata rerum conturbatione. Vide adnotationes Galei, quibus Cl. Schurtzfleischius calculum addidit. WESS.

[6. Μιτροβάτεα, etc. Conf. cap. 120. S.]

9. καί τινα ἀγγαρήϊον Δαρείου] Exquisitius hoc est quam pro scribarum ingenio. Ἀγγελιηφόρους in Musis ignorat nemo. Ἀγγαρήϊος Persarum voce idem. Testes ἄγγαροι, toties apud alios obvii, tum ἀγγαρεύειν, docte illustratum a Vinc. Riccardo ad Homil. Procli. XVIII. p. 523. et Balth. Stolbergio Exercit. Ling. Græc. p. 152. Herodotus Ionica specie ἀγγαρήϊο extulit, quando de Persarum vehiculari cursu τοῦτο τὸ δρόμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον lib. VIII. c. 98. liquido docens, in regum nunciis, sive pedibus seu curru eant, voci sedem esse. Wess.

10. κτείνοι μιν] Κτείνοι (nescio utrum κτείνοι, an κτεῖνοι, voluerit) μιν justissime docti viri, Pauw, Reiske, Abresch. Proximum ἀποκτείνας δέ μιν ita postulat. Wess.—Commodum utique foret μιν, commodum etiam κτεῖνε aoristo tempore, sic dein ἠφάνισε: sed in vulgatum consentiunt libri omnes. S.

11. ὑπείσας] Bis terve reperitur apud Nostrum ὑπεῖς, p. 63, 41. p. 180, 12. (lib. I. c. 156. et III. 52.) et hoc loco præbet idem Arch. Si vel plures darent, servandum tamen rarius illud Ionicum judicarem ὑπείσας. Ut hic ἄνδρας οἱ ὑπείσας, sic legitur VI. 103. νυκτὸς ὑπεισάντες ἄνδρας. Formam, Grammaticis ferme ignotam, ut Iones, sic veteres etiam adhibuerunt Attici: ἀφεῖσα, ἀφεῖσαν, est in Thucyd. V. 81. et alibi. Valck.—Æque Ionicum ὑπεῖς est, et ὑπείσας: sed ὑπεῖς τῆς ὀργῆς locis citatis, a verbo ὑφίημι, remitto; at ὑπείσας vel ὑφείσας ab ἴω, colloco. S.

Cap. CXXVII. 4. οὐκ ἰδόντα πίμπτον] In his requiritur vocula, quæ in vicinis est superflua. Scripsisse adeo Nostrum arbitror: στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἰδόντι οἱ πίμπτων, ἅτε οἰδιόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων: neque enim οἰδιόντων, si plures dant Codices, alteri οἰδαινόντων postponerem: legitur et III. 76. μηδὲ, οἰδιόντων τῶν πρηγμάτων, ἡσυχίζεσθαι. Platonis imago non multum distat, πόλιν et ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν memorantis, de Rep. II. p. 372. E. de Leg. II. p. 691. E. Valck. —At nec ullo incommodo subintelligi dativus οἱ ad ἰδόντι potest, est peropportuna eidem voculæ sedes deinde est, rebus ei (id est, rebus ejus) nondum satis tranquillis. Cæterum, intercidisse in codicum aliquo οἱ ante οἰδιόντων, nemini mirum videbitur. S.

Ibid. ἅτε οἱ οἰδιόντων, etc.] Præivit Scriptor, Thaliæ c. 76. μηδὲ οἰδιόντων τῶν πρηγμάτων. Aldus ibi, ut hic Pass. οἱ διόντων, quod ipsum in Suidæ Ἰδὺ fuit; ubi Küsterus, quum οἰδιόντων debuisset, rescripsit hoc ex loco οἰδαινόντων, oblitus H. Stephanum dudum in Recens. Voc. Herod. verum tenuisse. Οἰδαίνειν in iræ fermento Procopius Bell. Pers. I. 21. et Vand. I. 4. Mox μιγέλπω τὴν ἰσχὺν non sollicito. Wess.

Cap. CXXVIII. 4. πεπαλαμένον δὲ λαγχάνει] In his etiam fuit erratum. Idem sæpe dicitur πεπαλαμένον δὲ λαγχάνει: nam, quod Ionice πάλλειν et πάλλεσθαι, vulgo πηδᾶν dicebatur et πηδᾶσθαι: quæ duo sane differunt significandi dote. Sive præfectus sortitioni, seu sortes in aliorum gratiam conjiciens in galeam, sitellam, vel urnam, a concussione πάλλειν πλάσσειν, et πάλλειν dicebatur simpliciter, vulgo πηδᾶν. Πάλλεσθαι et πηδᾶσθαι, qui sortiebantur, sive rem inter se sorti committebant. Quem ex his tangebat sors, sive, cujus sorte nomen excidebat, is λαχὼν dicebatur, vel πλήρει λαχὼν (III. 83, 6.) Herodoto πάλῳ λαχών, (IV. 94, 4. 153, 4.) et Æschylo Sept. c. Theb. v. 55. Κληρουμένους δ' ἔλασσον, ὡς πάλῳ λαχὼν Ἕκαστος αὐτῶν. In Soph. Elect. v. 711. agonistas Brabeutæ Κλήρους ἔπηλαν. Hoc activo ver-

bo Κληρῶν est et Aristophani Eccles. 678. Contra Callim. Hymn. in Jov. v. 64. ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἴσικε Πήλασθαι. Homerus Iliad. σ'. 191. Ἦτοι ἐγὼν ἴλαχον πολλὴν ἄλα ναιέμεν αἰεὶ Παλλομένων. Hoc et κληρουμένων λαγχάνει, Xenoph. p. 22, 28. Lysiæ, p. 105. Demosthenes p. 322, 22. κληρουμένων πρῶτος αἱρεῖσθαι τὸν αὐλητὴν ἴλαχεν. Turpe mendum, ut alia non pauca, reliquerunt in Harpocrat. Πυάνια, τὰ καθίσματα ἀντὶ κλήρων ἀπὸ τῶν κληρουμένων: corrige κληρουμένων. H. Valesius, vir summus, κληρούντων dum scribebat, Attici forte moris non recordabatur. Valck.—Immo recte, si quid video, emendavit Valesius. S.

12. *si* ἐνδεξαίατο ἀπίσασιν] Miserum *si* οἱ placere (Gronovio et Porto) non potuit, quoniam ἐνδεξαίατο ex ἐνδέχεσθαι repetitum iverunt. Fac Ionum more ab ἐνδέξασθαι descendere, et voculæ tuta erit statio. Diodori sunt, καὶ μὴ βάρβαρον ἀμότητα πρὸς ὁμοιότιμος ἀνθρώπους ἐνδείξασθαι, lib. XIII. 27. et in Excerpt. T. II. p. 631. μεγάλην ὕβριν τῇ περισβείᾳ ἐνεδείξατο. Nobile Paulli est Apost. Ἀλέξανδρος πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο, II. Tim. IV. 14. Alia prudens negligo. Artibus autem Bagœi ad Oretem pessumdandum convenium Macronis technæ in Æl. Seiano ap. Dionem Cass. et Olympii sive Honorii Imp. in Stilicone opprimendo ap. Zosimum. Wess.—Facile equidem patiar *si* οἱ ἐνδέξ. restitui. S.]

17. μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμάς] Vertunt vulgo cum Valla, lanceas deposuerunt. An submiserunt ei lanceas, aut tradiderunt? Nescio an militaris formula sit μεθιέναι τὴν αἰχμὴν, cujus vim mihi haud satis liquere profiteor. S.]

Cap. CXXIX. 5. ἀστράγαλος ἐξιχόρησι ἐκ τῶν ἕρρεων] De Dario, καταπεσὸν ἀπὸ τοῦ ἵππου ἐν κυνηγεσίοις, τοῦ ἀστραγάλου ἐκχωρήσαντος, Dio Chrysost. Or. XIV. p. 231. ex Herodoto, dissensu exiguo, iterato, Or. LXXVII. p. 652. πεσόντι ἀπὸ τοῦ ἵππου μιαχμερήσας ὁ ἀστράγαλος: major est in medici nomine, quem Δημοδόκου, incertum sua-ne an aliorum culpa, adpellat. Fieri potuit, ut Δημοδόκος, quo de Aristoteles Eth. ad Nicom. VII. 8. in Oratoris animo fuerit. In Himerii Eclog. p. 71. ed. H. Steph. Δημοκήδης ὁ Κροτωνιάτης, etiam ap. Photium Biblioth. p. 1142. ubi Sophistæ verba Hoeschelii adjumento correctiora leguntur. Wess.

7. στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι] Hæc et vicina obversabantur Dioni Chrys. Or. XIV. p. 231. B. et LXXVII. p. 652. D. et 653. ubi chirurgi εἰς ἀγρυπνίας τε καὶ ἀλγηδόνας Darium ἐνίβαλον, ἕλκοντες καὶ βιαζόμενοι τὸ ἄρθρον: tum tangit laudabile Democadis facinus, invidos Medicos Ægyptios e præsentissimo liberantis periculo, narratum Herodoto c. 132. Bis in Dione medicus Crotoniata dicitur Δημοδόκος, qui fuit Δημοκήδης, et Democedes etiam vocatur Timæo ap. Athen. XII. p. 522. B. et Æliano Var. Hist. VIII. 17. Valck.

10. ἀγρυπνίησι εἶχετο] Suidas male (qui ἀγρυπνίῃ συνείχετο.) Herodotea ἔχεσθαι ἀπορίῃ et ἐν ἀπορίῃσι, IV. 131. IX. 97. et ἀμφιβολίῃ ἐχόμενος, V. 74. Æliani Var. XIII. 35. φαλαγγίων κνήσμασιν ἐχόμενος, Luciani Scyth. c. 2. τῇ λοιμῇ ἐχόμενος, abunde Grammaticum redarguunt. Dignum magis consideratione (l. 11.) παρακούσας —— τὴν σίγνην, studiosissime in Lexica, ut ἀκούειν et παρακούειν, contra compositionis indolem, idem habeatur, receptum. Consilio non favebit Herodotus, si, quod schedæ offerunt, οἷα δὴ παρακούσας dederit, tantum indicans, oscitanter et negligenter hominem Sardibus pridem audientem Dario nunc tandem Democedis artem indicasse. Wess.—Verba οἷα δὴ facile suspiceris ex glossa a nonnemine fuisse adjecta: quæ sive adsint, sive absint,

perinde constabit verbo παραπούειν notio obiter audiendi, quam ei Vir doctus vindicavit. Denique ad ἀγγίλλειν τῷ Δαρείῳ utique intelligi debet τὴν τίχνην τοῦ Δημοκήδιος, et potest ad παραπούσας subintelligi περὶ αὐτῆς: sed et nihil impedire videtur, quo minus juncta intelligamus παραπούσας τὴν Δημοκήδιος τίχνην, et dein cogitemus ἀγγίλλειν αὐτήν. S.

Cap. CXXX. 4. καπιφάνη —— τιχνάζειν ἐπιστάμενος] Vallæ Latina, visus Dario fuit notitiam artis perite didicisse, mala sunt, damnataque ab H. Stephano Thes. T. III. p. 1437. Suidæ interprete, et Reiskio. Dolos et strophas noverat Democedes, ut artis medicæ peritiam dissimularet. Id τιχνάζειν. Ὁ δὲ Ἀρταφέρνης ἐρίων αὐτὸν τιχνάζοντα, dissimulandi artibus utentem, infra lib. VI. 1. Wess. — Vallæ versionem quum Gronovius tenuisset, cum hac Wesselingius permutavit, sed tamen visus fuit Dario dissimulandi artes bene nosse: frigida (ut dicam quod sentio) sententia. Nempe memor Vir doctissimus usitatæ verbi φαινίσθαι et similium constructionis cum participio loco infinitivi, (de qua etiam ex professo Valckenarius ad c. 1, 22. hujus libri monuit,) juncta intellexit ista καπιφάνη ἐπιστάμενος, rursusque illa, ἐπιστάμενος τιχνάζειν. Sed ex præmissa Darii interrogatione, (l. 2.) τίχνην εἰ ἐπίσταιτο, perspicuum videtur intelligi h. l. debere, ἐπιστάμενος αὐτὴν, scil. τὴν τίχνην, adeoque hoc dici: adparuit Dario, dissimulare hominem, cum quidem calleret artem; sive, quod eodem redit, adparuit Dario, callere eum artem, sed dissimulare. Poterat Herodotus scribere ἰφάνη —— τιχνάζων, ἐπιστάμενος: sed, ne duo participia absque conjunctiva concurrerent particula, alterum verbum in infinitivo posuit, cui perinde hic locus erat. In eamdem nobiscum sententiam Larcherus monuit, ἐπιστάμενος hic accipiendum quasi esset καίπερ ἐπιστάμενος. S.

7. φλαύρως ἴχειν τὴν τίχνην] Præferrem, si Codices subministrarent, φλαύρως ἴχειν τῆς τίχνης: quo modo sæpe loquuntur veteres. μακαρίως ἴχειν φρενῶν· Θράκης παρόδου χρησίμως ἴχειν· οὕτως εὐνοίας ἴχειν· αὐχμηρῶς ἴχειν τοῦ προσώπου· οὐ γὰρ οἶδα παιδίας ὅπως ἴχειν καὶ δικαιοσύνης. Horum primum est Dionysii Tyr. ap. Stobæum, p. 531, 14. Postremum Platonis ita transtulit Latine Cicero: cum ignorem quam sit doctus, quam vir bonus? Tusc. V. 12. Valck. — Tenent vulgatum libri omnes: et perinde sane (κατὰ) τὴν τίχνην, atque τῆς τίχνης (ἴσπα) dicere licuit Herodoto. S.]

[8. ὅς οἱ ἐπίστεψε: sc. ἑαυτὸν, aut τὸ σῶμα. S.]

9. καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγειν] Series rerum MSS. adstipulatur. Ægyptii medici regem diu torserant, et continuatis aerumnis omno prohibuerant. Democedes lenibus post acria illorum usus medicamentis Darii insomniam discutit, reddita sanitate. Valla verum perspexit, nactus Morelli ad Dion. Chrys. p. 72. et aliorum calculum. ἤπια φάρμακα, Poëtæ Iliad. Γ. 218. et ἤπια ἐπίσματα Æschyli Prometh. v. 481. loquendi genus adfirmant. Hier. Mercurialis Var. Lect. (ed. S.) lib. IV. 3. intacta non reliquit Herodotea. Wess. — Suum Herodoto restitutum iri, καὶ ἤπια μετὰ τὰ, monstrat Diss. Herod. p. 81. Sic Laurentium legisse monuerat, qui primus, ni fallor, omnium exactius expendere cœpit monumenta veterum, Græca præsertim, P. Leopardus Emend. VII. c. 14. Valck.

17. ὑποστύφουσα δὲ αὐτέων ἐπάσση] Stephani ὑπανύπτουσα probarunt Ampl. Cuperus Ep. ad Græv. Syllog. Burman. T. II. p. 690. Pavius, Geinozius; merito inprobante Gronovio, sed vul-

gatum, in quod codices magna consensione conspirant, infeliciter explicante. (Nempe vertendum censuit, unaquæque pectus subverberans.) Indiget locus interpunctione, bene a Cl. Reiskio picta, et ex Arch. τὴν θήκην, arca sive repositorio aureorum numorum. Donarunt regiæ mulieres Democedem stateribus, cumulatim adeo in phiala coacervatis, ut plures deciderent. Singulæ τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην arcam, ut numos phiala eruerent, concusserunt et subverberarunt: id ὑποστύπτειν, II. 136. VI. 119. habetque junctum utrobique sibi, quo quid egeritur, instrumentum, etiam in Comici Avib. v. 1145. ubi Hemsterhusius præclare. Lege mecum, Ὑποστύπτουσα δὲ αὐτίκα ἑκάστη φιάλη τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην ἐδωρίσατο τὸν Δημοκήδεα οὕτω δή τι δαψιλεῖ δωρεῇ, ὡς, etc. Earum unaquæque phiala thecam (sive auri arcam) concutiendo eruens Democedem tam luculento munere donavit, ut servus —: et plana via erit. Tzetzes, laxius explanatione usus, χρυσαῖς φιάλαις τὸν ἱκέτην ἐκείνῳ, Democedi, Chil. III. p. 314. Wess.

Ibid. ὑποστύπτουσα, etc.] Tentamina prostant H. Stephani, Palmerii, Gronovii, Reiskii. Qui hic Theologica potissimum tractat juvenis Gallus Jo. le Febvre hunc in sensum accipiebat Herodotea: " chacune d'elles vuidant une fiole pleine d'or dans une caisse, la donnérent a Democéde avec la caisse." Reliquis mea quoque succedat conjectura, τὸν χρυσὸν tantum scribentis pro τοῦ χρυσοῦ. Herodoti verba, ὑποστύπτουσα δὲ αὐτίκα ἑκάστη φιάλη τὸν χρυσὸν σὺν θήκῃ ἐδωρίσατο τὸν Δημοκήδεα, sic interpretor: earum autem singulæ phiala eruentes, (aureos stateras, ex arca videlicet:) auro et phiala donabant Democeden: atque ita verum me reperisse arbitror: probe tamen sciens veritatis sæpe nos decipi simulacris. Primum egestos ex arca stateras continens phiala, auri erat θήκη. Deinde, τὸν χρυσὸν — ἐδωρίσατο τὸν Δημοκήδεα, qua ante structura, δωρίσαται μιν Δαρεῖος π. χ. δύο ζεύγεα. (At ibi ζεύγεσι et usus Græci sermonis et librorum consensus postulavit.) Quid tandem sit Ὑποστύπτειν ante hos 50 annos Küsterum docuit venerandus ille nobis Hemsterhuisius; vid. ad Aristoph. Av. v. 1145. Küsterus dedit et Berglerus Herodotea ex lib. II. c. 136. ubi κοντῷ ὑποστύπτοντες ἐς λίμνην notat conto in paludem immisso egerentes quod adhærebat luti: omisere locum Herod. VI. 119. (p. 370, 37. ed. Gron.) ὑποστύψας τούτῳ ἀντλεῖ. Aristophanis anseres, latis pedibus usi veluti palis, ὥσπερ ἄμαις, lutum eruentes, ὑποστύπτοντες in pelves ἐνίβαλον. Similiter uxores Darii quæque dicuntur ὑποστύπτουσα φιάλη, tanquam palis usæ phialis: nec mirum; phialarum enim ampla quidem erat capacitas, sed lata figura palarum instar: vocem idcirco Hebræam יעים, qua palæ designantur, φιάλας interpretantur Numer. IV. 14. In Homero φιάλην exponunt χαλκεῖον ἐκπίταλον λεβητῶδες: vid. Athen. XI. p. 468. E. p. 501. A. Eustath. ad Iliad. Ψ. p. 1412, 30. et Wetsten. ad Joannis Apoc. 5, 8. Vas sive poculum ἐκπίταλον amplum est, atque expansum instar folii vel laminæ: Athen. XI. p. 485. E. 494. E. 496. A. et Harpocrat. in voc. Τρίπτηρα. Istarum itaque Darii uxorum unaquæque donabat Democeden (fortasse regio more προσκυνεῖν·) Λαβοῦσα πλήρη χρυσίων (μεσόμφαλόν γε) φιάλην: sic apud Athen. XI. p. 502. A. scribendus est Theopompi Com. tetrameter, ex Althæa sumtus. Valck.

[Theopompi apud Athen. fragmentum jam nil moror; ad quod consuli possunt quæ a Casaubono, a Porsono, et a nobis adnotata sunt; Animadv. ad Athen. T. VI. p. 297 seq. Hoc unum

moneo, nescire me consulto-ne χρυσίων scripserit VALCK. pro eo quod apud Athen. olim vulgatum erat χρυσίων. Cæterum rectissime hunc Herodoti locum expedivisse idem Vir doctissimus mihi visus est; nisi quod nil opus fuit, τοῦ χρυσοῦ ibi contra et sermonis usum et librorum consensum in τὸν χρυσὸν mutare, quum percommode intelligi possit δαψιλείᾳ δωρεᾷ τοῦ χρυσοῦ. Quod vero θήκην idem Vir doctus ipsam illam phialam interpretatur, qua et hauriebatur aurum et cui illud impositum donabatur Democedi; similiter apud Athen. IV. 4. p. 129. d. e. est ὑιλοῦς πίναξ, ἐν θήκῃ κατακιμένος ἀργυρᾷ, vitrea patina super repositorio argenteo: et ibid. c. 5. p. 130. c. d. bellaria in canistris ex ebore tectis —— dono dabantur hospitibus αὐταῖς ταῖς ἰδίαις τῶν σιμμάτων θήκαις, una cum thecis, quibus quodque bellariorum genus impositum erat. Et, φιάλην (phialam, pateram) planius aliquod vas et latius esse, super quo aliud (v. gr. poculum) possit reponi, ex eodem Athenæo et ex Polluc. VI. 95. observavit Wyttenbach in Annotatt. ad Selecta principum Historiocor. p. 374. seq. conf. Xenoph. Cyrop. I. 3, 8 seq. WESSELINGII ratio, quoad sententiæ summam parum a Valckenarii interpretatione discrepans, nititur illa quidem codicis Arch. auctoritate; sed vereor ne τὴν θήκην ibi (pro vulgato σὺν θήκῃ) ex scribæ ingenio profectum sit, non e vetusto exemplari derivatum. Sane in duobus aliis Herodoti locis, ubi verbum ὑποτύπτω eadem notione usurpatur, itemque in tertio ex Aristoph. prolato, nullum nomen in accusativo casu positum conspicitur, nec illo opus esse videtur: aurum vero *simul cum theca* (σὺν θήκῃ) dono datum esse Democedi, ex his quæ continuo sequuntur intelligitur. Reiskius duas voces σὺν θήκῃ in unam συνθήκῃ contrahendas censuerat, χρυσοῦν συνθήκην auri acervum intelligens. Toupius Emend. in Suid. (ad voc. Χρυσίς) P. III. p. 575. seq. ista τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ, violenter utique, in ἐς τὴν χρυσοθήκην mutans, provocavit ad illud apud Nostrum ὑποτύπτουσις ἐς λίμνην, auri arcam χρυσοθήκην intelligens. τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ tenens Werfer, et hæc ipsa verba juncta intelligens, (in Act. Philol. Monac. T. I. p. 108 seqq.) θήκην χρυσοῦ nil aliud nisi auri arcam vel crumenam significare contendit, idque ex Herodot. IX. 83, 3. adparere existimat, ubi tamen nihil impedit quo minus θήκας illas, quemadmodum hoc loco, phialas s. pateras intelligamus, collato præsertim ibid. cap. 80, 6. Benedictus nuper (in Act. Sem. Philol. Lips. II. 2. p. 296 seq.) unice veram lectionem esse ὑποτύπτουσα judicans, quam nonnullos bonæ notæ codices sit exhibere, nescivit Vir doctus nullo in vetere libro reperiri istam scripturam, nonnisi ex conjectura propositam ab H. Stephano sub finem Præfationis ad Lectorem quæ editioni Græco-Latinæ præmissa est. S.]

CAP. CXXXI. 2. περὶ συνίχιτο ἐν Κρότωνι] Insulsum ὃς damnavit Gronovius, nec induxit, Reiskio merito demirante. Tolerari non debuit. Simile erit Homeri Iliad. ζ'. 396. τοῦ τις δὴ θυγάτηρ ἴχιθ' Ἑκτορι, si ad structuram animus se verterit; et VI. 12. τῇ παρεούσῃ (δουλείῃ) συνίχεσθαι, conflictari. WESS.—At Homericus quidem ille locus cum hoc nihil prorsus commune habet. δουλείῃ συνίχεσθαι Latine commodius forsan reddetur, *premi* servitute, ut apud Polyb. πολίμοις, λιμῷ συνίχεσθαι. S.

8. Ἀθηναίοις, ἑκατὸν μνέων] Polycratem non miror de male quæsitis adeo munificum in medico fuisse remunerando; sed mirarer equidem Æginetarum, atque istius temporis Atheniensium munificentiam; nisi suspicarer, ut alibi nu-

meros, hic summam quoque pecuniæ nimium ab Herodoto amplificatam. Dum opibus etiam Atheniensium civitas erat potentissima, legatis in diem, Aristophanis ævo, duæ dabantur drachmæ: vid. Arist. Acharn. v. 66. Centum drachmæ unam duntaxat minam conficiunt, quales minas centum annuas dedissent Democedi: huc adde, medicis vix ullam tum publicitus datam fuisse mercedem. Pluti versus est 408. Τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει; Οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδὲν ἐστ', οὔθ' ἡ τέχνη. Sed ante bella Persica cuperem equidem edoceri, unde tanta fuerit in Atheniensium ærario pecuniæ vis, ut peregrino Medico annuum adsignare commode potuerint salarium talentum et minas quadraginta, sive, secundum nostram putandi rationem, tria millia Carolinorum. Illud adeo, vix credibile, si verum est, oportet iste Democedes ad rem valde fuerit attentus, qui minas, ad centum, viginti tantum adjicienti Tyranno suam maluerit operam addicere, quam Atheniensibus in libera civitate. Quibus exploratæ sunt Atheniensium opes diversis temporum articulis, Herodotea mecum, credo, mirabuntur. Valck.

12. Κροτωνιῆται ἱητροὶ ἱλίγοντο] Voluit-ne Arch. librarius ἱητροὶ ἱλίγοντο, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα εὐφημίζοντο? Sententia non erit mala, fortasse etiam nonnullis speciosa, mihi tamen ex critici interpretamento nata. Democedes et Crotoniatæ Medici plura scholæ Italicæ videntur debuisse: Pythagoras, artis non inperitus, tum temporis Crotone docebat. Milo, Democedis socer, testis erit c. 137. Ut taceam illustrem in Pythagoræ rebus memoriam Democedis apud Jamblichum Vit. Pyth. c. 35. Conf. Dan. Clericum Hist. Medic. lib. II. 2. p. 79. Wess.

Cap. CXXXIII. 3. ἴφυ φῦμα] Generalius Athen. XII. 4. (c. 22.) p. 522. B. τὸν μαστὸν ἀλγήσασα. Vomicæ morbum φῦμα explicat Plin. Nat. Hist. VII. c. 50. eadem spectans, quæ Plutarchus de Jasone Pheræo T. II. p. 89. c. ἔπαισε τῷ ξίφει τὸ φῦμα καὶ διεῖλεν αὖτως, ὥστε σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον — τοῦ φύματος ῥαγέντος. Sed tyranno profuit ruptum tuber, Atossæ inconmodum auxit. Wess.

7. ἐξορκοῖ μέν] Vide VI. 74. Wess.— Scilicet ibi pariter ἐξορκοῖ, non ἐξορκεῖ. Conf. vero et IV. 154, 13. et 14. S.

9. ὅσα αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα] Alias monui, (ad I. 10, 10.) necesse non videri, ἐς αἰσχύνην scribi. Sustuli nunc codicum imperio præpositionem. Euripid. Hecub. 1241. καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει Πρᾶγμα. Plato Menex. p. 247. A. ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει. Wess.—Vide quæ in Var. Lect. (ed. S.) notavimus. S.

Ibid. ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐστὶ φέροντα] Restituit etiam Gronov. I. 10. παρὲξ βαρβάροισι καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει. Quam ex Med. Cod. præpositionem ἐς adjecit, illam merito non necessariam judicabat, quo humaniorem in Herodoto poliendo successorem ne optasse quidem tacitis votis potuit Gronovius. Thucyd. I. 5. οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον. Ælian. Var. I. 21. οὐ μὴν ἴδρασιν οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν αἰσχύνην φερόντων. Quæ habent vel adferunt ignominiam, dicuntur αἰσχύνην ἔχοντα, vel φέροντα: in his valde dubitari potest an locum suum ἐς possit tueri. Sæpenumero quidem iisdem verbis ἔχειν et φέρειν adjicitur ab Herodoto præpositio; sed in diversissimis loquendi formis, in quibus illa significant spectare vel pertinere. II. 52. τὰ ἐς Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα. IX. 42. τὸν χρησμὸν, τὸν Μαῆδ. εἴπερ ἐς Πέρσας ἔχειν. IX. 32. οὐκ ἐς γυμνικοὺς ἀλλ' ἐς ἀρηΐους ἀγῶνας φέρον τὸ—μαντήϊον. VIII.

137. ἐσῆλθέ οἱ αὐτίκα, ὡς εἶπε τέρας, καὶ φέρει ἐς μίγα τι. Talia, Herodoto frequentata, parcius alibi reperientur, præterquam apud ejus imitatores, quos inter eminet, in his etiam adhibendis, Pausanias: hujus VIII. p. 701. legitur φέρειν ἐς ἐκεῖνον τὸ ἄσημα, et X. p. 842. Lib. I. p. 104. τοῦτο τὸ ἔπος ἐς τοῦτο τιθεῖσαι ἔχειν νομίζοντες. II. p. 133. τὸ ἰσόγραμμα ἐς γυναῖκας ἄλλας εἶχε. V. p. 380. ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα ἔχει τὸ μάντευμα. V. p. 417. ista ἐν τοῖς ἔχουσιν ἐς Ἀργείους ἐδήλωσα. p. 427. τῆς ὑστεροίας τὸ σκέλος ἐς Εὔμηλον τὸν Κορίνθιον εἶχεν ἡμῖν. Cum postremis comparari potest hoc, diversum tamen, Antiphontis Or. IV. p. 119, 7. τὰ ἴχνη τῆς ὑστεροίας εἰς τοῦτον φέροντα: et p. 120, 8. τὰ ἴχνη τοῦ φόνου οὐκ εἰς ἐμὲ φέροντα. Hæc ad manum non erant G. Arnaldo scribenti Var. Conject. p. 210. et p. 416. Monstret mihi quis in Herodoto vel aliis scriptoribus optimis, τὰ εἰς διαλίαν, vel βλασφημίαν, vel εἰς ὄνειδος φέροντα, fatebor etiam dici potuisse τὰ εἰς αἰσχύνην φέροντα: sed, quæ diversi sunt generis mihi non incognita, quod nimis fit frequenter, permisceri nolim. Valck.—Nihil referre videtur (quem admodum ad I. 10, 10. Wesselingius monuit) addatur εἰς ad αἰσχύνην, an auferatur: ac possis Latine etiam perinde reddere, quæ ad contumeliam pertinent. Conf. quem in Var. Lect. (ed. S.) laudavi Markl. ad Eurip. Suppl. v. 295. S.

Cap. CXXXIV. 12. αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι, etc.] Ex Democrito habet Stob. Serm. CXV. p. 592. Αὐξανομένου γὰρ τοῦ σώματος, συναύξονται φρένες. γηράσκοντος δὲ συγγηράσκουσι, etc., quæ his ita respondent, ut eodem fonte manarint. Sæpe opinatus sum, perperam Democriti nomen fragmento apud Stobæum adpingi, debuisse enim Herodoti. Nunc, cum ambo ejsdem fuerint temporis et æquales, philosopho et medico dictum, utriusque sententiis bene congruens, nolo auferre. Galeni similem apud Eustathium (ad Odyss. β'. p. 98, 31.) professionem non miror, quippe τὴν κρᾶσιν, sive corporis temperamentum, humanam animam arbitrati. Nec Aristotelicum, Polit. lib. II. c. 7. Ἔστι γὰρ, ὥσπερ καὶ σώματος, καὶ διανοίας γῆρας. Notæ Philosophi sunt de mente humana fluctuationes. Bene observavit Hier. Mercurialis Var. Lect. lib. IV. 3. tolerari utcunque ea posse, si de operationibus animæ, quatenus ex instrumentis corporis pendent, accipiantur. Mihi sese probavit hoc Heraclidæ Pont. Allegor. p. 485. ὅσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὑποφθίνει, τοσοῦτον ἡ τῆς διανοίας αὔξεται ῥῶσις. Wess.

Ibid. αὐξανομένῳ γὰρ, etc.] Sub nomine Democriti Herodotea legi apud Stobæum monitum fuit in Diss. Herod. Wess. p. 177. Suo tributa parenti prostant in Scholiis ad Hom. Od. β'. 315. Dixisse fertur Antipater Tarsensis lib. II. de anima, secundum decreta Stoicorum: ὅτι συναύξεται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ, καὶ πάλιν συμμιοῦται. Traditur hoc in Scholiis Homeri Leidensis ad Iliad. λ'. 115. (et in Venetis Scholiis a Villoisono editis.) quod neque ex Eustathio constat, nec Diogene Laërtio, neque aliunde forsan didicissemus. Verborum sententia neque Democrito disconvenit: cum corpore, ait Lucret. III. 447. Créscere sentimus pariterque senescere mentem. —— Post ubi jam validis quassatu'st viribus ævi Corpus, et obtusis ceciderunt viribus artus; Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque: γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι (καὶ αἱ φρένες,) καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀσαμβλύνονται. Quintilianus in re diversa, Inst. Or. X. 5. Necesse est, inquit, ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur. Quod, ut puto, sumserat ex Herodoto Livius, VI. 23. L. Furium

facit juvenibus bella data, dictitantem, (Herod. νῦν γὰρ ἄν τι καὶ ἀνωδίξαιο ἔργον, ἕως νέος εἶς ἡλικίην. cf. Homer. Iliad. χ'. 71.) et cum corporibus vigere et deflorescere animos. Petebant ista Camillum: is exactæ jam ætatis erat; sed vegetum ingenium in vivido pectore vigebat. Tales fuere semper, et sunt etiam nunc, de quibus idem dici queat, quod scribit Livius de M. Furio Camillo. Materiæ, quam tractabat, ubique memor Longinus π. Ὕψ. sect. IX. sub fin. magnifice, γῆρας, ait, διηγοῦμαι, γῆρας δ' ὅμως Ὁμήρου, Odysseæ conditoris, atque in illa similis ἡλίῳ καταδυομένῳ. Moriens Cyrus Xenophontis Κυρ. Παιδ. VIII. p. 138. de se ipse testabatur: τοὐμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ἡσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον: quæ libenter adhibet Ciceronis Cato major de Sen. c. IX. Qui fertur esse Xenophon, quando secedit a Xenophonteis ex Historia Græca ad verbum describendis, frigidus Agesilai laudator et sophista, p. 86. ed. Hutchins. Δοκεῖ δ' ἐμοιγε καὶ τόδε μόνος ἀνθρώπων ἐπιδιίξαι, ὅτι ἡ μὲν τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐστιν. Qui libellum istum olim tamquam Xenophonteum adhibuere, vel videntur adhibuisse, horum mihi testimonia, plerorumque opinor, sunt in numerato. Valck.—Xenophonti libellum istum contra Valck. vindicavit Weiske, Opp. Xenoph. Vol. IV. p. 404 seqq. S.

17. ζεύξας γίφυραν ἐκ τῆσδε τῆς] Posteriora ad eum modum certatim formarunt docti viri, et recte: rei indoles et MSS. testantur, nec minus, justum videri, quod insuper mutatum. Infra lib. IV. 117. Darius γέφυραν ζεύξας—διαβίβηκε ἐς τήνδε τὴν ἤπειρον. De ancillis Atticis, (l. 23.) ab Atossa sibi expetitis, et belli Persici origine, Ælian. Hist. An. XI. 27. Claudianum credo lib. II. in Eutrop. v. 200. ad eas allusisse: Felices—quibus Argivæ, pulcræque ministrant Thessalides, famulas et quæ meruere Lacænas. Wess.

Cap. CXXXV. 1. καὶ ἅμα ἕπος τι καὶ ἔργον ἐποίεε] Solens Homerum imitatur Iliad. τ'. 242.

Αὐτὰρ ἐπεὶ τόδε πάμπαν ἐπεύθετο καὶ κατένευσε,
Καὶ τότε δὴ μῦθόν τε ἔπος τε πτερόεντα προσηύδα.

Quod dudum animadvertentem Eustathium p. 1182, 30. (p. 1248 extr. et seq. ed. Bas.) operæ est audire. Τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ ἅμ' ἕπος, ἅμ' ἔργον· ἅπερ Ἡρόδοτος ζηλώσας φησί· ταῦτα εἶπε καὶ ἅμα ἔπος τι καὶ ἔργον ἐποίει. Nolo dicere, Thessalonicensem præsulem MSS. ad amussim convenire, id solum, cessare post hæc fluctuationes de veriore sententiæ scriptura debere. Patronum Cl. Valckenarius suæ opinionis allegare Cod. Ask. potest. Wess.

Ibid. καὶ ἅμα τ' ἔπος ἔφα] Vulgabatur ante Gronov. καὶ ἅμα ἔπος τ' εἶπε. In aliis Codd. nec reperitur εἶπε, neque ἔφα. Hoc, Doricum, ferri nequit: sed Herodotea sunt, ἴφατο, ἰφάμην, φάμενος: extra poëtas illa quidem rarissima, nisi quod Ælianus in Var. Historia ἴφατο, II. 2. et frequenter adhibuerit alibi. Herodotum itaque scripsisse suspicor: ταῦτα εἶπε· ἅμα τε ἔπος ἴφατο καὶ ἔργον ἐποίει: ista dixit, et simul atque dixisset, rem aggrediebatur: sive, nec dicta res morata, ut loquitur Justinus II. 3. Solet et Noster ita loqui p. 47, 2. (lib. I. c. 112.) ἅμα δὲ ταῦτα ἔλεγε, —— καὶ ἀπεδείκνυε. p. 269, 41. (IV. 150.) ἅμα τε ἔλεγε ταῦτα καὶ ἐδείκνυε. cf. p. 461, 41. (VIII. 5.) Homereum illud ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον, in sermone quotidiano dicebatur de re dicto pœne citius confecta, ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον, Zenob. I. Prov. 77. Quando ad ἔργον adjecit Herod. ἐποίει, putem et ἔπος ἴφατο non spernendum; præsertim ubi membrana Flor. ἴφα ostentat. In Euripidis Bacch. v. 1080. Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν

καὶ γαῖαν ἱστήριζι φῶς: hoc tempus (non ἱστήριξι) poscit usus Euripidis et ratio locutionis: vid. Electr. v. 788. Plutarch. T. II. p. 782. c. Chariton VII. p. 122. Ex. Spanhem. in Callim. Hymn. in Jov. v. 87. et 92. Homerus Iliad. ε'. 242. Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἦεν, τετέλεστο δὲ ἔργον. Est sane sublime dictum, quidquid disputent viri docti, notum illud: εἷς ὢν ὁ Ζεὺς, γενέσθω, καὶ ἐγένετο. VALCK.

[12. συμβαλέσθαι ex Pc. me adscivisse dixi in Var. Lect. (ed. S.) Sic vero etiam in Pa. Pb. et Pd. scribi diserte Larcherus monuit, quibus e codicibus nihil h. l. enotavit is qui nostri caussa illos excussit. S.]

14. δείσας μὴ εὖ ἐκπεμφθῇ] Tametsi εὖ Euripideo Phœniss. v. 998. ὡς εὖ πατρὸς ἐξεῖλεν φόβον, κλίψας λόγοισι, conparetur, claudicabit sermo. Stephan. μὴ ἐ ἐκπεμφ. conjecit, minime εὐστόχως. Pavius μὴ οὔ, Reiskius μὴ εἴ, lenissima medicina. Quæ autem his jugata adhærent, (οὔ τι ἐπιδρομὰν πάντα, etc.) suum ex Codicibus recuperarunt colorem. Indicant, Democedem non cupide involantem donata accepisse cuncta, sicuti eidem perspexerunt optime. Nam Latina, nihil omnium offendens oblata sibi accepit, jure damnantur. Verbum ἐφιστερίχειν significatum requerit. Aristides T. II. p. 401. ed. Jebb. εἴ σοι περὶ παίδων εὐχομένῳ, τῶν θεῶν εἶπέ τις, ὡς ἔσονταί μὲν —— οὐκ ἂν δέξαιο; οἶμαι μὲν καὶ ἐπιδρόμοις: imo vero cupide accurreres et arriperes. Cujus ego loci indicinam Abreschio, verissime addenti, Jo. Chrysostomo in deliciis illud ipsum fuisse, debeo. Vide Nostrum lib. VIII. 32. WESS.—Vitiosum εὖ ἐκπεμφθῇ, ex Aldina ed. propagatum, tenere Wess. non debuerat. εὖ pingendum, idem ac οὐ valens, optime Reiskius monuerat: quum vero sit enclitica vocula, recte μὴ εὖ Reizius edidit, et sic Schæf. et Borh. Miror nihil ad h. l. ex MSS. prolatum reperiri: in nostro quidem cod. F. sic scriptum μή ιυ nec spiritu adjecto, nec accentu. εὖ vero ex MS. Paris. A. adnotavit Larcher. Verbo ἐφιστερίχειν, arripiendi, sibi vindicandi notione, cum dat. casu usus est Appian. Punic. c. 94. S.

19. τούτῳ ταῦτα] Non intercedam, si qui cum Reiskio ταυτὰ pinxerit. WESS. —In editis Animadverss. vulgatum ταῦτα non sollicitavit Reisk. Conf. supra, l. 3 seq. S.

CAP. CXXXVI. 1. Καταζάντες δὲ οὕτω] Οὕτω mallem ex MSS., quippe venustius. (Quum dederint hoc Pass. Ask. et. F., videtur idem legi in Med. sed non advertisse Gronov.) Γαυλὸν μέγαν (lin. 3.) neglectui habere, ut Grammaticorum quorumdam socordia ne occultetur, nequeo. Etymologus p. 222, 28. λέγεται δὲ καὶ τριήρης γαῦλος, διὰ τὸ πλατύτατα δίχεσθαι, ὡς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν. In MS. Trajectino, διὰ τὸ πεῖλον καὶ πλατύτατα δίχεσθαι. Cyrilli Lexic. MS. eadem, indicio Cl. Alberti ad Hesychii Γαυλός. Splendidæ sunt nugæ, quod Gronovium non fugit. Γαυλὸς et ὁλκὰς eadem navis, nempe oneraria, minor trireme. Vox est Phœnicum lib. VIII. 92. ex גל GOL, GAUL, ob curvam rotunditatem, auctore S. Bocharto. WESS.

7. ἐκ ῥηγεστάνης τῆς Δημοκήδους] Vulgata ἐκ Κρηστώνης nullis defendi machinis potest: nam nulla unquam in Italia urbs Crestone. Habet τὴν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν lib. I. 57. quæ utrum Italica fuerit, disputavimus uberius. At demus dubia in re eam Italiæ, huc sane referetur perperam, siquidem in Mediterranea regione sedem occupans Corton est sive Cortona, modo ne fallat Dionysius Halicarn. Quid porro ἐκ Κρηστώνης τῆς Δημοκήδους? neque enim Crestonæus domo et origine Democe-

des, verum Crotoniates. Atque, hæc virum Celeb. (Gronovium) nihil esse morata, merito demiror. Retinuit Vallæ Latina, ibi Aristophilides Tarentinorum rex, et ipse Crotoniensis, ad ipsius Græca οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Laurentii liber ἐκ Κρότωνος, sicuti Vind. et Arch. Quæ quidem si adjuves, et ὁ ἐκ Κρότωνος reponas, tolerabilis, sed durior erit sententia: Ibi vero, qui ex Crotone Democedis, Aristophilides. Nec liquet aliunde, Aristophiliden Tarentinorum regem, Crotone natales accepisse. Mihi cum locus hic novationem effugere nequeat, blanditur cum maxime editum ἐκ ῥᾳστώνης, ex indulgentia, ῥᾳθυμίᾳ, facilitateque Democedis, Tarentino regi in exarmanda navi et Persis vinciendis nimium concedentis. Addunt novanti consensum MS. Ask. et eruditissimi viri Hemsterhusius, Geinozius, Valckenarius. Wess.—Vide Adnot. proxime sequentem. S.

Ibid. ἐκ Κρηστώνης] Mihi quoque dudum venerat in mentem ἐκ ῥηστώνης: quod viros insignes adsequutos conjectura liquet ex Wess. Diss. Herod. p. 31. Memineram olim in Herodoto vulgatum ἐς Σάϲας, pro ἐς Ἄϲας, et contrario vitio scribi ἐς Ἰνδοὺς, et ἐς Κῶλον, ubi ἐς Σινδοὺς et ἐς Σκῶλον exhibebit Editio Wesselingi, cui hanc correctionem adfirmandam relinquo. Multa mihi quidem in mundo sunt, quibus usus varii vocis ῥαστώνη possent adfirmari; perpauca tamen ad sententiam apte respondentia, quam hic locus me judice postulat. Valck.—Quidni vero, ῥηστώνην facilitatem et indulgentiam intelligentes, vocab. Δημοκήδεος pro genitivo objecti, quem dicunt grammatici, acciperemus? Sic fecerit istud Tarentinorum rex indulgentia in Democedem, scilicet, quo ei gratificaretur, et faciliorem ei redderet fugam. *Corayus* quidem, Vir doctissimus, apud Larcherum, ἐκ ῥηστώνης τοῦ Δημοκ. interpretatur ἐκ ῥᾳδιουργίας, ἐκ τέχνης, ἐκ σοφίσματος τοῦ Δημ. S.

Cap. CXXXVII. 5. τοῖσι σκυτάλοισι] Constat librariorum dissensus. Glossator MS. σκυτάλοις, editus ab Aldo stat, quod levis momenti. Athenæus de Persis et Democede paria ferme, sed alio ex fonte lib. XII. 4. (c. 22.) b. 522. Quod Persæ autem ad Crotoniatas, πῶς ταῦτα βασιλῆϊ Δαρείῳ ἰκχρήσει; in Latinis bona non sunt. (Tenuerat illa tamen Wess. cum Gronov. sic concepta: An ex usu erit vobis hanc injuriam regi Dario intulisse?) Verti debuerant, an regi Dario sufficiet hanc a vobis injuriam perpeti? Cui eorum dicto pondus ex MSS. accedet καὶ πῶς ταῦτα, etc. (Et ego illam καὶ particulam lubens adjici patiar, quod a Schæf. factum laudo.) Mentem quiritantium Pavius, Reiskius, Abreschius perceperunt. Scriptor ipse lib. VIII. 70. οὐκ ἐξίχνευσί σφι ἡ ἡμέρη, satis illis dies non erat. Wess.

[9. ἢν ἀπίλησθε ἡμέας] Perperam *Valla:* si nos dimiseritis. Melius *Gronov.* si nos spoliaveritis: quæ intacta reliquit Wess. Equidem cum H. Stephano αὐτὸν vel τοῦτον subintelligendum putavi, quem etiam Larch. secutus est. S.]

Cap. CXXXVIII. 7. ἦν δι' αὐτὸν στόλος μέγας] Fuit, cui ἦν δι' αὐτῶν idem ac si propter hæc. Equidem oblitus haud sum observationis Th. Bezæ in Epist. ad Rom. VI, 4. et Hugonis Grotii ad Hebr. 1, 2. de simili præpositionis usu, parum profecto stabili et certo. Potior Codicum auctoritas, quæ et ex Ionum sermone μούνους et μάλιστα δὴ tuebitur. Negligi hic non debet, Apuleio Florid. p. 351. auctore, Pythagoram, Cambysis olim captivum, a quodam *Gillo* Crotoniensium principe reciperatum. Gillus, Philosophi liberator, non alius atque hic videtur. Respondet ætas; nec officit, quod Croto-

niensium princeps audiat, multum. Quid enim, si duplicem, ut plures olim, habuerit patriam, et exsul Crotone consederit aliquantisper? Consentiunt, etsi discordes in Pythagoræ vita et tempore, magni viri R. Bentleius Diss. de Epist. Phalarid. p. 70. et H. Dodwellus Exercit. de ætate Pythag. p. 250. Wess.

Cap. CXXXIX. 5. *οἱ δὲ, στρατευόμενοι*] Auxi ex Arch. hiulcam orationem: idem Th. Galeus tentavit, tacito schedarum nomine, unde Cel. viri adsensum auferre non potuit; et viam tamen muniverat Valla. Cogitatissimum ex hoc et superiore libro, multos mercaturæ caussa, alios militatum, in Ægyptum ivisse, haud paucos, ut regionis et Nili amnis indolem explorarent. Wess.

Ibid. *στρατευόμενοι*] Quando vertit *Valla*, partim negotiandi, *partim* militandi gratia, legisse videtur, quod et in Codd. invenisse Galeus, *οἱ δὲ στρατευόμενοι*. Insolenter vulgata corrigens (Gronovius,) præterquam ex inviolatæ, quem vocat, bonitatis codice, hic tamen ista variis modis pertractat. (Scil. *οἱ δὲ* ex Galei conject. profectum existimans, proposuit ipse *ἢ στρατ.* aut *στρατευόμενοι δὲ εἶσιν, καὶ αὐτῆς*, etc.) *κατ' ἐμπορίην, στρατευομένοις*, non esset etiam absurda lectio: posset et alicui incidere *κατ' ἐμπορίην στρατηγεύμενοι*. Mihi correctoris esse videtur illud *οἱ δὲ*, et *στρατευόμενοι* male jam olim a librario repetitum, cujus vox ista paulo ante descripta adhuc inhæreret memoriæ: nam hoc ævo cui tandem sponte sua Græci militatum venissent in Ægyptum? Persis? illlite quidem Græco Persæ recentioris ævi libenter utebantur; de Cambysis tempore nihil tale constat. Valck.—Etiam IV. 28, 7. pro *στρατεύονται* alius vir doctus *στρατηγεύονται* (morari) legendum suspicatus erat. Quidni vero credibile sit, Ionas nonnullos in exercitu fuisse Cambysis? De mercatoribus Græcis, in Ægypto versantibus, conf. lib. II. c. 178. S.

7. *Συλοσῶν ὁ Αἰάκεος*] Recte: nam filius Sylosontis Æaces vocatur VI. c. 13. *Αἰάκης —— παῖς Συλοσῶντος τοῦ Αἰάκεος*. (conf. II. 182, 9.) Sami tyrannus ille patri successerat Sylosonti, de quo multis hic agens Herod. illud non tradit, acerbum in subditos exercuisse imperium: *πικρῶς ἤρξεν*, inquit Strabo XIV. p. 945. D. (p. 638. c. ed. Cas.) *ὥστε καὶ ἐλευθέρωσεν ἡ πόλις*: et Zenob. III. Prov. 90. Uterque senarium nobis servavit Ionici cujusdam Poëtæ suavissimum: *Ἔπνει Συλοσῶντος εὐρυχωρίη*, cujus auctor respexisse potius videtur Herodoto narrata cap. 149. Antiquiora tempora spectat, tyrannidem nempe Polycratis, Anaximenis quæ fertur Epistola apud Laërt. II. 5. ad Pythagoram scripta, *Εὐβουλότερος εἶς ἡμέων, μεταναστὰς ἐκ Σάμου ἐς Κρότωνα· ἐνθάδε εἰρηνεύεις οἱ δὲ Αἰάκεος παῖδες (ἄλλως τε) κατὰ ἔρδουσι*: uncis a me inclusa quomodo sananda sint, non liquet: scribi potuit *ἄλγιστα κακὰ*, vel *μίγιστα*: quod alicui primum forsan incidat, *ἀλλήλους*, vel *ἄλλος ἄλλον*, illi se non probaret, qui in obtinenda tyrannide Polycrati fratres Sylosontem et Pantagnostum adjutores fuisse didicisset ex Polyæno I. cap. 23, 2. Hi tres, nisi fallor, sunt *οἱ Αἰάκεος παῖδες* in Anaximenis epistola; in qua hoc tamen liquet, pro *ἐνίσχυε*, scribendum *ἔτι ἴσχυ· πᾶς δὲ οὖν Ἀναξιμένης ἐν θυμῷ ἔτι ἴσχε αἰθηρολογέειν*. Valck.—Corruptarum apud Laërtium vocum *ἄλλοις τε*, in quibus hæserat Vir longe doctissimus, tam certa fuerit, quam obvia, emendatio, *ἀνωστὰ*, intolerabilia mala. Permutatione literarum N et AA nil frequentius. conf. Var. Lect. (ed. S.) ad II. 41, 24. et Adnot. ad. I. 90, 11. S.

9. *λαβὼν χλανίδα —— φυρῆν*] Eruditiss. Reiskius *Τυρίην*, Tyria infectam

purpura, nulla necessitate. Tzetzes Chil. III. p. 312. Babylone Darium a Sylosonte amiculum inpetrasse errans scribit, ἐκ Συλοσῶντος δὲ λαβὼν δῶρον πορφυρᾶν χλαμύδα: neque id ex vero: læna fuit, non chlamys. At ejus opinionis consortes habuit Suidam in Χλαμὺς et Append. Prov. Vatic. p. 281. Wess.

12. ἐπιθύμησον τῆς χλανίδος] Hinc majori jure, quam supra cap. 127. ex perversa scriptione Med. Cod. ἐπιθυμίου, poni potuerat ἐπιθύμιε, commendatum a vicino ὠνίεσο. Cambysis satelles chlamydem ἐπιθύμει ὠνίεσθαι. Herodotus in istum sensum scribit simpliciter ὠνίεσο, sicuti I. 69. χρυσὸν ὠνίοντο Lacedæmonii, quod aurum Crœsus ὠνεομένοισι δῶκε δωτίνην. vid. Clar. Wesseling. ad p. 54. n. 12. (ad I. 68, 24.) Mirum hic toties cur dicatur χλανὶς, quæ fuerit χλαμύς: voces librariis frequenter inter se permutantur. Græcis, ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων ἐπὶ ἐσθῆτι, instar proverbii adhibebatur ἡ Συλοσῶντος χλαμὺς, Diogenian. Centur. V. Prov. 14. Æliano Var. Hist. IV. 5. dicitur Darius accepisse Sylosontis ἱμάτιον: sic, ut notum, eximie pallium vocabant: initio I. de Rep. Plato, καί μου, inquit, ἔσεσθαι ὁ παῖς λαβόμενος τοῦ ἱματίου. Lucian. T. III. p. 255. Terent. Phorm. V. 6, 23. puer ad me accurrit Mida: Pone adprehendit pallio. Valck.

16. δεῖ γενέσθαι πάντως σε.] Aldinam et tot Codicum distinctionem aspernari temerarium. ἄλλως δώσει, gratis donare, ponitur contra χρήματος σωλίσιν. Dicit Syloson gratis se, si prorsus ita fieri oporteat, amiculum illi dare. Wess.

Cap. CXL. 2. εὐηθίην recepi, (ut alia ad lib. II. 18, 7.) simplicitatem quandam et facilitatem in donando intelligens, non stultitiam. Junxisse Demosthenem φιλανθρωπίαν καὶ εὐήθειαν indicavit Thom. M. verissime: sic Or. in Timocr. p. 451. πραότητα καὶ εὐήθειαν habet Fals. Leg. p. 213., alia ex Erotico missa facio. Vide Galen. in Hippocr. Progn. p. 154. et doctissimos Viros Wasse et Duker. ad Thucyd. III. 83. Wess.

5. ὡς τοῦτον τὸν ἄνδρα] Quinimo ἐς τοῦτον: alterum illud ab Herodoto scriptum, quod unus Codex virum Clar. docuit, mihi ne decem quidem persuaderent: regnum in aliquem devolutum dicitur περιελθεῖν, aliisve verbis ejusdem potestatis, εἰς τινὰ, nunquam πρὸς τινὰ, neque adeo etiam ὡς in talibus locum invenit: vid. notata in lib. I. c. 120. et II. 135. Valck.

9. λέγει πρὸς ἡσυχίην] Dubitavi, sequerer-ne MSS. plures, an in vulgato acquiescerem. Si fastui Persico, quæ Pavii suspicio, posterius respondeat accurstius, maneat in possessione: mihi conspirans tot codicum concordia non sine laude censetur. (Valet idem πρὸς αὐτὸν, atque πρὸς ἡσυχὸν, quod e schol. invectum videtur, ut sæpe alibi. conf. ad II. 162, 24. et ad III. 52, 15.) Omni autem dubio caret (l. 10.) ᾧ ἐγὼ προαιδεῦμαι, jam supra non sine plausu lib. I. 61. tractatum. Reiskius reponebat, οὗ ἐγὼ προεδεδίημαι, quo ego viro unquam habuerim opus, istam damnaturus fortasse operam. (et damnavit in editis Animadverss. laudans ibi Wesselingium.) Syloson autem cum Darium. ποιεῖται τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, convenerit, colloquium congruet principio Olymp. LXV. Wess.

11. ἤ τις ἢ οὐδείς κω] Recte suam ex Med. formam recepit venustum illud, ἤ τις ἢ οὐδείς, nullum, vel ferme neminem significans. Proverbio dicebatur, εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ. Cyrus Xenoph. Κυρ. Παιδ. VII. p. 115, 12. τούτων τῶν περιεστηκότων ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα: ista sollicitantis H. Stephani conatus, hominis Græce perdocti, monstrat formulæ rarissimum usum. Advocato etiam Aristide (T. I. p. 285.) loca Xenophon-

tis et Herod. comparavit G. Canter. Nov. Lect. VII. c. 6. Ælianо sophistæ hoc adeo visum fuit elegans, ut quater minimum adhibuerit de Nat. An. V. 50. VI. 58., ἴσασιν Αἰγυπτίων ἢ τις ἢ οὐδείς. VII. 8., θαυμάζει τις (ἢ τις) ἢ οὐδείς: et XIV. 26. Ad tantilla quoque Conr. Gesnerum adtendisse, indicant doctissimi viri Prolegomena. VALCK.

25. ἀναπαυσάμενός μοι δὸς τὴν, etc.] Pæne adsentior δὸς negligentibus Codicibus: quisque sine eo Sylosontis intelligit desiderium: facit insuper ejus absentia petitionem quodam modo significantiorem. Ἀναπαύσασθαι τὴν ἀρχὴν, τὴν παιρείδα, et hoc de genere plura, Herodoti studiosum fugere non possunt. Darii munificentiam Valerius Maxim. laudavit lib. V. c. 2. WESS.—Abest etiam δὸς Fragm. Paris: ac sane satis erat id quod paullo post legitur, ταύτην μοι δός. S.

CAP. CXLI. 4.] ἔστειλε τὴν στρατιήν. Parum commode, fere ut Valla, in Latinis scripsi exercitumque contraxit. Debueram, trajicere exercitum paravit, vel trajecit exercitum: quam in sententiam *Larcher*, il fit embarquer ses troupes, provocans ad Euripid. Iphig. Aul. 661. et Æschyl. Pers. 176. Conf. ad III. 53, 27. notata. S.]

CAP. CXLII. 2. ἱστιοπαίην —— λαβὼν τὴν ἀρχήν,] Suum hoc esse, libro IV. c. 147. docet Noster, ubi ἱστιοπαίην εἶχε ὁ Θήρας τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιληΐην. Mox (l. 5.) βωμὸν et τέμενος exemplo Homeri junxit Iliad. Σ', 48. Vallæ τέμενος fanum, si Livii lib. X. 37. modo, non absurde. Aream aræ aut templo undique circumdatam designat Pausanias lib. VI. c. 6. p. 467. τέμενός τι ἀποτετμημένους εἰσοδομήσασθαι νεών. Josephus quoque Bell. Jud. I. 21, 2. et marmor Aphrodisiense in Antiq. Asiat. Ed. Chishul p. 154., Philo Jud. Leg. c. 1. p. 1014. Et quis non? WESS.

11. τὰ τῷ πίλας ἐπιπλήσσω] Voluerunt-ne Arch. et Vind. ἐγὼ τὰ αὖ τῷ πίλας, etc. Si ita, non sequor. Mæandrius bene; pariterque Xerxes, αὐτὸς δὲ, τὰ ἐπείνοισι ἐπιπλήσσω, ταῦτα οὐ ποιήσων lib. VII. c. 136. WESS.

16. γίρεα ἱμασῦτῷ γινέσθαι] Aldinum ἱμασῦτῷ γιγνῆσθαι Vir. Cel., etsi Florentiæ nihil enotarit, præoptat: caussas dant adnotationes, minus, ut, quod sentio, profitear, validas. Equidem ex MSS. excerptum non animadverto, (vide tamen nostram Var. Lect. ed. S.) Stephanoque mutanti adstipulor. Valde autem miror, in ἱρωσύνην conjurasse plerosque. Saltem ἱρωσύνην, quod in Arch. et Vind.; nam Herodotus ἱρωσύνη ut lib. IV. 161., maluit. Porro ἐπαγγίλλειν, (l. 21.) et τῶν δὲ τις videlicet Σαμίων ejusdem sunt. Vide II. 137. VI. 75. WESS.

17. ἱρωσύνην] Per tot Edd. non debuerat hoc propagari: ἱρωσύνην scribunt vulgo Græci; ἱρωσύνῃ suo more dedit Herod. In centenis nominibus ο μικρὸν præcedit istam terminationem; in perpaucis ω μέγα: sed in his paucis est ἱρωσύνη. Utraque scriptio certa nititur ratione: sacerdos ἱρώμενος et ἱρωμένη dicebatur, Dei Deæve sacerdos, ἱρᾶσθαι θεῷ. VALCK.

CAP. CXLIII. 11. ἐβουλίατο εἶναι ἐλεύθεροι] Non detrectabant Samii libertatem, sed talem, quæ pactio esset servitutis. Cl. de Pauw hariolabatur, ἐβουλίατο εἶναι ἀνελεύθεροι, nolebant carere libertate: ἀνελεύθερον, libertatis esse expertem: Glossas Labbei, ἀνελεύθεροι, illiberatus, inliber, offerre; inliberum, Tyranno parere; hoc jugum Samios recusasse. Posterius admitto, ceteras minime. Glossæ nihil ad hanc rem, quarum inliber idem atque illiberalis. WESS.

Cap. CXLIV. 2. Vere *οὐ τί τίς σφι* cum D'Orvillio ad Chariton. III. 8. pag. 721. divinavit Cl. de Pauw. Mox (l. 4.) minimi refert, utrum *στασιῶται* an *στρατιῶται* probentur: erant omnes ejusdem factionis, Mæandrii *ἐπίκουρα* c. 146. Wess.

Cap. CXLV. 1. *ὑπομαργότερος*] Petulantior et propemodum vecors. Cleomenem Spartanum, insania correptum, *λόντα καὶ πρότερον ὑπομαργότερον* proponit lib. VI. 75., similique ornat titulo Cambysem hujus Musæ c. 29. Talis Cestius *ὑπομαργότερος*, bello Perusino domum incendens et in flammam se præcipitans Appiano Bell. Civil. lib. V. (c. 48.) p. 1112. Suidæ *ὑπερμαργότερος* in *Μάργος*, et voce ipsa, (cum interpretatione) *ὑπερμαινόμενος*, indignante H. Stephano de Dialect. pag. 40. neque inmerito. Wess.

11. *δῆσας γοργύρης ἠξίωσας*] Cum præcesserit *ἐν τῇ γοργύρῃ ἐδίδυτο*, non carebit sua venere *δῆσαι γοργύρῃ* ex scriptis. Sed Gronovium laudo (*δήσας* e MS. adsciscentem.) Fabulabantur olim Gorgyram, Acherontis uxorem. Porphyrius ap. Stob. Ecl. Phys. lib. I. p. 119. *Γοργύραν δὲ τοῦ Ἀχέροντος γυναῖκα προσανέπλασαν, ἀπὸ τοῦ γοργῶς φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς τὰ ἐν ᾅδου.* Quæ tituli indigetatio philosophica et arcessita longius est. Carcerem inferorum subterraneum, *δεσμωτήριον ὑπόγειον* Glossæ Herodoti, cognominis auctores spectarunt unice. Wess.

Cap. CXLVI. 7. *παθόντες οἱ Πέρσαι, προσεμπικραίνεσθαι*] Moratur Codicum discordia. Si Arch. et Vind. *παθόντες οἱ Π. καλῶς τάχος, ἐμπικραίνεσθαι*, attentionem mereatur, mens erit, malum ante perpessos Persas, exacerbatiore in Samios fore animo; uti *ἐμπικραινόμενος Ἀθηναίοισι* Hippias, lib. V. c. 62. *γυναικείως ἐμπικρανόμενος* Eusebius Stobæi Serm. XLIV. pag. 310. Talis Fulvia, Ciceronis amputato capiti, *καὶ ἐμπικραναμένη οἱ καὶ ἐμπτύσασα* in Dionis Cass. lib. XLVII. p. 378. Quæ quidem schedis illis, et *καλῶς* mordicus tenentibus, patrocinabuntur; eoque amplius, quod *προσεμπικραίνεσθαι* nimium explicet. At hæc Galei et Codicum caussa. Censebunt haud dubie alii *πάρος* ex *πρὸς* esse progenitum. Wess. — Conf. quæ in Var. Lect. (ed. S.) monita sunt. S.

16. *τοὺς διφροφορεομένους*] Qui sellas attulerant, *Valla.* Verius Scholiastes, *φορείοις, φορουμένους*, Hesychio et Suida sequentibus. Etymologus p. 279. *Ἡρωδιανὸς τοὺς Πέρσας φορείοις φερομένους διφροφορουμένους.* Scripserat, uti bene Cl. Alberti, *Ἡρόδοτος τοὺς*, etc. Error compendiariæ debetur scripturæ, sæpius recurrens. Persarum locupletiores sellis sive lecticis gestabantur, succollantibus *διφροφόροις* ap. Athen. lib. XI. 2. (c. 8.) p. 514. Considebant ipsi *θρόνους θέμενοι*, cap. 145. Kühnius plura ad Ælian. Var. IV. 12. Wess.

Cap. CXLVIII. 5. *ἐξίσμων*] Vallæ non intellectum, utpote rarius, hinc exceptum *Ἐξίσμων, ἴσμηχον*, Hesychius interpretatur. Herodot. II. 37. *ἐν χαλκείοισι κοσμητρίοισι κίνυσι διασμίουσις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην*: hoc vulgo erat *σμήχειν τὰ ἐκπώματα*, Clem. Alex. Pæd. III. p. 268, 23. smegmate abstergere. Athen. IX. p. 409. c. *ἐχρῶντο εἰς τὰς χεῖρας ἀποκλύουσις αὐτὰς καὶ σμήγματι ἀπορύψεως (σμήματι, ἀπορρύψεως) χάριν.* Vallam suspicor IX. c. 109. (IX. 110, 9.) *σμίσαι* invenisse, sinceram lectionem, sed illic adjuvandam interpretatione conmoda Valck. — Quod h. l. in Græcis nostris *ὁ μὲν* posuit typotheta, *οἱ μὲν* illum debuisse, sicut etiam exemplar præferebat, cuivis in oculis incurrit. S.

7. *ἐς τὰ οἰκία*] Sic decuit; nec minus *ἀνιθῶμαζι*, in Musis (quod Portus ostendit) creberrimum, MSS. jubent po-

tiores. Mox ὃ δὲ ὄν, sicuti et paullo superius, Cl. Abreschius. Wess.

12. ἄλλοισι διδοὺς] Opinor διαδιδοὺς voluisse Arch. scribam, quo hac eadem in re usus Plutarchus est. Mox ἐυρήσιται τιμωρίην Stephanus male punitum aut multatum iri: nihil hic de pœna; Cleomenes animadvertens, Mæandrium largitionibus sibi auxilium parare, ad Ephoros rem refert. Τιμωρίην ἐυρίσκισθαι ex Thucydide verissime Portus explanavit. Wess.

Ibid. ἐυρήσονται τιμωρίην] Cleomenes in Apophthegm. Lacon. Plutarchi p. 224. A. Ἔλαβε μὲν οὐδὲν, ἐυλαβούμενος δὲ, μὴ ἱστέροις τισὶ τῶν ἀστῶν διαδῷ, στορευθεὶς ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους —— ἔφη, etc. quæ sumpta sunt ex hoc Herodoti loco; cujus sententiam et Valla et versionis antiquæ correctores perverterunt; adsequutus est Æm. Portus in Τιμωρίη. Idem erat in usu loquendi τιμωρεῖν, ac βοηθεῖν: τιμωρία, ac βοήθεια. Ut jam ante Spartam Samii venerant exules auxilia petitum (Herodot. III. 46.) sic et Mæandrius ope Lacedæmoniorum Samum se sperabat recuperaturum; Cleomenes, quem ille donis frustra fuerat aggressus, facile tamen intelligebat, in donis Mæandrii repellendis alios se minus fore constantes; atque eo dicitur Herodoto μαθὼν, ὡς ἄλλοισι διδοὺς τῶν ἀστῶν ἐυρήσεται τιμωρίην, id est, τιμωροὺς vel βοηθοὺς ἑτοιμάσεται aliis civium illa largiendo auxilia sibi comparaturum. Auxiliares, nota forma loquendi, Græcis et Latinis dicuntur auxilia; ut servitia, servi; legati, legationes; remiges, remigium Livio; exules, φυγὴ Thucydidi: sibi parare, ἑτοιμάσασθαι, frequentissime licet dicatur ἐυρίσθαι, hoc sæpe tamen pessime fuit conversum. Unum nunc tantum ponam locum Thucyd. I. 58. ἰλθόντες Potidæatæ ἐς τὴν Λακεδαίμονα μετὰ Κορινθίων ἤτρασσον, ὅπως ἑτοιμάσαιντο τιμωρίαν, ἢν δέῃ, id est ὅπως ἐυρεῖν (ἐυρόμην multo est usitatius quam ἐυράμην) βοήθειαν, ut auxilia sibi comparent: mox idem ἐξ Ἀθηναίων, ait, οὐδὲν ἐὕρεντο ἑστηδέιον: pro ἐκ, παρὰ sæpius huic verbo jungitur. Valck.

14. τὸν ξεῖνον τὸν Σάμιον] Legitur apud Plutarchum l. c. τὸν ξένον ἑαυτοῦ Σάμιον: monitus nemo Græce sciens dubitabit, quin vere correxerim, τὸν ξένον ἐᾷν τὸν Σάμιον ἀπαλλάττεσθαι τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ τίσῃ τινὰ τῶν Σπαρτιατῶν κακὸν γενέσθαι. Illud ἐᾷν, etiam simpliciter positum, sæpe significat missum facere: jam vero quis tandem negaret in Plutarchi verbis articulum requiri? Cleomenis autem fuisse Mæandrium ξένον eximie sic dictum, neque ex hac liquet historia, nec aliunde; quin abhorret ab omni verisimilitudine, Spartiatæ quippe Regis, Samii tyranni cujusdam ministrum; quem, ut erat, servum suum fratrisque vocabat Syloson, Herod. c. 140. Valck.

16. ἐξεκήρυξαν Μαιάνδριον] Lenius est ἀπέπεμψαν Arch., sed Scholion, Galeo observante, quale et Etonensis Codicis. Plutarchus, Nostrum describens, Lacon. Apophtheg. pag. 224. A. οἱ δὲ ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν τὸν Μαιάνδριον αὐτῆς ἡμέρως, i. e. edicto publice proposito civitate et Peloponneso ejecerunt. Tales πανταχόθεν ἐκπεπτωκόσιν Athenienses tyrannorum et Spartanorum decretis ap. Lysiam c. Eratosth cap. 23. et paullo ante ὅτι ἐξεπηρύχθησαν μὲν ἐκ τῆς πόλεως. Wess.

Ibid. ἐξεκήρυξαν] Plutarchus, οἱ δὲ, inquit, ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν τὸν Μαιάνδριον αὐτῆς ἡμέρας: legerat-ne in hac etiam historia, Platoni frequentatum, αὐθημερόν? Laërt. II. 43. ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν. Ista reperitur doctissimi Galei nota: "Ἐξεκήρυξαν) Cod. " Arch. ἀπέπεμψαν. Cod. Eton. ἐξώθησαν. Hæc autem glossemata sunt." ἐξώθησαν forma prodit: sed ipsis etiam

monachis notissimum ἐξεκήρυξαν quis tandem et quamobrem fuisset interpretatus per ἀπίστιμον? Postremum illud invenit in suo quoque Cod. Valla; vertit enim ab legarunt; atque ita verbum Ἀποπίμπειν conversum viderat in Lexico veteri Lat. Gr. quod scriptum adhibuit in hac adornanda versione; Glossarium vocant Philoxeni. Si vel in aliis non observatum fuisset Codicibus, mihi tamen ἀπίστιμον videretur Herodoteum; hujusque interpretamentum ἐξεκήρυξαν, et ἐξέωσαν, vel ἐξώθησαν. Ionum more, dirissima quævis emollientium lenitate verborum, in re molesta satis erat Herodoto verbum ἀπίστιμον adhibuisse. Qui cum uxore faciebant divortium, vulgo dicebantur illam exigere (ἐξάγειν Athenis etiam notabat expellere:) ἐκβάλλειν: Athenienses rem per se satis invidiosam tegebant verbis ἀποπέμπειν et ἐκπέμπειν, emittendi vel dimittendi. Demosth. vel alius c. Neær. pag. 733, 81. iratus ἐκβάλλει τὴν ἄνθρωπον, non reddens dotem peccabat in hanc legem, ἐὰν ἀποπέμπῃ τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα: pag. 738, 129. τὴν ἄνθρωπον ἀποπέμψω ἐκ τῆς οἰκίας, Lysias p. 286. Hipponicus, ἐξέπεμψεν αὐτοῦ γυναῖκα. Isæus de Pyrrhi hær. pag. 41, 28. Res ipsa ἐκπομπὴ dicta et ἀποπεμψις. Antipho Stobæi p. 422, 1. χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί. Uxoris repudium. Ἔξωσις, emissio, dicitur Herodoto V. 40. Παρὰ τῷ Ἡροδότῳ Ἔξωσις ἀπόπεμψιν δηλοῖ γυναικὸς, ἤτοι διαζύγιον, Eustath. in Od. κ'. p. 410, 5. et φ'. pag. 746, 22. Tandem et hoc considerari velim, in civitatibus bene moratis illos præsertim ἐκκεκηρύχθαι, qui graviorum censebantur criminum rei, atque adeo digni hac publica contumelia, qua præconis voce regione exterminabantur: Arthmium Zeliten Athenienses ἐξεκήρυξαν, Socratis accusatorem Heracleotæ; alios alii; Spartanis satis est Mæandrium ἀποπέμπειν. Valck.

Cap. CXLIX. 1. *σαγηνεύσαντες*] Σαγηνεῦσαι Herodotei sermonis Strabo X. p. 687., (pag. 448. A. ed. Cas.) leviter, ut alias adparebit, lapsus, agnoscit; nitidissime explicitum lib. VI. c. 31. In Samo, viris vacua, dissensus exstat Geographi lib. XIV. p. 945. (pag. 638. c. ed. Cas.] Wess.

Ibid. *Σάμον σαγηνεύσαντες*] Morem Persarum, minus dextre Brissonio explicitum de Regn. Pers. III. p. 432. Herodotus enarrat lib. VI. c. 31. ubi ex insulis Chio, Lesbo, Tenedo, ἰσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους. Mirabar quod scribit Strabo X. p. 687. B. (p. 448. A. ed. Cas.) de Eretria, *τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους*: neque enim hoc de Eretriensibus, quod memini, tradidit alibi Herod. nec certe suo loco VI. 102. Sed legerat ista Strabo Platonis de Legib. libro III. pag. 698. D. nunciatum, *ὡς οὐδεὶς Ἐρετριῶν αὐτὸν ἀποκρίψεται εἶτε, συνάψαντες γὰρ τὰς χεῖρας σαγηνεύσειεν πᾶσαν τὴν Ἐρετρικὴν οἱ στρατιῶται τοῦ Δάτιδος*. Platonis, vel alterius, habet epigramma Diogenes Laërt. III. 33. in Eretrienses *τοὺς σαγηνευθέντας*, quibus in Asiam traductis in Cissia Darius clementer sedes adsignavit. Eretrienses illos Apollonius aiebat Philostrati I. 23. ἰχθύων πάθει περὶ τὴν ἅλωσιν χρήσασθαι, σαγηνευθῆναι γὰρ καὶ ἁλῶναι πάντας. De captis Eretriensibus id ipsum adhibuerunt Aristides. T. I. p. 213. et 385. et Maximus Tyr. XXXIX. 6. ubi Ἐρετρία *σαγηνεύεται* a Dan. Heinsio verti non debebat, Eretria obsidetur; sed, velut everriculo capiuntur Eretrienses, nullo scilicet sexus aut ætatis facto discrimine. Longius aberravit a vero interpres Æliani de Nat. An. XV. cap. 5. extr. Quod his acciderat, sibi notius, vicini magis disseminarunt Athenienses, a Persis illata Græcis mala pro ingenio suo cupide amplificantes. Valck.

Cap. CL. 2. Βαβυλώνιοι ἀπέστησαν.] Interea temporis, dum sub nomine fratris Cambysis latitans Magus Smerdis rerum potiretur, defectionem a Persis jam fuerant Babyloniorum viri principes meditati, οἱ κορυφαῖοι Herodoto III. 159. Despicatui, ni fallor, habebant imperantem, propter ipsius inusitatam lenitatem; quippe qui imperium ingressus (III. 67.) περιῆκε ἀτελείην εἶναι στρατιῆς καὶ φόρου ἐπ' ἔτεα τρία. In hac turbatione rerum, dum libertas insolita misceret adsuetas jugo civitates Orientis, animos sibi sumentes, simul atque Darius esset admotus regno, videntur omnia sibi clam Persas parasse Babylonii, quæ ad oppugnationem diu tolerandam arcendamque essent necessaria; clam dico Persas; nam ταῦτα ποιοῦντες ἐλάνθανον. Hoc tandem tempore ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἀπέστησαν, palam defecere: quo tandem tempore? duas classis in gratiam Sylosontis Samum versus proficisceretur: hanc vero classem misit Darius, πυνθανόμενοι τὴν ἀρχὴν ἔχειν: vid. p. 214, 26, 47. (c. 140, 11. 141, 1.) Circa hæc itaque tempora, una tantum Herodoto Babyloniorum a Persis memoratur defectio. Differunt utique bellum aperte gerere, et agitare in animo bellum, sive tacitis animis iram ad bellandum concipere: norunt suum sibi vexatum Philologi θυμομαχίῃ. Atque hæc eo dixi, ut labefactarem optimo viro Georg. Raphelio disputata, in terra מרותים duarum rebellionum, Jerem. 50, 21. hinc explicanda Herodoto potissimum auctore nitenti. Quanto rectius duas defectiones, alteram a Dario, a Xerxe alteram, Jeremiæ vati prædictas censet vir Clar. et honorifici nominis titulo dignus Herm. noster Venema. Valck.

6. ἐκ τοῦ ἐμφανέος] Nemini tantopere hæc placuit dictio quam Procopio, creberrime utenti, lib. I. Bel. Goth. 1. 11, 12. etc. Pausan. IX. 1. ἐκ μέν γε ἐμφανοῦς πόλεμος—οὐκ ἦν συνιστάμενος. Sequentia (lin. 7.) τὰς μητέρας ἐξελόντες Laurentius matres expellunt, ἐξελῶντες opinatus. Reiskius eadem verborum sententia ἐξέλοντες ex prisco ἐξέλω, unde ἐξελάω fluxerit. Mihi Latina Gronovii optima sunt: ἐξελόντες propaginem τοῦ ἐξαιρεῖν, quæ his cohærent, monstrant. Selegerunt matres Babylonii: præter quas quisque unam sibi mulierem προεξαιρέετο, et quidem ἐκ τῶν ἰδίων οἰκίων, ex illis quas domi alebat. Nam sic ex schedis præstat. Elegit autem σιτοπωλὸν, quale mulierum olim officium. Vide VII. 187. et hoc Polyxenæ, πρόθυλις (πρόθυρις) δ' ἀνάγκην σιτοπωλὸν ἐν δόμοις, ex Tragici Hecuba, v. 363. Wxss.—Sic μητέρες intelligentur matres familias, sive ex uxoribus illæ quibus liberi erant nati; γυναῖκα vero non ex uxoribus unam, sed e reliquis mulieribus, nempe ex ancillis, intelligemus. Secus quidem *Larcher*, et rectius: "de toutes les femmes—— chaque homme, indépendamment de sa mere, ne se reserva que celle qu'il aimoit le plus de toutes celles de sa maison." Conf. c. 159, 7 seqq. S.

Cap. CLIII. 1. Μεγαβύζου τούτου, ὃς] Singularis et sine socio Med. est. Vetus scriptura confirmatur extremo hoc libro, sæpeque alias. (Mediceæ scripturam τοῦ ὅς veram judicaverat Reiz. in Prosodiæ Græcæ Parte I. p. 8. Idem tamen τούτου ὅς tenuit in Herodoti editione.) Statim ἡμίονον ἡ μία (l. 4.) unicam Zopyro σιτοφόρον mulam relinquit; quod in locuplete Persa tenue nimis ex vix credibile. Sustuli propterea articulum, magna MSS. conspiratione jugulatum. Mularum partus in Italia et Babylone pottentum erat: in Africa, Cappadocia, aliisque orbis tractibus minime: quæ pariebat, animal sui generis erat, ut Plinius ex Theophras-

to Hist. Nat. lib. VIII. 44. Inspice Sam. Bocharti Hieroz. lib. II. 20. Wess.

5. ἴδε τὸ βρίφος] Sequitur Poëtam. Scholiastes San-Germanensis: Βρίφος ἐπὶ ἀλόγου ζώου, Ἡρόδοτος Γ'. ὁ Πυηντής· βρίφος ἡμίονον νύϊουσαν Ἰλ. Ψ'. 266. Sequitur eundem Oppian. Halieut. V. 464. σκύμνος ἀιξηθείς ὀλίγον βρίφος, ubi felix memoria Rittershusium destituit. Βρίφος ἱλάφου, seu ἱλίφαντος potius, Ælian. Hist. An. XI. 25. (Conf. Valck. ad III. 109, 12.) Ἀνείπας τοῖσι δούλοισι (ead. lin.) illaudatum esse non debet: servis Zopyrus taciturnitatem injungere, non temere omnibus, qui pullum viderant, potuit. Ἰδοῦσι ex laxiore venit interpretamento. Wess.

6. τοῖσι ἰδοῦσι] Corrector antiquæ versionis e Valla δούλοισι rectius obtulisset lectoribus, adfirmatum a Cod. Arch. quodque si plures præferunt, Herodoto fortasse restituetur. Quod sequitur Babylonii dictum, (l. 7.) urbem expugnatum iri, quando parerent mulæ, Zopyro videbatur ominosum, nec sine numine prolatum, σὺν γὰρ θεῷ ἐπεῖπον εἰκῇ. (l. 10.) Idem illud Herodoto dicitur IX. 90. κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος, forte fortuna, Deo rem dirigente: ἔκ τινος δαιμονίου συντυχίας Jamblicho Vit. Pyth. §. 115. Nam secundum veteres providæ Deï curæ suberat etiam quæ Fors dicebatur, sive Fortuna, Τύχη. Herod. p. 225, 1. (lib. IV. c. 8. extr.) p. 320, 21. (V. 3. et 92, 53.) arridebat puerulus θείῃ τύχῃ, forte quadam divinitus Livio I. 4. ubi vid. I. F. Gronov. Græcis in eumdem teruntur usum formulæ κατὰ θεὸν, κατὰ θεῖον, κατὰ δαίμονα, κατὰ τύχην. Postremum dederat corrector in Cod. Cantab. Lucæ Ev. x, 31. pro κατὰ συγκυρίαν, forte fortuna, quam inhumano Deus obtulerat sacrificulo: κατὰ δαίμονα Herod. I. 3. κατὰ τύχην τινὰ καὶ δαίμονα, Demosth. p. 652, 31. κατὰ θεῖον, Aristoph. Eq. v. 147. non sine numine, Bergler. rus. κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος, est in Platonis Euthyd. pag. 272. E. σὺν θεῷ præ aliis frequentat Dei reverentissimus Xenophon; an et in hunc alicubi sensum adhibeat nunc non commemini. Valck.

Cap. CLIV. 6. αἱ ἀγαθοεργίαι] Ita dederat. Infra cap. 160. Ζωπύρου δὲ οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων ὑπερεβάλετο Licham τῶν ἀγαθοεργῶν Spartanorum laudavit lib. I. 67. Mox (l. 7.) Reisk. ἄλλῳ μὲν ὦν οὐκ. Mihi ἄλλῳ μέν νυν οὐκ, ex schedis, longe est potius. Wess.

7. Ἄλλῳ μὲν οὐκ ἐφράζετο, etc.] Quum et nexus orationis illam requirat, et duo saltem Codices subministrent, voculam suam recipiet Herod. ex aliis præterea Codd. quod ex Diss. constat Herod. p. 103. Ἄλλῳ μέν νυν οὐκ ἐφράζετο ἔργῳ δυνατὸν εἶναί μιν ὑποχείριον ποιῆσαι. Prorsus ista perverterat Valla, non animadverso, quantum ab ἔφραζε significandi virtute distaret ἐφράζετο. Diversa Portus bene disparavit. Φράζεσθαι notat considerare, vel animadvertere, Grammaticis vulgo redditum σκοπεῖν, Eustathio, βουλευτικῶς σκέπτεσθαι. Poëtis illud usitatum est quibusvis; non item Scriptoribus orationis solutæ, nisi Ionica utentibus Dialecto. Φράσασθαι et φρασθῆναι, ἐπιφράσασθαι, ἐπιφρασθῆναι, et καταφρασθῆναι, in eumdem pæne sensum adhibentur Herodoto; cujus illud etiam venustum est quod sequitur (lin. 9.) ἐν ἰλαφρῷ ποιησάμενος. Contra I. 118., Συγατρὶ τῇ ἐμῇ διαβεβλημένος οὐκ ἐν ἰλαφρῷ ἐποιεύμην, apud filiam male me audire moleste ferebam; est enim idem ac χαλεπῶς ἔφερον. (ἀπεστερημένος Xenoph. pag. 286, 30.) Apud elegantiores occurrunt similes locutiones: ἐν εὐμαρεῖ,

in facili, et non in facili, οὐκ ἐν εὐμαρεῖ: hoc in Theseo posuit Eurip. illud in Iph. Aul. v. 969. ἐν ἀσφαλεῖ, Hec. 980. οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ, Hippol. v. 785. Thucydidea ἐν ἀσφαλεῖ et ἐν ἐπικινδύνῳ in tuto et in periculo vertit Nepos. Theocrito XXII. v. 212. jam olim restitui: Οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμισδίμεν οὐκ ἐν ἀλαφρῷ. VALCK.

7. δυνατὸς εἶναί μιν ὑποχειρίην ποιῆσαι] Recte de Prexaspe cap. 66. τὸν υἱὸν ἀπολωλεκέναι αὐτοχειρίῃ, et cap. 74. αὐτοχειρίῃ μιν ἀπολέσας, qui suis manibus Smerdin obtruncarat. Verum urbem αὐτοχειρίῃ aut αὐτοχειρίην ποιῆσαι quis in ea occupanda scripsit unquam? Noster I. 106. καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχειρίους ἐποιήσαντο: et magno numero alii. Merito consentiunt scriptis libris viri docti. WESS.

CAP. CLV. 1. βαρέως ἤνεικε] Formam verbi Ionicam Herodoti agnoscent studiosi, nec minus ἔκ τι τοῦ θρόνου πηδήσας Vind. et Eustathii: id sane commendare se potest et compositi auctoritatem deprimere, si quæ necessitas. Plutarchi τῶν παιδίων τὸ πρεσβύτερον ἀποσπηδῆσαν — ἀπὸ τοῦ στέγους — ἔῤῥιψεν ἑαυτό, T. II. pag. 823. A. recepto accedit. (Equidem, quid huc faciat Plutarchi locus, non video.) Quam vero magnus Poëtæ explanator in οὐκ ἔστι οὗτος (lin. 4.) adumbrationem Odyss. ζ'. 201. animadvertit, arcessita videtur. WESS.

7. δεινόν τι ποιεύμενος] Vertamus ista in aliam phrasin idem significantem: αἰσχρὸν ἡγούμενος vel χαλεπὸν, εἰ Ἀσσύριοι Περσῶν καταγελάσουσι. Rogo, non illos vulgatarum lectionum semper defensores, sed genii sermonis peritos, atque utentes in his libertate moderata Criticos; an hic dici possit αἰσχρόν τι ἡγούμενος vel τιθέμενος? Qui negabunt, eamdem hic esse rationem fatebuntur, literamque π sequentem hic atque alibi peperisse minus commodum illud τι. Δεινὸν vel δεινὰ ποιήσασθαι, sequente vel infinitivo, vel εἰ, Herodoto frequentissimum, invenitur apud quosvis scriptores Atticos; horum loca quibus fuerint ad manum, negabunt. et illud, in Thucydide recte scribi εἰ Ἀθηναῖοι δεινὰ ἐποίουν, p. 343, 29. in Luciano δεινὰ ἐποίει ἀδικεῖσθαι, T. II. p. 542, 21. ἐποιοῦντο et ἐποιεῖτο requirit usus. VALCK. — Voculam τι, inmerito puto suspectam Viro docto, communi consensu libri tenent omnes. Quod de legitimo usu verbi ποιεῖσθαι in ista dictione ejusque similibus ab Eodem monetur, verissimum est illud quidem: nec tamen idcirco utique corrupta et haud cunctanter corrigenda pronunciare audeam ea veterum loca, ubi in activam verbi formam libri omnes consentiunt, veluti illa a Viro doctissimo citata ex Thucyd. lib. V. c. 42. et ex Luciani Toxari s. de Amicitia c. 33. Quo etiam referendum quod apud Nostrum consentientibus libris legitur II. 121, 96. δεινὰ ποιέων. S.

[12. εἰ πολέμιοι παρασταίησαν] Vide Adnot. ad III. 13, 8. ubi pag. 13. l. 8. me invito in nonnullis hujus editionis exemplis κατεστήσαντο pro παρεστήσαντο positum est. S.]

12. πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν;] Videbatur olim Codicum ἐξέμβλωσας patronum habere Aristophan. Nub. v. 137. καὶ φρενοῖδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην: at parum juvat. Ridetur a Comico Socrates ejusque mater ob cogitationem quasi per abortum mente expulsam. Darius vero motam Zopyro rationem exprobrat, stultitiæ caussam. Ἐξαμβλῶσαι τῶν φρενῶν in animi et sapientiæ abortu, audacius dictum. Vulgati translatio receptior. Suidas in Καταχόρδησεν: Εἶτα τῶν φρενῶν ἐξέπλευσε: quæ Cleomenem fortasse tangunt, derivata ex Theopompi Epitoma Herodoti, ut dicam alias. Noster lib. VI. 12.

οἵτινες παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου. Iterum ap. Suid. οἱ δὲ ἐκπλεύσαντες τῶν φρενῶν. Vide et Ἐκπλεύσιν. Tales dictionum e re nautica figuræ in maritimis civitatibus, qualis Ioniæ potior pars et Attica, nunc Britannorum et Belgarum, creberrimæ. Conf. lib. V. 92, 6. WESS. — Nescio quid sit quod ex V. 92, 6. tamquam huc pertinens spectaverit Vir doctissimus, nisi forte verba ista, V. 92, 106. παραπλῆγά τι καὶ τῶν ἑωυτοῦ σινάμορον. S.

Ibid. κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν;] Sanum-ne te credis esse, (Terentiana sunt) qui facie fœde deformata sic te ipse laceraveris? Prima forte specie minus attento placere poterat Galeo laudata Codicum lectio ἐξέμβλωσας. Suum etiam solus facile tueretur Noster VI. 12. ubi de se Iones ipsi παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου: hi quidem, a teneris adsueti mari, personæ convenienter loquuti; de Dario, quem sic facit hoc tempore loquentem, dubitari potest. Ab Herodoto mutuatus, de Spartiata Cleomene dixit Pausan. in Lacon. p. 211. ult. ἐξώρμει τὰ πολλὰ ἐκ τοῦ νοῦ: ubi vid. Kühn. Suidas duo servavit incerti fragmenta, in Ἐκπλεύσαντες, ἴξω γενόμενοι· Οἱ δὲ ἐκπλεύσαντες τῶν φρενῶν εἶτα ἐνιοὶ ἐγένοντο· etc. Demosth. de Falsa Legat. p. 244. ἴξω δ' αὐτῆς οὖσα — ἡ γυνή. Cicero de Div. II. 55. a mente atque a se ipse discessit, ἐξέστη. vid. Tusc. III. 5. et IV. 36. iratos (ira furor brevis est:) proprie dicimus exisse de potestate, id est —— de mente. Ex mente avolare propius accedit ad Herodoteum enavigare. Theocritus II. 19. Θέστυλι δειλαία, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; quis te malus abstulit error? Idem Eid. XI. 72. Ὦ Κύκλωψ, Κύκλωψ, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit? Virgil. Ecl. II. 69. In his memini cum me pæne decepisset Homericum, in Od. σ'. 326. σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσί. Herodoteum ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν forte cui moveat suspicionem in Theocrito scribendum: πᾷ τᾶς φρενὸς ἐκπεπότασαι; ego vulgatum retinuerim. Eurip. Electr. 175. Οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι, Θυμὸν — ἐκπεπότημαι. VALCK.

[15. ἢν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ] Monuit vir doctus, (non commemini quis,) perperam vulgo ista verti, nisi tu *tuis* desis; nude oportuisse nisi *tui* desis: nempe τὰ σὰ idem valere ac σύ, quemadmodum τὸ ὑμέτερον VIII. 140. 10. monente ibi Valckenario, idem valet ac ὑμεῖς. Quoniam vero ad τὰ σὰ intelligitur μέρη, possis Latine ad verbum reddere, nisi tuæ defuerint partes. S.]

21. τῆς οὐδεμίη ἔσται ὥρη] Ad hujus scribendi normam idem esset, τῆς μηδεμίην ὥρην ἕξεις, aut οὐδεμίην ὥρην ποιήσεται. Rem parvi pendere, vel nihili, sic dicebatur Ionice. Ὥρη, et veteribus Atticis ὥρα, curam notabat: veteres dico, neque enim apud alios illud invenietur, et ne apud horum quidem imitatores elegantiores Aristiden aut Lucianum; nam non sunt, non certe videntur esse, Luciani libelli de Astrologia et de Syria Dea, in quibus etiam occurrit illud Ionicum T. II. pag. 372. et T. III. pag. 466. vid. P. Leopard. Em. VI. c. 21. Bergler. ad Alciphr. p. 112. Theocritus IX. 20. ἔχω δέ τοι οὐ τόσον ὥραν χείματος. Soph. Œd. Col. v. 377. (al. 399. Br. 386.) Putas-ne ἐμοῦ θεοὺς Ὥραν τιν' ἕξειν Ib. v. 292. (al. 304. Br. 300.) Ἢ φρενοῖδ' ἕξειν. Correctionis eget vers. 270. (al. 282. et 277. ed. Brunck. qui Valckenarii nutum secutus, ὥραν pro μοῖραν correxit, et τῶν θεῶν pro τοὺς θεούς.) Sæpius a librariis depravatum latet hinc factum Πολυωρεῖν. Contrarium dicitur ὀλιγώρως ἔχειν Isæo, Lysiæ, ceterisque; ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιεῖσθαι

Thucydidi p. 240, 77. Athenis dum dirissime pestis grassabatur p. 131, 83. (II. 52.) ὑπερβιαζομένου τοῦ πακτοῦ, οἱ ἄνθρωποι — ἐς ὀλιγωρίαν ἱερέων καὶ ὁσίων. Lucretius expressit VI. 1274. Nec jam relligio, Divum nec numina magni Pendebantur; enim præsens dolor exsuperabat: nec mirum; nam et in tali calamitate Nostri τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι δίλυ. VALCK.

25. διαλυτὸν εἶναι ἁμίραις] Haud scio an διαλύσιμον MSS. edito posterius sit: quæ consequuntur illi favent. Hoc certius, κατὰ τὰς Χαλδαίων Scriptoris fuisse. Quid enim Chalcidenses ad Babylonem? Adfines Babyloniis Chaldæi, hinc portæ nomen. Fons erroris ex librariorum, Χαλκιδίας et Χαλδαίους permiscentium, turpi licentia; qua de querelæ Rutgers. Var. V. 6., Voss. ad Catull. p. 210., Alberti in Hesych. Βούδιος, Küster. ad Jamblich. Vit. Pythag. p. 128., tum in Diodor. T. I. p. 664. Optime eorum lapsum Casaubonus, Pavius, Reiskius adnotarunt. WESS.

36. τάδε ποιεῖν] Quorsum τάδε illud? an ad ipsius αὐτομολίαν; verum ejus in consortionem Persæ non venerunt. Scripsisse τὰ δεῖ arbitror, aut cum Abreschio τὰ δέη ποιεῖν, quæ ut fiant, res requiret. Sic bene Zopyri oratio pergit, et unius est mutatio aut accessio litteræ. Formulam illustrat Hemsterhus. ad Luciani Timon. cap. 43. WESS. — In nostra Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. pro "commendaverat Valck." scribi debuerat "commendaverat Wess. cum Valck." S.

Ibid. τάδε ποιεῖν] Hic unicam saltem liceat adjicere lineolam, ut legatur, τὰ δεῖ ποιεῖν. τὸ δ' ἐνθῦσαν ἐμοί τε καὶ Πέρσησι μᾶλλόν τὰ δεῖ ποιεῖν. VALCK.

CAP. CLVI. 1. ἐπιστρεφόμενος, ὡς δὴ, etc.] Postrema vocula notat *scilicet*; viris doctis sæpe neglecta fraudi fuit. Veterum interpreti attendendum est et ad minutissimas fibrillas, quippe quæ suam singulæ vim indant orationis membris. De Zopyro Polyænus VII. 12. ἦκεν αὐτόμολος, ὡς ταῦτα δὴ ὑπὸ Δαρείου πεπόν. VALCK.

2. ἁρίοντες cur redierit, dictum II. 148. WESS.

4. ὀλίγον τι παρακλίναντες] Portæ valvarum alteram aliquantulum aperientes; ut adulteræ in Comici Εἰρ. 981. καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι — παρακύπτουσι. Solet hoc et ἀνακλίνειν, Poëtæ Iliad. ε'. 752. exemplo, in foribus patefaciendis versari, ut in Vit. Hom. c. 33. Mox (l. 7.) τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων, magistratus, Valla; curiam Portus, exiguo discrimine. Senatus populusque Babyloniorum innuitur. WESS.

7. ἐπ' αὐτὰ] Scribi malim, καταστὰς δὲ ἐς αὐτὰ, id est ἐς μέσον αὐτῶν, stans in concilio vel curia Babyloniorum. Dicuntur enim deduxisse Zopyrum ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων. Ciceroni sic usurpantur commune Milyadum, commune Siciliæ, etc. ut Græcis τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν, τῶν Θετταλῶν, etc. commune concilium Asiæ, Gellio Noct. Att. II. 6. Commune Græciæ concilium, τὸ κοινὸν συνέδριον τῶν Ἑλλήνων, ab Amphictyonum concilio probe distinguendum, variis fuit in urbibus, dum pro re communi bella gerebant. Recentioris est ævi illud nobile συνέδριον Ἀχαϊκὸν, et τὸ Αἰτωλικόν. Rarius est in talibus κοινὸν βουλευτήριον, quod habet Demosthen. p. 151. et 152. Secundum Herod. I. 170. prudentis consilii Thales fuit Ionibus auctor, quo suadebat, ut Iones constituerent ἓν βουλευτήριον. VALCK. — Ut hic καταστὰς ἐπ' αὐτὰ, scil. τὰ κοινὰ, simillima ratione VIII. 79, 5. ait στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον. Nempe στὰς et καταστὰς non solum significant stans, sed et constitutus, productus, introduc-

tus; ἐπὶ vero est ex adverso, contra, coram. Conf. ad IV. 72, 25. notata. S.

Cap. CLVII. [13. ἐπιλιξάμενος τῶν Βαβυλωνίων] Intellige ὅσους ἰσχὺν, ὅσους ἐβούλετο, aut tale quidpiam. S.]

16. εἶχον ἐν στόμασι αἰνίσσοντες] Ultimum noli redundans arbitrari. Miltiadem, Paro reducem, ἴσχον ἐν στόμασι Athenienses, non utique laudantes, lib. VI. c. 136. Ἐγκυμίνας ἡμέρας (l. 17.) alii explicent. Sequor quod MSS. liberaliter offerunt neque scriptori displicet. Wess.

19. πάντα δὲ ἦν ἐν τοῖσι, etc.] Dictionem istam uberrime docti viri Des. Heraldus in Martial. lib. I. Epigr. 69., Berglerus ad Alciphron. lib. II. p. 236. et illorum copiis adjutus Jo. Jac. Wetsten. in S. Paulli I. ad Corinth. xv, 26. explanarunt. Præpositionem ἐν, quam quidem nullo incommodo tenent libri omnes, abesse maluit Valck. ad VII. 156. conf. Herman. ad Viger. Adn. 95. num. x.) Στρατάρχης munitus Herodoti est præsidio lib. VIII. 44. Mediceo nihil illic novante, tum Æschyli ap. Athen. I. pag. 11. καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας, καὶ λόχους Ἑπτάξα, (optime postrema Valcken. ad Phœniss. v. 549.) et Philonis Jud. contr. Flacc. pag. 981. Pindarus Isthm. Od. V. 30. στράταρχον habet et στρατηχίας Philo in Fragm. T. II. pag. 644. Στρατιάρχην tamen maluit Basilius Seleuc. Mirac. S. Theclæ lib. II. 4. Diversior vocabuli origo hanc peperit variationem. Wess.

Cap. CLIX. 4. ἐποίησε τοιῶνδε οἰδίτερον] Berosus, Cyrum τὰ ἔξω τῆς πόλιος τείχη κατασκάψαι ap. Joseph. c. Apion. I. c. 20. adfirmans, in errore hærebit, si τείχη mœnia, quæ urbem incingebant stupendi operis, signavit. Possunt alioqui τείχη τὰ ἔξω τῆς πόλιος, arces extra urbem munitiores, jussu Cyri disjectas, indicare. Ex Xenophonte et Herodoto adparet, Babylonios victoris Cyri clementiæ debuisse multa; acerbiorem, ob rebellionis consilium, expertos esse Darium, paullatimque urbem, sed lento gradu, devenisse in perniciem, toties divino inpulsu ab Esaia, Jeremia et Prophetarum aliis, in oraculis propositam. Erudita sunt et digna cognitu Cl. Camp. Vitringæ observata in Iesaia c. XIII, 19. p. 419. Wess.

11. γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι] Quod si usus τὴν γυναῖκα poneret, quemadmodum τὴν ἵππον pro equitatu, in Florent. et aliorum scripturam ire fortasse possem: at is deficit. Haud vero scio, an prorsus inconcinnum Arch. ὥστι πίντι μυριάδες τὸ πιφαλ. sit. Solent enim ita: Lysias Or. Parent. c. 7. Xerxes ἔστιλε πίντε μυριάδας στρατιάν. Simile Josephi Bell. Jud. IV. XI, 3. πᾶσα δὲ στρατιὰ μυριάδες τρεῖς ἀνδρῶν: nec discrepat Epist. ad Hebr. c. XII, 22. ἀλλὰ προσεληλύθατε — καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει: ubi μυριάδων qui legunt, ut Spencerus in Origine, caussa cadunt. Vid. lib. VII. contr. Cels. p. 714. et lib. IV. περὶ Ἀρχ. p. 183. Wess. — Non solum non inconcinnam, sed propemodum unice veram mihi videri illam codicis Arch. scripturam, in Var. Lect. (ed. S.) significavi. S.

Cap. CLX. 5. γνώμην τήνδε] Dictum celebre et præclarum, sed varie habitum. Polyænus lib. VII. 12. consentit Nostro. Plutarchus Apophthegm. p. 173. ἑκατὸν Βαβυλῶνας, Lucianus Jov. Trag. c. 53. μυρίας: totidem Codex Proverbior. Vaticanus apud Schottum ad Zenob. Cent. IV. 9. Ita crevit eundo. Wess.

Ibid. γνώμην τήνδε] Veri nominis Rege dignam sententiam ad mentem expressit Herodoti Polyænus VII. 12. ubi capta Babylone Darius ἐκεῖνο δὲ τὸ λαμπρὸν ἐφθέγξατο· ἀλλ' οὐδὲ εἴκοσι Βαβυλῶνας ἴσχυε βουλόμην ἄν, ἐφ' ᾧτε ἐρᾷν

τοιαῦτα παίζοντα Ζώπυρον. Comica licentia Jupiter in fine Jovis Trag. Lucianei T. II. p. 701. egregium illud de Zopyro Darii dictum collaudans, Talem, inquit, ego quoque mallem unum habere defensorem, qualis est Damis, ἢ μυρίους μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν. Quæ de diversis dicta legerat Dariis Plutarchus, ut opinor, olim eodem in loco adnotata, postea veluti de uno eodemque Zopyro prolata, (hinc sæpius erravit:) deposuit in Apophthegm. p. 173. A. Illud de granis mali granati, quot numero Megabyzos, sive milites egregios atque imperatores, sibi Darius optabat, reperitur apud Herod. IV. 143. Tot Zopyros, sive viros consilio præstantes, non desiderasset Darius. VALCK.

11. ὃς ἐν Αἰγύπτῳ, etc.] Sub Olymp. LXXX. regis Artaxerxis tempore; quod Thucyd. lib. I. 109. et Diodorus lib. XI. c. 74. et 76. docent. Idem Megabyzus Polym. c. 82. inter Xerxis duces. Filius Zopyrus Xerxe rege virili erat ætate lib. IV. 43. Fugisse Athenas, damnata Artaxerxis obedientia, non multis ab Atheniensium in Ægypto clade et impetrata abeundi a Megabyzo venia annis videtur: hinc illi cum Atheniensibus amicitiæ consociatio. Lege Ctesiam, Excerpt. c. 42. WESS.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM QUARTUM.

CAP. I. [Lin. 1. ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὖ τοῦ Δαρείου στόλος] Vulgatum olim αὐτοῦ Valla non expressit: *ipse* Darius posuit Gronov. similiterque Larcher, Darius marcha en personne. At *ipse* etiam ad oppugnandam Babylonem erat profectus: quare dirimendam illam vocem esse judicavi. Aliam nunc iterum expeditionem suscepit, nempe in Scythas; quam jam olim animo agitaverat. S.]

6. ὑπῆρξαν ἀδικίης] Docte et large hoc de genere Valcken. ad Phœniss. Tragici p. 533. Verba Historici ex interpositis pluribus videntur turbatiora, considerandaque aptandaque ὑπῆρξαν ἀδικίης, καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους, ut structura procedat. Rem lib. I. 103, et 105. exposuit. WESS.

15. ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους] Longa exspectatione virorum fessæ —— servis ad custodiam pecorum relictis nubunt: Justinus II. 5. Sicuti mulieres παρὰ ἄνδρας, sic viri φωτᾶν dicuntur Herodoto παρὰ γυναῖκας. Hujus generis collegit Herodotea Clar. Gronov. ad p. 130, 5. (Vide Adnot. ad II. 115, 17.) Quæ hinc tamen distent, similia quædam leguntur apud alios: Ischomachus apud Xenoph. Œcon. p. 487, 17. Uxor, inquit, vix annos nata quindecim ἦλθε πρὸς ἐμέ. Irata marito Juno noluit φωτᾶν εἶναι τὸ αὐτό, ut scribit Plutarch. Eusebii Præp. III. p. 85. D. Pausan. X. p. 868. γυναικῶν ὑπόσαις ἐς τὸ αὐτὸ Ἡρακλέα ἀφικέσθαι λέγουσιν. VALCK.

CAP. II. 1. Τοὺς δὲ δούλους —— πάντας τυφλοῦσι] Grammatici Aristophanis μολγοὺς interpretantur τυφλοὺς, fingunt-que Scythicam ex Herodoto nationem, his ejus verbis ad Equit. v. 957. abusi. Plutarchus alludit T. II. p. 440. A. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, (Scythæ,) ὡς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς αἰχμὰς ἐκτυφλοῦσιν, ἵνα παραδῶσιν αὐτοῖς: quorum ultima sine dubio sunt corrupta. Guil. Canterus Nov. Lect. lib. IV. 25. ἵνα παραμένωσιν aut ἵνα γάλα δονῶσιν reponit: posterius a Turnebo probatum non mihi injustum videtur, si quidem ita (apud Nostrum) post pauca. WESS.

7. φυσιωμένας] Scribi malim, φυσιωμένης τῆς ἵππου, ex Athen. IX. p. 399. c. ob vocem οὖθαρ hæc citante. Leopardus adtigit Em. VI. c. 20. Proxima, mihi quidem satis obscura, respicit Plutarch. T. II. p. 440. A. Ὁ μὲν τῶν ἄλλων ἀπολείπων στίχων μάθησιν, ἀρετῆς δὲ ἀναιρῶν, τοὐναντίον ἔοικε τοῖς Σκύθαις ποιεῖν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς αἰχμὰς ἐκτυφλοῦσιν, ἵνα παραδῶσιν αὐτοῖς. Quæ prostant in Plut. diversæ lectiones, Turnebi sunt et Vulcobii pleræque conjecturæ: hic melior illa videtur G. Canteri Nov. Lect. IV. c. 25. corrigentis, ἵνα παραμένωσιν αὐτοῖς. VALCK.—Eamdem apud Plutarchum emendationem probavit Wyttenbach, eumque laudans Hutten, T. IX. p. 389. De scriptura, quam ex Athenæo laudavit Valck. vide quæ in Var. Lect. (ed. S.) monuimus; et adi,

si vacat, Animadversa. nostras ad Athen. T. V. p. 209. Quod de genitalibus equarum sufflari solitis, quo facilius lac emulgeri patiantur, narrat Scriptor, simile quid in australi Africæ promontorio vaccis fieri, quæ, postquam ademtus illis vitulus est, lac dare recusant, narrat Kolb in Capite Bonæ Spei hodierno, (Norimberg. 1719.) p. 460. S.

9. περιστίξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλοὺς] In diversissima describentium opinione, περιστήσαντες, invectum ab H. Stephano ex MSS., omnium planissimum: ad mulctralia cœcos *collocantes*. Tale alia in re lib. II. 121. καὶ ταύτας περὶ τὰ ἀγγήϊα, ἐν τοῖσι τὰ χρήματα ἐνῆν, στῆσαι. Aldinum περιστήξαντες et aliorum περιστίξαντες idem, sed confusis pro more vocalibus. Qui prius circumpositos verterunt, in errore hæserunt; aliud requiritur, et περιστήκω dubiæ est sanitatis. Περιστίξαντες Gronovius varie explicat: conpungentes ad vasa non intelligo. Valere si debet, non aliud fuerit ac περιεκυκλώσαντες, circumdantes et collocantes, et quidem ex περιστίχειν ob Hesychium. (Nisi pro περιστίξαι apud Hesych. et Suid. περιστιῦξαι legendum: ut cum Küstero doctus Hesychii editor suspicatus est.) Juvat ad speciem περιίστιξε καὶ τούτοισι τὸ τεῖχος lib. IV. 202. Reiskius ex περιστίζειν arcessit, in orbem ponendi notione, originatione usus et exemplis, mihi admodum dubiis, ad Imp. Constantini Porphyrog. Cerimon. p. 150. Wess.—Iterum idem Reiskius in Animadvv. editis ad hunc locum: "περιστίξαντες, "ait, idem est atque περιστήσαντες, ut in "Notis ad Constantini Cephalæ Antho-"logiam p. 274. demonstravi." S.

13. οὐ γὰρ ἀρότας εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες] Quid hic adeo sibi velint ista, nondum exputo; nam fuerunt et secundum Herodotum Scythæ Ἀροτῆρες dicti, et sæpe distinguuntur Scythæ Νομάδες, et Γεωργοί. Valck.—Nempe nonnisi nomades (i. e. pastores) Scythæ excæcant servos: agro colendo cæci parum habiles erant futuri. S.

Cap. III. 7. ἀντικατιζόμενοι] Quoniam infestiores experitur Aldinum ἀντικατιζώμενοι plures, etsi ex ἵζω propagari potuerit, et similis haud pauca formæ exstent in Musis, illud ex Vind. prætuli, recursurum lib. V. 1. Ἀντικατιώμενοι ex Medic. futuri potestate non quadrat. Alibi ἀντίοι ἵζοντο τοῖς κατιοῦσι lib. VI. 77. IX. 26. De fossa, qua regionis aditum servi intersepserunt, nonnulla Ampl. Bouherius Diss. Herodot. e. 6. minus accurata. (item Vossius ad Melam p. 803.) Vide hujus libri c. 20. et 28. et Imp. Constantinum Porphyrog. qui terra oppletam suo fuisse tempore testatur, de Administr. Imper. c. 42. Wess.—In nostra Var. Lect. (ed. S.) perperam "ἀντικατιζό-"μενοι Ald." positum video, quum oportuisset, "ἀντικατιζώμενοι Ald." S.

13. λαβόντα δὲ ἕκαστον τοῦ ἵππου, etc.] Polyænum et Justinum non sollicito. Culte Claudianus in Eutrop. lib. I. v. 506. —— non est jaculis hastisque petendus Conscia succumbent audito verbere terga, Ut Scytha etc. ubi bene Claverius. Similes Turxanthi in rebelles minæ ap. Menandrum Eclog. Legat. p. 137. Ed. Hoesch. εἶγε τὴν ναῦν ἐμὴ ἐπωτίδων ἰσαρρήσουσι μάστιγα ὡς αὐτοὺς ἐκατμφθίσαν, ἐς τὰ κατώτατα φεύξονται τῆς γῆς. Sic ea scribenda ex monitu magni Valesii. Wess.

17. μάστιγας ἀντὶ ὅπλων] Eustath. hæc respicit ad Dionys. v. 364. Nostri vestigia sequutus est Trogus, Justin. II. 5. Admonentur Scythæ —— verbera in aciem non tela adferenda, omissoque ferro, virgas ac flagella ceteraque servilis metus paranda instrumenta. Probato (Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι ἐπῄνουν ἐπιτιλία: Herod.) omnes consilio, instruc-

ti sicut præceptum erat, —— inopinantibus verbera intentant. Sed Herodoti Scythæ (c. 5, 1. et 7, 3.) fatebantur, *νώτοισι ἀπάντων ἰθνίων εἶναι τὸ σφέτερον*: secundum Justin. II. c. 1. inter Scythas atque Ægyptios de generis fuit vetustate contentio. VALCK.

CAP. V. 1. *Ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι*] Emendabat Cor. de Pauw *Οἱ δὲ Σκύθαι*, oblitus Herodoteæ consuetudinis, copiose a Porto in *Ὡς* Lex. Ion., ne Stephanum de Dialect. p. 138. advocem, declarata. (conf. Adn. ad I. 58, 6. et ad III. 56, 4.) Numerant Scythæ a Targitao, primo nationis suæ rege, mille annos ad Darii expeditionem c. 7. Illa anno Per. Jul. 4206. congruit. Consequitur, ut gentis in Israëlitarum ex Ægypto abitum primordia incurrant circiter. WESS.

8. *Λιπόξαϊν*] Sit-ne hoc an *Νιτόξαϊν* (aut *Λιτόξαϊν*) verius, dicere non habeo: barbara mihi, forsan et aliis sunt. Prorsus autem credibile fit, Colaxem Scytham Valer. Flaccum lib. VI. 48. hinc adscivisse, uti et Vossio visum. Mox *ἐς γῆν τὴν Σκυθ.* (lin. 11.) non male schedæ veteres. (Nempe sic Arch. et Vind. quod in Var. Lect. (ed. S.) adnotare neglexi.) Memini antea ostendere, Scriptorem in similibus hunc morem plerumque sequi. Conf. c. 8. et 99. WESS.

15. *τὸν χρυσὸν ἀπώσασθαι*] Nimium hoc videtur. Schedarum *ἀπαλλάττεσθαι* non displiceret, modo *καιομένου τοῦ χρυσοῦ* scripsissent. Certius manet, *καταβῆναι*, Herodoti fuisse. Aurea illa *ποιήματα*, cœlo lapsa, adeuntibus regiis juvenibus ardoris speciem præbuerunt et flammæ: prodigio perculsi abeunt: tertio accedenti cessat flamma, exstinguiturque. Hæc clara. *Καταστῆναι* si velis, oportet liquefacta diffluxerint prius: ubi tum aratri, jugi, securis, phialæ figura? WESS.

Ibid *τοὺς μὲν δὴ καιόμενον τὸν χρυσὸν ἀπώσασθαι*] *Ἀπαλλάσσεσθαι* codd. MSS., teste Galeo; Valla: ambobus ab ardenti auro summotis: legisse videtur Valla, scripsisse autem Herod. *τοὺς μὲν δὴ καιομένου τοῦ χρυσοῦ ἀπαλλάσσεσθαι*: et mox, *τρίτῳ δὲ, τῷ νωτάτῳ, ἐπιλιπόντι κατασβῆναι*. VALCK.—Mihi *ἀπαλλάσσεσθαι* ex scholio, quod parum aptum erat huic loco, natum, minimeque sollicitanda videtur vulgata scriptura. Etiam Valla *ἀπώσασθαι* legisse, et structuram verborum recte in hunc modum accepisse videtur, ut *τὸν χρυσὸν καιόμενον* intelligeret esse subjectum (quod vocamus) orationis: nempe, aurum ardens illos submovit, repulit, absterruit; accedente vero tertio exstinctum erat. Reiskius *τοὺς μὴ δὴ καιόμενον τὸν χρυσὸν ἀπώσασθαι* legendum conjecerat. S.

CAP. VI. 4. *τοὺς βασιλῆας*] Ingeniose Jo. le Febvre corrigebat *τοῦ βασιλῆος*. Dixerat Herod. *ἀπὸ μὲν δὴ Λιποξάϊος γεγονέναι τούτους τῶν Σκυθέων, οἳ Αὐχάτας γένος καλέονται*: a medio fratrum ortos, *οἳ Κατίαροί τε καὶ Τράσπιες καλέονται*: tandem addiderat, secundum istam haud aspernandam lectionem, *ἀπὸ δὲ τοῦ νωτάτου αὐτέων, τοῦ βασιλῆος*, (Regis videlicet, cui majores natu fratres ut diguiori regiam concesserant dignitatem:) *οἳ καλέονται Παραλάται*, nempe *γεγονέναι τούτους τῶν Σκυθέων, οἳ καλ. Παρ.* Sæpenumero sic loqui solet Noster. VALCK. —Vero est similius, fuisse primitus *τοὺς βασιληΐους, regios* Scythas, de quibus c. 56. Nam gentis reges non a Colaxaë, sed ab Herculis filio Scytha genus derivarunt, c. 10. Non fugit hoc Cl. de Pauw sollertiam. WESS.

5. *Σκολότους*] Is. Vossius *Σκολωτούς*, ob Justini II. 4. regium juvenem Scolopitum; Reiskius *Σκότους*. Justini codices in regii juvenis nomine variant, conspirant Herodoti. Qui Scotos ante Christi natales memorarit, nemo est

Senecæ et Flori in Spartiani Hadriano verba qua lite agitentur, quis ignorat? Additur, Σκύθας δὲ Ἕλληνες σὺν ἡμᾶσιν, non utique ob tituli Græcam originem, quæ nulla: sed quod Græci, qui in coloniis Ponticis inter eos degebant, cum admirabilem illorum in sagittando industriam et artem cernerent, sagittariosque audirent dici Scythas, id cognominis toti nationi contribuerint. Durat adhuc vocabulum in Scythicæ originis linguis, docte a Theoph. Sig. Bayero Diss. de Origine Scyth. T. I. Comment. Acad. Petropol. p. 391. illustratum. Wess.

Cap. VII. 6. Θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενον μετέχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος] Scytharum regna tria erant, quorum in maximo fatale aurum sollicite asservabatur: curam reges inpendebant ipsi. Singulis tamen annis et festo quidem die ex sacrario efferebatur: id periculum ejus ostendit, qui festo die aurum habens sub dio dormiret. Quæ si, uti opinor, intendit, μετέχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος, reges *arcessunt* quotannis, videlicet in suum quisque regnum. Ceteroqui Θυσίῃσι μεγάλῃσι μετέχονται fuisset satis, uti ἐπί τί με λιτῇσι μετέχεται lib. VI. 69. Hesychium junge in Μετέχομαι. Wess. —Hanc viri docti interpretationem secutus est Larcher. At, quo pacto propter adjectas voces ἀνὰ πᾶν ἔτος verbum μετέχονται debeat arcessendi notione accipi, profiteor me minime percepisse. Nec apud Hesychium quidquam reperitur, quod pro ista militet sententia: nam Μετέχομαι ille non aliter interpretatur nisi, ἱκανῶς ἱκετεύω· (ni forsan ἱκάνω· ἱκετεύω scripsit:) ἱλάσκομαι· ἱκετεύω. Tenui equidem eam sententiam, quam idem Wesselingius in Latina versione ex Gronoviana tenuerat, his verbis expressam, placantesque magnis sacrificiis adeunt quotannis: quam in sententiam Valla etiam: placaturque (id aurum) majoribus hostiis, et aditur quotannis solenniter. Quid sit vero quod his subjicit Herodotus, de eo qui aurum illud habens obdormiverit sub dio, mihi haud satis liquet. Istud, δίδοσθαι δὲ οἱ διὰ τοῦτο, non eam ob causam intelligebat Larcher, quod annum hunc ille non esset transacturus; sed propter hoc ipsum periculum dari præmium illud ei, qui aurum hoc recte custodivisset, sibique cavisset ne sub dio obdormisceret. S.

13. τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς βορέην, etc.] Frustra in his corrigendis sudatur: alius νεμόντων ὑπερφιάλων, nimis officiose: alius τῶν ὑπερβορέων τῆς χώρης, etsi de Hyperboreis, ut infra testificabitur, nihil dicerent Scythæ. Defit nihil omnino. Nectenda sunt πρὸς βορέην ἄνεμον τῶν ὑπερβορέων, quemadmodum τὰ πρὸς βορέην τῆς ἠπείρου, aliaque lib. III. 102. Πτερὰ πεφυκότα explicantur infra c. 31. Wess.

Cap. VIII. [5. Γηρυόνεω δὲ οἰκέειν, ἔξω τοῦ Πόντου κατειλημένον, τὴν οἱ Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον] Si vera ubique scriptura, debuerunt ista verba ἔξω τ. Π. κατοικ. commatibus utrimque intercipi, sicut a plerisque Editoribus factum. Et in κατειλημένον consentiunt quidem libri, nisi quod nonnulli Paris. mendose κατειληπένον (non κατειχημένον, ut perperam in nostra Var. Lect. ed S. expressum) præferunt. At parum commode hæc ita posita debent videri, οἰκέειν — κατειλημένον, habitare — habitantem: videndumque ne sic scripserit Herodotus, Γηρυόνεα δὲ οἰκέειν ἔξω τ. Π. κατειλημένην τὴν οἱ Ἕλληνες, etc. Dicunt, Geryonem habitasse insulam illam extra Pontum *sitam*, etc. Quemadmodum, ubi de urbe agitur, κατοίκηται vel οἴκηται sæpe idem valet atque κεῖται, sita est; (veluti I. 142, 10. coll. cum v. 10. I. 193, 10. et alibi;) sic insula extra Pontum *sita* perinde ἔξω τοῦ Πόντου κατειλημένη dici potuerit. S.

7. *τοῖσι ἔξω Ἡρακλ. στηλίων*] Inutile *ἐπὶ* codicum voluntate induxi; feci quoque satis Bouherio et Clerico, viris præclaris, *τοῖσι ἔσω* corrigentibus, ad lib. II. 33. (ubi vide quæ a Wess. notata sunt.) Erythiæ situm longe a Gadibus et Oceano removit Hecatæus, (in Arrian. Ἀναβ. II. 16.) Scylax et Aristoteles ob Epigramma, vitiosum admodum et variantibus conjecturis vexatum a Salmasio, Is. Vossio, Bouherio, cujus super eo Epistola in illustr. Scipion. Maffei Gall. Antiq. p. 162. In Oceano iteratur error lib. II. c. 23. Wess.— Vide Vossium ad Melam, III. 6. p. 809 seq. S.

Ibid. *τοῖσι ἔξω ἐπὶ Ἡρακλ. στηλ.*] Equidem illud *ἐπὶ* librario contribuerim, cujus oculus describentis aberravit ad vicina. Forsan quis Codex scriptus voce carebit, quæ mea sententia hac in sede ferri nequit. Recte quoque Valla dederat: Gades, quæ sunt extra columnas Herculis in Oceano. Ne scilicet egregium illud omitteretur, corrector voculam ad his interjecit. (Nempe extra *ad* columnas posuit Gronov. in versione Lat.) Non insulæ duntaxat extra fretum Herculeum sitæ, sed terra quoque continens Europæ et Africæ, quæ hoc freto magis versus Occidentem vergeret, fuisse dicuntur extra columnas Herculis; etiam Herodoto *ἔξω Ἡρακλητων στηλίων*: quales Cynesii Celtæque lib. II. c. 33. ubi notat Wess. Memorat Herodot. IV. 196. *Λιβύης χῶρόν τι καὶ ἀνθρώπους ἔξω Ἡρακλητων στηλίων κατοικημένους*. Insulam *Κίρνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν* dixerat Palæph. π. Ἀπιστ. c. 32. emendatus ad Diodori Sic. T. I. p. 222. Idem sæpe dicitur de Tartesso, etiam in Append. Vatic. I. Prov. 35. Conf. Herod. IV. 152. Præbent id ipsum formæ loquendi proverbiales, Isocrat. Panathen. p. 285. et Aristid. in Ægypt. T. III. p. 597. *πῶς οὐκ ἀληθῶς ἔξω στηλῶν καὶ Γαδείρων φήσει τις ἐπισκώπτων εἶναί σου τὸν νοῦν*; Extra orbem terrarum circumfusam Oceano insulam Gades dicebat P. Scipio Livii XXVIII. 32. Herodotus *Ἐρύθειαν*, quam Geryones scilicet incoluerit, insulam fuisse scribit *πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακληίων στηλίων ἐπὶ τῇ Ὠκεανῷ*. De Erythia, Gadibus, et vera Geryonis in Epiro sede, cujus eximias boves Hercules abegerit Græcus, a Phœnicio, qui columnas erexit, diversissimus, pro eruditione sua Sam. egit Bochartus Geogr. Sacr. Part. II. lib. I. c. 34. Valck.

11. *καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν*] Prout in versione Valla collocavit, vir Doctus ad ordinis ista nativi necessitatem redacta voluit. Dissidet ad hujus judicio Herodotus, qui centies minimum ex isto naturali situ verba distraxit, seu ut illa confusa rerum accommodaret perturbationi, sive ut suo singula loco posita gratius aures acciderent; ut adeo mirum sit, qui Herodotum triverint ista talia velle mutata. Ubi Longino Sect. 22. §. 1. *Τυφῶνα* esse dicitur *λέξιν ἢ νοήσιν ἐκ τοῦ κατ' ἀκολουθίαν πεπιγμένη τάξις, καὶ οἱονεὶ χαρακτὴρ ἐναγωνίου πάθους ἀληθέστατος*, verborum ordinis commutati primum ponit exemplum Herodotea Phocæënsis Dionysii verba e lib. VI. c. 11. Quæ consueto scribendi more sequi debebat, ratio Herodoto sic sæpissime reliquis præmittitur. Valck.

Cap. IX. 4. *Ἐχιδνὰν διφυίη*] Eustathius ad Periegesin (v. 310.) non nominat διφυίαν, adquiescens in *μιξοπαρθένῳ Ἐχιδνῇ*: (*μιγεῖς ἐχίδνῃ μιξοπ.* scribit Eustath. non *ἐχιδνῇ*. De accentu cf. Var. Lect. ed. S.) scripti Codices mordicus istud tenent omnes, Herodoteæ abundantiæ congruens. Tale Libanii de Chirone, Achillis nutritore *καὶ κενταύρου σῶμα διφυὲς καὶ τροφίαν μιξάνθρωπον καὶ τροφὴν ἐξηγριωμένην*, in Basilico T. II. p. 108. Pertinet huc ex marmore Far-

nesiano apud Donium Class. I. p. 34. ΟΤΤΩ ΔΕ, Hercules, ΕΠΙ ΣΚΤΘΙΑΝ ΔΙΑΒΑΣ ΑΡΑ —— ΜΑΧΑΙ ΕΝΙΚΑΣΕ ΤΑ ΔΕ ΘΤΓΑΤΡΙ ΑΤΤΟΤ ΣΤΓΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΧΙΔΝΑ ΤΙΟΤΣ ΑΓΑΘΤΡΣΟΝ ΕΘΕΤΟ ΚΑΙ ΣΚΤΘΑΝ. Sic scribenda, quæ a Sponio, Donio, Muratorio mendose publicata. In plerisque utor consensu magni viri Th. Reinesii, Inscript. Cl. IV. 12. p. 349. et quod nunc conperio, Ed. Corsini, cujus eruditus in Lapidem conmentarius exstat. Quod ille autem mancum ΑΡΑ —— aut, ut in Blanchini schedis, ΑΡΑΣΑΤ —— ΑΓΑΘΤΡΣΟΝ pingit, non laudo. Quis docuit Echidnæ patrem fuisse Agathyrsum? Latet verum regis nomen; cetera de Echidna, Agathyrso et Scytha, ejus et Herculis filiis, ab Herodoto abesse non debuerunt. Wess.

Ibid. Ἐχιδνὰν διφυίαν] Conjecturam nonneminis, (is fuerat ipse Valckenarius, ad Euripid. Phœniss. v. 1080.) vocem διφυία proscribentis, Eustathio prætermissam ad Dionys. v. 310. suo jure rejecit Wesseling. in Diss. Herod. pag. 25. Et certe Sphingis memor eruditulus μιξοπάρθενον æque addere potuerat ad Herodotea, εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ τινὰ Ἐχιδνὰν (cur non ἐχίδνην scriberetur aut Ἐχιδνήν?) διφυίαν, τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτίων εἶναι γυναικὸς, τὰ δὲ ὑπερθεν, ὄφιος. Cecropem ad eamdem rationem crediderunt dictum διφυῆ: atque equis commissos permixtosque Centauros, Διφυῆ τ' ἄμικτον ἐπισβάμενα στρατὸν, Soph. Trach. 1110. Herodoteæ memor fabulæ Diodorus filio patrem supponit lib. II. 43. μυθολογοῦσι Σκύθαι γηγενῆ παρ' αὐτοῖς γενέσθαι παρθένον, ταύτην δ' ἔχειν τὰ μὲν ἄνω μέρη τοῦ σώματος μίχρι τῆς ζώνης γυναικεῖα. τὰ δὲ κατώτερα ἐχίδνης· ταύτῃ δὲ Δία μιγέντα γεννῆσαι παῖδα Σκύθην ὄνομα. Mela II. 1. Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia sunt. Herodotus c. 10. a Scytha Herculis filio γενέσθαι ait τοὺς αἰεὶ βασιλῆας γενομένους Σκυθέων. Plus semel οἱ παλαίμενοι Βασιλήιοι Σκύθαι memorantur. Valck.—Quod ἐχίδνην potius, quam ἔχιδναν, scribendum Vir doctissimus censuit; non recordatus erat, puto, etiam θέλασσαν et γίφυραν, et similia, dicere Nostrum, non θαλάσσην aut γεφύρην. S.

15. ἐπιὰν γένωνται τρόφιες] Homeri κῦμα τρόφι tractans Eustath. in Od. γ'. p. 128, 17. attulit et Herodotea. Τρόφιες in istis redduntur τίλεσι ἄνδρες: ipse mox Herod. interpretatur, ἐπειὰν ἀνδρωθέντας ἴδηαι τοὺς παῖδας. Platonis est in Menex. T. II. p. 249. A. ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἔωσιν. Bionis Eid. II. 14. ἢν δ' ἀνίρες εἰς μίτρον ἔλθῃς. Herodoteum propius accedit Μωσῆς μίγας γενόμενος, Ep. ad Hebr. XI, 24. μίγας ὢν in Aristoph. Nub. 69. Andocidis p. 16, 38. Τρόφις est μίγας et παχύς. Hesych.: Τροφιοῦται, παχύνεται. Τρέφειν proprie notabat comprimere, condensare; caseus, lac condensatum et pressum, τροφαλίς. γάλα τριφόμενον τυρὸν ἐργάζεσθαι πάλλιστον, scribit Ælian. Nat. An. XVI. 32. Theocrit. XXV. 106. τρέφει πίονα τυρόν. In Galeni gloss. Τρόφις redditur εὔτροφος, παχύς: apud Hesych. εὖ τεθραμμένος. Nostro loco Τρόφιες sunt ἀκμαιοθραμμένοι. Valck.

21. κατὰ τάδε ζωνύμενον] Viri docti, quibus ζωσσῆρι τῷδε ὧδε κατάζων. blandiebatur, hoc in posterum præferent. Non dissimile se dabit c. 76. hujus Musæ. Omnia hic Hercules διικτικῶς, tum in arcu, tum balteo. Porro dedecus editorum priorum ἐπτίλλομαι detersi. Wess.

Cap. X. 8. τῆς ἐπισστολῆς μεμν.] Suum recipit. ἔλεγε δὲ ταῦτα ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρήτου lib. VI. 50. Sophocles Ajac. 793. Πέμπει με σοὶ φέρουσα τάς γ' ἐπιστολὰς Τεύκρος φυλάσσειν. Iterum Trachin. v. 500. ὡς λόγων γ' ἐπιστολὰς φέρῃς.

Alia consulto ob copias Stanleii ad Æschyli Prometh. principium missa facio. Wess.

16. τὸ δὴ μοῦνον μηχανήσασθαι, etc.] Schedarum vestigia premo; ac vicem Stephani, injuria taxati, doleo. Mira Codices conspiratione τὸ repræsentant, et illi ex restituto dica nascetur? Cl. viri de his judicium respice et mirare. Mihi Vallæ Latina conmoda erunt, modo μοῦνον femineo genere, ut in scriptis lib. VII. 225. (VII. 224, 13.) putetur. Τὸ δὴ, id, quod supra deposuit, matrem solam Scythæ F. parasse atque excogitasse. Wess.—Adverbium fuerit μόνον, non fœminei generis nomen adjectivum. Nec VII. 224, 13. μούνου, quod ibi MSS. dedere, fœminei generis est, sed ad τίκτου legitime refertur. S.

Cap. XI. 3. πιεσθίντας] Hanc ego formam (quæ olim hic obtinuerat) si hic et alibi Codices adfirmarent, altera non mutarem: Attice quidem πιέζειν, Dorice per α scribebatur et Ionice. τράπεις, στρέφειν, τάμνειν, Dorica non tantum sunt, sed et Ionica. Valck.—Damnat h. l. formam istam proborum quorumque codicum consensus, nec alibi eadem usquam apud Nostrum recurrit. S.

[4. διαβάντες ποταμὸν Ἀράξεα] Araxen fluvium h. l. vix alium intelligi posse, quam eum qui alias nomine Rha et Wolga celebratur, in Adnot. ad I. 202. p. 202. significavi. S.]

10. ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς διόμενον κινδυνεύειν] Πρῆγμα εἴη, opus ac utile fore. Sic lib. I. 79. εὔρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν: et VII. 12. πέγχυ εὔρισκέ οἱ οὐ πρῆγμα εἶναι στρατεύεσθαι. Sequentia noluit intacta Abreschius Diluc. Thucyd p. 488. cui πρῆγμα εἶναι et διόμενον idem. Herodoto διόμενος est rogitans lib. IX. 110. et sæpe alias. Gronovii emendatio longe abit, et criminationem habet in iamerentem Stephanum atrocem. Scripsi ex ea librorum discordia, quod plurium ni titur consensu, in verborum sententia hæsitans. Quod si διόμενον aut διόμενα exsularet, nihil moraretur. Videlicet abeundum esse, neque contra plures periclitandum. At vetant membranæ. Ergo-ne διομένου formandum, ut ex superiore δήμου pendeat, aut διομένων cum Reiskio? Fieri potest: nam ad absolutam non temere structuram vergo. Verum hæc doctiores viderint. Wess. — Non videtur sollicitandum διόμενον: quin potius complere hoc verbum dictionem ellipticam videtur, qua locis a Wess. citatis et I. 207, 8. utitur Herodotus. Quando enim πρῆγμά ἐστι sequente infinitivo significat opus et utile est hoc facere, vix alia ratione obtinere hanc vim dictio illa potest, nisi subintelligendo πρῆγμά ἐστι διόμενον, res indiget, res postulat, ut hoc fiat. Ita scripturam codicum tenendo, non indigebit hic locus speciosa alioqui Valckenarii emendatione. S.

Ibid. μηδὲ πρὸ πολλοῦ διόμενα κιν.] Procul dubio mendosa variis sunt conjecturis tentata; quibus nova succedat, non illa quidem verax, fortasse tamen ad veritatis investigationem profutura: nemo diffitebitur, opinor, ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς οὐδὲν (invito viro docto excidisse vox οὐδὲν videtur, cui ob præcedens μηδὲ vix erat hic locus:) δέον μίσγοντας κινδυνεύειν, ita rem esse comparatam, ut optimum videretur excedere regione, neque manendo atque adversus exercitum numerosum pugnando frustra se objicere periculo. Valck.—Vide superiorem Adnotationem. S.

18. κατὰ ἐπίδοξα] Laurentii mala evidentia peccant. Futura sunt, quæque exspectantur. Antiphon, Ἐξαπολογ. p. 120. ἐκ γὰρ τῶν μεταβολῶν ἐπίδοξος ἡ δυσταγία. Lycurgus c. Leocrat. p. 148. μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι. Ex Herodoto plura Portus, Alberti in Hesych. et fortasse ad lib. VI. 12.

Wess.—Ibi quidem nihil a viro docto adnotatum. S.

Ibid. *κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνει*] Non sane sunt mala evidentia; sed *ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνειν*, quot calamitates ex patria profugis probabiliter supervenirent. Vim verbi *καταλαμβάνειν* in malis sitam, quæ nos subito corripiunt et opprimunt, explicuit Tib. Hemsterh. ad Luciani Somn. §. 12. Τὰ *προσδόκιμα* dicuntur et Ἐπίδοξα. Quæ tanquam futura probabiliter possunt exspectari, *ἐπίδοξα ὄντα γενέσθαι* vel *γενήσεσθαι*. Postremum pro *γεγενῆσθαι* restituendum est Lycurgo c. Leocr. p. 148, 42. *διὰ τὸ μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν, μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι γενέσθαι*. Antiphon, *ἐπίδοξον ὄντα πᾶσιν ἴσα μείζω*, p. 115, 22. vid. et p. 120, 12. Æschines Orator p. 77. 19. frequentat in primis Isocrates. Apud Athen. I. p. 17. a. ex Eustathio sic supplenda sunt Apionis verba: *εἰλεῖν εἶναι τῷ γάμῳ, ἐπίδοξον ὄντα λαβεῖν τὴν βασιλείαν*. (Quin potius interpretationis caussa ab Eustathio adjecta sunt posteriora verba, et *βασίλειαν* scribendum.) Herod. I. 89. *τάδε τοι ἐξ αὐτέων ἐπίδοξα γενέσθαι*. VI. 12. *πολλοὶ ἐπίδοξοι τοῦτό τοῦτο πείσεσθαι εἰσί*. In Gloss. Herod. Ἐπίδοξος redditur *προσδόκιμος*: hunc etiam usum attigerunt Ammon. Phryn. Thomas. Valck.—In *καταλαμβάνει* nihil hic, quod sciam, variant libri: sed et mihi cum Viro docto videtur *καταλαμβάνειν* scripsisse Herodotus, ac fortasse *ἐπίδοξά ἐστι καταλαμβάνειν* scripserat. S.

23. *καὶ σφέων*] Præmissam his voculam non spernerem si legeretur: *τῇ καί σφέων ἔστι δῆλός ἐστι ὁ τάφος*, qua parte regionis eorum etiam adhuc exstat sepulcrum. Forsan quis vocem malit Herodoteam, quæ facilius a syllaba potuit absorberi proxima, *ἵνα καί σφεων*, ubi. Valck.

Cap. XII. 2. *ἔστι δὲ Ποσειδηΐη Κιμμε-ρια*] Vici nomen fuit ad Mæotidis ostium. Stephan. Byz. Πόσειμια, *κώμη ἐπὶ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης*. Auctor Peripli Ponti Euxini, ab Is. Vossio vulgatus, modo Ποσειμίον, modo Ποσειμίδα *κώμην, τὴν ἐν τῷ στομίῳ τῆς Μαιώτιδος λίμνης*, p. 141. et 147. Atque optime hoc ampl. Bouherius Diss. Herodot. c. 18. p. 199. in eo nimius, quod ex Stephano Nostrum corrigit. Ποσειδήϊα Ionibus placuerunt. Forte et *χώρῳ* Arch. et Vind. opportuna erit statio. (ubi nunc *χώρη*.) Idem certe Peripli scriptor Κιμμερίδα πόλιν ἀπὸ Κιμμερίων βαρβάρων κεκλημένην memoravit. Wess.—In Arch. et Vind. est *καὶ τῷ χώρᾳ*: sed in nostro Pd. nude *καὶ χώρᾳ*. S.

6. *πόλις Ἑλλὰς οἴκηται*] Non longe absum ab *οἴκηται* aut *οἰκίσται*, quod in Vind. et Eustath. Sollemne Herodoto, sicuti lib. I. 193. adscriptum. Ἀμαζόντες τῆς ὁδοῦ (l. 7.) suspectum citra caussam fuit. Spectantur, quæ cum cura fuerunt perscripta lib. I. c. 103. Statim (l. 10.) *ἐς τὸ* si scriba Arch. voluit, patronus non deerit lib. II. 157. Ceteroqui perpetua in *ἐς ὅ* et *ἐς οὗ* commutatio, sicuti IV. 160. 166. etc. Wess.—Latinis nostris interserenda h. l. verba, donec Mediam sunt ingressi. S.

11. *τραφθίνεις*] Vulgata deterior est lectio Arch. *στραφθίνεις*: melior videretur, si qui darent Codd. *ἐκτραφθίνεις*. De recta via deflectere passim dicitur *ἐκτρέπεσθαι*, etiam Herodoto II. 80. *ἴλυσιν τῆς ὁδοῦ καὶ ἐκτράπονται*: VI. 34. *ἐκτράπονται ἐκ' Ἀθηνέων*: et hujus imitatori Pausaniæ, p. 106. *ἐκτραπέντα ἐκ τῆς ὁδοῦ*: p. 107. p. 714. *ὀλίγον τῆς εὐθείας ἐκτραπῆσαι ἐς διξά*. Abunde multa convexit Wetstenius in Ep. I. ad Tim. 1, 5. Lenius aures accidit *ἐκτραπίνεις* quam *ἐκτραφθίνεις*: et leniora sæpius Ionum more consectatur Noster; verum tamen in his formas Iones usurparunt asperiores, ut et veteres Attici.

Herodoto frequentantur *συλλιχθῆναι· καταλιχθέντα· ἀπαλλαχθέντες·* (vid. ad Eurip. Phœn. nota p. 357.) et similia: adhibentur et *καταστράφησαν· ἐστρεφθέντων· ἐμφθῆναι· ἀρταχθείς· πλεφθέντων· συμμιχθέωσι.* Forma lenior in his adamata fuit recentioribus Atticis. VALCK. —Conf. ad I. 130, 6. notata. S.

12. *λεγόμενος λόγος εἴρηται*] Eum in modum c. 77. *ἤκουσα λόγον ἄλλον ὑπὸ Πελοποννησίων λεγόμενον*: et lib. II. 47. *ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ —— λεγόμενος*: tum c. 48. WESS.—Ad verbum *εἴρηται*, quod adjicitur, intelligendum pronomen *μοι*, a me exposita, relata est narratio. S.

CAP. XIII. 1. *Ἀριστέης ὁ Καυστροβίου*] Patrem Aristeæ Proconnesii Calistrobium vertit Valla, codicis scriptura deceptus. Tzetzes Chil. II. et VII. et Suidas rectius. WESS.

2. *ποιέων ἔπεα*] *Τὰ νῦν ὑπ' Ἑλλήνων Ἀριμάσπεια καλέεται*, c. 14. Insulsi, quod condidisse credebatur ille præstigiator, poëmatis enarrat etiam argumentum Pausanias I. p. 58. qui meminit ejusdem lib. V. p. 392. Hoc veluti fonte Scythica Herodotum non pauca derivasse suspicari licet ex istis, quæ dedit ex hoc fabulatore Gellius Noct. Att. IX. 5. Franc. Portus haud absurde putabat ad lacunam explendam intersertos hujus carminis aliquot versus Longino περὶ Ὕψ. sect. 7. Ante Meursium et I. A. Fabricium accurate suo more de Aristea, magnus jam egerat Vossius de Hist. Gr. IV. c. 2. VALCK.

9. *ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ*] Hyperboreos Aristeas pertinere aiebat *ἐπὶ θάλασσαν*, (l. 5.) mare illud nullo titulo ornans. Voluit fortasse septemtrionale; quo nomine Herodotus aut Mediterraneum aut Pontum Euxinum signat c. 37. et 42. (nempe respectu Asiæ minoris et Ægypti.) Quæ porro *νοτίη θάλασσα*? Nostro non aliud, quam quod aliis Rubrum Mare, dictis locis, ac lib. II. 158. Cimmerios vero, etsi de eorum sede discordia ingens, quis ad Oceanum orientis locavit? Si Caspium intelligas aut Pontum, habita Oceani septemtrionalis ratione, usus inpediet. Fabulator Aristeas in his ineptus tenetur. WESS.—Fabulatorem novimus hominem: sed quidni ei licuerit Pontum Euxinum respectu sedium quæ olim Cimmeriorum fuerint Australe Mare nominare? S.

CAP. XIV. 1. *Καὶ ὅδιον μὲν ἦν Ἀρίστεης*, etc.] Hinc orsus quæ sequuntur in c. 14. et 15. descripsit Origenes III. contr. Cels. p. 125. et 126. ubi prostant nonnulla melius scripta quam in Edd. vulgantur Herodoti; qualia sunt v. 14. et 21. *τῷ νίκνι*: (l. 6. et 12. At vide Nostrum IX. 20. et 23, 4, 5, et 7.) (mendosum *ἀγγιαλίεντα* Parisiis in Ed. splendida Orig. non debuerat iterari:) v. 16. *τιθνιώς*: (l. 8.) et *ἀμφισβασίας*, et v. 20. *ἀμφισβατίων*: (l. 8. et 11.) tum v. 28. (c. XV. 1.) *τάδε δὴ οἶδα*, pro *τάδε*. Porro v. 34. (XV. 6.) *ἐς τὴν χώρην*, quod præbet etiam MS.: et v. 40. (XV. 11.) *καὶ τὸν μὲν, εἰπόντα ταῦτα*. Herodotum sequutus fabulam de Aristea Tzetzes enarrat Hist. Chil. II. v. 724—735. et ex Origine repetitam, quod e Pindari mentione liquet, Æneas Gazæus in Theophr. p. 77. Qui, sicut Aristeas, post mortem revixisse crederentur, plures conmemorantur apud veteres. Luculenta quædam ex historia Græca recentiori producit exempla, quæque alibi non temere reperias, Proclus in ista parte commentarii in lib. X. de Rep. Platonis, quam ex MS. Flor. Alex. Morus evulgavit in notis ad Ev. Joann. XI. 39., prodidit, occasione venustæ Platonis de Ere Pamphylio fabulæ narratæ p. 614. cujus similem de Thespesio Solensi dabit Plutarch. T. II. pag. 563. De mare quodam fa-

bulabantur, ὅτι τρὶς ἀπὸθανὼν ἀνιβίω τρὶς, Ælian. Var. Hist. IX. 16. Valck.

1. ὁ ταῦτα ἴσας, ἵζηται] Manuscriptorum ὁ ταῦτα ποιήσας, ἵζηται, a Scriptoris more non abludit. Mox c. 16. ἐν τοῖσι ἴπποι ποιέων Aristeas. Tale, ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας, lib. V. 95. Plura ad lib. II. 63. Wess.—Paullo ante, ποιέων ἵππα dixerat, cap. 13, 2. Quum extremo cap. 12. ἵζηται dixerit; facile credas, variandi caussa h. l. ἵζηται ei placuisse. S.

8. ἐς ἀμφισβασίας] Error calami (in MS. Med.) ἀφισβασίας dedit. Suidæ si fides, ἀγχιβασιῶν et ἀγχιβασίην Iones dixerunt, inque illis Heraclitus. Musæ istud non norunt, quarum in scriptis Codd. λόγων ἀμφισβασίη, lib. VIII. 81., et ἀμφισβατίων lib. IX. 73., unde auctoritas Origenis. quod enotatum, ἀμφισβατίων. Placuit (l. 9.) ἐξ Ἀρταπάνης πόλιος. Apollon. Rhod. I. 957. πρήνη ὑπ' Ἀρταπίῃ, ubi Schol. (At ibi Ἀρταπίη est gentile adjectivum.) Ceterum Tzetzes Chil. II. 726. aut mendosus est, aut historiam vitiavit, Aristeam ex Herodoto εἰς χαλκεῖον deducens; tum Κλεόσας δ' ἐνθένδε ὁ χαλκεὺς ἐκεῖνο τὸ χαλκεῖον. Stabit, ubi ναφεὺς et ναφεῖον scriptum fuerit, versui modulus. Wess.

Cap. XV. 3. καὶ τριηκοσίοισι] Non dicit, ad suum ævum tot abiisse annos: nam stolide Tzetzes Ἐφ' Ἡροδότου γίγονε καὶ πάλιν ἀνεφάνη, ac si ejus tempore Aristeas, evolutis illis annis, adparuisset. Multa G. Jo. Vossius de Aristeæ conjecta in Olymp. L. ætate, quæ his adversantur. Sive enim majorem, seu minorem ex MSS. dissensu annorum numerum adoptaveris, superabit primam Olympiadem. Strabo, Tatianus, Eustathius, quos Meursius, Fabricius, viri Cl., excitarunt, Homero priorem et præceptorem ex quorundam traditione perhibent: Nostro, modo ratio temporis ducatur, fere consentiente. Junge H. Dodwelli Diss. III. de Cycl. p. 190. disputationem. Wess.

16. παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι] Juxta aram, τῷ βωμῷ, (cujus solius antea mentio, statuæ nulla,) Valla. Verum Laurentio schedæ reluctantur cunctæ, suo Marte aram ex præmissis formanti. Videntur Metapontini Aristeæ statuam et aliam Apollini cum ara dedicasse: huc Arch. περὶξ αὐτῶν, circum utramque statuam, vergit. Rediit illud, ad rem per necessarium. Lauros autem, aram et imagines circumstantes, ex ære fuisse, Athenæi indicio lib. XIII. p. 605. c. novimus. Wess.—Vide Adnotationem continuo sequentem. S.

17. περὶ δὲ αὐτοῦ] In Codicibus inventum præstat, πέριξ δὲ αὐτοῦ δάφναι ἑστᾶσι: quia nempe Herodoteum est. IV. 79. τὴν πέριξ λευκοῦ λίθου Σφίγγες —ἕστασαν: rursus τὴν πέριξ c. 52. porro c. 180. πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι: c. 152. πέριξ αὐτὸ pro αὐτοῦ recte dedit Gron. III. 158. πέριξ τὸ τεῖχος, quod alibi dicit κύκλῳ τοῦ τείχεος. Valck.—Recte laudatur πέριξ: et plerumque quidem cum quarto casu præpositionem hanc construit Noster, ut in exemplis a Valck. prolatis, quibus item unum aut alterum adjici poterat; sed nonnumquam etiam cum genitivo; quem non modo IV. 152, 16. et II. 91, 6. præferunt plerique codices, verum etiam I. 179, 12. ad unum omnes in πέριξ τοῦ τείχεος consentiunt. Nec tamen opus fuerit, ut cum Wess. πέριξ αὐτῶν h. l. vulgato αὐτὸν præferatur, quod percommode ad τὸν Ἀριστέα ἀνδριάντα referri posse videtur. S.

Cap. XVI. 2. οὐδεὶς οἶδε ἀτρεκὴς ὅ τι τὸ, etc.] Litem schedæ τῷ ἀτρεκέως intentant, satis ceteroqui frequentato: quod offerunt, redibit lib. V. 9. Jure quoque ὡς, cui suus olim locus post ἀτρεκέως, in exsilium agunt. Aldinum porro et scriptorum quorundam οὐδενὸς

γὰρ οὐδὶ Ἀριστίης, (l. 4.) Celeb. Gronovius non male explicuit ratumque voluit, (nempe intelligens, οὐδενὸς αὐτόστεω ἰδόντος πυθέσθαι.) oblitus οὐδὶ γὰρ οὐδὶ virtutem addere orationi. Lucianus Q. Scrib. Hist. c. 51. Οὐδὶ γὰρ οὐδ' ἰκτῖνοι χρυσόν: tum Nigrin. c. 6. οὐδὶ γὰρ οὐδὶ καταφρονεῖν αὐτῶν εἰμὶ δίμις: ubi Hemsterh. plura. Wess.

4. οὐδενὸς γὰρ οὐδὶ] Ista lectio Medicea nullo se pacto poterit tueri: quæ ante obtinebat, nihil habet illa quod Herodoti lectorem offendere debuisset, quem scripsisse puto: οὐδενὸς γὰρ δὴ, αὐτόστεω εἰδέναι φαμένου, δύναμαι πυθέσθαι· οὐδὶ γὰρ οὐδὶ Ἀριστίης, (τοῦ πέρι (sic Arch.) ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιησάμην,) οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων —ἔφησι ἀκηκοέναι. Quorum primum his concinit e lib. III. cap. 115. οὐδενὸς αὐτόστεω γινομένου δύναμαι ἀκοῦσαι. Herodoti miror Editorem offensum eadem negandi vocula sic repetita, οὐδὶ γὰρ οὐδὶ Ἀριστίης: ad quæ cum parenthesi quædam interjecisset, suo more posuit iterum οὐδὶ οὗτος, etc. Homero frequentatum illud οὐδὶ γὰρ οὐδὶ auferri non debuerat τῷ Ὁμηρικωτάτῳ. In Platonis legitur Soph. p. 251. E. μηδὲν μηδὲν (μηδὶ) μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν κοινωνίας εἰς μηδέν: in Theæt. p. 180. A. πέφανεῖς οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν. Valck.

9. ἀκοῇ ἐξεπίστασθαι] Perperam vox prior proscribitur; quam si noluisset, ὅσον ἡμεῖς ἱστορεῦντες ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἐξεπίστασθαι scripsisset sine dubio, ut cap. 192. et II. 33. Quid multa? Ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατός εἰμὶ ἐπὶ μακρότατον ἐξεπίστασθαι ἀκοῇ posuit ipse lib. I. c. 171. Wess.

Cap. XVII. 4. Ἀλαζώνες καλέονται] Præcipue Stephani Byz. monitum et Codices cap. 52. amplector. Sic in Ἀλαζὼν Ethnicographus, ἐξύνται διὰ τὸ ἰσιδιστικὸν καὶ φυλάσσει τὸ ω πρὸς ἀντιδιαστολήν. Ex Homero Iliad. β'. 856. sumserunt Ἀλιζώνας librarii, quibus commoda in Poëta sedes, non hîc. Multa Strabo XII. pag. 827., (p. 550. B. ed. Cas.) primo adspectu Vallæ et Arch. favens, sed re curatius introspecta minîme. Verba ibi hærent in mendo, lenissima Holstenii ad Stephanum medicina sanitati reddita. Wess.——Vide quæ in Var. Lect. (ed. S.) notavimus, ubi in fine pro ἀλαζὼν, ἀλαζῶνος, scriptum oportebat ἀλαζὼν, ἀλαζόνος: nempe sic scribitur declinaturque appellativum nomen; a quo ut distinguatur proprium populi nomen, non modo ω in obliquis casibus hoc retinet, sed et accentum retrahit, ut fere fit in propriis nominibus quæ eamdem cum appellativis formam habent. Cujus moris memor quisquis vulgatam apud Stephanum Byz. scripturam curatius expenderit, mecum puto fatebitur, non Ἀλαζὼν, sed Ἀλάζων, nec ἐξύνται, sed παροξύνται scripsisse Ethnicographum. S.

7. κρόμμυα καὶ σκόρδα] Jungunt Alexandrini Interp. τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόρδα, Numer. XI, 5. In Geoponicis lib. XII. 30. crebra τὰ σκόρδα, etiam apud alios Græciæ labentis scriptores in Du Cangii Glossario. Quod nunc cernitur, Herodoti et veterum est: cf. lib. II. 125. Wess.

10. τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἔρημος, etc.] Nullus dubitavi ita ex scriptoris adsuetudine refingere et hic et deinceps. Ecce tibi ex cap. 20. Μιλαγχλαίνων δὲ τὸ κατύπερθε—ἔρημός ἐστι ἀνθρώπων: et cap. 185. τὸ πρὸς νότον—ἔρημος—καὶ ἄξυλός ἐστι χώρη tum c. 191. τὸ πρὸς ἑσπέρης ἐρημίη τις κάρτα καὶ θασία καὶ θηριώδης. Pauca hæc de multis. (cf. c. 18. 5. et 7.) Consentit de Neurorum situ Scymnus Chius, optime adjutus ab Is. Vossio ad Peripl. Pont. Euxin. p. 135. edit. Gronov. Wess.—De accentu vocis ἐρῆμος dictum in Var. Lect. (ed. S.) h. l. et ad I. 117, 16. alibique. Ante Reizium recte Portus monuerat, ex ve-

terum Atticorum Ionumque more ἠπεῖρος, ἠπεῖος ἠπεῖος, hoc tono scribi: conf. Koen et quos ille laudat ad Gregor. de Dialect. p. 21. nuperæ editionis: et sic optimi quique MSS. atque in posterioribus Herodoti Musis etiam ed. Wess. cum aliis, v. gr. VIII. 51, 5. IX. 58, 2. et 5. Est autem ἠπεῖρος ex Nostri usu non minus fœminini quam masculini generis; qua ratione etiam τὴν ἠπεῖρον dicit c. 18, 9. et alibi. S.

Cap. XVIII. [2. πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαία] De hac Hylæa (quasi dicas Sylvestri Scythia) conf. cap. 19. 54. 55. et 76. S.]

Ibid. ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι] Causæ nihil, opinor, adferri poterit, cur hi soli dicerentur ἄνθρωποι Σκύθαι γεωργοί. Ut correctionem meam minus etiam peritis adprobem, ponam primum in Philostrato vulgata de Vit. Apollon. VII. c. 2. Ἡρακλείδης καὶ Πύθων, οἱ Κόττυν ἀποκτείναντες τὸν Θρᾷκα, ἀνθρωπίω μὲν ἤστην ἄμφω. Corrigendum absque ulla dubitatione Αἰνίω μὲν ἤστην ἄμφω: erant quidem ambo Ænii, sive ex urbe Æno orti: librarii crediderunt esse vocem ἀνθρωπίω in ἄνω usitato more scribendi contractam. Similis hoc in loco Herodoti peperit errorem ratio: ἄνοι in ἄνω transmutandum arbitror atque adeo legendum ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι Γεωργοί: abhinc longius a mari remoti Scythæ habitant Georgi. Proxime præcedunt, διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη: commode succedunt emendata, ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι Γεωργοί. Sic loqui solet: II. 7. ἰόντι ἐς τὴν Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω ἰόντι: cap. 155. ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω. Ad istam rationem ἡ ἄνω Ἀσία et ἡ κάτω memorantur; Herodoto τῆς Ἀσίης τὰ κάτω, et τὰ ἄνω αὐτῆς. Mari vicini, οἱ κάτω et οἰκέουν κάτω dicuntur; ἄνω οἰκέουν et οἱ ἄνω, qui a mari sunt remotiores: ejusdem gentis atque urbis distinguuntur οἱ ἄνω et οἱ κάτω. Similia quævis ad istam rationem sunt intelligenda: Thucyd. II. 83. οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Ἀκαρνᾶνες: cap. 98. τὴν ἄνω Μακεδονίαν: I. 137. μετὰ τῶν κάτω Περσῶν σπονδὰς ποιησάμενος ἄνω: VIII. 5. Dario στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω: II. 100. ἀπὸ τῶν ἄνω ξυμμάχων. Distinguit Diodorus Sic. τὰς παραλλαττούσας πόλεις, τὴν μεσόγειον, et τοὺς ἄνω τόπους, XX. 59. πόλεις τὰς ἄνω et πλησίον θαλάσσης opponit Xenophon. Κυρ. Παιδ. VII. p. 106, 28. et alibi: Philostrato memoratur Vit. Apoll. V. 24. ἡ Ἀλεξάνδρεια καὶ ἡ Αἴγυπτος ἡ ἄνω. Smyrnæi οἱ ἄνω et οἱ ἐπὶ θαλάττῃ, de Vit. Sophist. pag. 531. Præter alios pagus fuit Attices ejusdem nominis duplex, teste Harpocr. Λαμπτρεῖς, αἱ μὲν πρὸς ἄλσει, αἱ δὲ καθύπερθεν: illinc ortus quis in Aristophanis Amphiarao Λαμπτρεῖσιν ἴγωγε τῶν κάτω. Herodotea propius accedit finis libri quinti Pausaniæ: οἰκοῦσι δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω πρὸς Σάρῃ πόλει: contrarium κάτω οἰκεῖν præbet Thucyd. I. 7. ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν: quod ibi sequitur, καὶ μίχρι τοῦδε ἔτι ἀκηκισμένοι εἰσί, non debebat tentari; idem significans ac ἄνω οἰκεῖν, atque adeo ἀπὸ θαλάσσης: hinc explicandum ἀνοικίζεσθαι ἐς τὰ Δαφνοῦντα, VIII. 31. et Aristoph. Pace v. 206. In Pausan. X. pag. 838. scripserim: ἀνῳκίσαντο ἐς τὰ ὑψηλὰ καὶ οὕτω τῆς νήσου. Valck. — Si ἀπὸ δὲ ταύτης ad terram desertam referretur paullo ante memoratam, non incommode nunc dictum videri deberet, proxime post hanc *homines* habitare, nempe Scythas agricolas: idque decepit librarios qui ἄνθρωποι ex ἄνω fecerunt. Quæ in Periplo Ponti Euxini, ad quem in Var. Lect. (ed. S.) provocavi, leguntur, ea ex Scymni Chii senariis in solutam orationem translata esse constat. Versiculi huc spectantes supersunt in Scymni Fragmento, quod ad calcem Notarum L. Holstenii in Stephanum Byz. editum est, et in Hudsoni Geogr. Minor.

Vol. II. repetitum; sunt autem hujusmodi, pag. 49. ed. Huds. pag. 378. apud Holstenium:

> Πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τὸν Βορυσθένη τοὺς τὴν λεγομένην Ὕβλαν οἰκοῦντας Σκύθας· εἶναι δὲ Γωργοὺς ἐχομένους τούτων ἄνω.

Et hæc quidem ex Ephoro refert Scymnus: esse autem ex Herodoteo fonte hausta adparet. Ὕβλαν vero quum in illo terrarum tractu nemo noverit, haud dubie medius istorum versiculorum (partim cum Is. Vossio, ad Peripl. pag. 135.) in hunc modum fuerit corrigendus;

> τὴν λεγομένην Ὕλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας. S.

3. οἰκίοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι] Male MSS. ὑπὸ τῷ Ὑπάνι. Posita urbs πρὸς τῷ Ὑπάνιδι fuit in Dionis Chrys. Borysth. p. 437. et apud Scymnum; (p. 376. apud Holst. p. 46. ed. Huds.) prave quoque cap. 53. hujus Musæ. Wess. — Recte ἐπὶ Ald. et edd. omnes cum plerisque MSS. S.

[7. πλόον — ἡμερέων ἑνδεκα] Ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόον ait cap. 53, 19. S.]

8. ἤδη καταύτερόν τούτων ἔρημός ἐστι] Indueret pristinum colorem, deformior antea, oratio, modo ἤδι δὴ scriberetur. Talem suo tempore Scymnus consideravit, talem schedæ. Wess. — In contextu sic edidit Wess. ἤδη δὲ καταύτερόν τούτων ἔρημός ἐστι, et sic etiam posteriores editores. Antea edebatur ἤδι δὲ καταύτερόν τούτων ἡ ἔρημός ἐστι, et sic MS. F. nisi quod ἐρῆμος hoc accentu scribit. Nos Arch. Vind. et nostrum Pc. sumus secuti. Particulæ ἤδη commodior locus est l. 11. ubi eam etiam libri omnes agnoscunt. conf. ad c. 99, 6. Quando ἤδι δὴ se malle Wess. significavit, puto ἡ δὲ δὴ voluerat. Scymnus continuo post versiculos supra adpositos sic pergit: ἔστιν πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον. S.

9. Ἀνδροφάγοι] De Andrephagis cap. 106. uberiora. Adde observata his de locis Th. S. *Bayero* Comment Acad. Petrop. T. XI. p. 337. Wess.

Cap. XX. 1. τὰ καλεόμενα Βασιλήϊά ἐστι] Sic regionem Scytharum regiorum, βασιληΐων, adpellat; nam H. Stephanus explicans regias domos longe erravit. Res ex sequentibus et cap. 56. constat. Wess. — Conf. c. 6, 4. ibique notata. S.

6. Μαιήτιδος] Nomen paludis Mæotidis Ionicum cum mox mutatum Codices eunt, pravum urguent institutum, jam c. 3. inceptum. Recte Μαιῆτις, I. 104., et hac Musa creberrime. Dabunt MSS. τῆς Ἰστιαιώτιδος, quæ aliis Ἰστιαιώτιδος, lib. VIII. 28. Statim (l. 7. pro τὰ δὲ αὐτ.) Cl. Reiskius τοὶ δὲ αὐτῶν, h. e. τινές. Wess.

Cap. XXI. 2. ἡ μὲν περύτη τῶν λαξίων] Hesychio hæc erant ob oculos, λαξίων, λήξιων, πληρώσεων. Suidæ λᾶξιν, (λάξιν hoc accentu scribunt Suidæ editt. vett.) μίξιν, μερισμόν, vitiosum, et ex Glossis Herodoti, quales manu exaratas possideo, derivatum est: λᾶξιν scripserat Criticus (non μίξιν.) Inspice eruditissimi P. Leopardi Emend. lib. VII. 16., Laxios Vallæ lenissime, sicuti decet, corrigentis. Et Laxios tamen, tanquam Scythicam nationem, Thesauro suo addit Abr. Ortelius. Nollem Bayerus, vir doctissimus, Historiarum patrem erroris postulasset, quo Lazios, gentem Scythicam, in adpellativum converterit nomen. Nimium indulsit suspicaci ingenio. Lazos seu Lazios serior novit ætas, neque eo loci, quem scriptor signat, sed ad Phasim amnem apud Procopium Bell. Pers. lib. II. Immo vero ipse verborum ordo, quod attendenti liquidum, docto viro refragatur. Perpende dicta ejus Comment. Acad. Petrop. T. I. pag. 421. Scripsi autem (l. 5.) schedarum jussu ὑπερκειμένου δὲ τουτέων. Postulabat sermonis indoles, qua c. 13. Ἰσσηδόνων ὑπερκείμενοι

'Αμμώνιους: et cap. 37. τουτέων δ' ὑπερκαίνουσι — Μῆδοι. Wess. — De scriptura penacuta λάξιν (l. 6.) vide Var. Lect. (ed. S.) et conf. IV. 114, 20. S.

[6. Βουδῖνοι] De Budinis conf. c. 108. et 123. S.]

Cap. XXII. 3. Θυσσαγίται] Ut hic, sic infra c. 123. atque hinc Stephanus Byz. Valck.

6. Ἰῦρκαι] In his equidem similibusque obscurioribus judicium sequerer Pintiani, ex Herodoto Melam corrigentis I. c. 19, 140. Thyssagetæ *Iurcæque* vastas sylvas occupant alunturque venando; ζώουσι ἀπὸ θήρης, Herod. Pro sua pietate bonus A. Schottus hinc quoque Turcas expulsos esse lætabatur. Non alibi fortasse Ἰῦρκαι nisi cum Thyssagetis etiam Plinio memorantur Hist. Nat. VI. c. 7. Valck.

[7. λεχῇ, scil. ὁ θηρῶν: adsumendus nominativus participii ex præcedente nomine θήρης. conf. ad I. 132, 4. et II. 47, 15. S.]

12. τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τετραμμένον] Scholion veram pessum dedit vocem. Fuit olim πρὸς τὴν ἠῶ ἀποκλίνοντι, uti paullo antea ἀποκλίνοντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, et statim διεξιλθόντι δὲ καὶ —— εἰπίοντι. Atque hoc manuscripti profitentur, qui, si τὸ erasissent etiam, me ad restitutionem adegissent. (Si impediret τὸ, posset ex MS. E. τῷ adsciscì: quo tamen nil opus esse videtur. De ἀποκλίνοντι, quod nos prætulimus, dictum in Var. Lect. ed. S.) In præcedentibus (l. 10.) ἀσύνδετον non laudo: melius καὶ ἰστιῶσι schedarum. Wess.—Nec tamen conjunctivam adsciverat particulam doctissimus Editor. S.

Cap. XXIII. 4. τῆς τρηχίης χώρου πολλὸν] Offendunt ad πολλὸν τῆς χώρης, substituto πολλῷ. (Scilicet quum olim legeretur τῆς τρηχείης χώρης πολλὸν, adnotaverat *Reiskius*: "πολλὸν amant "Attici dicere; nescio tamen an sic "scripserit Herodotus.") Codices justius: (quos secutus est Wess.) tum quoque ἐν γενεῇς. (quod et ipsum ex Arch. et Vind. recepit Wess. consentientibus puto nostris Pa. Pc. Pd.) S. Joannis Evang. cap. IX, 1. τυφλὸν ἐκ γενετῆς non nescio, neque ἐκ γενετῆς καφὸν Sexti Empirici lib. XI. p. 733., nedum Hesiodi Theog. v. 271. Nostri diversior ratio, qua hujus Musæ (immo Musæ III.) cap. 33. καὶ γάρ τινα ἐν γενεῇς νεῦρον μιγ. λίγεται ἔχειν. De *calvis* istis (φαλακροῖς, lin. 5.) et caussa calvitii Zenobius Cent. V. 25. εἰσὶ δὲ φαλακροὶ διὰ τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος, οὗ πίνουσι, καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ex scripto; (vide ibi Andr. Schotti Adnot.) quod, absurdum minime, unde acceperit, non vacat quærere. Wess.

5. φαλακροὶ ἐν γενεῇς] Et feminis et maribus nuda sunt capita, Mela I. 19 extr. de iisdem Argippæis: verum adeoque quod scribit Plinius Hist. Nat. VI. c. 13. capillus juxta feminis virisque in probro existimatur: a duce suo secedentem Solinum reprehendit Salmas. p. 209. De Myconiis quid tradiderint veteres, e Stephano notum in voc. Μύκονος. Quæ de hac gente præterea dedit Mela, derivavit omnia ex Herodoto: His justissimi mores; nemora pro domibus: alimenta baccæ: —— sacri itaque habentur; adeoque ipsos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis etiam ad eos confugisse pro asylo sit: postrema de his pæne conversa: (l. 19 seqq.) τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι. —— ὃς δὲ ἂν καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται. Eadem Plinius expressit. Sacris autem his inviolatisque sive Scythis, seu Scytharum vicinis, justitiæ cultoribus atque humanitatis, eximie congruunt quæ in laudem Scytharum occasione loci Homerei prodidit Strabo VII. pag. 455. B. p. 460. D. (p. 296. D. et 300. D. ed. Cas.) quæ-

que habet Justinus II. 2. Continentia illis morum quoque justitiam edidit, nihil alienum concupiscentibus. —— Plus in illis proficit vitiorum ignoratio quam in his (Græcis) cognitio virtutis. VALCK.

[8. πεντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρίῳ] Si corylum intelligit, cujus fructus avellana sylvestris veteribus vulgo nux Pontica dicebatur; mireris quid sit quod succum e fructu expressum l. 14. nigrum dicat. Quid sit vero quod Mannert, Vir doctus, Geogr. Græcor. et Romanor. T. IV. pag. 110. quærat, arbor-ne Pontica intelligi cedrus Siberica debeat, ipse viderit. Idem, paullo ante, γίνια μεγάλα, ingentia membra virilia intelligens, miror unde id arripuerit inventum. γίνιον Noster VI. 117, 12. barbam dixit: at h. l. recte mentum vulgo interpretantur. S.]

11. τοῦτο ἰητὰν γίνηται πίσσον] Planissima lectio Casauboni, τοῦτον, ἰητὰν γίνηται πίσσαν, σακκιούσι foret, si membranæ addicerent. At, sæpe sequius genus Herodotum amplecti, notum est. Vide magni viri Animadv. lib. II. 16. WESS. — Casauboni Animadversionem habes T. II. nostræ ed. Athenæi, p. 386. In vulgato autem τοῦτο, et in πίσσον, nil variant libri, nec apud Herodot. nec apud Athen. Itaque mutare nefas. S.

11. σακκίσουσι] Σακίσουσι Suidæ offertur etiam ab Ælio Dionysio ap. Eustath. ad Homer. pag. 940, 18. (p. 914, 11. ed. Bas.) estque ex priscorum more, quo σάκος et σακκίον præferebant, in Moeride, Thoma M. et aliis. Σακκιούσιν tamen, uti Codices, Glossator San-Germanensis. De suspicione defectus, quam vir doctus in Miscell. Lipsiens. movit, nihil, nisi historicos non omnia minutatim persequi, dico: nihil quoque, cur παλάθας (lin. 14.) reddiderim. Suidas hinc hausit, seu potius ex Lexico Herodoteo, cujus L. Küsterus inmemor sincera Grammatici incrustavit. WESS.

Ibid. σακκίσουσι ἱματίοισι] Tentare non ausim. ἠθανίοισι venerat alicui in mentem. Sicut ἠθμὸν, ἠθάνιον inter pocula quoque recenset Athen. Secundum Etymologum erat Ἠθμὸς καὶ Ἠθάνιον, ἐργαλεῖον διατετρημένον πολλαῖς ὀπαῖς, δι' οὗ τὸ ὑγρὸν εἰώθασι διακρίνειν τῶν παχυτέρων: sic ista pag. 422, 34. codex exhibet scriptus, ubi paulo post pro Ἐργωνῷ ponendum, ἐν Ἔργων α', operum libro primo. Hæc respiciens Suidas habet: Σακιύουσι, τὸ ὑλίζουσι, παρ' Ἡροδότῳ: percolant. Ex Ælio Dionysio præbet eamdem scriptionem Eustath. in Ἰλ. γ'. p. 914, 10. ab Attico σάκος, pro vulgari σάκκος, derivante Σακιύειν Herodoti. Σακίειν et σακίζειν veteres, recentiores dixisse videntur σακκεῖν et σακκίζειν, saccare: vid. Salmas. in Solin. pag. 209. A. quique explicat vicina Casaub. in Athen. II. cap. 16. VALCK.—Miratus sum Heerenium Virum doctissimum, σακκίσουσι ἱματίοισι interpretantem in saccos infundunt, in Ideen etc. T. I. pag. 900. S.

14. παλάθας] Ad hunc modum eximenda voci litera est superflua. Παλάθας Auctor Glossarii Herod. hic recte interpretatur τὰ ἐκ τρυγὸς πλάσματα. Quæ sic massæ vulgo dicerentur docuit Wesseling. ad Diodori T. II. pag. 212. (ad lib. XVII. c. 67.) VALCK.

18. πίλῳ στεγνῷ λευκῷ] Pro pileo, tegmen mallem coactile ex lana, quemadmodum c. 73. Erotianus, Πίλοι καλοῦνται παρὰ Λάκωσι τὰ συνπάσματα σειρᾶς χάριν πεποιημένα. Explicuit, monente Foesio, Hippocratea de tegumento curruum Scythicorum, αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι, muniti sunt coactilibus ex lana, Lib. de Aëre, Aq. p. 291. (sect. 93. ed. Coray, quem ad locum vide docti Editoris notata.) Additur

continuo (apud Hippocr.) currus fabrefactos ὥσπερ εἰκήματα esse, et ταῦτα δὲ καὶ στενὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα καὶ τὰ πνεύματα: in Latinis, ipsique in angustum coarctati adversus omnes aquarum, nivis ac ventorum injurias; quæ rei non conveniunt. Στενὰ doctissimos homines in errorem induerunt: στιγνὰ, firma contra eas injurias, reliquerat Hippocrates. Sed hoc occupavit Hemsterhusius noster ad Comici Plutum. (p. 369.) Wess.—Suum ibi Hippocrati restituere non neglexit doctissimus Coray. S.

21. τὰς διαφορὰς, διαιρέοντες] Quia finitimorum dirimebant controversias velut arbitri, non absurde quis suspicabatur, Ionicum διαιτίοντες in usitatius illud fuisse demutatum: sed, qui litigantes dirimit, ὁ τὰ ἀμφισβητήσιμα διαιρῶν, Polluci VIII. 8. διαιρεῖν τὰ ἀμφίλογα dicitur Xenophonti, p. 538, 26. et Aristoph. Ran. v. 1132. Valck.

22. καταφιύγων καταφύγῃ] Optime hoc suam in sedem, modo iniquior afuisset criminatio, restitutum. Th. Galeus vere φιύγων ex Arch. enotavit, neque id futile prorsus. Homer. Ἰλ. ξ'. 81. ὃς φιύγων προφύγῃ κακόν. Herodotus V. 95. αὐτὸς μὲν φιύγων ἐκφιύγει. Wess.—Vera videtur lectio Arch. ὃς ἂν φιύγων καταφύγῃ, etc. Plinius Hist. Nat. VI. 13. Sacros haberi narrant inviolatosque,——nec ipsos modo, sed illos etiam qui ad eos perfugerint. Valck.

23. Ἀργιππαῖοι] Gentis nomen examinavit Salmasius ad Solin. pag. 147., attigerunt alii ap. Gronovium. Schedæ Arch. et Vind. vulgato dicam scribunt, pariterque Ὀργιλλαῖοι in Zenobii Cent. V. 25., quem non extrico. Wess. — Ἀργιμπαῖοι scribendum existimasse Salmasium in Plinianis pag. 209. memoravit h. l. Gronovius: et "Ante eum" (inquit) "Turnebus in Notis ad Cice-"ron. de Fato, pag. 64. ex Mela, Arim-"phæi; prout etiam agnovit Grotius ad "Marcian. Capellam p. 214. —— Sed "unus omnia Mediceus."—qui nempe cum edd. et aliis MSS. in Ἀργιππαῖοι consentit. Calmucas, quos hodie vocamus, cum Heerenio (Ideen T. I. p. 920.) et aliis viris doctis intelligi par est. S.

Cap. XXIV. 1. πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης non prospectus est regionis, (ut habet Gron. cum Valla;) sed certa ejus notitia. Quo usu Isæus Or. de Apollodori Hæred. pag. 66. (ed. Reisk. pag. 167.) Wess.—Eodem fere pertinet ille usus hujus vocabuli, cujus plura exempla in Lexico Polyb. pag. 270. et seq. num. 1. collecta dedimus. Possis eodem referre Polyb. VI. 43, 7. Ipse Scriptor noster optimus sui interpres est: Μίχρι μὲν δὴ τουτέων, ait initio cap. seq., γινώσκεται, nempe ἡ χώρη. conf. cap. 26 extr. S.

Cap. XXV. 3. καὶ οὐδεὶς σφια ὑπερβαίνει] Manifestus mutantium schedarum hic lapsus, (σφίας scribentium, quod arripuit Gron.) dignus contemtu. Stolidior earumdem audacia (l. 5.) contra αἰγίσθους ἄνδρας. Nihil prosunt Cyrenæi τιτριπποβάται, lib. V. 77., multoque minus equi ἱππροβάται Strabonis lib. VIII. p. 595. Quid enim in illis insolens? et cur sibi οὐ πιστὰ profiteretur? Non inepte quidem rem putarunt ridiculam, homines capripedes; (capricornos intelligunt viri docti:) ea enim novandi videtur caussa fuisse: verum his in fabellis suum cuique relinquendum. De similibus naturæ, fictis tamen, portentis Strabo lib. I. p. 73. (p. 43. ed. Cas.) Wess.—Capripedes homines figurate dictos existimavit Larcher, qui abrupta montium haud secus atque capræ conscendunt. S.

Cap. XXVI. 6. τὴν δὲ κεφαλὴν, etc.] Aut diversa confudit Plato, aut alium habuit quem sequeretur auctorem, in Eu-

thyd. pag. 299. B. ista scribens: Θαυμασιώτερόν γε ἴσως ὅτι καὶ πίνουσιν (οἱ Σκύθαι) ἐκ τῶν ἑαυτῶν κρανίων κεχρυσωμένων, καὶ ταῦτα καθοσιοῦσι, τὴν ἑαυτῶν κορυφὴν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες. Secundum Herod. IV. cap. 65. non parentum aut amicorum craniis utebantur Scythæ tanquam poculis, sed hostium quos interfecissent, aut inimicorum saltem; Issedones soli parentum suorum crania deaurata custodiebant, et velut ἀγάλματα venerabantur, postquam cadaverum carnes cum alia commixtas comedissent: qua de re Davisius egit ad Ciceron. Tuscul. I. 48. p. 118. Platonis forte non recordabatur Salmas. in Solin. p. 192. Strabo quoque Scytharum fecit mentionem τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων, VII. p. 458. A. et pag. 460. B. (pag. 238. extr. et 300. B. ed. Cas.) Apud Livium XXIII. 24. Galli Boii caput ducis (Postumii) præcisum ovantes templo —— intulere: purgato inde capite, ut mos iis est, calvam auro cælavere: idque sacrum vas iis erat, quo solennibus libarent: poculumque idem sacerdoti esse ac templi antistitibus. VALCK.

6. ἐκκαθήραντες καταχρυσοῦσι] Per incommodum ἀποχρυσοῦσι maurandi significatione. Junxit Artemidorus Onir. lib. I. 52. ἵνα ἀπάργυρωθῇ καὶ ἀποχρυσωθῇ de servo, qui ære venditur. Verum MSS. præstant. Tale lib. II. 130. καὶ ἔπιτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην. Gemina in re in Fragm. Pythagor. p. 713. τὸ δ' ὀστέον χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας, πίνει ἐξ αὐτοῦ: et Nostër IV. 65. ἔσωθεν δὲ περιχρυσώσας, οὕτω χρᾶται ποτηρίῳ: ubi in scriptis καταχρυσώσας. Mela Herodotea de Issedonibus (quos Essedonas ille nominat, II. 1.) ad hunc modum: capita ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt; ἄγαλμα, ut apud Homerum et alios, supellectilem intelligens, haud profecto inficete: ὅτι ἀγάλμασι χρίωνται tale postulat. Is. Vossius aliter ad Pomponium. Τὰ γενέσια (lin. 9.) Glossæ San-German. non neglexerunt, optime declarata ab Ammonio. Non sunt natalitia, quæ in Vallæ Latinis erant. WESS. —Ammonius de Vocum Differentia, p. 34 seq. Τὰ μὲν γενέθλια τάσσεται ἐπὶ τῶν ζώντων. —— Γενέσια δὲ ἐπὶ τῶν τεθνηκότων, ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ τετελεύτηκε. S.

CAP. XXVII. [2. χρυσοφύλακας Γρύπας. Conf. III. 116. S.]

5. Σκυθισὶ Ἀριμασποὺς, etc.] Proxime sequentia, Ἄριμα γὰρ ἓν, primus, opinor, sic corrigenda censuit Jo. Hartungus Thes. Crit. T. II. p. 636. Ἄρι μὲν γὰρ ἓν (l. τὸ ἕν) καλέουσι Σκύθαι, Μασσὸς δὲ τὸν ὀφθαλμόν: prout legisse videtur in suis Codd., quos habuit plures, Eustathius: vid. ad Dionys. Perieg. v. 31. Idem ferme probavit G. Sopingius ad Hesych. in Ἀριμάσπους: ubi docta prostat adnotatio Cl. nostri Albertii. De Arimaspis quæ huc spectent e Tzetze dedit et Gellio Stanleius ad Æschyli Prom. v. 803., memorantis τὸν μουνῶπα στρατὸν Ἀριμασπὸν ἱπποβάμονα. Cyclopes unoculi μονῶπες dicuntur, μονόμματοι, et μονόγληνοι. In Reges Macedoniæ, Philippum Amyntæ, et Antigonum, qui fuerunt τετρόφθαλμοι, frigida leguntur hic illic atque insulsa Græculorum dicteria: hoc in Philippum Aristidis apud Philostratum de Vit. Soph. pag. 584., quo τοὺς Ἀριμασποὺς (τοὺς μονομμάτους) ἔφη ξυγγενεῖς εἶναι τοῦ Φιλίππου. VALCK.

Ibid. Ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, etc.] Eustath. in Dionys. Arimaspos ex Herodoto et caussam nominis explicans, ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἓν Σκυθιστὶ, μασσὸς δὲ, ὁ ὀφθαλμός: nec multum diversa Schol. in Æschyli Prometh. v. 804. Quæ quidem hoc fonte si fluxerunt, turbidus admodum erit. Ea mens Jo. Hartungi Decur. I. c. 2. pag. 636.

Herodotea ex Eustathio reformantis. Consilium non laudo neque institutum, Codicum conspiratione damnatum: eoque minus, siquidem, observante Jo. Georg. Wachtero, in reliquiis Scythici sermonis, Spu oculus, arim unus. Abit ergo in spongiam Eustathii, unde undeque arcessita, originatio. Vide docti Viri Præfat. Glossar. Germ. Sect. XIII. et Cl. Alberti ad Hesych. Ἀριμάσπους. (quorum tamen doctissimorum virorum uterque multum abest ut rem, de qua agitur, ad liquidum perduxerit.) Wess.

Cap. XXVIII. 4. ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται, etc.] Genuinum his infregit Taurus Philosophus apud A. Gellium XVII. 8. Tametsi, inquiens, Herodotus historiarum scriptor, contra omnium ferme, qui hæc quæsiverunt, opinionem, scribit, Mare Bosporicum, quod et Cimmerium appellatur, etc. Nihil enim, quantumvis Gellii simia Macrobius, paria, criminosius atque alienius. Philosopho, si non habuit perspecta quæ sub extimo Septemtrione homines experiuntur, Virgiliana recordari consultum fuerat, Georgic. III. 360., Senecæ Herc. Fur. v. 536. quæque Strabo lib. VII. p. 472. (pag. 307. ed. Cas.) Statim (lin. 7.) πέρην ἐς τοὺς Σινδοὺς non fallace conjectura L. Holstenius ad Σινδὸς Stephani. Indi longe hinc disparati, vicini vero et trans Bosporum Sindi. Scriptionis peccatum est: posterior articuli littera deglutiit sequentem, uti τῆς Ἰνδικῆς vice Σινδικῆς c. 86., et ἐς Κῶλον loco ἐς Σαῶλον lib. IX. 15. Contra hujus Musæ c. 33. τοὺς Σούρους Arch., ubi τοὺς οὔρους oportuerat. Habet, quæ huc pertinent, justo circumspectior, Vir Cl. Freretus, Comment. Acad. Inscript. T. VI. p. 363. Ego, re extra dubium posita restitui. Wess.

Ibid. ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται] Græcis hoc videbatur incredibile, qui mare ferme tantum experti noverant medium, τὴν ἴσω θάλασσαν, quique didicerant in scholis, omne mare esse incongelabile. Philosophus itaque Taurus, Gellii Noct. Att. XVII. 8. Herodotus, inquit, historiarum scriptor contra omnionem scripsit, mare Bosporicum, quod um ferme, qui hæc quæsiverunt, opinie- et Cimmerium appellat, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur, id gelu constringi et consistere. Sic exhibet Gelliana Macrobius Saturn. VII. c. 12. pag. 621. quæ his ille subdit, e Plutarcho suspicor transsumta. Præter flumina, Mæotin, et Bosporum, et Ponti partem, brumali rigore durare recte statuit et Mela I. c. 19. Ubi Herodotea dat Eustath. in Dionys. v. 669. hinc scribendum πηλὸν οὐ πυϊτυς. Lectorum his ἀπιστίᾳ Diodorus Sic occurrit lib. III. cap. 34. conf. V. 25. ubi Gallorum gelu durata flumina καὶ στρατοπέδων μυριάδες μετὰ σκευοφόρων καὶ ἁμαξῶν γαμουνῶν ἀσφαλῶς περαιοῦνται: quæ sicut et priora forsan apta videbuntur adfirmando verbo στρατεύονται in Herodoti proximis, (lin. 6.) in glacie στρατεύονται καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι πέρην ἐς τοὺς Σινδούς: nam Indi, quos hinc inauditos effinxit Hutchinsonus, in Sindos recte transmutati sunt; ut et infra pro τῆς Ἰνδικῆς vere corrigunt viri docti Σινδικῆς. Mihi videbatur in istis στρατεύονται minus sincerum: ἁμαξεύονται, vel ἱππεύονται, vel simile quid, nobis isto videretur accommodatius. Valck. — Suo periculo στραγγεύεσθαι scribi jusserat Toup Emend. in Suid. P. III. ad voc. Στραγγεύει, quod vertit super glaciem otiantur. Conf. Valckenar. ad III. 139, 6. qui de verborum illorum etiam alibi permutatione jam egerat in Animadv. ad Ammonium lib. II. c. 13. Sed nulla hic novatione opus est. Verbo στρατεύεσθαι et per se commodus hic locus

est, et firmant illud adjecta verba ἀμάξας ἐπιλαύνουσι, quæ hostilem incursionem haud obscure significare videntur. S.

[11. ἐν τῷ τὴν μὲν ὀρταίην] Vallæ versionem, quum tempus pluendi est, tenuit Wess. cum Gronovio: in eamdemque sententiam Larcher accepit, ut ἐν τῷ intelligatur ἐν ᾧ χειμῶνι, qua in hyeme, quum sit pluendi tempus, nihil ibi pluit quod sit alicujus momenti. τὴν ὀρταίην vernum tempus interpretatus est Portus, cui Schneider in Lexic. crit. accedit. Sic ἐν τῷ fuerit ἐν ᾧ χωρίῳ intelligendum. S.]

12. ὕων οὐκ ἀνίει] Portus, vulgati ὗον patronus, adscivit θεῖον. Justum est, quod cernitur. Nota sunt, et superius adhibita, Διὸς ὕοντος, Διοῦ ὕοντος. Appianus Alex. (diligens Herodotei styli æmulator) Bell. Civil. lib. II. p. 740. (c. 36.) αἷμά τι γὰρ ἴδοξεν ὁ Διὸς ὕσαι. (conf. eumdem ib. c. 149.) Herodot. III. 117. τὸν μὲν χειμῶνα ὕει σφι ὁ Διός. Wess.

14. ὡς τέρας θωϋμάζεται] Quod vulgo legebatur, ὡς τέρας νενόμισται θωυμάζεσθαι, nimium est. Suadet Scriptoris mos et verborum ordo, pro vero putandum esse ὡς τέρας θωϋμάζεται, uti Paris. B., et νενόμισται venisse ex glossa: et eo quidem magis, quod juncta verba sententiam simplicissimam inquinent. Libuit Codici obedire in re manifesta. Wess.—De Codicum scriptura, et illius præsertim quem nota Paris. B. vir doctissimus insignivit, vide quæ in Var. Lect. (ed. S.) docuimus. Idem verbum νενόμισται, paucis interjectis l. 16. repetitum, paullo diversa notione usurpavit Scriptor, quem morem etiam passim alibi apud eumdem observavimus. Priore loco, νενόμισται θωυμάζεσθαι significat *solent* tamquam portentum mirari; posteriore loco, τέρας νενόμισται, pro portento *habetur*. Uterque verbi usus, ut apud alios, sic apud Nostrum, frequens. S.

Cap. XXIX. 1. τὸ γένος τῶν βοῶν τὸ κόλον] Egregii hic Med. et sequaces, laudoque Gronovium inpense; ex Eustathio addens, κόλον Ionum esse et κυριολεκτεῖσθαι in arietibus et bubus, cornibus defectis, ad Iliad. π'. pag. 1049, 17. (pag. 1062, 30. ed. Bas.) Opportune Hippocrates de Scytharum curribus: τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα —— βοῶν κέρως ἄτερ. οὐ γὰρ ἔχουσι κέρατα ὑπὸ ψύχεος. de Aër. Aq. et Loc. pag. 291.—Ad hunc Herodoti locum Wesselingiique Notam provocare debueram in Adnot. ad II. 46, 11. ubi p. 263. emendationem sane quam probabilem Schæferi, οἱ κόλοι pro vulgato οἱ αἰπόλοι, laudavi. S.

Ibid. τὸ κόλον] Hanc etiam Codici debemus Med. lectionem. Homeri versui Od. δ'. 85. subjecta sic fortasse legit in suo Cod. Eustath. ὀρθῶς εἰρημένον· ἐν τοῖσι θερμοῖσι γὰρ ταχὺ καραγίνεται τὰ κέρεα· ἐν δὲ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ οὐ φύει κέρεα τά κτήνεα τὴν ἀρχήν, ἢ φύοντα φύει μόγις; nisi quod in excerpendo φύοντα omiserit: φύει legit et Valla. Sua Strabonem VII. p. 471. c. (pag. 307. A. ed. Cas.) Herodoto debere monstrant Herodotea quædam e vicinis quæ adhibet verba. ἅπασα δ' ἡ χώρα δυσχείμερός ἐστι. Valck.

2. μαρτυρέει δέ μευ τῇ γνώμῃ] Iidem codd. qui κόλον paulo ante recte dederunt, hic μαρτυρεῖ δέ μοι τῇ γν. non pari, ut opinor, gratia. Exempla lib. I. 86. adposita, (Adn. ad I. 86, 26.) ad quæ amandamur, non faciunt satis; neque Tragicorum, ἅ τίκτειν μοι Eurip. Iphig. Aul. 613. et ἃ τεσφῦς ἐμοὶ Sophocl. Ajac. 874., quippe alius naturæ. Wess.

Cap. XXX. 2. ἐν τῇ Ἠλίῳ πάσῃ] Quod hinc didicerat, suo quoque tempore verum deprehendit Pausan. Eliac. priori p. 384. θωυμάσαι δ' ἄν τις ——

καὶ ὅτι ἐν τῇ ὑπερορίᾳ, καὶ οὐκ ἐντὸς τῆς χώρης, αἱ ἵπτοι σφίσιν ἐκύϊσκον ἐκ τῶν ὄνων· καὶ τούτου μὲν κατάραν τινὰ ἐλέγετο γενέσθαι αἴτιον: idem narrat p. 396. Vel ex his liquet, voculam τιν (l. 5.) male ejectam Herodoteis, φασὶ δὲ αὐτοὶ Ἠλεῖοι, ἐκ κατάρης τιν οὐ γίνεσθαί σφι ἡμιόνους, quam legere Pausan. et Eustath. ad Dionys. v. 409. ἐκ τινὸς κατάρας, ὥς φησιν Ἡρόδοτος. VALCK.

5. ἐκ κατάρης τιν] Optime Stephan. ex schedis, quibuscum plures consentiunt. Pausanias hoc ipso de negotio, καὶ τούτου μὲν κατάραν τινὰ ἐλέγετο γενέσθαι αἴτιον, Eliac. Prior. c. 5. Auctor inprecationis Œnomaus apud Plutarchum T. II. p. 303. B. cujus ἐνόδους ἵππους non intelligo, nisi ἐνόδους, ut in Nicandri Ther. v. 99. reliquerit. Adde Antigon. Carystium Hist. Mir. c. 13. Mutari præterea πρεσίῃ non debuerat, cujus in talibus certa statio: ἑστιὰν —— πρεσίῃ ὁ τεταγμένος χρόνος, lib. II. 41. WESS.

CAP. XXXI. [l. Σκύθαι λέγουσι. Requirebam οἱ Σκύθαι: sed articulum, quod sciam, ignorant libri omnes. Cæterum de plumis, quas dixere Scythæ, conf. c. 7. extr. S.]

9. εἰκάζοντας τὴν χιόνα] Conparantes nivem, avium plumis, dum depluit, quodam modo adsimilem. Plinius propterea regionem Pterophoron lib. IV. Hist. Nat. c. 12. hoc terræ in tractu memorat. Jucundum est Arnobii lib. II. p. 105. ex parili figura: Potestis—scientissime monstrare, quid nivem in *plumeas* subaperiat crustulas. Ejusdemque elegantiæ והכתן שלג כצמר, qui nivem instar carminatæ lanæ dat, in Psalm. CXLVII, 16. Conf. La Cerdam in Virgilii Georg. I. 397. WESS.— Inde ab H. Stephano orationem in hunc modum distinguebant, τὰ δὲ πτερὰ, εἰκάζοντας τὴν χιόνα, τοὺς Σκύθας —— ὀδὰξ λέγειν: et sic ed. Wess. et seqq. Nos distinctionem ita mutavimus, ut intelligeretur naturalis structura sermonis hæcce, τὰ οὖν πτερὰ δοκέω τοὺς Σκύθας λέγειν τὴν χιόνα εἰκάζοντας, nempe εἰκάζοντας τὴν χιόνα τοῖς πτεροῖς, vel εἰκάζοντας τὰ πτερὰ καὶ τὴν χιόνα: coll. IX. 34, 1 seq. Puto, *plumas* Scythas *nivem* dixisse, nivem cum plumis conferentes. S.

CAP. XXXII. 1. οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι] Damnatum οὐδὲν (post λέγουσι,) cui præsidia non desunt, in exilio relinquo. De *Hyperboreis* circumspecte Herodotus. Largæ super illis doctissimorum virorum Gedoyni, Banerii, Frereti, in Conmentar. Academiæ Inscript. disquisitiones. Posterioris conjectura, (quam De Brosses etiam secutus est in Mem. sur l'Oracle de Dedone, Acad. des Inscr. T. XXXV. p. 113 seq.) dictos ita videri, quoniam ultra montem Boram incolebant, blanditur primo obtutu. Livius lib. XLV. 19. in Macedoniæ et Pæoniæ finibus Boram locat; sed solus. Diodoro Siculo T. II. p. 664. mons iste ex Polybio Βίερος est, Nostro lib. VIII. 138. Βίερμος, et veriore titulo. Ita perit mons et quod illi inædificatur. Quod autem ad Diodori, lib. II. c. 47. opinabar, Hyperboreos Græcæ fuisse originis, ex coloniis ad Ponti oram borealem deductis, necdum displicet. Græci ritus, cultus Apollinis Delii, vestigia sermonis in nominibus propriis, huc ducunt. Mecum sentit Th. Sig. Bayerus Diss. de Hyperboreis T. XI. Conment. Acad. Petropol. p. 334. etc. WESS.

[5—7. Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐσσι περὶ Ὑπερβορέων —— Ὁμήρου ταῦτα τὰ ἔπεα ἐκόλουσε] "Mihi interdum visus sum in istis "verbis annotationem legere veteris "Grammatici, non Herodoti." Sic Frid. Aug. WOLFIUS, Prolegom. ad Homer. p. CLVII. Quum vero multa talia observata, ad veterum Poëtarum

scripta spectantia, narrationi suæ interserere amet Scriptor noster, vereor ne non satis caussæ sit cur totam illam ῥῆσιν cum Clarissimo Viro suspectam habeamus. S.]

Cap. XXXIII. 2. ἱρὰ ἐνδιδιμένα ἐν καλάμῃ πυρῶν] In Codicum dissensu utrum præstat, ἐνδιδυμένα, an ἐνδιδιμένα? Animose pro priore vir Celeb. refragatori iratior, consistit. Ἐνδιδιμένα tamen probantem plures adjuvant manu exarati, optimeque conspirantes libri: nec nocent sacra occultata in fascibus mergitum, quæ Servii de his verba in Æneid. XI. 532. nedum αἴθρια στίφη Cratini apud Hesychium et Suidam. Super hæc sermonis succurrit usus, et librariorum, voces istas temere miscentium, mos. Offerunt Pausaniæ Codd. lib. X. 30. λίθου σφραγῖδα ἐνδιδυμένην χρυσῷ, ubi Sylburgius ἐνδιδιμένην, bene: firmat Diodorus, δακτυλίους ἐνδιδιμένους λίθοις describens lib. XIX. 94. Mihi, non diffitebor enim, placet posterius. Sacra ipsa optime Salmasius in Solin. p. 147. illustravit. Wess.

Ibid. ἱρὰ ἐνδιδυμένα, etc.] Restituetur, opinor, hic et infra vetus Codicum atque Edd. lectio, ἐνδιδιμένα. Suam quisque sequutus Editionem, Salmasius in Solin. p. 208. habet ἐνδιδυμένα: ἐνδιδιμένα Spanhem. in Callim. p. 493, 495. qui recte mea quoque sententia frugum primitias intelligit spicarum fascibus illigatas. Valck.

[5. ἐπὶ τὸν Ἀδρίην] Monuit Danville, in Mem. de l'Acad. des Inscr. T. XXXV. p. 589. quo tempore boreales Europæ partes nondum satis cognitæ Græcis fuissent, etiam regiones supra mare Adriaticum sitas Hyperboreis solitas esse adtribui. S.]

6. πρώτους Δωδωναίους Ἑλλήνων δίκεσθαι] Callimachus Hymn. in Del. v. 284. gemina: diversa Pausanias lib. I. c. 31. ex ambitiosis Atheniensium narrationibus. Verum his inmorari intempestivum: Ezech. enim Spanhemius, Vir ill. et egregius, ad Poëtæ Cyrenæi versum molientibus plura otium dedit. Wess.

6. πρώτους Δωδωναίους] Quæ de Hyperboreis apud veteres legerat Eruditiss. Ez. Spanhemius, digesta protulit in Callim. p. 489. 493. et seqq. Quando de his canens sacris in Delum delatis Callimachus Hymn. in Del. v. 283 et seqq. solius pæne videtur Herodoti persequutus vestigia, unius adferam cum his collatos versus aliquot Callimachi. Sacra scribit Herod. πρώτους Δωδωναίους Ἑλλήνων δίκεσθαι. Callimachus, ἃ Δωδώνηθι Πελασγοὶ Τηλόθεν ἐκβαίνοντα (καταβαίνειν Herod.) πολὺ πρώτιστα δίχονται. Herod. ἀπὸ δὲ τουτέων καταβαίνειν ἐπὶ τὸν Μηλιᾶ κόλπον καὶ διακομιζέσθαι ἐς Εὔβοιαν. Callim. Δεύτερον ἱερὸν ἄσσυ καὶ οὔρια Μηλίδος αἴης Ἔρχονται· κεῖθεν δὲ διακλώσουσιν Ἀβάντων Εἰς ἀγαθὸν πεδίον Ληλάντιον. Sequentia Herodoti sic contraxit in pauca Callim. οὐδ' ἔτι μακρὸς Ὁ πλόος Εὐβοίηθεν· ἐπεὶ σίο γείτονες ὄρμοι. Tum duas memorat Noster puellas, quæ primæ sacra detulerint ex Hyperboreis in Delum, quibuscum illi velut virginum custodes miserint τῶν ἀστῶν ἄνδρας πέντε κομισούς. Callim. Πρῶταί τοι τάδ' ἔνεικαν ἀπὸ ξανθῶν Ἀριμασπῶν, —— Θυγατέρες Βορέαο, καὶ ἄρσενες οἱ τόθ' ἄριστοι Ἠϊθέων. Quod addit, οὐδ' οἵ γε παλιμπετὲς οἶκαδ' ἵκοντο, dixerat Herod. τοῖσι Ὑπερβορείοισι τοὺς ἀπεσταλμένους ὀπίσω οὐκ ἀπονοστέειν. Plura supersunt ex eodem fonte petita. Ceterum hujus ne honoris essent expertes, fabulam Athienses videntur commenti, quam nobis Pausan. narrat in Atticis p. 77. sacra ex Hyperboreis (per Scythas in urbem Sinopen, indeque) per Græcos ad Prasias fuisse perlata, φέρεσθαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιάς· Ἀθηναίους δὲ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας. Situm

autem pagum in Attices orientali latere pæne ex adversa Eubœæ liquet e Thucyd. VIII. c. 95. Valck. — Videndum vero, ne, quæ Pausanias narrat, non pugnent ea cum Herodoteis; sed pertineant ad id quod insequente tempore fieri solitum esse ipse Scriptor noster paulo post tradit, l. 17. ἐπὶ δὲ τοῖσι Τπιερβοείοισι, etc. S.

[9. τὸ δ' ἀπὸ ταύτης ἐκλιπεῖν Ἄνδρον] Vallæ Latina, ab hac vero reliquisse Andrum, tenuit Wess. cum superioribus Editoribus. Recte vero *Reiskius* monuit: "Præteritam esse Andrum "significat, neque sacra illuc delata: "sed recto itinere a Carysto ad Tenum "perlata, quamvis Andrus his urbibus "esset media interjecta." S.]

[13. τὰς ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Τπιερόχην τε, etc.] De pleonasmo verbi εἶναι supra dictum, ad I. 153, 17. p. 159. Similiter apud Platonem verbo ὀνομάζω sæpiuscule jungi alterum εἶναι, monuit Schneider ad Apolog. Socrat. quæ sub Xenophontis nomine fertur §. 13. S.]

21. τοὺς πλησιοχώρους ἱπισκήπτειν, κιλεύοντας] Sunt, quibus τοῖς πλησιοχώροις, siquidem ἱπισκήπτειν in Musis tertium sibi nectit casum, allubescit. Abreschius verborum ordinem struit, κιλεύοντας ἱπισκήπτειν τοὺς πλησιοχώρους προσίμασιν. Ἐπισκήπτειν Hesychio auctore esse προτρέπεσθαι: rogare itaque et monere, ut contermini sacra ulterius deducant. Certum est προσίμασιν σφίσι, videlicet ἱρὰ, de quibus proxime. Wess. — Miratus sum, nihil ad h. l. de constructione verbi ἱπισκήπτειν a Reiskio in Animadv. adnotatum reperiri. Consultius fortasse facturus eram, si vulgatam scripturam, utut suspectam, constanti tamen librorum consensu comprobatam, tenuissem. S.

25. τὰς Θρήσσας] Dederat Θρήσσας, uti Sophocles Antig. v. 595. Θρήσσαις πτοαῖς, et Valer. Flacc. II. 132. Carasque toris inducere Thressas. Aliorum Θρηκίας vel Θρηϊκίας firmare Θρηϊκίη τι Σάμος Homeri et Θρήικιος ξίνος Euripidis posset, si quæ necessitas. Wess.

27. ἰχούσας τὰ ἱρά] Mallem ex luculento Codicum judicio θυούσας τὰ ἱρά: siquidem, quidquid in contrarium disputatur, ἰχούσας τὰ ἱρὰ scriptoris sententia respuit. Wess. — At, quo pacto scripturam hanc respuat Scriptoris sententia, id quidem nullo pacto me perspicere profiteor. De ipsius verbi ἰχούσας h. l. significatu dubitari nonnihil potest. Quum sit notio verbi ἴχειν latissime patens, possit illud hic idem significare ac ἄγειν vel ἱπισιλεῖν, aut ἴρδειν: quam in partem *sacra faciunt* in versione posui. Sed rectius, puto, ἰχούσας τὰ ἱρὰ in eamdem fere sententiam intelligemus atque φερούσας τὰ ἱρὰ l. 13. nempe sacra manu tenentes et in pompa gestantes. Quam in partem haud incommode *Gronovius* ait: "Nempe non "secus ac Athenis in sacris nonnullis "Κανηφόραι, (Κανηφόροι virgines,) sic "apud Hyperboreos et Pæonas et Thra- "cas Καλαμηφόραι." — immo Καλαμηφόροι γυναῖκες. S.

Cap. XXXIV. 1. Τῆσι δὲ παρθένοισι ταύτῃσι] Atque adeo quas Delii vocabant Τπιερόχην et Λαοδίκην. Hic ab Herodoto secedunt Callimachus et Pausanias: hic quidem nupturas Deliorum puellas tradit comæ dedicasse primitias nobilioribus illis Hecaërgæ atque Opidi: collato Herod. c. 35. Pausaniæ locum in Att. p. 104. primus emendavit P. Leopard. Em. lib. X. c. 24. jam tum suspicatus apud Herod. restituendum nomen Ἑκαέργην: idem aliis postea venit in mentem, probatum in primis Spanhemio de his puellis more suo docte notanti p. 503 et 504. Duabus tertiam adjungens, (v. 292.) forsan ut versum impleret, Callimachus, his

istum honorem a Deliis canit virginibus attributum; pueros vero Deliorum primam dedicasse lanuginem juvenibus Hyperboreis, qui venerant olim puellarum comites: (v. 269 seqq.) Ἦτοι Δηλιάδες μὲν, ἔσ' ἰθηχὴς ὑμέναιος Ἥβης κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χαίτην Παρθενικῆς· παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων Ἄρσενες ὠθίσασιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν: venustos versus ita legendos e Cod. MS. docuit Clar. noster Ruhnken. in Epist. Crit. II. p. 35. (p. 163. ed. sec.) Valck.

3. πρὸ γάμου] Male Valla hæc verba inter vertendum (nam schedis ejus afuisse non puto) neglexit: adesse enim ea oportet. De Megarensium puellis Pausanias solere ad Iphinoës tumulum inferias πρωτοφόρια πρὸ γάμου καὶ ἀπάρχεσθαι τῶν τριχῶν, καθὰ καὶ τῇ Ἐκαέργῃ καὶ Ὥπιδι (sic optime Camerarius) αἱ Θυγατέρες ποτὲ ἀπεκείραντο αἱ Δηλίων, lib. I. c. 43. p. 104. Callimachus H. in Del. v. 296. illud ipsum requirit. Porro αἱ δὲ παῖδες (lin. 3.) redierunt, ne αἱ μὲν solitariæ starent. Wess.

Cap. XXXV. 1. καὶ τὴν Ἄργην] Bene inpetum Ἐκαέργην corrigentium repressit vir Celeb.; cui, si Λαοδίκης (lin. 4.) se probare potuisset nomen, amplior laus. Quanto equidem magis in his occupor, multa labantis humani ingenii et judicii argumenta animadverto. Supra c. 33. Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην integram et illibatam Florentiæ reliquerunt, et hic calami lapsus barbari quiddam cognomini Λαοδίκης adsperget? (Operarum errore Λαοδύκης est in nostra Var. Lect. (ed. S.) ubi Λαοδίκης debuerant.) Cur tandem? Omnia profecto, quæ de Hyperboreis prodita litteris, Græcam eorum sapiunt originem. Addo, Clementem Alexandr. Protrept. p. 39. Ὑπερόχην καὶ Λαοδίκην junxisse, et Ἄργην præoptatam esse ob consensionem tot manu exaratorum, ita et Ἄργης conciliter et ubique pingentium. Wess. — Ut in nomen Ἄργην vel Ἄργη consentiunt Herodotei libri omnes, sic apud Callimachum, Pausaniam aliosque, constanter Ἐκαέργη nominatur: unde H. Stephanus hanc scripturam ad Herodoti oram adnotavit, et sic apud Herodotum utique corrigendum cum P. Leopardo Spanhemius contendit. S.

2. κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους ἀνθρώπους περιοικίνας] Referri hoc ad τοὺς πομπεῖς, qui Deliis Perpherees, et Hyperochen et Laodicen debebit. Citius quidem Arge et Opis in Delum, sed in comitatu Apollinis et Dianæ, pervenerunt. Wess. — Miror satis-ne perceperim Viri doctissimi mentem. Videtur περιοικίνας illas intelligere Hyperochen et Laodicen: at Herodoti verba inspicienti haud obscurum videri debebat, περιοικίνας ad Argen et Opin referri. Deinde, ut κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτους ἀνθρώπους de comitibus accipiamus, et grammatica ratio (nam μετὰ τῶν αὐτῶν, etc. requireretur) et rerum expositarum nexus vetat. κατὰ τοὺς αὐτοὺς τούτ. ἀνθρ. vulgo cum Valla intelligunt eorumdem hominum ætate: quam etiam in sententiam *Larcher*, "dans le même siecle." At mihi planum atque perspicuum videbatur, hoc Herodotum dicere, Argen et Opin ex Hyperboreis Delum pervenisse, itinere *per eosdem populos* facto, per quos Hyperochen et Laodicen iter fecisse supra c. 33. scripserat. Cæterum tam in Græcis nostris, quam in Latinis, orationem commodius in hunc modum distinctam velim, καὶ τὴν Ἄργην καὶ τὴν Ὥπιν, Ἰούσας παρθένους, ἐξ Ὑπερβορέων κατὰ τοὺς αὐτοὺς, etc. Argen quoque atque Opin, virgines ex Hyperboreis itinere, etc. Nempe ἐξ Ὑπερβορέων ad περιοικίνας et ad ἱφικόσθαι refertur: Ἰούσας vero παρθένους ait illas, contra quam Hyperochen et Laodicem, quæ prolem jam ediderant. S.

4. τῇ Εἰλειθυίᾳ] Non obliviscor Hesychii Εἰληθυίας, neque Pausaniæ Εἰληθυίας, lib. II. 5. a viris doctis cupide mutatas. Manet in Callimacho H. in Del. v. 132. πάλαι μόνον Εἰλήθυιαν, forte similem in modum formandum, quo H. in Jov. v. 12. πιχερμίνον Εἰλειθυίης. Potuit in peregrinæ vocis origine sonus variare; passim tamen Homerus, Diodorus, Pausanias illi adstipulantur, cui primæ datæ. Quod autem Cl. Reiskius ἀντὶ ὠκυτοκίου (lin. 6.) ob accelleratum sive citum partum elegit, modo ὠκυτόκιον eo foret in usu, non spernerem. Belle novit, ὠκυτόκιον in medicamine ad maturandum partum sedem sibi vindicare, cui inconmodus hic locus. Wess.

10. Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος] Ne hoc quidem prætermisit Callim. Del. v. 304. Οἱ μὲν ὑπαιθέουσι νόμον Λυκίοιο γέροντος, Ὃν τοι ἀπὸ Ξάνθοιο θεοπρόπος ἤγαγεν Ὠλήν. De eodem mulier Delpha, quæ civibus hymnum condidit, Bœo apud Pausan. lib. X. (c. 5.) p. 810. Ὠλὴν δ' ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας, Πρῶτός τ' ἀρχαίων ἐπέων τεκτήνατ' ἀοιδάν. De hymnis Olenis egerunt ill. Spanhem. ad Call. p. 509. et I. A. Fabricius Bibl. Gr. lib. I. c. 17. Olene recentior Pamphus Atheniensibus τοὺς ἀρχαιοτάτους ὕμνους ἐποίησεν, Pausan. VII. p. 577. eidem sæpe laudatos, quos et suo seculo superstites a Daducho quodam Attico Pausanias accepisse se tradit legendos IX. p. 762. Sub Orphei nomine legit is hymnos, quos habemus superstites; atque in his merito versuum etiam miratur elegantiam. Valck.

12. καὶ ἀγιέροντας] Inprudenter ἐγιέροντας Th. Galeus. Ἀγιέρειν eorum est, qui stipem in speciem diis, reapse sibi, ut mos olim et nunc variis in locis, efflagitant. Herodotus, modo vitæ Homeri auctor fuerit, c. 33. ᾄδετο δὲ ταῦτα ἐν τῇ Σάμῳ —— ὅτε ἀγιέρειεν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Abarim Hyperboreum ἀγιέροντα, et τὸν ἀγιερθέντα ab illo χρυσὸν τῷ θεῷ representat Jamblichus Vit. Pyth. Sect. 91. et 141. Sed vide Cl. Ruhnkenium ad Timæi Λέξεις, p. 6. (p. 9 seqq. ed. sec.) Wess.

Cap. XXXVI. 3. οὐ λίγω, λίγων ὡς τὸν, etc.] Ita solet. Mox c. 43. ἴλιγι, φὰς τὰ, etc. et V. 36. ἴφη λίγων: tum ἴφησι ἐν τοῖσι λόγοισι λίγων, lib. VI. 137. Conjectura Dissertationis Herodoteæ ὡς τὸν ὀϊστὸς περιίφερει —— οὐδὲν σιτιόμενον nondum displicet: ratam enim fabula habet, Abarim exhibens sagitta circum omnem terram vectum, nihilque comedentem, ὀϊστῷ ἐποχούμενον, ποταμούς τε καὶ πηλάγη καὶ τὰ ἄβατα διαβαίνειν, in Jamblichi Vit. Pythag. c. 19. et 28. Himerius Biblioth. Photii, p. 1131. de eodem, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν ἦλθεν ὁ Σκύθης ὑπὲρ τοῦ βίλους ὀχούμενος. Obstat suspicioni Eustathius; favet, quod olim scire non poteram, Corn. de Pauw ὡς τοῦτον ὀϊστὸς, etc. legens. Wess. — At ipsum illud τὸν, pro αὐτὸν vel τοῦτον positum, ansam dedisse librariis videri debet, ut locum corrumperent, et ὀϊστὸς in ὀϊστὸν mutarent. S.

Ibid. λίγων, ὡς τὸν ὀϊστὸν] Videri posset λίγων e præcedenti voce repetitum; neque tamen Homerica me latent, quibus uti poterunt vulgatæ lectionis defensores. Vera mihi videtur Wesselingii correctio in Diss. Herod. posita, p. 34. ὡς τὸν ὀϊστὸς περιίφερει κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν οὐδὲν σιτιόμενον. Præter Jamblichum, insignem sane fabulatorem, de Vit. Pyth. Sect. 91. et 136. fabulam de Abari enarrat Celsus apud Origenem III. p. 129. vid. H. Vales. in notas Mauss. ad Harpocr. p. 206. Valck.

4. εἰ δέ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερώνυμοι ἄλλοι.] Nonnihil immutata, tanquam σόφισμα repellit ridet-

que Eratosthenes in Strabonis lib. I. p. 106 seq. (p. 61 seq. ed. Cas.) Valck. — Eratosthenes cavillo hæc sugillans apud Strab. lib. I. p. 106. notatur propterea a Casaubono. Si Ὑπερβόρεοι sint, quod Lycius Olen apud Pausaniam prodidit, οἱ ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦντες βορέαν; consecutio bene habebit. Strabo Hyperboreos τοὺς βορειοτάτους explicat, sive maxime boreales, non illi, quos Herodotus sibi proposuit. Wess. — Videtur "non illos" scribere voluisse Vir doctissimus. Nec tamen Strabonis illa interpretatio contraria esse videtur notioni quam de Hyperboreis informatam Herodotus habuerat. Cæterum apud eumdem Strab. l. c. pro vulgato λίγοι ἄν verissime γιλοίαν corrigendum monuit Tyrwhittus, vir longe præstantissimus, cujus præmaturum obitum etiam nunc, multos post annos, Græcæ lugent Musæ. S.

[6. στρεβλοῦς γράψαντες] Mox subjicit, ὠκεανόν τε ῥέοντα γράφουσι, et dein οὗ τίς ἐστι ἐς γραφήν: quibus locis cunctis γράφειν non tam de scribendo, quam de pingendo accipiendum haud incommode Gronov. monuit. Videtur tamen utraque simul notio hic obtinere: jam antiquitus enim et pingebant aut in ære exsculpebant tabulas geographicas, et scripto illas explicabant. Nos describendi verbo utramque simul notionem comprehendi posse putavimus. S.]

9. τετύνται ἴσην] Lege Gronovii, docte hæc illustrantis, observationes. De terræ figura Eratosthenes, hæc Nostri innuens, ὅτι σφαιροειδὴς ἡ σύμπασα, οὐκ ἀφ' ἑτέρου δὲ, in Strab. I. p. 83. (p. 48. D. ed. Cas.) ante quem non dissimilia Aristotel. Meteorol. II. 5. Quantum vero laboris et curæ nostro ævo doctissimi et sollertissimi homines subierint, ut terrarum orbi sua figura et nobis constaret, multa solidaque eruditione V. Cl. Jo. Lulofs, c. 1. Introductionis ad Natur. et Mathem. Orbis terræ conspectum persecutus est. Wess.

[9. τετύνται ἴσην) Πετύνται Gronovius idem ac τετύπωται valere existimavit, ut λιγέντων i. q. λιγέπτωσαν et similia: cujus rationem probans Wesselingius, ejusdem interpretationem in Notis propositam, Asiam quoque *faciant* Europæ parem, in Latina versione adoptavit. Mihi τετύνται nil aliud nisi genitivus participii absolute positus esse videbatur, ad superius γιλῶ referendus: rideo quum illi Asiam æqualem Europæ faciunt. S.

Cap. XXXVII. [1. Ἀσίην Πέρσαι οἰκέουσι] Quisquis et argumentum hujus et sequentis capitis attentius consideraverit, et loca contulerit ad quæ in Var. Lect. (ed. S.) provocavimus, hunc vix dubitaturum existimo, intercidisse in Musarum exemplis, quæ ad nos pervenerunt, primum verbum Ἀσίην, a quo initium suæ descriptionis trium terræ universæ partium fecisse Herodotum consentaneum est. Quin fortasse Ἀσίης τὸ μέσον Πέρσαι οἰκέουσι scripserat, aut aliquid tale. Certe, in hac Asiæ descriptione, a Perside veluti lineam ducit versus septemtrionem; quem tractum quatuor habitare populos ait, Persas, Medos, Saspires, Colchos: dein, primum, regiones ab occidente illius tractus sitas enumerat, cap. 38. et 39. tum vero c. 40. ad eas, quæ ab oriente sunt, progreditur, leviter quidem illas tangens, ac nonnisi Indiam, extremam versus orientem nominans, prætermissis interjectorum populorum nominibus. S.]

Cap. XXXVIII. 2. ἀπ' αὐτῆς] Præstaret ἀπ' αὐτέων, quod et Cl. Pavio in opinionem venit. Ἀπ' αὐτῆς spectare debebit Pontum, sive Mare Boreale, in quod Phasis evolvitur. Ab eo vero minime procedunt duæ ἀκταί, oræ sive peninsulæ, uti docte Is. Vossius ad Scylacem. (p. 6 seq. ed. Gron.) Persis, quæ orarum altera, a Mari Australi

quod et Erythræum, porrigebatur occidentem versus: a Phasi altera sumebat originem, terminata partim ad Sigeum Troicum, tum ad promontorium Triopium, omnem complexa minorem, quam vocamus, Asiam. Quæ clara cum sint in Scriptoris disputatione, propositum ἀπ' αὐτέων h. e. Θαλασσέων, aut, si mavis, Ἰδρίων, quæ proxime memorabantur, non carere videtur ratione. Wess.—Vereor ne minime ex Scriptoris mente interpretatus ista sit Vir præstantissimus. Ἐνθεῦτεν δή, *Inde* vero, ait Herodotus, id est, ab illo inde terrarum tractu, qui per mediam Asiam a meridie ad septemtrionem porrigitur, (conf. paullo ante ad c. 37, 1. notata) quæ est continens Asiæ terra ac veluti meditullium: inde, inquam, versus occidentem, excurrunt ἀπ' αὐτῆς, ab hac continente *Asia*, ἀκταὶ διφάσιαι, duæ oræ in mare porrectæ, duæ regiones ita in mare porrectæ ut earum major pars mari adluatur, adeoque duæ veluti peninsulæ. Harum una est Asia Minor, in boreali parte a Phasi, in australi a Phœnicia in Mare Mediterraneum excurrens. Altera ora, ac veluti peninsula, incipit a Perside, majorque ejus pars in australe sive Erythræum Mare excurrit, eoque circumluitur, minor quædam pars Mediterraneum Mare attingit. S.

6. ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνοῦ κόλπου] Priorem Asiæ Minoris ἀκτὴν orsus a Phasi et tractu fuit boreali: alterius initium ab austro Sinuque Myriandrico, porrectæ ad Triopium: hæc attendenti apertissima. (At non duas Asiæ Minoris ἀκτὰς memorat Herodotus: sed universam Minorem Asiam satis perspicue unam eandemque ἀκτὴν dicit.) Vossius tamen ad Scylac. p. 7. ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνῶν κόλπου, μίσχει τοῦ πρὸς Φοινίκην κυμένου nec discrepat multum Pavii disputatio. Fefellit utrumque sinus corruptum nomen. Sinus Mariandynus, cui Sangarius amnis miscetur, apud Plinium Nat. Hist. libr. VI. 1. pars erat Ponti Euxini, adeoque ad boream Asiæ, de qua sermo, ac nihil ad hanc descriptionem. Bene Stephanus Μυρίανδρος, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Φοινίκῃ. Additur τὸ κοντικὸν, Μυριανδρικὸς κόλπος, hinc fortasse, cum sanitas loco manebat, repetitum. Quod ex scripto reposui, ab integritate propius abest, quam Μαριανδύων Med.; Μυριανδρηνῶν Holstenii et Berkelii rem patefacit, non veram vocis scripturam. Wess. —Mariandynorum nomen, alibi passim ab Herodoto memoratum, decepit librarios; quorum alii longius, propius alii aberrarunt a vero, quod nos restituere auctori non dubitavimus. Myriandri urbis, ad Issicum sinum sitæ, (quem eumdem etiam Myriandricum sinum adpellatum fuisse consentaneum est) plures auctores fecere mentionem, Cellario laudati Geogr. Antiq. lib. III. c. 12. p. m. 409. In Latina versione nostra ferri poterit Myriandrio quod ibi legitur; sed ad Græci nominis normam Myriandrico scriptum voluerim. S.

[7. τείνει τὰ ἐς Θάλασσαν μίσχῳ, etc.] Versus mare tendit usque ad etc. Abundans ille τὰ articulus eodem modo positus est atque paullo ante, τὰ πρὸς νότου et τὰ πρὸς βορῆν. Quod mox ait, triginta illam terram populos habitare, horum plures sigillatim nominavit, lib. I. c. 28. S.]

Cap. XXXIX. [1. Ἡ δὲ δὴ ἰείρη: ac. ἀκτή. Vide paullo ante, ad c. 38, 2. Altera ac ora et ingenti veluti peninsula Asiæ, a Perside usque ad Phœnicen excurrente, quæ majori ex parte Mari Erythræo (id est, australi, c. 37, 2. et II. 158, 16.) cingitur, partim vero secundum nostrum (i. e. Mediterraneum) mare porrigitur, inter Persidem et Phœnicen tres regiones continentur, Assyria, quo nomine simul Babyloniam ab Herodoto comprehendi supra ad I. 102,

9. vidimus, Arabia, et Syria. Hæc ora, ait l. 3. seq. desinit in Sinum Arabicum; nempe interrupta est illo isthmo, qui Sinum Arabicum a Mediterraneo Mari sejungit. Addit autem (lin. 4.) οὐ λήγουσα εἰ μὴ νόμῳ. Valla, quasi λόγῳ pro νόμῳ legisset, ista verba cum sequentibus jungens, sic vertit: etsi non desineret, nisi ob id quod Darius e Nilo rivos in illum sinum induxit; ἀπροσδιονύσως omnino. Portus, νόμον quidem divisionem intelligens, tamen in eamdem fere cum Valla sententiam: cum (alioqui, seu naturali situ, in eum) non desinat, nisi divisione; id est, nisi propter illam divisionem quam Darius fecit, qua rivos ex Nilo in illum sinum deduxit. Aliter Gronovius: desinitque non desinens, nisi jure, in Sinum Arabicum, etc. cujus versionem intactam Wesselingius reliquit, nec vel ipse vel Valck. vel Reisk. quidquam ad hunc locum notavit. Mireris tamen omnino quodnam illud *jus* sit, quo ista ora in Arabicum Sinum desinat: magisque etiam Larcherum mireris, νόμον hic legem interpretari non dubitantem: "et aboutit, mais seulement *en vertu* d'une *loi*, au Golfe Arabique:" neque, quam qualemve *legem* hic intelligere debeamus, explicantem. Atqui, quid sit quod verbis istis significatum voluerit Herodotus, satis ipse interpretatus esse videtur. De *Asiæ* ora agitur: hanc revera non terminari in Sinu Arabico ait: nempe, quo loco Sinus Arabicus interjecto isthmo a Mari Mediterraneo sejungitur, ibi non desinit ora, sed pergit eadem ora ab altero Sinus Arabici latere, et circum universam Africam continuatur; ita ut Africa, verum si quæris, pars censeri debeat hujus ejusdem alterius oræ de qua agitur. In hunc quidem modum perspicue mentem suam ipse Scriptor noster cap. 41. explicare videtur. Itaque natura quidem, et re ipsa, non desinit illa ora in Sinu Arabico, sed νόμῳ desinit, id est, ex usu recepto, opinione, et usu loquendi, quo Asiam in isthmo illo terminari vulgo intelligimus dicimusque, atque inde Africæ esse initium statuimus, quæ tertia orbis terrarum pars vulgo haberi solet. Quare νόμῳ eadem fere notione hic accipi debebit atque in illo pseudophilosophorum nonnullorum dicto, honestum nihil φύσει esse, sed νόμῳ; valebitque νόμῳ idem ac τῷ νενομισμένῳ apud Nostrum II. 17, 6. IV. 45, 25. (Conf. Heindorf ad Plat. Phædr. c. 13. p. 231. e.) De fossa, quam Darius e Nilo in Arabicum Sinum duxit, dictum est lib. II. c. 158. cujus fossæ h. l. nonnisi obiter mentionem facit Scriptor; puto, quo clarius significet quem nam Sinum Arabicum hic dicat; quandoquidem alter sinus, qui Persicus vulgo nominatur, perinde etiam Arabicus Sinus dici potuerit. S.

Cap. XL. 1. καὶ Σασιρέων] Passim in libris Σάσιρες. Apollonii Rhod. II. 397. et Stephani Byz. Σάσιρις nomine conveniunt, situs aliquantum discrepat. (Mireris vero, in eodem argumento paulo ante (cap. 37, 4.) Σάσιρις et Σασιρίων, præferentem Wess. et nunc Σασιρίων tenentem. Conf. I. 104, 4. et Var. Lect. (ed. S.) ad I. 110. 11.) In omni autem hac Herodotea disquisitione Ἐρυθρὴ θάλασσα varia est notione: modo Oceano Australi, nunc Sinui Persico aut etiam Arabico pro vario regionum habitu convenit: neque inconsulte, cum sinus ambo mari isti jungantur et ejus sint divergia et partes. Qui maritimam superioris Asiæ Arabiæque oram bene callent, non adhærescent. Wess.—Ἐρυθρὴν θάλασσαν universum mare vocat Noster quod Asiæ a meridie est cum duobus sinubus, Persico et Arabico. Vide supra, ad c. 39, l. S.

4. Ἀρξάμενος ποταμοῦ, ἵνα περὶ θάλασ-

ἀνίσχοντα] Incredibile est quo pacto Vallæ versionem, qui contra solem orientem fluit, absque notatione intactam relinquere doctissimi Viri potuerint: quos etiam Larcherus secutus, "qui prend son cours vers le soleil levant," scribit. Herodoti hunc Araxen ab oriente in Caspium Mare influere, adeoque non contra solem fluere orientem, vel ex hoc ipso loco intelligi potuerat. Cæterum vide quæ de Herodoti hoc Araxe, qui aliis Iaxartes est, ad I. 202, 15. monuimus. S.]

Cap. XLI. [1. Ἡ δὲ Λιβύη ἐν τῇ ἀκτῇ ἰσθμός ἐστι.] Vide ad cap. 39, 1 et seqq. notata. S.]

3. ἡ ἀκτὴ αὕτη στενή ἐστι] Vitio humani ingenii contingit, ut omnibus eadem raro placeant. Spectantur res diversis modis et variante animi inclinatione. Mihi, quod rediit, verissimum, alii aliud. Sequitur continuo, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ στενοῦ τούτου: ubi vero illud, verum ni fuerit vulgatum? Supra lib. II. c. 158. de eopse isthmo, τῇ ἐλαχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης ὑπερβῆναι ἐς τὴν νοτίην, quod brevissimum et maxime compendiarium spatium, plane uti hic, stadiorum mille. Non excito Plinium lib. II. 68. quo hanc ipsam in rem usus est Is. Casaubonus ad Strabon. I. p. 114. (p. 65. ed. Cas.) neque dissimulo Mediceum αὕτη ἐστὶ ἡ ἐστι, jam est, qua est, nihil coloris ducere posse e c. 50. hujus libri. Verum propere hinc discedo. Wess.

Cap. XLII. [3. μήκεϊ μὲν γὰρ παρ' ἀμφοτέρας παρήκει ἡ Εὐρώπη] Parum adcurate *Larcher*: "en sa longueur elle surpasse les deux autres parties:" et sic iterum c. 45. Debuerat; "en sa longueur elle s'étend le long des deux autres." Nempe quidquid terrarum ultra Caspium Mare et Araxem fluvium est, quam nos septemtrionalem Asiam nominare consuevimus, id ex Herodoti ratione Europæ accensebatur. conf. c. 40, 3 seq. Quod adjicit, οὔρεος δὲ πέρι οὐδὲν συμβαλέειν ἀξίην φαίνεταί μοι εἶναι, Reizius, in argumento hujus capitis, ne *conjicere* quidem licet. At conjicere, est συμβάλλεσθαι verbo medio: sententia Scriptoris videtur esse, ne dignam quidem judico quæ cum Asia atque Africa conferatur. Cæterum συμβαλλέειν fortasse, præsenti tempore, scripserat auctor: sicuti συμβαλλιόμενος, I. 68, 15. et 20. et alibi, a Ionico themate συμβαλλίω. S.]

5. δηλοῖ ἑωυτὴν] Mirum ni scripserit, more veterum suoque, Λιβύη μὲν γὰρ δηλοῖ ἑοῦσα περίῤῥυτος: id est ἑαυτὴν οὖσαν. In eundem sensum infra capienda ista: (in fine hujus cap.) αὕτη ἐγνώσθη τὸ πρῶτον, nempe περίῤῥυτος ἑοῦσα. Δηλοῦν hac adhibetur structura Sophocli, Aj. v. 471. δηλώσω — γιγὼς. Antig. v. 20. Τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος. Ἐδήλωσι τῶν νόμων καταφρονῶν Alcibiades, Andocidi, p. 30, 44. ἐδήλωσαν οὐ θελήσαντες, Pausan. III. p. 216. δῆλον ἑωυτὸν ποιήσαν ὑπεραχθεσθέντες, Herodot. VI. 21. Valck.—Pronomen ἑωυτὴν communi consensu tuentur libri omnes; nec, cur sollicitetur, satis caussæ subest: immo vero, quando in tali dictione abest pronomen, fuerit illud ad sententiam subintelligendum. S.

9. Φοίνικας ἄνδρας] Phœnices, ubi maritimam Syriæ oram occuparant, ναυτιλίῃσι μακρῇσι ἑωυτοὺς ἐπιθέσθαι scripsit lib. I. c. 1. An statim ex Sinu Arabico, unde digressi erant, in Oceanum Australem et Atlanticum, merito dubitatur. Quam vero Salomoni, Judæorum regi, in nobili navigatione ex eo sinu operam præstiterant I. Reg. IX. 27. eandem aliis et regi Ægyptio addixerunt, usu maritimæ peregrinationis exercitati. His ergo debetur et regi Neconi Africa primum circumnavigata; quam multis post seculis Lusitani diversiore progressu feli-

citer cognoverunt mari ferme circumfluam. Wess.

Cap. XLIII. 1. Καρχηδόνιοί εἰσι οἱ λέγοντες] Ex hariolatione Cl. Pauw οἱ πλέοντες: Carthaginienses enim similibus defunctos navigationibus tentasse oras Africæ, Atlantico Mari adspersas: de Sataspe nihil eos novisse. Quæ docti viri conjectura habet, quo se commendet. Aliud Nic. Abramus, Phari Vet. Test. lib. III. p. 92. μετὰ δὲ Καρχηδόνιοί εἰσι, etc. sine commate legens vertensque postea quidem Carthaginienses, ut quidem ipsi dicunt: præstitisse nimirum se, quod Sataspes navigando haud absolverat. Quæ verbis istis indicari, dubito vehementer. Hannonem a Gadibus ad fines Arabiæ circumvectum Plinius tradit, lib. II. 67. an ante Herodoti ætatem, necdum certum. Et quid inpedit, cur Pœni inaudire de frustraneo Sataspis conatu nihil potuerint, Xerxi fœderibus juncti, et mercandi studio ad omnia, uti solent, circumspecti? Sæpe præterea narrationes Carthaginiensium advocantur in Libyæ rebus c. 195. 196. Wess.—Post λέγοντες Vir doctissimus cum superioribus Editoribus nonnisi levissime incidens orationem, ab auctoris mente aberravit: et, quod mirari subiit, absurdam Gronovii versionem, Secundo loco (Carthaginienses sunt qui dicunt) postquam Sataspes — Africam non circumnavigavit, etc. verbotenus repræsentavit. Nec vero melior Vallæ erat interpretatio. Reizius, interposita post λέγοντες paullo fortiore distinctione, omnia plana reddidit. Sententia eadem, quam Pavius, referente Wesselingio, proposuerat; sed nulla in verbis novatione opus est. Postquam dixit, οὕτω μὲν αὕτη ἐγνώσθη τὸ πρῶτον, nempe περίῤῥυτος ἐοῦσα, (conf. Valck. ad c. 42, 4.) in hunc modum pergit: Μετὰ δὲ, Postea (post illam Phœnicum navigationem) Carthaginienses dicunt; scilicet, cognovisse se circumfluam esse Africam: nam (hoc suo nomine, non Carthaginiensium verbis, adjicit Herodotus) Sataspes quidem non circumnavigavit Africam, ad hoc licet missus. S.

15. τῷ οὔνομα Σολόεις] Sic scripserat lib. II. 32. Σολόεντα ἄκρην aut Λιβυκὴν ἀκρωτήριον Hanno et Scylax in Periplis, πύραστον Σολόεντα Crinagoras in Epigrammate, de quo D'Orvillius ad Charitonem, p. 424. et Reiskius in Anthol. p. 188. (Analect. Brunck. T. II. p. 145. num. XXI.) Ceterum memoria Posidonium decepit, ex Herodoto, a Dario missos περιπλῶσαι τὸν περίπλουν Africæ, asseverantem in Strabon. lib. II. p. 155. (p. 98. ed. Cas.) Tale hic nihil. Wess.

9. ἀπικόμενος παρὰ βασιλέα] Ἐς βασιλέα quod nobis e MS. Galeus obtulit, si dant plures, fortasse tanquam rarius probandum videretur; ἐς aliquoties adhibuit in talibus Herod. Ut verum tamen fatear, ne loci quidem unius recordor, in quo legatur ἀφικέσθαι ἐς τινὰ, cui plurima sunt ad manum, in quibus ἐλθεῖν et εἰσελθεῖν ἐς τινά. (conf. Reiz. de Prosod. p. 11. et 56 seq. ed. Wolf.) Paulo post (lin. 21.) duabus fortasse literis repetitis scribi commode posset; οἵ, ὅκως ὧς σφιας καταγοίατο τῇ νηῒ, φεύγεσκον πρὸς τὰ οὔρεα. (At novationem nec res postulat, et MSS. recusant.) Deinceps (lin. 23.) quia σίνεσθαι etiam frequentatur Herodoto, σίνειν non adhibetur ab antiquis, veram pæne lectionem conjectando fueram adsequutus, corrigens, αὐτοὶ δὲ ἀδικέειν οὐδὲν ἰσχύοντες, memor Herod. V. c. 74. ἰσόνομοι ἰσχύοντες χώρους τῆς Ἀττικῆς. Itaque lætus excepi quam Diss. Herod. p. 167. subministravit Codicum lectionem, ἰσχύοντες, πρόβατα δὲ μοῦνα: hoc aptius respondet ad πόλιας: χώρας ἰσχλθεῖν et ἰσχύειν χώρους adhibentur. Valck.

22. ἀδικέειν οὐδὲν ἰσιόντες, πρόβατα, etc.] Multum meo judicio ex membranis potius, ἀδικέειν οὐδὲν ἰσιόντες, πρόβατα δὲ μοῦνα: ipsos urbes ingressos nihil injuriosum patrasse, pecora duntaxat inde accepisse. Plenior ita oratio, superfluo et insueto σίνεσθαι in posterum caritura. Utcunque ea super codicum lectione statuetur, non recusabitur iisdem e schedis (lin. 24.) αἴτιον τόδε ἔλεγε, caussam hanc dicebat Sataspes; hujus enim ad regem sermo. Caussam, quam Xerxi non probavit, dederunt venti, ex oriente ad constitutum isthic flantes, et navis præpedientes cursum ex probabili Marshami et Palmerii sententia. Wess.

24. αἴτιον τόδε ἐλέγετο] Hanc caussam afferebat, Valla: legit itaque αἴτιον τόδε ἔλεγε, nempe Sataspes. Sequens τὸ peperisse potuit ἐλέγετο. In proximis (lin. 26.) pro Ξέρξης δέ οἱ οὐ συγγινώσεσθαι, collatis Vallæ Latinis, hunc Xerxes negans locutum vera, Jo. le Febvre suspicabatur scribendum, Ξέρξης δὲ ὃν (pro αὐτὸν vel ἐκεῖνον) οὐ συγγινώσεσθαι λέγειν ἀληθέα: in juvene præsertim hujus seculi Gallo conatum laudo: οἱ minus in his commodum esse fatendum etiam illi, cui Herodoteus est exploratus usus verbi: συγγινώσεις ἀδικῆσαι, συγγινώσεις ποιέειν σε δίκαια, et similia, dantur apud hunc plurima; a quibus illud distat lib. V. c. 91. συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς: in quibus etiam scribi potuisset οὐ ποιήσαντες ὀρθῶς, sub qua duplici structura idem significans adhibetur συνειδέναι. Diphili versus est: Συνειδέναι αὑτῷ φαῦλα διαπεφαγμένῳ. Quinctilian. Inst. Or. III. 6. Non sustineo esse conscius mihi dissimulanti. Sophocles: Ἦ δεινὸν ἆρ' ἦν, ἐνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν Αὑτῷ συνειδῇ. Herodoteo verbo Lysias, p. 164. συνίγνωκεν αὐτοῖ σφισιν ὡς ἐδικηκόσι. Valck. — At nec male dicitur quoque συγγινώσκειν τινί, adsentiri alteri. Sic quidem VII. 12, 10. συγγνωσόμενός τοι, qui tibi adsensurus est: qua ex notione fluxit illa ignoscendi. S.

31. ἰκὼν ἐπιλήσομαι] Arch. codex ἐπιλάσομαι, quod non deterius: in re simili, cujus auctoris mentio posteris minus fuisset honorifica, considerate Herod. I. 51. τῶν τις Δελφῶν, —— τοῦ ἐπιστάμενος τὸ οὔνομα οὐκ ἐπιμνήσομαι. Lib. II. c. 123. τῶν (Græcorum) ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω. Similiter in sacris arcano silentio tegendis Pausan. II. p. 117. τὸν δὲ λόγον ἐπιστάμενος οὐ γράφω. lib. I. p. 71. λεγόμενον καὶ ἄλλον λόγον εἰδὼς ὑπερβήσομαι. Valck. — Ut hic, similiter III. 75, 4. ἰκὼν ἐπιλήθετο: et τῶν ἐντολίων μεμνημένος ἐπιλαθάνετο, III. 147, 5. Absurdum ταυτίσχι, quod pro κατίσχι in nostrum se insinuavit exemplum, æquus facile corrigit Lector. S.

Cap. XLIV. [5. Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα] Superest hodieque *Scylacis Caryandensis* Περίπλους τῆς Θαλάσσης τῆς οἰκουμένης Εὐρώπης, καὶ Ἀσίης καὶ Λιβύης: quod opus quidem juniori cuidam Scylaci Vossius et Dodwellus tribuunt; sed eidem prisco itineratori, quem Herodotus hic nominat, post Fabricium Biblioth. Græc. lib. IV. c. 2. sect. 6. merito (ut videtur) vindicavit doctissimus *De Sainte-Croix* singulari commentatione in Actis Acad. Inscript. T. XLII. p. 350. et seqq. inserta. S.

6. ἐς Καστατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς] Vitiosum Arch. Καστακύρου accedit quodammodo ad Hecatæi ap. Steph. Καστάκυρος. (In scripturam Καστατ. apud Nostrum III. 102, 1. consentiebant libri omnes.) Situs urbis et regionis Pactyicæ certo non potest finiri. Hecatæi πόλις erat Γανδαρική. Gandarii in extimis Persarum locantur finibus, contermini Sogdis Bactriisque, lib. III. 91. VII. 66. Quorum si Caspatyrus fuit, ab Indo, sicuti hic innuitur, afuisse non videtur. Excusari certe H. Dodwellus ne-

quit, urbem Gangi adponens, ipsumque Herodoti Indum Dissert. de Scylace c. 1. et Gangem confundens. Amnium enim solus Indus præter Nilum, ex priscorum sententia, crocodilos alebat: sic Noster, et, quem in examine Dissert. Dodwelli optime Jac. Gronovius excitavit, Arrianus Ἀναβ. lib. VI. 1. cui testis accedere opportunus poterit Pausanias IV. 30. Jure propterea Gronovius pro Indo consistit. Nam Th. Hyde divinatio in Argumento c. 23. Relig. Veter. Persar. κατὰ πόταμὸν, quo secundo Scylax et comites in mare devenerunt, Hydaspem signare, in Zaradrum influentem, qui se Indo, cujus ostia erant exploranda, miscet, dubiæ admodum et fallacis est fidei. Wess.—De *Caspatyro* urbe et *Pactyica* regione consuli digna, sunt quæ commode collegit disputavitque *Larcher* in Indice Geographico ad Herod. p. 102. et 401 seqq. ubi Rennelli etiam Viri clariss. examinavit sententiam. *Heeren* in opere sæpius laudato T. I. p. 389. et 405. urbem regionemque Cabul intelligit, Persiæ finitimam; quem vero Indum fluvium hic nominat Herodotus, Gureum intelligit (hodie Kameh) ab occidente in Indum proprie nominatum influentem. S.

13—15. οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης, etc.] Receptum antea οὗτος tueri se nequit: scbedæ melius. Sequentia habent quid scabri, et varie tentantur. Prætuli ex Codicibus ὅμοια παρεχομένη, videlicet Ἀσίη. Non quidem συντάξιως procedit ordo, cujus in hoc et aliis veterum ratio non semper ducitur: utut est, puto de scabritie non nihil deminutum. Majoris momenti conjectura Ampl. est Bouherii, fini hujus periodi conplura ex sæcuturis (cap. 45. lin. 6 seqq.) nectentis, hunc in modum, ὅμοια παρεχομένη τῇ Λιβύῃ· καὶ οὐρίσματα αὐτῇ Νεῖλός τε ὁ Αἰγύπτιος —— τὰ Κιμμέρια λίγουσι. De Asia hæc, quod verissimum, cuncta scribi: ubi nunc sunt, orationis nexum scindere et turbare, cui, istis in hunc locum migrantibus, apta copulatio et adhæsio. Mihi, tametsi Procopii ævo eadem, quæ in MSS. et editis, series, inventum non videtur inconcinnum. Vide Bouher. Diss. Herodot. c. 18. p. 119. Wess. — Copiosius de hoc loco, et de ista præsertim scriptura παρεχομένη, in Var. Lect. (ed. S.) disputavi; ubi in hoc ipso, quod codicum nonnullorum auctoritate a Wess. vulgatum est, adquievi. Et παρεχομένην quidem, quod olim vulgabatur, nullis utique machinis defendi potest: verum tamen illud ipsum etiam παρεχομένη, ad τὰ τῆς Ἀσίης relatum, nimis durum et insolens debet videri. Ac ne παρεχόμενα quidem, si vel maxime codex aliquis hoc daret, satis placere posset: agitur enim hic non tam de rebus quas quæque terra exhibet aut præfert, quam de terrarum circuitu, et quousque quæque porrigatur; nec ex professo commemoravit Scriptor res quas Asia pariter atque Libya gignet, nisi quod obiter crocodilorum mentionem fecit, quos Indum pariter atque Nilum alere dixit. Quare iterum iterumque relegenti mihi hunc locum perquam probabile videtur, sic scriptum oportuisse: οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης, πλὴν —— ἀνίσχοντα, τὰ ἄλλα ἀνύρηται ὁμοίά πῃ ἐχομένη τῇ Λιβύῃ: ita Asiæ—— reliqua explorata sunt, *pariter certe* atque *contigua* Libya. Nam, quod jam antea monuerat, (c. 39, 5. et 42, 6.) contiguam esse Asiæ Libyam, id statim c. 45, 5. iterum urget, unam esse continuam terram; itaque nil caussæ fuisse, cur tres, veluti distinctæ et a se invicem sejunctæ, terræ statuerentur. Qua notione παρεχομένη τῇ Λιβύῃ Reizius scripserit, non habeo dicere. Quod autem ad ista verba (c. 45, 6 seqq.) adtinet, καὶ οὐρίσματα αὐτῇ, etc. quæ cum extremis hujus capitis juncta Buherius voluit; istud αὐτῇ non ad Asiam refertur, sed

ad universam terram, quæ quum una atque continua sit, (γῆ μία ἰοῦσα) mirum sibi videri ait Herodotus, cur tribus nominibus illa distinguatur, quasi tres essent terræ, Nilo et Phasi aut Tanai fluviis disterminatæ; videturque hoc significare: quum tres, quæ vulgo nominantur terræ partes, non sint interjecto mari usquequaque a se invicem sejunctæ, debebat una continens universa terra censeri; sin majorum quorumdam fluminum cursus satis caussæ est cur terra in partes divisa statuatur, multo plures quam tres partes fuisse numerandas. S.

Cap. XLV. [3. Quod ait, μήκεϊ — παρ' ἀμφοτέρας παρήκουσα, conf. c. 42, 8. ibique not. Tum de his, quæ proxime insequuntur, μιῇ ἰούσῃ γῇ, etc. vide modo ad c. 44, 13—15. notata. S.]

7. Ταναΐν ποταμὸν τὸν Μαιήτην] Tanain Mæëtam explicant ut Phasin Colchum, quod ex hoc Mæotarum tractu labatur. At discrepat caussa; Tanais influit in Mæotin paludem, longe supra eam lacu erumpens. Fuit olim, quæ ejusdem Bouherii suspicio, τὴν Μαιῆτιν, seu verius καὶ τὴν Μαιῆτιν. Vallæ Latina huc vergunt, et liquidissime (quod vir Ampl. non vidit) Procopius Bell. Goth. lib. IV. 6. Herodotea exscribens, οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν, καὶ Μαιῶτιν καὶ Πορθμ. Qui cum Μαιῶτιν adpellat, suo utitur more, ut Ionico Noster. Vide c. 20. Wess. — Potuit suo arbitratu Procopius, sicut et Valla, Mæotidem paludem hic intelligere. At, quum in τὸν Μαιήτην consentiant libri, nihil profecto impedit quo minus intelligamus Mæoticum fluvium hic dici Tanaim, (i. e. qui per Mæotarum fines decurrit) quemadmodum Νεῖλος ὁ Αἰγύπτιος nominatur, et Φᾶσις ὁ Κόλχος. S.

8. Πορθμῖία τὰ Κιμμέρια] De Porthmiis Cimmeriis vide supra c. 12. Wess.

9. ἐπὶ Λιβύης —— γυναικὸς αὐτόχθονος] Jovis ex Epapho neptis Isocrati Laud. Busir. p. 223. Mox (lin. 12.) Eustath. ἀπὸ τῆς Προμηθ. μητρός: cui in Asia, Promethei matre, Apollodorus Bibl. I. 2, 3. et Schol. Apollonii Rh. I. 444. adstipulantur. Herodoti alia sententia, qua et in Stephani Byz. Ἀσία. Est Eustathius in his paullo audacior, etiam (lin. 14.) ἐπὶ Ἀσίῳ, τοῦ Ἄτυος, (pro Κότυος, quod habet Herodot.) Fuit Manis filius Atys I. 94. quem præter et Cotyn genuit, indice Etymol. in Ἀσίη, et, cujus auctoritas excellentior, Dionysio Halic. lib. I. Ant. R. p. 21. Vide H. Vales. ad Nicol. Damasc. p. 68. Utique inprudenter in Eustathii partes Ampl. Bouherius Diss. Herod. c. 5. transiit. Wess.

14. ἐπὶ Ἀσίῳ, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω] Non alibi Κότυος fit apud Herod. mentio; quod nomen, in antiqua Ed. Vallæ versionis omissum, primo quidem adspectu potius videtur Thracicum: Ἄτυς certo nomen est Lydiacum; præter Regem, sic Crœsi filium nominat Herod. et patrem ditissimi illius Pythii, tempore Xerxis nobilitati. Accedit ad hæc, Lydiaca narrantem Herodotum lib. I. c. 94. (non sanequam ex Xantho Lydo, quod Galeus putabat; quippe qui οὔτε Τυῤῥηνὸν ὠνόμακεν οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς, δυνάστην Λυδῶν, οὔτε ἀποικίαν Μῃόνων εἰς Ἰταλίαν κατασχοῦσαν ἱστόρηται, teste Dionys. Halic. Ant. Rom. I. p. 22, 15.) Herodotum, inquam, non ut hic Mani filium dare Κότυν, sed Ἄτυν: ἐπὶ Ἄτυος, τοῦ Μάνεω, βασιλῆος. Tandem Ἀσίῳ, τοῦ Ἄτυος, hic legisse videtur Eustathius; cujus ista extant ad Dionysii Perieg. v. 270. Ἡρόδοτος δέ φησι τὰ τρία τῆς γῆς τμήματα ἐπωνυμίας ἴσχειν γυναικῶν. —— Ἀνακρέων δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ἀπὸ Ἀσίωος τοῦ Ἄτυος καλεῖσθαί φησιν αὐτήν· ἀφ' οὗ καὶ ἐν Σάρδεσι φυλή τις καλεῖται Ἀσία; imo καλεῖται Ἀσιάς: sunt enim et postrema Herodoteis vicina: ἀπό τινα καὶ τὴν ἐν Σάρδεσι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα. Hoc minime cunc-

tanter statuo, in his Eustathianis nomina Herodoti et Lycophronis esse transponenda: Herodotea sunt, quæ tribuuntur Lycophroni; quæ Herodoto, sunt sine dubio Lycophronis, quodque bene observavit accuratissimus Editor Ed. Twaites, ab ipso Eustathio huic, velut auctori, contributa ad v. 620. ubi legitur etiam ἀπὸ Ἀσίου, τοῦ Ἄτυος. Tandem pro Ἀσίωος scribendum ut apud Herod. Ἀσίω. Forma vulgari dare quoque potuerat Ἀσίω: Asias enim, Ἀσίας, Ἀσίου, Ionice flectitur Ἀσίης, Ἀσίῳ. Atque ob has forte rationes videri posset hoc in loco Herodoti nomen Κότυος in illud Ἄτυος convertendum. Ille tamen ego, qui toties in Herodoto levioribus de caussis forte suspicax perhibebor et novator, hic nihil novandum judico servandumque Κότυος nomen. Primum Asian Cotyis filium dictum veteribus legerat Eustath. in Iliad. β'. p. 192, 51. τὸν μὲν Ἀσίαν Κότυος ἱστοροῦσιν υἱόν. Deinde multo plus habet ponderis auctoritas Dionysii Halic. Ant. Rom. I. p. 21. scribentis, Τυρρηνὸν dici quintum a Jove; Jovis enim filium Manen primum istius fuisse regionis Regem: τούτου δὲ γενναθῆναι Κότυν· τῷ δὲ Κότυϊ δύο γενέσθαι παῖδας Ἀσίην καὶ Ἄτυν· ἐκ δὲ Ἄτυος Λυδὸν φῦναι καὶ Τυρρηνὸν, quorum hic cum colonis in Italiam abierit; ille manserit regni paterni hæres: de Atyë, hujusque duobus filiis Lydo Tyrrhenoque paria scribit Strabo V. p. 335. c. (p. 219. ed Cas.) Utrumque dedit et Atyi filium Herodotus; solum quidem memorans duntaxat Τυρσηνὸν, I. 94. sed et meminit Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος, I. 7. VII. 74. a quo Mæones traxerint Lydorum nomen. Xanthus Lydus, cui credendum potius in rebus patriis, quam Græcis recentioribus, Tyrrhenum prorsus ignorans, Ἄτυος παῖδας γενέσθαι λέγει Λυδὸν καὶ Τόρρηβον. Ut regionibus urbibusque dare possent conditores, nomina Græci plurima sunt commenti. Valck. — Confer Creuzeri Fragm. Veterum Historicor. p. 153 seq. S.

15. ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Προμηθίος Ἀσίης] Ista quidem verba, si sunt, ut esse videbuntur, Herodoti, signis saltem tanquam παρενθήκη sunt a vicinis separanda. Hæc sola si dedisset, per Asiam Promethei, filiam, uxorem, an matrem intellexisset, maneret incertum; sed paulo superius uxorem dixit Promethei, quam cum aliis matrem habuit Lycophron, Cass. v. 1412. Οὐ μὰν ὑπεῖξε γ' ἡ Προμηθίως τοκάς. Schol. ἡ Ἀσία· Ἀσίας γὰρ καὶ Ἰαπετοῦ Προμηθεὺς καὶ Ἐπιμηθεύς. vid. Doctiss. Twaites ad Eustath. l. c. et ad v. 620. Valck.

19. ἀπὸ τῆς Τυρίης] Hoc verius ob lib. I. 2. et MSS. decretum. Non nego Syriam potuisse Europam dici. Quæritur de Herodoti manu, cujus prudens de matronæ nomine observatio. Notæ sunt conjecturæ S. Bocharti, super Libyæ, Asiæ et Europæ titulis ex Phœnicum lingua elegantes, lib. IV. Chanaan. c. 33. Wess.

Cap. XLVI. 4. ἔχομεν προβαλίσθαι] Nulla hic conparatio: (nempe comparare in vers. Lat. posuit Gronovius: rectius Valla, proferre.) negat se habere hujus oræ nationem, quam producat et in medio collocet: id προβαλίσθαι, quo modo manu exarati libri, e quibus si qui velint ἄνδρα λόγιμον οἶδεμεν λεγόμενον, non obluctabor. Nihil in Codicibus magis obvium, quam λόγιμον et λόγιον, λεγόμενον ac γενόμενον convertere, sicuti lib. II. 5. et IV. 13. (sed bene habet vulgatum.) De Scytharum sapientia multi nimis præclare: σοφίη prudens est sollertia, qualis lib. III. 127., qua semet bello temere lacessentes, veluti Cyrum, inpunitos haud dimittebant; quaque, si nolint inveniri, deprehendi nequeant, quo Dario usu venit, Alio-

qui barbari moribus omnique disciplina; bene Noster, τὰ μὲν τοι ἄλλα οὐκ ἄγαμαι. Wess.

5. πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους] Olim vocula mihi πάρεξ sic visa fuerat transponenda, ut legeretur: οὔτε ἄνδρα λόγιμον οἴδαμεν γινόμενον ἐκ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος πάρεξ Ἀναχάρσιος. Quum vero consideratius ad vulgata hæc exigerem Eustathii ad Dionys. v. 669., ex Herodoto narrantis ὅτι ὁ Εὔξεινος παρέχεται ἔθνη ἀμαθέστατα, καὶ ἐξ οὐδενὸς τῶν ἐντὸς τοῦ Πόντου ἀνὴρ ἐλλόγιμος λέγεται, πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ, ἔθνεν ὁ Ἀνάχαρσις, cœpi animadvertere nihil in istis esse quod mutari deberet. Si scripsisset, πάρεξ Ἀναχάρσιος, καὶ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους, figura hic obtineret, quam Χιασμὸν vocant Grammatici, multis explicitam Eustathio ad Hom. Iliad. γ'. 108. Οἵεσσι δ' ἄρ', ἕστερον λευκὸν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν, Γῇ τε καὶ ἠελίῳ. Ista nativam haberent perspicuitatem sic scripta: οἵεσσι ἄρνι δύο, λευκὸν καὶ μέλαιναν, Ἠελίῳ καὶ Γῇ, ut sua sibi singula subjiciantur velut ἐν τετραγώνῳ καταγραφῇ. Ad hanc normam Herod. hic primum duo ponit diversa; prius, οὔτε γὰρ ἔθνος τῶν ἐντὸς τοῦ Πόντου οὐδὲν ἴχομεν προβαλέσθαι (sic MSS.) σοφίης πέρι: alterum, οὔτε ἄνδρα λόγιμον οἴδαμεν λεγόμενον. Tum duo diversa sequuntur: prioris membri hæc est exceptio, πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος: hæc, alterius, πάρεξ Ἀναχάρσιος. Sunt mihi similes ad manum aliorum structuræ. Ceterum his Herodoti vexandis occasionem arripuerunt viri Docti ex Ep. Pauli ad Coloss. 3, 11. Primus, credo, Salmasius abusus est in Ossil. Ling. Hellen. p. 359., cui se primus opposuit, amicus et admirator viri maximi, Alex. Morus in notis ad Nov. Fœd. p. 231. et seqq. Valck.

13. ζώντες μὴ ἀπ' ἀρότου] Hic etiam hærebat olim alterius vice sæpius a librariis scripta vox ἀρότρου. (Nempe sic edd. ante Gron. cum nostro Pb.) Qualia de veteribus Herod., de sui quoque temporis Scythis scribit Strabo VII. pag. 460. c. (p. 300. c. ed. Cas.) Justinus II. 2. Hominibus inter se nulli fines: neque enim agrum exercent; nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta et pecora semper pascentibus, et per incultas solitudines errare solitis: uxores liberosque secum in plaustris vehunt: φερέοικοι ἐόντες Herodoto; sæpe Straboni dicti Νομάδες καὶ Ἀμάξοικοι, Melæ II. 1. ἀμαξόβιοι. Si Poëtæ nomen sincere scriptum in Strabon. pag. 463. c. (p. 302. D. ed. Cas.) Hesiodus jam meminerat ἀσπάνιος οἰκεῖ ἐχόντων. Apud Philostr. Vit. Apoll. VII. 26., scribendum utique, οἰκίας ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πίπτουσι, possident, habent, pro πίπτουσιν. Sæpius in vero πιπτάσθαι erravit Olearius, et pag. 246. bonam lectionem perversa corrupit interpretatione. Valck.

Ibid. οἰκήματά τί σφι ἢ ἐπὶ ζευγέων] Nulla caussa viro docto κτήματά τι refingendi. Φερέοικοι ἐόντες istis verbis explicatur liquidius. Mitto multivagas Scytharum domos ex Seneca, et eorumdem sutilem domum apud Valer. Flaccum. Accommodatum Æschyli Prometh. v. 708. οἱ πλικτὰς στέγας Πιδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' ἰτυόκλοις ὄχοις, et præter cetera Hippocratis Aër. Aq. et Loc. p. 291.(§. 93. p. 86. ed. Coray.) ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκῦθαι διαιτῶνται, Νομάδες δὲ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἴσασι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξῃσι οἰκεῦσι: quos currus graphice expingit deinde. Wess.

14. κῶς οὐκ ἂν εἷπαν οὗτοι ἄμαχοι:] Nullam nec in Europa, neque in Asia gentem, ἔθνος, esse scribit Thucyd. II. 97. ἤ, τι δυνατὸν Σκύθαις ἁμογνωμονοῦσι πᾶσιν ἀντισταῖναι. Herodoto non adeo videbantur invicti propter corporum vires hominumque multitudinem, quam propter mores atque instituta: hac

mente Ephorus ap. Strabon. VII. p. 463. et 464. (pag. 302 seq. ed. Cas.) *ταῖς διαίταις ἰσταλεῖς ὄντες καὶ οὐ χρηματιστικαὶ —— πρὸς τοὺς ἐντὸς ἄμαχοί εἰσι καὶ ἀνίκητοι, οὐδὲν ἔχοντες ὑπὲρ οὗ δουλεύσουσι.* Justin. II. 3. Perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. —— Gens et laboribus et bellis aspera; vires corporum immensæ; nihil parare, quod amittere timeant. De Cyro Darioque narratis Justino, quod ad rei summam attinet, satis concinit Herod.; quæque de Sesostris in Europam usque narrantur expeditione, qui Scythas subegerit et Thraces, illa dubia satis fide nituntur. Vagi Scythæ non poterant inveniri: hoc unum metuebat Mytilenæus Coës apud Herodot. IV. 97. VALCK.

CAP. XLVII. 3. *σιδιὰς αὕτη, ψωιώδης τις*] Optime Gronovius ex Medic., in quo si *ὕυδρος*, quod alii præferunt, fuisset, nihil fortasse requireretur. Hippocrates (l. c. §. 92.) de Scytharum regione, *σιδιάς ἐστι καὶ λειμακώδης καὶ ψιλὴ καὶ ὕυδρος μισρέως· ποσαμοὶ γάρ εἰσι μεγάλοι, οἱ ἐξοχετεύουσι τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν σιδίων.* Cujus *λειμακώδης* idem ac *ψωιώδης*, Galeno explanante. Hesychius, *Λείμακες, νοτιεοὶ καὶ ψωιῶδεις* (male antea *ψωῶδεις*) *τόποι*, spectans Euripid. Iph. Aul. v. 1544. *Λειμακίσιεροι* in Suida nullo jure Küsterus mutat, quippe ex Coo sene apud Erotianum. Confer Sophoclem Philoct. 1449. Ego his non inmoror, *ὕυδρος* reliquens ob lib. IX. c. 25. WESS.

7. *Ἴστρος μὲν πεντάστομος*] Paria Arrian. *Ἀναβ.* V. 3. et Scymnus. Nilus itidem *πενταέστομος* II. 10. Sed, quod huic evenit, ut minora et manu facta in censum ostia venirent, idem Istro: tantum Nilo minor, verba Melæ II. 1, 56., totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit. Quod autem (lin. 8. pro *Τπάνυρις*) Vossius ad Melam II. 1, 26. (al. II. 1, 38.) *καὶ Τπάναρις* reponit, non probo. Infra c. 55. et 56. scripti libri vulgatum stabiliunt. In Pomponio dissensus est; Plinii corruptus Pacyris lib. II. 12. ad verum inclinat amnis nomen. WESS.

CAP. XLVIII. [4. *ποταμῶν καὶ ἄλλων*] *Πολλῶν καὶ ἄλλων* legendum videri coll. c. 50, 2. scripsi in Var. Lect. (ed. S.) Quum vero in vulgatum consentiant libri, nihil præter necessitatem novandum, facileque ferendum vocab. *ποταμῶν*: sed oratio in hunc modum commodius distinguetur: *κατὰ ταῦτα μέγιστος γίγνει· ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐκδιδόντων*, (sive *ἐσδιδόντων* malueris) *εἰσὶ δὲ οἵδε οἱ μέγαν αὐτὸν ποιεῦντες. Διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς*, etc. Ob hoc Danubius maximus est: (scilicet) et alii in eum influunt amnes, et qui eum (præ cæteris) augent, hi sunt: sive, et hi, qui eum (præ cæteris) augent: quos nempe continuo deinde recenset. *ποταμῶν καὶ ἄλλων — ἐκδιδόντων* idem valet ac *ποταμοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐς αὐτὸν ἐκδιδόασι*: et ad illam *μὲν* particulam, in verbis his subintellectam, refertur ista *δὲ* quæ consequitur, *εἰσὶ δὲ οἵδε*. S.]

6. *πέντε μὲν οἱ ῥέοντες*] Conjecturas elegantes doctissimorum virorum, Valckenarii *μόνοι ῥέοντες*, Reiskii *οἵδε ῥέοντες*, laudare equidem, sequi non possum. WESS. — E tantum in O converso legerim, *πέντε μόνοι ῥέοντες*. Confluentes in Istrum fluvii erant longe plurimi; *διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς πέντε μόνοι ῥέοντες*, quos suis singulos designat nominibus. His recensitis multo plures enumerat aliunde ortos, qui in Istrum itidem confluxerint: hæc est ratio, cur illi priores, *αὐτιγενέες ποταμοὶ Σκυθικοὶ*, esse dicantur *πέντε μόνοι*, quod vicinum etiam commendat *μέν γε*. VALCK. — Perpensis omnibus momentis, si minus certa, at perquam probabilis videri debet

Valckenarii emendatio. Sane in eodem orationis membro, paucis interjectis verbis, perincommode repetita videbitur μὲν particula, (vide tamen mox ad c. 49, 1 seq. notata.) nec articulo οἱ ante ῥέοντες satis opportunus hic locus; perapta vero ad id, quod hic agitur, vox μόνοι, et multo aptior quam quæ aliis placuit μιγάλοι. S.

7. Πόρατα] Amnis Πόρατα in Arch. prave Τώρατα, nec Mela inde lib. I. 19, 87. Toreatas, quæ Galei opinio, finxit: longe enim illi ab hoc fluvio. Nunc Pruth. Reliquorum titulos et cognomina, quibus nostro ævo adpellantur ista flumina, adscribere non vacat. Cupidi exposita (non sine differitate tamen) videbunt a Stukio ad Arriani Peripl. pag. 178., Bouherio Diss. Herodot. p. 204. et Bayero Comment. Acad. Petropolit. T. I. p. 409. Wess. — Locum hunc de fluviis in Istrum influentibus percommode tractavit *Mannert* in Geogr. Græcor. et Romanor. T. IV. p. 72 seq. tum illum de reliquis Scythicis fluviis c. 51 et seqq. idem Vir doctus ibid. p. 74 seqq. et *D'Anville* in Commentatione Actis Acad. Reg. Inscript. T. XXXV. p. 573 et seqq. inserta hoc titulo, Examen critique d'Herodote sur ce qu'il rapporte de la Scythie. S.

[10. πρὸς ἠῶ ῥέων] Vide ad I. 202, 15. notata. S.]

Cap. XLIX. [1. ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων — τῷ Ἴστρῳ. ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου, etc. Prius membrum, Ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων — τῷ Ἴστρῳ, commodius superiori cap. 48. jungetur, ut eodem capite commemorentur fluvii, qui a septemtrione et a læva ripa in Istrum influunt; quum dein ab illis inde verbis, Ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου, etc., nominentur ii, qui a meridie fluunt, et a dextra ripa eidem miscentur. Quod si cap. 48, 6. recte bis positum μὲν particulam statuas, intelligendum forsan erit, priori μὲν, ubi ait διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς, respondere illam δὲ, Ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου: posteriori vero, ubi ait σίνται μὲν οἱ ῥέοντες, respondere ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων. De Agathyrsis, Scytharum finitimis, vide c. 102. 104. et 125. S.]

4. Νόης] Solus, quod quidem reminiscor, amnem Valerius Flaccus memoravit; Alazonas tamen propius illi, quam situs gentis patitur, adjungens, lib. VI. 100. Hiberni qui terga Noæ, gelidumque securi Eruit, et tota non audit Alazona ripa: ubi Heinsius et Burmannus. Mox μέσον σχίζων τὸν Αἷμον præstat. Nilus μέσην Αἴγυπτον σχίζων, lib. II. 17. et cap. 33. idem μέσην τάμνων Λιβύην, et Ister μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. Verius quoque Τριβαλλικὸν, (lin. 8.) quomodo Isocrates, Demosthenes, Steph. Byz., alii. Wess.—De fluvio, qui *Scius* hic nominatur, (lin. 6.) vide Var. Lect. (ed. S.) et Mannert Georg. Græcor. et Rom. T. VII. pag. 10. quemque ille laudat Gatterer in Comment. Soc. Goett. Vol. IV. et VI. Verum nomen Οἶσκος fuisse facile adsentiaris Larchero, cujus ad hunc locum consulenda adnotatio. Mox *Alpis* nomine (lin. 12.) sunt qui Rhenum a Nostro indigitari non sine veri specie existiment. S.

14. πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας] Scripsit lib. II. 33. de Cynesiis, (qui non alii ac Cynetes, Stephano auctore,) οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι. Consimilia Herodorus, Nostri æmulus, οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις οἰκεῦντες τὰ πρὸς δυσμέων Κύνητες ὀνομάζονται ap. Steph. in Ἰβηρία. Festo Avieno quoque Populi Cynetum, Cyneticum jugum, in alte tumescenti ditis Europæ extimo. Celtæ quidem, sicuti ad lib. II. 33. monstratum, extra Herculis columnas in ultima Europæ vergebant, sed non post Cynetas, quod Vallæ Latina dant: sic sibi et rei Herodotus pugnaret. Μετὰ Κύνητας vertendum præter Cynetas, sive exceptis

illis, quemadmodum Poëtæ Odyss. λ'. 468. μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. (Possis vero eadem notione Latinum *post* intelligere. Sic Noster infra c. 53, 2. μετὰ Ἴστρον post Istrum, i. e. excepto Istro.) Vide nunc et mirare stolidam Georgii Carletoni confidentiam, Κυνησίους sive Κύνητας in Britanniæ Cantios convertentis, doctissimoque Cambdeno longa epistola obtrudentis, quæ octogesima inter Camdenianas. Hi fructus nimii in patriam studii. WESS.

Ibid. ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι, etc.] De his hoc uno loco si tantum egisset Herodotus, cadere forsan posset in dubitationem, utrum hos, an Cynetas, ultimos Europæ statuisset ad Occidentem incolas. Celtas ultimos collocasse, multis nuper allaboravit ostendere vir Erudit. in libello Gallice scripto, quo, præter cetera, specimen exhibet errorum Lex. Geograph. Martinierii pag. 290. et seqq. atque in eadem fuisse videtur opinione ill. Spanhem. in Callim. pag. 436. Omissus Spanhemio alter Herodoti locus e lib. II. cap. 33., mea quidem sententia planissime monstrat, secundum Herodotum ultimos Cynetas, pæne ultimos fuisse quos vocat Κελτούς. Illic agens de Istri fonte veluti profluentis ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος, οἱ δὲ Κελτοὶ, inquit, ὁμουρέουσι Κυνησίοισι (hoc legit Steph. Byz. Noster et hic dare potuit Κύνησι, οἳ) οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν Εὐρώπῃ κατοικημένων. Vertit ista vir egregius: Celtæ —— finitimi sunt Cynesiis, qui (qui Celtæ, non qui Cynesii) ultimi, etc. mihi quidem ista vis videtur. Cynetes sunt ultimi; Celtæ ultimi μετὰ Κύνητας, id est exceptis Cynesiis, vel post Cynetas, omnium primos in ultima Hesperia. Avienus in Ora Marit. v. 200., adjacent Populi Cynetum; tum Cyneticum jugum, (Qua sideralis lucis inclinatio est,) Alte tumescens ditis Europæ extimum, In belluosi vergit Oceani salum. Docta dedit Is. Voss. ad Melæ III. cap. 1. 51. Veritatem adfirmat memorabilis, quem comparavit Wess. in Diss. Herod. p. 21., Herodori locus ap. Steph. Byz. in Ἰβηρία: quo Πρῶτον μὲν, ait, οἱ ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις (τῆς Ἰβηρίας) οἰκοῦντες τὰ πρὸς δυσμέων Κύνητες ὀνομάζονται· (ut hic apud Herod. Κελτοὶ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας·) ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέην ἰόντι Γλῆτες· μετά δὶ Ταρτήσιοι. Ex ejusdem Herodori lib. X. gestorum Herculis Stephano Γλῆτες memorantur, ἔθνος Ἰβηρικὸν μετὰ τοὺς Κύνητας. Tartessiorum vicini in Philippicis Theopompi eadem fuerant Γλητῶν adpellatione insigniti. Hinc liquet, Cynetas postremos Europæ habitatores ad Occidentem fuisse secundum Herodorum ac Herodotum. VALCK.

CAP. L. 3. ἴν πρὸς ἴν *συμβάλλειν*] Ut sæpius in talibus omittuntur verba, potuisset omitti *συμβάλλειν*. Additur, ut hic, a Phœnicide Comico apud Athen. XIV. pag. 652. E. Omittitur Thucydidi pag. 163, 48. οὐδ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνος, ἴν πρὸς ἴν: quo loco proxima respicit Herodoti. In seqq. mihi quoque placet ἀποκρασίει; huic verbo subjecta citat Eustath. in Dionys. v. 226. VALCK.

8. ὀλίγῳ τι μίζων τῆς, etc.] Est, cui hæc displicent: μείων sive ἴσσων fuisse, et scriptum quidem, ὅσσασίε ἐστι, ἢ ὀλίγῳ γε, aut ὀλίγου τι μείων τῆς, etc. aut paullo minor. Nihil ego novo. Pleraque omnia flumina hibernis imbribus solent intumescere: in Istro diversum quid observat, quippe hieme, qualis quantusque est, manente: paullum tamen increscere, ex pauciore illic cœlesti aqua. Hæc Scriptor. (Ad verba ὅσος περ ἐστι ex proxime sequentibus intelligitur τῇ ἑωυτοῦ φύσει.) Elegans ψιθυρῷ δὲ πάντα χρᾶται (l. 9. seq.) explicuit Hesychius, Χρᾶται, μολύνεται, verissime: idem enim ac χραίνεται, nive omnia inficiuntur et sor-

dent. Convenit, nec Cl. Pavium fugit, Callimachi venator Epigr. XXXIII. Σνίβη καὶ πφιστῷ κεχρημένος, pruina et nive madidus coloratusque. Nam κεχαρημένος R. Bentleii, viri sagacissimi, præter inventum non habet cur recepto excellentius putetur. Porro ἰοῦσα ἀμφιλαφὴς rediit in stationem, unde ob similitudinem præcedens participium everterat. Wess.—Χρίεται quod ex Arch. Vind. et Pa. pro olim vulgato χρῶται recepi, videri potest ortum debere pruritui prisci alicujus librarii, Ionicas ubique formas Scriptori nostro obtrudere conantis: in communem quidem formam χρῶται libri omnes III. 78, 20, IV. 65, 4. et 6. alibique consentiunt. Ita credi potest, hoc loco etiam Hesychium olim χρῶται legisse, et huc spectasse interpretationem a Wesselingio laudatum. Nec tamen id satis certum: nec usquam alibi, quod sciam, hoc verbo ista notione usus est Noster. Quare videndum, ne, quemadmodum ait ὕεται γὰρ ἡ γῆ αὕτη τοῦ χειμῶνος πάμπαν ὀλίγῳ, sic insequentia verba similiter in hunc modum accipi debeant, πφιστῷ δὲ πάντα (i. e. κατὰ πάντα) χρίεται αὕτη ἡ γῆ, constanter nive utitur, nivem habet hæc terra, i. e. constanter ibi nix obtinet. Cæterum conf. quæ et ab Hemsterh. et ab Ernest. ad Callimachi στοδιῇ κεχρημένος αἰθῇ. Hymn. in Dian. v. 69. notata sunt. S.

Cap. LI. 3. ἄρχεται δὲ ῥέων] Herodotea sunt, ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος —— ῥέει, lib. II. 17. Et cap. 33. Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος —— ῥέει. Tum hujus libri c. 49. ὁ Ἴστρος ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν —— ῥέει δὲ ——. Recte hinc MSS. Amnis Tyres sive *Tyras*, (qui hodie *Dniester* sive Danaster,) aliis, uti Hesychio, Τύρις: hinc accolæ (qui Τυρῆται, ut in Arch., esse debebant) Τυρῖται. Non neglexit hoc Stephanus. Wess.

Cap. LII. 4. Μήτηρ Τπάνιος] Hinc Mela II. cap. 1, 62. Hypanis ex grandi palude oritur, quam *matrem* ejus accolæ appellant: et Eustath. in Dionys. v. 1143. Similiter Herodotus IV. 86. Μαιῆτις, ait, καλέεται καὶ Μήτηρ τοῦ Πόντου. Dionys. Perieg. v. 165. καλέουσι δὲ Μητέρα Πόντου. Avienus in Descript. Orb. v. 245. Scytha —— matrem ponti cognominat undam: de Oceano idem in Ora Marit. v. 393., hic parens nostri maris. Plinius Hist. Nat. VI. c. 7. Maëotin Temerinda (Scythæ vocant,) quod significat matrem maris: sua Dionysium et Melam, Herodoto debere non recordabatur vir Doctiss. Jac. Nic. Loënsis Miscell. Epiphyll. VI. c. 21. Valck.—*Hypanin* Græcis olim dictum constat amnem, qui hodie *Bog*. S.

7. πικρὸς αἰνῶς] Hesych. Αἰνῶς, δεινῶς καὶ χαλεπῶς. Apollon. Rh. III. 15. ὑπερφίαλος πέλει αἰνῶς: et v. 480. ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς Δείδω. Scriptor suum agnoscit, cum de Scythica regione αἰνῶς ἀξύλου ἰούσης post pauca c. 61. Bene ergo Galeus. De amne et amaro fonte Iornandes quædem, sed inperite confusa, Rer. Getic. c. 5. Danubius autem ortus grandi palude, quasi ex mari profunditur. Melius paullo Codices scripti, Danaper (sic Scriptor ille Hypanin permutaverit cum Borysthene, cui quidem Hypanis haud procul a mari miscetur.) et quasi ex matri, tum, sed ubi fit Ponto vicinior, parvum fontem suscipit, cui ex Ampheo cognomen est. Verius iidem Exampheo. Cetera lutulenta fluunt. Præclare Vitruvius lib. VIII. 3. Nostri verba οὕτω δή τι ἰοῦσα πικρὴ, ἡ μεγ. (l. 8.) varium tentantur in modum: Pavius, ὡς μεγάθει σμικρὴ ἰοῦσα πιερῇ, etc. non præter Herodoti morem: Reiskius, οὔτ' ὀλίγον τι ἰοῦσα πικρὴ, ἡ, etc. Neutri Codices addicunt, comparationis adverbium reticentes. Wess.

Ibid. ἰκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρὴ]

Si firmant illam codices postremam vocem non rejecerim. Dicitur κρήνη οὕτω δή τι ἰοῦσα σικρὴ, ἦ, μεγάθεϊ σμικρὴ ἰοῦσα, κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν, ἰόντα ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μίγαν. Est qui uni litteræ ἦ duas velit voces suppositas, ὥστε αὐτὴ μεγάθεϊ: unum si saltem ὡς posuisset, potuerat exemplis illud Herodoteis tueri ex I. 163. πρόσφιλές οὕτω δή τι —— ὡς —— ἐκείνῳ. IV. 184. ὑψηλὸν οὕτω δή τι, —— ὡς οὐκ οἶά τε εἶναι ἰδίσθαι. Sed ut hic, loquitur etiam alibi: III. 120. νῆσον —— ὥδε δή τι ἰοῦσαν εὐπετείῃ χωρωθῆναι, τὴν —— ἴσχει. IV. 28. δυσχείμερος χώρη οὕτω δή τι ἐστί· ἔνθα —— οὐ ποιέουσι. (Et passim alibi particulam ὡς vel ὥστε, quam præcedenti οὕτω aut τοιόσδε respondentem exspectasses, omittere solet Noster, asyndeton amans; veluti III. 12, 7. I. 31, 6.) Nihil itaque novandum. Secundum Herod. Fons (Exampeus) adeo erat amarus, ut, quum exiguus esset, Hypanin flumen in paucis magnum vitiaret amaritudinem suam miscendo: sic acceperim hoc loco τὸ κιρνᾷ vel κιρνῇ, quod ipse explicat infra c. 81. ἄποστον ποιέει. Ex Herodoto plures meminerunt: unius ponam Melæ verba ex lib. II. c. 1. Hypanis non longe a mari ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque jam sui dissimilis et non dulcis hinc defluat. Herodotea contraxit Eustath. in Dionys. v. 1143. κρήνη ἰκδίδωσιν εἰς αὐτὴν (lege αὐτὸν) οὕτω σικρὰ, ὥστε κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν horum partem quæque præcedunt sub Herodoti nomine profert Athen. II. pag. 43. c. D. Rationem dat Pausan. IV. p. 371. (cap. 35 extr.) cur de hoc fonte narrata nemini debeant esse suspecta. Tandem de hoc fonte dicta cap. 81., excitat Steph. Byz. voc. Ὕπανις ubi Μητρόδωρος recte fuit in Herodotum conversus a L. Holstenio: contra Herodotum suspicor in Metrodorum convertendum apud Diogen. Laërt. X. 34. ubi Democrito puero Xerxes præceptores Persas dicitur reliquisse, ut ejus patri gratificaretur, ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτοῦ, κατὰ φησὶ καὶ Ἡρόδοτος: hic nihil de Democrito, ejusve patre; sed Μητρόδωρος, Metrodorus, egerat etiam de Democrito, Epicuri sui doctore. VALCK.

CAP. LIII. 6. Βορυσθένης ἐστὶ πολυαρκέστατος, etc.] Quæ de Borysthene (hodierno Danapri, Dnieper) sequuntur, Melam pæne convertisse II. c. 1, 53. ab aliis monitum, et a Christ. Cellario Geogr. Ant. II. cap. 6, 10. Primum Borysthenes νομάς τε καλλίστας καὶ ἰὼ —— ἑστάσας κτήνεσι παρέχεται. Mela, alit lætissima pabula: εὐνομιδεστάτας, quod dabant Editi, recte rejecit Gronov. deditque e Med. cod. spectabilem sane lectionem εὐκομιδεστάτας: cui prætulit a se excogitatum G. Arnaldus εὐδοκιμεστάτας in Anim. pag. 164. Veram nobis forte vocem dabunt Codices. Perplacent interim Latina Vallæ: pascua præbens amœnissima, et accommodatissima pecoribus. Reperit in Glossario veteri, quod MS. habuisse suspicor Laurentium: Accommodatissimum, ἐπιτηδειότατον: an et in Herodoteo suo codice legit ἐπιτηδειοτάτας? hoc equidem omnium judicarem accommodatissimum. Notus etiam ille flexus antiquus nominum: apud Herodotum occurrunt σπουδαίστερα (I. 8.) et ὑγιηρέστατοι p. 117, 6. (II. 77.) ἀμφρεστάτην recte dedit Gronov. p. 80, 5. (I. 196.) Ex Alcmane nobis ἡδυμέστατον servavit Etymol. p. 420, 50. Inter alia hujus generis Democriteam habet formam ἐπιτηδειέστατον Eustath. ad Hom. Od. β'. 89. VALCK.

7. εὐκομιδεστάτας] Bene Gronovius ex MS. Aldinum finxerat Pavius εὐνομωδεστάτας, e Med. εὐδοκιμεστάτας Georg. Arnaldus Animadv. c. 30., opera inutili. (Habet Hesychius Εὐκομιδὴς, interpretaturque εὐκόμιστος, id est

bene curatus.) Revocavi καὶ πλείστους (l. 9.): maxime (eximie) optimos et plurimos, ait, pisces flumen præbere. Hesychius, Διαπρεπῆ, ἐν διαφέρουσι ἄριστος, ex Homero, vere corrigentibus Küstero et Albertio. Diversius, τοῦτο δὴ διαπρεπὲς Ζηνὸς ἀνδράσι μίγιστον ὤπασεν κακὸν Simonidis apud Stob. LXXI. p. 436. Wxss.

9. ῥέει τι καθαρὸς παρὰ Θολερῶσι] Mela: Turbidis aliis liquidissimus defluit; placidior quam ceteri, potarique pulcherrimus: πίνεσθαί τι ἡδύτατός ἐστι: hoc sæpius aliis, πίνειν. ἡδὺ πιεῖν ὕδωρ· οἶνος ἡδίων πιεῖν. Ubi prostant et alia hinc excerpta, legitur apud Eustath. in Dionys. v. 311. πίνεσθαι ἡδύτατος, ῥέων καλὸς παρὰ Θολερῶις: pro καλὸς scribendum καθαρός: hoc enim invenit ap. Herodot. et opponi noverat τοῖς Θολεροῖς. Araxis unum ostium ῥέει διὰ καθαροῦ I. 202. Ideo Borysthenes pisces alebat optimos. Pausan. IV. (c. 34.) pag. 363. διαφέροι τὸ εἶδος μάλιστα ἰχθῦς ἀναβαίνουσιν ἐς τὸν Πάμισον, ἅτε ἐς ὕδωρ καθαρόν: ubi mox meminit ποταμῶν τῶν Θολερωτέρων. Quando componuntur καθαρὸν ὕδωρ, et ἦθος καθαρόν, opponi solent ἦθη τεταραγμένα καὶ Θολερά, velut apud Dion. Chrys. p. 402. D. et in Lysidis Epistola. Joann. Chrysostomus T. II. p. 448. A. Θολερὰ ῥεύματα dixit, et καθαρὰς πηγάς. Valck.

11. ἅλις τι ἐπὶ τῷ στόμ.] Quod hinc didicerat, suo ipsius oculati testis adfirmat indicio Dion. Chrys. init. Orat. Borysthenitic. p. 437. Κάτειά τι, inquit Herod. (lin. 12.) μιγάλα ἀνάχανθα, τὰ Ἀνταιαίους καλέουσι, παρέχεται ἐς παρίχωσιν. Alit, secundum Melam, magnos pisces, quibus et optimus sapor et nulla ossa sunt: comparat Salmas. in Solin. p. 187. D. Τάριχος Ἀνταιαῖον bis memorat Antiphanes Athenæi; (lib. III. c. 88. p. 118. d.) apud quem in Lyncei senario scribendum Ὁ Ἀνταιαῖον μαρέν. (apud Athen. IV. 8. pag. 132. a. ubi equidem a librorum scriptura non recedendum judicavi.) Vid. ad Hesych. notata in Ἀνταιαῖα. Valck.

13. ἀνταιαίους] Sint-ne antacæi husones, egregie a Comite Marsilio in opere Danubiali T. IV. pag. 31. expicti, quærunt naturæ scrutatores. Culta super eo sunt viri clar. Jo. Matth. Gesneri observata in Act. Soc. Latin. Jenens. Vol. II. p. 20. Wxss. — Acipenseris speciem alii intelligunt. S.

14. Μίχρι —— Γίππου χώρου] Γίππου verum unice. Sic cap. 56. οὔνομα δὲ ἴχυι τόπωι ὁ χῶρος αὐτὸς, Γίππος. Etiam Steph. Byz. Wxss.

[15. ἐς τὸν (Γίππου χῶρον) τετρεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστί] Jam olim Scymnum Chium et Pomponium Melam eumdem dierum numerum in suis Herodoti codicibus reperisse, in Var. Lect. (ed. S.) monui. *Reizius* vero in Præfat. ad suam Herodoti editionem p. XXI. et seq. ex professo hunc locum examinans, collato cap. 18. et 71. cum his quæ hoc ipso capite mox subjiciuntur, colligit, non potuisse Herodotum h. l. τετρεράκοντα scribere, sed consentaneum esse, ut eum intelligamus τετρεπεντακίδεκα scriptum reliquisse: atque sic ante Reizium jam Bayerus, de situ Scythiæ agens in Commentar. Acad. Petrop. T. I. p. 411. et Gatterer in Isagoge in Histor. univ. synchron. P. II. p. 188. corrigendum censuerant. Consentit Larcher in Adnot. ad hunc locum, emendationem tamen in contextum recipere non ausus. Mannerto, ut nimius numerus XL., sic justo minor numerus XIV. videtur, Geogr. Græc. et Rom. T. IV. pag. 76. D'Anville, in Comment. Acad. Inscript. T. XXXV. p. 577. quod ad numerum dierum adtinet ab Herodoto editum nihil definire

præsumens, satis habuit monuisse, ob cataractas navigationi obstantes, non ultra octoginta leucarum francicarum spatium a mari, computatis cunctis fluvii ambagibus, navigabilem Borysthenem esse. S.]

18. τῶν γεωργῶν Σκυθίων] Supra, ἀροτήρων Σκυθίων, νομάδων Σκυθίων, tum οἱ γεωργοὶ Σκύθαι: quæ quidem deletum alterum articulum adprobant. In numero ἐπὶ δέκα ἡμερέων aut hic, (lin. 19.) aut c. 18. ubi ἕνδεκα ἡμερέων, menda hæret, cui nulla ex libris manu exaratis medicina. Fontes Borysthenis in Sendomirensi agro scaturire, Matth. Miechovius, Stanislaus Sarnicius et alii docuerunt. Conf. Stukium ad Arrian. Peripl. Ponti pag. 156., prætereaque Paul. Pissecium Chron. p. 45. Wess.

Ibid. τῶν γεωργῶν τῶν Σκυθίων] Ex syllaba male repetita natum, delendum secundum illud τῶν. Minus bene ceperunt quæ proxima præcedunt: (lin. 17.) ἀνθρώπων οὐδείς jungi non debuerant: interpungendum, δι' ὧν μίαν ἀνθρώπων, οὐδεὶς ἴσχυ φράσαι: nam hinc distat, fluvii φράσαι τὰς πηγὰς, quod ex ipsius sententia (lin. 21.) οὐδεὶς poterat Ἑλλήνων. Φαίνεται, inquit, μίαν δὲ ἰξήμεον ἐς τῶν Γεωργῶν Σκυθίων τὴν χώρην, qui juxta hunc fluvium ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόον νέμονται: supra IV. 18. memorantur aliquoties οἱ Γεωργοὶ Σκύθαι, quos Græci, Olbiopolites, adpellent Borysthenidas; ubi pro δέκα ἡμερέων legitur ἡμερέων ἕνδεκα. Nunquam Herodoto dicuntur nisi οἱ Γεωργοὶ Σκύθαι. (non οἱ Γεωργοὶ οἱ Σκύθαι.) C. 55. Hypacaris dicitur διὰ μέσων τῶν Νομάδων Σκυθίων ῥέων. Aliis similiter sæpius opponuntur οἱ Νομάδες Σκύθαι, et οἱ Γεωργοὶ, Nomades et Georgi: sic enim vocandi sunt etiam Græcorum interpreti. Mela p. 125. Panticapes Nomadas Georgosque disterminat. P. 131. vagi Nomades pecorum pabula sequuntur; atque ut illa durant, ita diu statam sedem agunt: colunt Georgi exercentque agros. vid. Strabo VII. p. 478. c. et 479. B. (p. 311. ed. Cas.) ubi Georgi ἡμιερώτεροί εἰ ἅμα καὶ πολιτικώτεροι νομίζονται εἶναι. Valck.—At iidem, ἀροτῆρες, c. 17, 8. et 52, 10. S.

23. ἐς τοῦτο] Pulcre recondor τοῦ Αἰσήπου τέλος, Strabon. lib. XIII. p. 898. (pag. 602. ed. Cas.) distinctum ab ejusdem ἀρχῇ. Nihil tamen certius revocato, cui oculatus testis Dio Chrysostom. pondus addit, principio Orat. Borystheniticæ. Herodot. VII. 127. ἐς τοῦτο βάθεος τὸ ὕδωρ συμμίσγουσι: et lib. I. 202. Idem Chrysostomus de urbe Borysthene, κεῖται δὲ πρὸς τῷ Τανάϊδι —— οὐ πολὺ ἄνωθεν τῆς Ἰππολάου καλουμένης ἄκρας, nitidissime veterem et suæ ætatis habitum civitatis explanans, et, quod Th. Gale non insuper habuit, Ἰπτόλιω ἄκρην Arch. Vallæque. Videri certe Orator posset ab Herodoto omnem eam descriptionem mutuatus, nisi liquido constaret ἀπὸ τῆς αὐτοψίας rei ipsum notitiam habuisse: optime in Diatriba Casaubonus. Wess.

24. Ἱππολίων ἄκρη] Hippolai promontorium. Genuinam nominis formam Hippoleo Latina jam dederant Vallæ, quæ postea transiit in Ἱππολίων. Dionis Chrys. locus, Galeo citati, legitur p. 437. B. ubi ἡ Ἱππολάου καλουμένη ἄκρα dicitur esse τῆς χώρας ἔξω καὶ στομίου ὥσπερ ἔμβολον, περὶ ὃ συρρέουσιν οἱ ποταμοί: vocem posuit Herodoti, qui, τὸ μεταξὺ, inquit, τῶν ποταμῶν τουτέων, ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, Ἱππόλεω ἄκρη καλέεται. Sequentia Dionis firmant ἴλος in vicinis restitutum in Diss. Herod. pag. 99. Ut Ἱππόλιος, ιω, occurrunt et ap. Herod. Μιτύλιος· Καρύλιος· Ἀρκεσίλιος· Ἀναξίλιος: sed, qui sæpius est ἀρχιερεὺς, cur semel (II. 37, 23.) ἀρχίερως diceretur? Valck.

25. ἐὸν Μητρὸς] Multa pro delubro

Matris ex religioso Scytharum cultu Vir Celeb., oblitus Olbiopolitas Græcæ fuisse originis, patriæque religionis tenaces: ἱρὸν Δήμητρος relinqui in sede potuerat. Vide c. 18., e quo ἐπὶ τῷ Ὑπάνι justius erit. Sunt urbis incolæ Βορυσθενῖται, c. 17. et 78. et seqq., quomodo et Arch., parum adjustus, hoc loco. L. Holstenius ad Steph. idem optaverat. In Dionis Chrysost. Orat. Borysthen. sæpe Βορυσθενῖται, cujus dispar sermo. WESS.

27. ὑπὸ τῷ Ὑπάνι] Versionis Vallæ corrector (Gronov.) *ad* Hypanin; recte: sed tum scribi quoque debuit ἐπὶ τῷ Ὑπάνι: ut IV. 18. οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι. Sub montem habitantes οἰκεῖν dicuntur ὑπ' ὄρεϊ: qui flumen accolunt, ἐπὶ ποταμῷ, Herod. II. 108. apud quem in istum sensum occurrunt ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ· ἐπὶ ποταμῷ Ὀάρῳ· ἐπὶ τῷ Μαρσύῃ. Ubique reperientur similia: vulgatum in Pausan. p. 483. ὑπὸ τῷ Εὐρίπῳ, ἐπὶ τῷ Εὐρ. corrigit Græce perdoctus Fr. Sylburg. VALCK.—In Var. Lect. (ed. S.) monere debueram ὑπὸ h. l. legi in ed. Wess. et superioribus, neque aliud e MSS. adferri, eamdemque scripturam in nostro etiam cod. F. obtinere; ἐπὶ vero primum in contextu (uti par erat) posuisse Reizium. Nihil autem permutatione istarum vocalarum frequentius. S.

[27. τὰ ἀπὸ τουτέων τῶν ποταμῶν] Ἀπὸ idem fere hic sonat ac si dixisset τὰ περὶ τούτους τοὺς ποταμούς. Similiter IV. 195, 19. τὰ ἀπὸ τῆς νήσου—οἰκότα ἐστὶ ἀληθηίῃ. Sic fere etiam VII. 195, 7. τὰ ἐβούλοντο συνίσεσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω στρατιῆς. S.]

CAP. LIV. [2. Παντικάπης] Quem Panticapen hic memorat Herodotus, eum nullum esse, nec unquam fuisse, contendit D'Anville loco cit. p. 579. Etenim Samaram fluvium, quem Bayerus esse Panticapen Herodoti existimat, longe ultra Hylæam ultraque cataractas in Borysthenem influere. Danvillium *Mannertus* sequitur. Commode vero Larcher in Indice geographico monuit, fieri posse ut non nisi in indicando amnis illius cursu erraverit Herodotus. Cæterum ad ipsas doctorum Virorum super hoc argumento disputationes, Lectorem remitto: neque nunc Hypacyrin, aut Gerrhum, aut Hyrgin sive Syrgin fluvios moror, Cap. LV. LVI. et LVII. memoratos, de quibus iidem laudati viri aliique Geographi consuli possunt. S.]

CAP. LVIII. 3. ἐπιχολωτάτη] Unde ἐπιχυλωτάτη (in ed. Gron.) venerit, indictum; forte ex Mediceo, si quidem in Ask. idem. Ex Fabri ἰυχιλοτάτη refingitur ἐπιχιλώτατη. Poterat pari jure ἐπιχυλοτάτη, ob νομὰς ἰυχύλους, pascua succi plenissima in Clement. Alex. Pædag. I. p. 127. Ego vero adduhito. Testatur, ex inspectis animalium visceribus, nam ut ἀναγομένοισι, aliorsum abductis, corrigatur, caussæ nihil, prohibetque Suidas; testatur, inquam, ex apertis (ἀνοιγομένοισι) potuisse de herbarum certa qualitate cognosci. Succi plenissimæ si designarentur, earum virtus ac bonitas ex boum palearibus, armorum crassitudine ac pinguedine spectari, citra sectionem aut alias in terras circumvectionem, abunde poterat. An ergo ἐπιχολωτάτη, bilis plenissima et ad eam generandam aptissima? Ἐπίχολος habuit hanc notionem, translatam ad eos, quorum in pectore bilis intumescit: ὀργαῖς ἐπιχόλους Plutarch. dabit T. II. pag. 129. Talis Sophista Philagrus Διεμόστατος καὶ ἐπιχολώτατος Philostrato, Vit. Sophist. lib. II. 8. p. 578. Talis Pan, πρῆος τὴν ῥῖνα καὶ τὸ ἐπίχολον αὐτῆς λειαίνων, Icon. lib. II. p. 828. Insuper dubio vacat, herbas hujus Ponticæ oræ mire amaras fuisse, ex Ovidio, cujus ap. Portum versus: (Tristia per

vacuos horrent absinthia campos. Et alibi: Terraque de fructu, quam sit amara, docet.) præterea varias regiones admodum biliosa generasse animalia. Aristoteles, quem mihi doctissimus Berglerus ostendit, in Naxo Πάντα τὰ τετράπεδα tanta fellis copia instruit, ὥστε ἐκπλήττεσθαι τοὺς θύοντας τῶν ξένων. Hist. An. I. 17. p. 24. Atque hæc efficiunt, ut Aldi et aliorum ἐπιχολωτάτη prorsus ne damnetur. Porti non dispar opinio, nec Reiskii olim in Miscell. Lipsiens., nunc ἐπιχυλωτάτη unice illi proba. Wess.—In editis postea Animadverss. locum hunc Reiskius intactum reliquit, puto quod in veteri scriptura, quam Wess. revocavit, adquieverit. S.

Ibid. ἐπιχυλωτάτη πασίων τοίων] In aliis est Editis ἐπιχολωτάτη. T. Fabro tribuitur ἰὺχιλωτάτη a Gronovio, cui placet ἐπιχυλωτάτη. Neutrum admittit accuratior scribendi modus; cum in χιλὸς prima producatur, vox Fabro recte scribitur ἰὺχιλοστάτη, in Epist. I. p. 47. In Herodis Attici priori inscriptione versus est 24. Ἡ ποίην ⟦χιλῷ⟧ ἰὺαλδεῖ χλωρὰ θέουσαν. Est mihi ad manum Ed. Herodoti Hervag. ad cujus oram vir doctus adscripsit, ἐπιχυλοστάτη videtur omnino legendum. Hoc rectum arbitror; aut, si quis ita mavelit, ἰὺχυλοστάτη, ut sic herbam dixerit, quæ succum optimum præberet. Vocem de oleribus aliisque fructibus medicus frequentat Siphnius Diphilus, cui opponuntur ἰὺχυλόστερος et κακοχυλόστερος apud Athen. II. p. 68. F. et corpori salubris malva dicitur ἰὺχυλος, p. 58. E. Proxima Herodoti, (lin. 4.) ἀνωγομίνοισι δὶ τοῖσι κτήνεσι ἐστι σταλμώσασθαι, ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει, partim excitat Suidas in Ἀνοίγω, et Ἀνωγομίνοις interpretatur σχιζομίνοις. De Socrate Alcibiades in Platonis Symp. p. 216. D. τὸ σχῆμα, inquit, Σιληνῶδες ἔξωθεν περιβέβληται—ἔνδοθεν δὶ ἀνοιχθεὶς πόσης, οἴεσθε, γέμει σωφροσύνης: quæ ex aliis ejusdem Symp. locis sunt explicanda. Valck.—At sic non explicavit Vir doctus, cur, ad judicandum quam sint ἰὺχυλοι herbæ in illo terræ tractu, opus sit ut aperiantur pecora. Quare probabilior Wesselingii interpretatio; eoque magis, quod in primas vocabuli literas ἐπιχ. libri omnes consentiunt, nec vero ullo antiquitatis testimonio probari potest, vocabulum ἐπίχυλος, idem atque ἰὺχυλος sonans, in usu Græci sermonis fuisse. S.

Cap. LIX. 9. Ζεὺς ἐρεθόστατα—καλίεται Παπαῖος] Non aliam, opinor, ob rationem Jupiter videri potuit Herodoto Scythis rectissime dictus Παπαῖος, nisi quod crediderit hoc nomine Scythis etiam patrem fuisse designatum. Homereum illud de Deorum Rege, πατὴρ ἀνδρῶν τε θιῶν τε, Philosophis etiam merito perplacuit, et Platoni, et, quos expressit Plato, Pythagoreis: Stobæi Diotogeni p. 332, 16. summus Deus dicitur χρηστὸς διὰ τὸ ἰὺεργετικός τε ἡμὶν καὶ ἀγαθοδότας, ὅκως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶ Ἰωνικῶ ποιητᾶ, (sic Timæo quoque Locro dicitur in fine libelli:) ὥς κ' ἰῆι πατὴρ ἀνδρῶν τε θιῶν τε. vide ap. eumdem Sopater pag. 312, 46. Dio Chrys. p. 556. c. Certe nondum articulate fantibus pueris Scythis sonus idem ac in Græcia primum excidit, utpote facillimus enunciatu, απ, πα παπα, quibus syllabis Patrem a balbutientibus designari statuerunt ab ultima hominum memoria Græci. Recte grammaticus Aristophanes tanquam ejusdem generis προσφωνήσεις παιγνιωδιστέρας consideravit voculas ἄππά, πάππα, μάμμα, τίττα, ἄττα, similesque apud Eustath. ad Iliad. ε'. p. 1159. (1118. ed. Rom.) secundum quem ad Iliad. ι'. p. 428. (565. ed. Rom.) pater non tantum Πάππας, Παπίας, Πάππας, sed et Πᾶς (imo Πᾶ) dicebatur, ut mater Μᾶ. (cf. Valck. ad Adoniaz. p. 382.) Non vulgaria, lin-

guarumque origines vestigantibus utilia, notavit H. Steph. in App. de Dial. Att. p. 223. et seqq. In Æschyli Suppl. legitur v. 897. μᾶ, γᾶ: v. 901. ὦ βᾶ γᾶς παῖ Ζεῦ. Scripserat in ora libri sui Scaliger: βᾶ, βασιλὶς, ut μᾶ, μᾶτερ. De veteri atque inde ducto recentiorum usu Pearsonus egit in Vind. Ignat. p. 345. Nonnulla dederat Jo. Rod. Wetsten. in Epist. Origenis ad Afric. Tandem ex Arriani docet Bithyniacis Eustath. in Iliad. ι'. p. 429, 1. (pag. 565. ed. Rom.) Jovem Bithynis dictum Πάπαν: et ex his Herodoti, Scythis Παπαῖον. Attigere etiam Spanhem. ad Callim. p. 129. et Wess. in Diodor. III. 58. Valck.

10. Παπαῖος] Bithyni Jovem Πάπαν parili ratione invocarunt, Arriano ap. Eustath. auctore. ΘΕΟΥ ΠΑΠΑΙΟΥ in Lapide Persico, modo valeat Ampl. Cuperi (Epist. ad Lacrosium IX. p. 29.) suspicio. Convenit, qui Nostri in animo fuit, Homeri Πάπαας. Nullum profecto patris τερπνότερον ἀνθρώπῳ ὄνομα, vere Sopater ap. Stobæum: nullum tribui Deo excellentius et grandius potuit. Haud annumero, quod nobis Christianis quotidie ore teritur iteraturque. ΠΑΤΡΙ ΑΜΜΩΝΙ, si non fallit aræ inscriptio, in Indis juxta amnem Hyphasidem, Philostr. Vit. Apoll. lib. II. 43. Ex Livii Andronici Odyssea, Pater noster Saturni filie, servavit Priscianus lib. VII. p. 741. Wess.

11. Ἀρείμανεα] Lapidum epigrammata et Codicum numerus sic volunt. ΑΡΤΙΜΠΑΣΑ ex scripturæ errore in Origene et Valla. Non repeto, quæ viri doctissimi Sopingius, Küsterus, Alberti ad Hesychium. Indicandæ Jo. Schefferi hariolationes Upsalie Antiq. c. 8. p. 98., quibus Ἄρευ πᾶσα sive Ἄρευ πᾶσι secatur, ut tota terra sit et Germanorum Hertha: et Ἀνίη fit Παπίη, quia Jupiter Papæus, cujus uxor Terra. Satis est indicium. In Scythico Neptuni titulo discordia amanuensium electionem moratur. Θαγιμασάδης arripi, ubi libitum fuerit, ex illo potest dissensu. Wess.——Qui etymologicas amat conjecturas, is largam seriem Scythicorum nominum, si minus usquequaque certa ratione, ingeniose utique et erudite expositorum, reperiet in Commentatione inserta Additamentis ad Historiam Univers. ex Anglico sermone in Germanicum translatam, Vol. III. p. 43 seqq. auctore F. W. Beer. S.

Cap. LX. 1. περὶ πάντα τὰ ἱερὰ] In Vallæ Latinis apud omnia templa. Atqui nulla simulacra, nullas aras, neque templa Scythæ, uti præscriptum, dedicabant, nisi uni Marti. Ἱερὰ non hic fana, sed res sacræ sacrorumque ritus sunt, qui iidem quotiescunque inmolabant; non reticuit Laurentii peccatum Cl. Pauw. Wess. — Licet templa et ædes diis consecratas non habuerint Scythæ, possis tamen haud incommode cum Larchero τὰ ἱερὰ hic loca intelligere sacris faciundis destinata. S.

4. στάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου] Attracto capite loramenti, recte nostras L. Bos interpretatur Obs. Crit. c. 2. Permutantur phrases, στάσαι τὸν χαλινὸν, et ἀπλώσαι τὰς ἡνίας. Funis extremitas, τὸ ἄκρον τοῦ λεμοῦ, Herodoto est ἀρχὴ τοῦ στρόφου. Euripides Hippol. v. 772. Μουνυχίου δ' ἐφ' ἁπταῖς ἱππόκραντά πλεκτὰς πεπρώτων ἀρχάς: tertas funium extremitates nuper explicuit vir eximius Jer. Marklandus, cujus Notæ in Hippol. præter cetera debemus elegantissimo Musgravio. ἀρχὴν σχοινίου dixit Diodor. Sic. I. pag. 109, 71. τὰς τῶν λεμῶν ἀρχὰς, Lucian. T. III. p. 83. Optimo S. S. interpreti Marklando non poterat omitti Lucaneum Act. Apost. x, 11., cœlo demissum instar lintei σινδόνος τέτρασιν ἀρχαῖς δεδεμένον. Plato de Rep. X. p. 616. c. κατὰ μίαν

τὸ φῶς ἐκ τοῦ οἰκεκοῦ τὰ ἄκρα τῶν διεσμῶν ἀβεσῦ τετραμένα. Ista Lucæ dimiserunt intacta Philologi: multa tamen sæpe disputantur, de quibus nemo dubitat. In proximis (lin. 7.) vera Petavii et Reiskii est conjectura, περὶ ὧν ἴβαλε, Codicum etiam auctoritate munita. Valck.

6. βρόχῳ περὶ ὧν ἴβαλε] Nitet oratio Ionum consuetudine, qua περὶ] ὧν ἴβαλε idem atque περιέβαλε, sicuti ἀπ' ὧν ἴβαψε ἑωϋτὸν, lib. II. 47. κατ' ὧν ἐκλάσατο τὴν πίφαλὴν, c. 85. et ἐξ ὧν εἶλον τὴν ποιλίην, c. 86. Plura Herodoti cultorem effugere nequeunt. Recte priscum περιὼν ἴβαλε eum in modum disjunxerunt Dion. Petavius, correcto quoque Vallæ lapsu, ad Epiphanium p. 10. item Pavius et Reiskius. (conf. Gregor. Dial. Ion. §. 47. et ibi Koen.) Jam (lin. 8.) οὔτε κατευξάμενος nollem a Galeo vulgato prælatum: precum facta ante mentio est; οὔτε κατηρξάμενος subdit, quoniam Græcorum in victimis constantissimum τὸ κατάρξασθαι. Lege L. Küster. ad Comici Av. 960. et Valck. in Eurip. Phœn. v. 576. Redibit similis verborum confusio c. 103. Wess.

Cap. LXI. 1. αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης] Hinc Ælianus de Nat. An. XII. 34. Σκύθαι, ξύλων ἀπορίᾳ, ἅτινα ἐν καταβύσσοις, τοῖς αὐτῶν ὀστέοις ἕψουσι. Mela II. c. 1. sub fin. Lignorum egentes, ignes ossibus alunt: ignes sacros intelligit Is. Voss. ex Herodoto et Æliano: conf. Salmas. in Solin. pag. 186. Ubi mox (lin. 4.) λέβητας memorat ἐπιχωρίους, μάλιστα Λεσβίους κρητῆρας περιστιλλους: exspectabimus qui nos doceat, quales isti fuerint Λέσβιοι κρητῆρες, mihi etiam aliunde ignoti. In Athenaico quidem poculorum catalogo Λέσβιον etiam invenitur; sed, qua hunc usum adfirmat, auctoritas Hedyli, illa hac in re nulla est: vid. Casaub. Anim. XI. cap. 11. Valck.—Athenæum vide lib. XI. cap. 71. nuperæ editionis, et Animadv. in Athen. Vol. VI. p. 206. Quod paullo ante (lin. 2.) ait ὧδέ σφι —— ἐξεύρηται, alibi τοιόνδε pro ὧδε dicere adsuevit. S.

4. λέβητας ἐπιχωρίους] In Erratis vir Celeb. (Gronov.) ἐς λέβητας scribi jubet, quod festinanti excidisse opinor: ego præpositionem, utique inutilem, nusquam in schedis animadverti. Fecisset quoque operæ pretium, si Mediceo Λεσβίοισι quid indicetur, non celasset. Λέβια Hesychii nulli hic usui. Lesbium, genus vasis cœlati, a Lesbiis inventum habet Festus; Λέσβιον ποτηρίου εἶδος Athen. lib. XI. p. 488. A. Wess.—Licet paullo post dicat Scriptor ἐς τούτους ἐσβάλλοντες, tamen et hic eidem præpositioni esse poterat locus. Itaque quum Reizius, Gronovii monito obtemperans, sic edidisset, ἔνιστα ἐσβάλλουσι, ἢν μὲν σύχοισι ἔχοντες, ἐς λέβητας ἐπιχωρίους, eadem scriptura, me imprudente, in nostrum exemplum propagata est. Et in Var. Lect. (ed. S.) adnotavi quidem, ἐς h. l. a nostro MS. F. abesse: nunc vero demum animadverto, nullo in codice voculam illam legi, recteque Wesselingium cum superioribus omnibus ἢν μὲν σύχοισι ἔχοντες λέβητας ἐπιχωρίους edidisse; et sic in nostro contextu rescriptum velim, quemadmodum cautior Schæferus etiam edidit, quum Reizium Berheck esset secutus. S.

7. ἐς τὰς γαστέρας] Sunt in Æliani Nat. An. XII. 34. hinc derivata. In pellibus coquendi morem Arabes Beduinos probasse Cl. Reiskius significavit; Scotos olim etiam Barnesius ad Euripid. Cyclop. v. 359., et hunc usque in diem Tartarorum plures Ampl. Nic. Witsen in Tartariæ Descript. p. 659. Wess.

[13. τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος, etc.] Carnium et viscerum prosicias deo oblatas ante se (nescio an in ignem) projicit. conf. III. 94, 11. Aliud est κατάρχεσθαι cap. 60, 8. quod fit priusquam mactatur victima; aliud

nunc ἀπάρχεσθαι, mactata et cocta victima. S.]

14. τἄλλα πρόβατα] Generale quadrupedem priscis nomen. Πρόβατα, πάντα τὰ τετράπουδα Ἡρόδοτος Δ'. Scholiastes San-Germ., et Iliad. ξ'. 124., Galenus in Hippocr. περὶ Ἀφορ. p. 589. et sic in Musis sæpissime, ubi passim oves verterunt. Wess.

Ibid. καὶ τἄλλα πρόβατα] Et alias oves, tum præcipue equos: ista dedit corrector antiquæ versionis. Optime dederat Valla: immolant autem tum alia pecora, tum præcipue equos. Veteris usus et Hippocratei medicus immemor (Gronovius, medicam manum versioni Vallæ adhibere parum felici subinde successu conatus,) hæc quoque voluit mutata. Τὰ ἄλλα πρόβατα sunt, quæ dicuntur in vicinia τὰ ἄλλα ἱρήϊα, et τὰ ἄλλα τῶν κτηνίων, uti legit Valla, cui consinit Cod. Arch. Veteribus utique quævis pecora, inter edendum etiam quatuor pedibus προβαίνοντα, πρόβατα dicebantur. Eam in rem hæc etiam Herodoti advocat Eustathius in Odyss. κ'. pag. 384, 14. (pag. 1649. ed. Rom.) et multa tradit, aliunde ignota, ex Aristophane Gramm. ad Iliad. λ'. p. 828. (pag. 877. ed. Rom.) Herodotus VII. 171. λιμόν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι. Xenoph. Ἑλλ. VI. p. 356, 29. χρήματα καὶ πρόβατα διηρπάκασι. vid. Foesii Œcon. Hippocr. voc. Πρόβατα, Spanhem. in Call. Hymn. Apoll. v. 51. Valck.

Cap. LXII. 2. τῷ δὲ Ἀρηΐ ὧδε] Ex scriptis codicibus, quod vir doctus (Reiskius) voluit, interpunxi scripsique, τῷ δὲ Ἄρηϊ ὧδε· κατὰ νομοὺς, etc. (Olim κατὰ νόμους prisco ritu intellexerat Valla.) Fuit Scythia in præfecturas descripta, quibus singulis suus νομάρχης, c. 66. Hos per regionis tractus dispersa ἀρχήϊα erant (curiæ, comitia, loca ad quæ populus conveniebat) et sarmentorum strues, miræ longitudinis et latitudinis, quarum neutram sollicito. Nonne tamen incommodum et otiosum, (lin. 4.) tribus stadiis congeriem istam (altitudinem istius congeriei) fuisse minorem, adscribere? Quis tam alte eductum cumulum expectare posset aut suspicari? Videtur omnino certus pedum cubitorumve modus, quo minorem illam exaggerationem scripserat, deficere. Sic D. Petavius ad Epiphan. p. 10. a quo non dissentio. Adde Reiskii de hac prodigiosa struice judicium Miscell. Lips. Vol. VIII. pag. 105. Wess.— Suspicari possis, ὕψος δὲ σταδίου ἴλασσον scripsisse Herodotum: sed et hoc incredibile, ad tantam fere altitudinem evectam esse immensam illam struem, in terra potissimum quæ ligno carebat. Cæterum de cultu isto, quem ad Martem deum Herodotus refert, consuluisse juvabit quæ auctor Commentationis illius, quam supra ad cap. 59, 11. laudavi, §. 121. p. 72. disputavit. S.

Ibid. κατὰ νόμους] Dum vertunt, prisco ritu (ut Valla,) vel legitimo ritu, (ut Gron.) ad eumdem offendunt lapidem, ad quem sæpius interpretes in rebus Ægyptiacis: multos indicavit errores Leopard. Em. VII. c. 18. Κατὰ νομοὺς scribi debet, et converti, in singulis *nomis*, sive *præfecturis*. Sunt nobis multo quidem notiores νομοὶ, præfecturæ, in quas divisa fuit Ægyptus; neque tamen dubito quin hic Scythiæ *nomi* designentur. Ut in Ægypto nomi suos habebant Prætores, quos Νομάρχας adpellant Græci, sic se rem in Scythia habuisse vel ista demonstrant Herodoti c. 66. Ἄπαξ τοῦ ἐναυτοῦ ἑκάστου ὁ Νομάρχης ἵππαρος ἐν τῷ ἰωϋτοῦ (sic lego:) νομῷ κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων ὅσοι, etc. Quæ hic sequuntur ap. Herod. (lin. 4.) φρυγάνων φάκελοι συνιᾶσαι, sine Scriptoris nomine leguntur in Etymologico M.

pag. 599. 23. parenti suo tributa ap. Eustath. ad Iliad. η'. p. 566, 17. (pag. 689. ed. Rom.) ubi vocem φάκιλοι (φάκιλλοι scribens) litera onerat superflua. μίγαν φάκιλον ξύλων dixit Eurip. Cycl. v. 241. Fasces virgarum, φακίλους ῥάβδων, Hesiod. IV. 67. φακίλους ὕλης ἀγρίας, Thucyd. ap. Ammon. in voc. Φάκιλος. VALCK.

9. ὑπὸ τῶν χιμώνων] Cl. Pavius ὑπὸ χιόνων. Receptum, ipsas nives suo ambitu conplexum, probatius. Fortasse non deerunt, quibus (lin. 9.) ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ σηκοῦ blandietur. Ego Scholion censeo: mox iterum ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν ῥευγάνων. (At suspicari licet, vocabulum hoc ex posteriori loco in superiorem a nonnullis fuisse translatum. De voc. σηκὸς vide Valckenarii Animadv. ad Ammonium cap. 19.) Qui autem *gladii* olim Scythis cultus, idem Hunnis. Ammianus lib. XXXI. 2. p. 673. Nec templum apud eos visitur aut delubrum ——: sed glaudius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem —— colunt: ubi docte et copiose Lindenbrog. et Vales. Id observo, καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' (lin. 12.) acinaces, quos singulos in regionibus depositos plus venerabantur, quam ceteros suæ nationis deos, monstrare. Quæ, uti vera sunt, prohibent omnem verborum novationem. WESS.

10. ἀκινάκης] Martis bellive symbolum, Scythis cultum Ensem nihil habebant causæ cur riderent Græculi Romanique, rudes lapides et ligna male dedolata pro Deabus amplexantes; vide Luciani Jup. Trag. T. II. p. 690. Brodæi Miscell. V. c. 6. Melæ verba dedit Salmas. in Solin. p. 188. Apud Suidam (et Etymologum p. 48, 31.) ex Herod. profertur Ὠκινάκης, et τὸν ὠκινάκην. ὁ ἀκινάκης contrahi potuit in ὁ 'κινάκης: qualia sunt et apud Nostrum plurima. Paulo post (lin. 12) Vallam legisse suspicabatur Jo. le Febvre, καὶ δὴ καὶ τῷδ' ἔστι σφίσι θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι: quæ mihi quoque vulgata multo melior videtur lectio. VALCK. — Vulgatam percommode Wesselingius defendit. S.

22. τὰ ἄλλα ἀπίεξαντες ἱρήϊα] Per sane tritum in Musis ἀπίεγειν, usu longe diverso. (pro communi ἀπιέγειν.) H. Stephan. Thes. App. p. 484. "Ἀπίεγω, ab ἴεγω significante facio. Affertur ex Herodoto ἀπίεξαντες ἱερήϊα ἄλλα, pro ubi cetera sollemnia confecerint." Amplius nihil. Neque ego prospicio, si menda desit, quæ melior adsumi notio queat. Placuit Cl. de Pauw ex Steph. margine ἀπαέξαντες, quo ad ἐξάεγματα veterum, cum particulæ interfectorum corporibus desecabantur, relato, vertit, et dein alias victimas mutilantes abeunt: ad sententiam non male. Verum sermonis obstat consuetudo, qua ἀπαεξάμενοι τῶν ἱρηΐων lib. III. 24. IV. 62. (voluerat puto Vir doctus "qua oportebat ἀπαεξάμενοι τῶν ἱρηΐων, coll. III. 24, 11. IV. 61, 13.") Homer Od. Γ'. 446. Sunt et aliena ἐξάεγματα, sicuti a Criticis explicantur ad Apoll. Rh. IV. 478. Equidem, si quid in voce maculæ, ἀπαεάξαντες h. e. ἀποκόψαντες, amputantes et mutilantes, præferrem. Vid. Iliad Π'. 116. et hoc Synesii Provid. pag. 118. B. Ἐφίστανται δέ τις Σκύθης τὴν κοπίδα σπασάμενος, ὡς ἀπαρράξων τῆς ἀνθρώπου τὴν κεφαλήν. At ea hariolatio. Justum est κίνται. (lin. 25.) siquidem κίνται, et ejus moduli alia pleraque, in his libris numerum dant pluralem. Lucianus, modo is auctor Astrologiæ et D. Syriæ, ab Ionum eo more descivit. Confer Cl. Reitzium ad Deam Syriam c. 32. WESS. — Non sollicitandum videtur ἀπίεξαντες, licet nunc longe diversa atque alias notione accipiendum hoc verbum. ἴεξα (sive a præs. ῥίζω, sive ἴεδω, sive potius

ab inusitato ἴεργω derives, unde præt. med. ἶεργα) vim habet præteriti temporis verbi ἴρδω, et feci significat. Quare, ut θυσίας ἴρδειν est sacra facere, victimas cædere, I. 131, 6. coll. 132, 4. utque apud Hesychium Ἐρξιν, θύσιν, legimus; sic ἀπέρξαντες τὰ ἱρήϊα (præpositione ἀπὸ in compositione verbi ea notione accepta, de qua ad II. 40, 14. dictum) commode significabit postquam cædendarum reliquarum victimarum finem fecerunt. S.

Cap. LXIII. [1. ὑσὶ δὲ οὗτοι οὐδὲν νομίζουσι] *Valla:* sues pro nihilo putant. *Gronov:* sues nihil morantur. Rectius *H. Steph.* in ora: suum nullus est illis usus. Sic enim νομίζειν Nostro idem est atque χρῆσθαι, uti: et alias quidem cum accusativo casu aut cum infinitivo construitur, sed et cum dativo casu, ut φωνῇ νομίζουσι Σκυθικῇ, sermone utuntur Scythico. IV. 117, 1. S.]

Cap. LXIV. 7. καὶ λαβόμενος τῆς κιφαλῆς] Bona sunt, non infitiante, qui ante mutaverat, Reiskio. Legitimum præterea ἐκτίλει Codicum auctoritate, tum maxime σαρκίσας, (lin. 8.) a quo vim, modis illatam variis, Pollux arcet: Ἡρόδοτος δὲ, Σαρκίσαι, τὸ τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφιλεῖν. Quæ, cum Grammaticus omnium versetur manibus et Jungermanni exstet admonitio, latere potuisse, mirum accidit. Æm. Portus a veritate proxime afuit, ὀργάσας itidem (lin. 8.) ex futili ὀργίσας fingens. Suidas, Ὀργάσας, μαλάξας, ex Glossis, ut opinor, Herodoteis, unde gemina in Lexic. Timæus. Melius tamen schedarum ὀργήσας, unde originem ὀργίσας accepit, ex ὀργάω. Ruhnkenius ad Timæum p. 130. præclare. Scythicum institutum sic auctor inter Fragm. Pythagorea explicat p. 713. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζουσι, ὃς ἄνδρα κανὸν, ἐκδείρας τὰν κιφαλὰν, τὸ μὲν κόμιον περὶ τοῦ ἵππου φορεῖ. Cui scriptori κόμιον, qua forma περικόμιον alii, pars est pellis, capiti detractæ, crinibus vestita, quæ Nostro χειρόμακτρον, mantile. Atque hæc paucis: nam ut doctorum in conjecturas grasser, nec libet, nec licet. Mutata Vallæ et aliorum Latina sententiam habent sinceriorem. Wess.

8. σαρκίσας βοὸς πλευρῇ] Perperam Latine vertunt, aut etiam tentant. Si quid novandum, scriberem, σαρκήσας: quod esset a σαρκῆν, sicut vicinum ὀργήσας ab ὀργᾶν. Vide Ruhnken. ad Tim. p. 130. et Wesseling. Diss. Herod. p. 155. Horum loco frequentiora sunt ὀργάζειν et σαρκάζειν: hoc notat carnem detrahere, et Herodoteum verbum (scriptum ibidem quoque σαρκίσαι) Pollux exponit τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφιλεῖν, II. 233. Scytha bovis costa carne detracta corium manibus subigit, atque emollito utitur tanquam mantili: σαρκήσας βοὸς πλευρῇ δίψει σῇσι χερσὶ, ὀργήσας δὲ αὐτὸ ἅτε χειρόμακτρον ἐκπεπταται. Ἀποσκυβίζειν, pellem detrahere, cum his comparat Salmas. in Solin. p. 827. Valck.

Cap. LXV. 2. πᾶν τὸ ἐνιεῖεν τῶν ὀφρύων] Haud inconcinnum τὸ ὕπιεῖεν Cl. de Pauw. (qua quidem novatione nil opus.) Calvam Scythæ purgabant, ut poculum esset, non quod infra supercilia. Eadem tamen, ubi nihil mutes, sententia. Serra postquam absciderant quod infra supercilia, expurgabant capitis calvam: ἐκκαθαίρει non spectat proxima, sed κιφαλὰς aut κιφαλὴν. Barbaram consuetudinem (ad Hunnos, Langobardos, Avares, Bulgaros tramissam) habet Strabo lib. VII. p. 460. (p. 300. ed. Cas.) atque alii, de quibus c. 26. Wess.

10. πόλιμον προσιεμένοισι] Vindob. προσιεμένοισι venit in Abreschii conjecturam. Conveniret πίνδος μίγα προσιέμενοι lib. VI. 21. nisi προσιεμένοισι plures illic schedæ: par discordia in Thucydidis ἴχθραν οἱ προσῆσαν, lib. VIII. 85.

Laudo tamen. Mox hiulca esse verba, explendaque, οἱ δὲ οἱ συγχαίρουσι, ταύτην τὴν ἀνδραγαθίαν λυόντες opinatur Reiskius. Quo semel admisso consilio, veterum commentariis inculcari plura possunt et prorsus arbitraria. Ego cum Gronovio facio. Wess. — Nempe, pro olim vulgato λίγεται, recte Gronov. λίγοντες ex MS. recepit: nec turbare nos debet pluralis hic numerus, quamvis præcesserit singularis ἐπιλίγει, et ὥς οἱ. Sic enim frequenter Herodotus a sing. ad pluralem transit, et vicissim: quemadmodum paullo ante, ποιεῦσι δὲ τοῦτο —— καὶ ἦν ἐπικρατήσῃ. Multo autem commodius, me judice, progreditur h. l. oratio deleto τὴν articulo, qui post ταύτην olim erat intersertus. S.

Cap. LXVI. 5. ὀνειδος δέ σφι, etc.] Mela fere convertit II. c. 1, 108. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius; ceterum expertem esse cædis inter opprobria vel maximum. Qui plurimos interfecere, (lin. 7.) οὗτοι σύνδυο κύλικας ἔχοντες πίνουσι ὁμοῦ. Sequentia Melæ verba tentat Salmas. in Solin. p. 192 seq. ad Herodotea accommodare, quibus bibisse dicuntur duobus poculis junctis, quæ combinata tenerent. Ita loquebantur Græci, dicentes σύνδυο, σύντρεις, σύμπαντες: neque enim cum Criticorum infelicissimo Sam. Petito ad Legg. Att. p. 358 seq. sollicitarem Hyperidis verba apud Harpocrat. in Συμμορεία· σὺν πέντε καὶ ἓξ τριηραρχοῦντες. Ego, inquit Demosth. contr. Mid. p. 562. ἐτριηράρχουν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, quum bini communi sumtu triremem instruebamus. σύνδυο ἴδοξε χορηγεῖν, archonte Callia, secundum Aristot. in Schol. ad Arist. Ran. v. 406. Machon Athenæi VIII. p. 337. b. καὶ τοὺς θεοὺς φάσκουσιν οἰκεῖν σύνδυο. Idem adhibent Plato T. III. p. 282. e. et Xenophon p. 222, 2. σύνδυο καὶ σύντρεις est apud Lucian. T. III. p. 506. et Jamblich. de Vit. Pyth. p. 82. Κατὰ δύο et κατὰ τρεῖς adhibentur eodem sensu. Valck. — σύνδυο κύλικας ἔχοντες, *juncta* bina pocula habentes interpretatus sum præeuntibus doctis viris. Nunc, perpensis aliorum auctorum locis a Valck. citatis, nil aliud dixisse Noster videtur, nisi *bina* pocula singuli habentes. S.

Cap. LXVII. 1. μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι] Non nescio, quid pro vetere ἰτεΐνῃσι adferri queat. Placet MSS. duces sequi. Ligna ἰτέϊνα habet Theophrastus Hist. Plant. lib. V. c. 4. et alibi. Vaticinandi Scythicum hoc genus ex Herodoto attigit Schol. Nicandri Ther. v. 612. aliarum nationum ῥαβδομαντείᾳ non neglecta. Fuit enim plurimis per orientis occidentisque plagas similis divinatio. De Chaldæis Propheta Ezech. c. XXI, 21. ubi ill. Grotius erudite, et Ed. Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 328. Adde, quæ Casaubon. in Strabon. lib. XV. p. 1065. (p. 733. ed. Cas.) Lindenbrogius ad Ammian. lib. XXXI. 2. et Bulengerus Divinat. lib. III. 26.; et nihil desiderabis amplius. Wess.

7. Οἱ δὲ Ἐνάρεις, οἱ ἀνδρόγυνοι] Nisi codices copulam inducerent, scribi cum viro docto (Gronov.) οἱ καὶ ἀνδρ. potuerat. Ἐνάρεις etiam lib. I. 105.; ubi Ἡλίη eorum νοῦσος, cur hic ἀνδρόγυνοι effeminati et molles, clarissime exponit. Statim τρίχα (lin. 9.) bene habet, offertque virgulæ divinatoriæ, a Vallemontio et vulgi credula superstitione mire laudatæ, quoddam genus. Credulitatis enim superstitiosæ propagines læte semper surgunt, et ab radicibus everti renuunt. Wess.

7. καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι] Enaries, qui sunt androgyni; Valla: legit itaque, quod et H. Steph. animadvertit: Ἐνάρεις, οἱ καὶ ἀνδρόγυνοι: atque ita cepit ista Jac. Tollius ad Longin. p. 163. ubi multis pertractat Longino visum ἀμίμητον τὸ τοῦ Ἡροδότου, Ἡλίαν νοῦσον, I. 105. adpel-

lantis, ut opinor, quod Faber et Boileavius putabant designari, nempe τὰ γυναικεῖα: sive αἱμορροΐδας, forsan velut in mulieribus μηνιαίας. Hoc statis temporibus recurrente fluxu debilitati fiebant ὑπνοῦχοι, et ἀνδρόγυνοι, sive ἡμιάρρενες, et, ut in gripho veteri dicuntur, ἄνδρες οὐκ ἄνδρες. Valck. — Vide ad I. 105, 13. et 16. notata. S.

Cap. LXVIII. 8. διαλελαμμένος] Schol. in Aristoph. Ecclesiaz. v. 1082. μέσος εἰλημμένος, bene, sicuti c. 94. Jusjurandum per *solium* regis hinc abiit multorum in conmentationes, etsi apud Scythas nullum. Ἑστίην, Vestam, regiosque *Lares*, (τὰς βασιληΐας Ἑστίας, lin. 4.) in intimis regiæ penetralibus coli solitos, dejerantes adpellabant. Περὶ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρώποις ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις sollemnis ea religio erat ap. Diodor. lib. V. 68. Scythæ Vestam inter numina locarant, Ἑστίην τὴν Σκυθίων βασίλειαν dictitantes infr. c. 127. Vallæ Latinis error debetur. Wess.

13. καταδήσωσι ἐπιορκῆσαι] Athenis atque alibi quorumdam criminum in judicio convictos manebat ὁ δισμός. Variis enumeratis, ἅπασιν, inquit, Demosth. contr. Timocr. p. 453. οἱ μὲν ὑπάρχοντες νόμοι δισμὸν προλέγουσιν· ὁ δὲ σὸς λελῦσθαι δίδωσιν. Xenoph. Ἀπομν. I. p. 419, 3. κατὰ νόμον ἐξεῖναι παρανοίας ἐλόντι καὶ τὸν πατέρα δῆσαι. Vel ista sola monstrant, qua figura loquendi Καταδῆσαι ponatur pro καταδικάσαι, convictum condemnare: sunt eximie judicis ista, καταδικάσαι, et ἀπολῦσαι, absolvere. Antiphon frequenter opponit ἀπολῦσαι et καταλαβεῖν, p. 119, 34. p. 123, 43. 126, 37. ἀπολύσιμον et καταλήψιμον, 129, 4. Similiter apud Herodot. hic opponuntur, ἢν μὲν καταδήσωσιν ἐπιορκῆσαι· —— ἢν δὲ ἀπολύσωσι: atque ita lib. II. c. 174. ὅσοι μὲν αὐτὸν —— ἀπέλυσαν μὴ θῶρα εἶναι, et ὅσοι δέ μιν κατέδησαν θῶρα εἶναι. Reiskius utroque loco κατέφησαν scribendum opinabatur: si fori non habebat Græci perspectam rationem, illud tamen noverat, καταδῆσαι et ἀπολῦσαι etiam in aliis rebus opponi velut contraria: in Magicis defigere καταδῆσαι, defixum liberare atque absolvere dicebatur ἀπολῦσαι: de captivis legerat adhibita ἐλευθερῶσαι et καταδῆσαι. Si placebat adeo καταφήσωσι et κατίφησαν, cur non in vicinia scribebat etiam ἀποφήσωσι et ἀπίφησαν? Quæ tandem isthæc est sincera quævis incrustandi voluptas? Nonnunquam tamen conjecturas proposuit, quibus multa redimit incogitanter atque ita scripta, ut Doctorum hominum non satis illum reverentem esse adpareat. Valck.

Cap. LXIX. 2. ἅμαξαν καμάρης] An hinc, Καμάρης, δίσμης, Hesychianum? Hoc si illud fonte manavit, de insolentiore structura nulla amplius querela: apta erunt et nexa πλήσωσι καμάρης φρυγάνων fasce cremiorum. Hæc Cl. Abreschius Dil. Thucyd. p. 243.; cui nullus refragarer, modo de vocis usu omnia essent liquida. Καμάρας in curribus novit Herodot. lib. I. 199. et ex eo Pollux. Καμαρωτὸν ἅρμα Athenæus lib. IV. 7. (p. 139. F. ubi, quæ fornicata carpenta in Lat. vers. nominavi, potueram cum Casaub. in Animadv. tectos currus dicere.) Quo de curruum genere erudita plura T. Hemsterhusius ad Comici Plut. p. 369. ἁμάξης καμάρᾳ longe vulgato præferens: Hesychii καμάρα, quæ vera magni viri emendatio, ἡ ἐπὶ τῆς ἁμάξης σκηνή per hic accommodata. Equidem, si quid mutandum, huc irem; quamquam, ut quod sentio, dicam, καμάρης vox, damnata a Codicibus, irreptitia videtur. Mox ἐμπιδήσαντες, (lin. 2.) probum, et στομώσαντες idem ac φιμώσαντες, os obturantes, sicuti ad supplicium trahendis solebat. Conf. Schottum ad Append. Prov. Vatic. p. 273. Wess.

2. ἄμαξαν καμάρης] Dabit forsan olim Codex scriptus ἀμάξης καμάρην, quod placebat Hemsterhusio ad Schol. in Arist. Plut. p. 369. Quod vir Clar. ex Hesychio Καμάρης hic interpretatur δίσμης, ut dici censeatur ἄμαξα sarmentorum impleta fasciculis; primum cuperem edoceri, quo modo fascis sarmentorum dici possit καμάρη φρυγάνων; unius Hesychii perexigua est in talibus auctoritas; deinde qualis fascis ille fuerit ἀμαξοπλήθης? Sarmentorum fasces Herodoto quoque sunt φρυγάνων φάκελοι c. 62, 4. φρυγάνων δίσμαι Hesychio, in Ἀγκαλίδες, ut alibi δίσμαι δραγμάτων. δίσμας δικανικῶν λόγων dixit Aristot. apud Dionys. Halic. T. II. p. 163. In proximis, (lin. 2.) ἐμπιδήσαντες τοὺς μάντιας καὶ χίρας ὀπίσω δήσαντες, variabunt forte Codd. utitur certe Valla eodem verbo, quo supra c. 60. in istis ἐμπεποδισμένον τοὺς ἐμπροσθίους πόδας. Συμποδίσας redditur συνδήσας τοὺς πόδας in Schol. ad Aristoph. Ran. v. 1560. συμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλήν, Plato de Rep. X. p. 615. E. Sed Herodoteum est ἐμπιδῆσαι, pro πέδαις ἐνδῆσαι, compedibus constringere VI. c. 23. Scythen Hippocrates πεδήσας — ἐς Ἴυνιον πόλιν ἀπίκεμψι. Homericum Æschylus aliique adhibuere. VALCK.

CAP. LXX. 1. Ὀρφικὰ δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε] Ubi de Scythis Mela II. c. 1, 112. Sauciant se qui paciscuntur, exemtumque sanguinem ubi permiscuere degustant; illustrat Is. Voss. barbaris gentibus usitatum morem, duo tractans Herodoti loca, hunc quidem altero felicius; nam docte corrigit in his, τύψαντες ὀπίσω ἢ ἐπιταμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος: sed minus bene interpretatur ista e lib. I. c. 74. ἐπιὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροίην, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Veræ interpretationis vocis ὁμοχροίη, quam dedit ad Æsch. Socrat. (III. 15.) vir doctus (Horreus), auctor est Mer. Casaubonus in Notis ad istum M. Antonini (IX. 3.) locum, quem ultimum excitat: Postquam brachiorum summam cutem secuerunt, mutuum sanguinem delingunt: ad hæc nostrum ille locum commode comparat; sed ad Antonini sui ἀψικάρδιον aptius composuisset Theocritea ex Eid. I. 35. τὰ δ' οὐ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς. Eurip. Hec. v. 241. οὐ γὰρ ἄκρας παρδίας ἴψαυσέ μου. Lucian. Nigrino §. 36. ἄκρου μὲν ἐπιλίγδην ἅπτεται, βαθείαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν· οὐ δὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχροίας. Quod illic τὴν ὁμοχροιΐην, summam cutis superficiem, hic vocat Herodotus σμικρὸν τοῦ σώματος: ad quem præter Vossiana conferri possunt verba Posidonii ap. Athen. II. p. 45. F. VALCK.

3. τύψαντες ὑπίσω] Placet ὀπίσω Vossii ad Melam lib. II. 1. et Hemsterhusii in Polluc. X. 141.; nam rescripta, valida minus sunt, nec vocabulo lucem adspergunt. Ὄπιας et ὀπήτιον servavit Pollux, ὕπιας quis tandem? Lucianum Toxar. c. 37. in ipsa re Nostro ferme consentire, præter alios Hutchinson ad Cyri Ἀναβ. p. 127. non oblitus fuit. WESS.

CAP. LXXI. 7. ἀνήσου] Si darent Codd. formam restituerem ἀνήθου, quibusvis usitatam, etiam Poëtis, Alexidi, Eubulo, Theocrito, Moscho. Suos etiam mores dialecto sæpe sequentes Lacones lenius tamen σ litteræ θ supponebant; molles Iones non item, quantum memini, in talibus, nam ῥυσμὸς et similia diversi sunt generis. VALCK. —Ἄνησον h. l. cum Valckenario Schneiderus in Lexic. crit. anethum interpretatur, quod alias ἄνηθον vel ἄνητον. Larcher cum Valla, cujus versionem Wess. tenuit, anisum intelligit, quod rectius ἄνισον: pro quo quidem apud Athen. IX. 371. d. ἄννησον scribit vetustissimus codex, quemadmodum apud Nostrum

h. l. ἀννήσου dant MSS. Pass. F. Pa. Pc. Quare optioni locus est: utriusque quidem plantæ aromaticum semen. S.

10. τρίχας περικείρονται, etc.] Transilierunt hæc librariorum oculi Florentiæ atque alibi: occasionem dedit ἀποτάμνονται. Nollem βραχίονας περιτάμνονται explicitum de amputatis brachiis, ut omissorum caussa defenderetur. In Scythico luctu, convulnerarunt et inciderunt brachia ad sanguinem eliciendum, quod περιτάμνεσθαι. Nihil aliud. Vide lib. VI. 59. Wess.

14. ἐς τοὺς πρόσθεν ἔλθον] Additamento Arnaldi ὡς οἱ ἐς τοὺς πρ. carere possumus. Verti satius fuerat, illi vero eos comitantur, ad quos prius venerunt. Quod porro (lin. 17.) καὶ ἐν τοῖσι ταφαί εἰσι corrigit, laudare non debeo. Posuerat Herodotus in Gerrhis regum sepulcra, repetitionis ratio nulla: præsertim cum Codd. conmodi quid et opportuni repræsentent ἔν τι τοῖς ἴσχατα κατοικημένοισι —— καὶ ἐν τῇσι ταφῇσι, inque ultima incolentibus adsunt —— et illis in sepulcris. Valla id habuit, superioribus bene congruens. Non abludit ex lib. I. 104. τοῦτο δὲ παραμιβομένοισι, εἶναι ἐν τῇ Μηδικῇ. Vide et Elsneri Schediasma p. 55. Wess.

Ibid. οἱ δὲ σφι ἵστανται, ἐς τοὺς πρόσθ. ἦλθ.] Plures novi, qui ad hæc adhæserint; mihi non videntur obscura, neque adeo corrigenda. Scythæ οἱ Βασιλήϊοι, Regum funera curantes, rite compositum cadaver curru devehebant ἐς ἄλλο ἔθνος. Ad quos primum venissent, hi soli τοὺς Βασιλῆϊους sequuti, cadaver per singulas gentes circumductum, cum illis adeoque, Gerrhos usque prosequebantur: ταφαὶ τῶν βασιλέων ἐν Γέρροισί εἰσι: leguntur ista paulo superius. Quæ vero sequuntur verba, ἐν Γέρροισι ἔσχατα κατοικημένοισί εἰσι τῶν ἐθνέων τῶν ἄρχουσι, καὶ ἐν τῇσι ταφῇσι, illa mihi quoque videntur ut visa fuerunt mendosa G. Arnaldo Animadv. p. 164. Libenter auctori suo relinquimus vulgatorum explicationem, quam dedit Jac. Elsner in Schediasmate Crit. c. VI. Primum suspicor e proximis syllabis οἱσι male fuisse repetitum εἰσὶ, nisi natum sit ex τιθέασι: hoc, vel Ionico τιθέᾱσι, suo loco repositio, nihil in his desiderarem, si sic scripta legerentur alicubi, ἐν Γέρροισι, ἔσχατα κατοικημένοισι τῶν ἐθνέων τῶν ἄρχουσι, τιθέασι (τὸν νέκυν nempe) ἐν τῇσι ταφῇσι. Aut fallor, aut sequentia talem poscere videntur lectionem. Valck.— Equidem Wesselingium probo. S.

20. μύλῃ καταστιγάζουσι] Laurentii palliis contegunt explosit Portus et uberius Georg. Arnaldus Animadv. c. 30. Vide et lib. II. 96. et Dion. Chrys. Or. XIV. p. 219. ad hæc Herodotea alludentem. Barbarus contumulandi mos, etsi Scythiæ, in sacra Christianorum transgressi, eum abdicarint, Theodoreto Or. ad Græc. IX. p. 129. teste, nondum plane in Tartariæ Lithuaniæque oris cessat. Vide Memor. Scyth. Bayeri. Conment. Acad. Petrop. T. III. p. 359. Wess.

Cap. LXXII. [7. ἐξιλάσεις αὐτέων τὴν κοιλίην, καὶ καθήραντες, ἐμπιπλᾶσι ἀχύρων, etc. Hæc planissime firmant ea quæ a nobis ad II. 86, 16—21. disputata sunt; ubi ad hunc Nostri locum debueram provocare. S.]

9. ἀψίδος δὲ ἥμισυ ἐπὶ ξύλα δύο στήσαντες ὑπτίου] Delevi vocem ἥμισυ, inprudenter ex prægressis iteratam. Interpunxi præterea, καὶ τὸ ἕτερον—— ἐπ' ἕτερα δύο, κατακηξάντες τρόπῳ τοιούτῳ πολλὰ ταῦτα: quippe artius nexa prius, quam res desiderabat. Atque hic utor consensu Pavii et Reiskii. Mox Abbas Melotus et Reiskius κατὰ μῆκος (lin. 11.) per equorum longitudinem, vere: requirit oratio hanc notationem, probantque Ask. schedæ. (quæ commode etiam intersertum dedere τὰ articulum.)

Gemellum ferme νεκροῦ ἑκάστου παρὰ τὴν ἄκανθαν, quod sequetur. Dabit equi tale spectaculum, ex ultima Tartaria transmissum, Ampl. Nic. Witsen. Descript. Tartar. p. 81. ostentaturque Leidæ non dissimile in tabula. Wess.

[21. κάτωθεν δὲ ὑπερέχει] Turbata aut pendens videri poterat orationis structura: ἐπιὰν —— διελάσωσι ——, κάτωθεν δὲ ὑπερέχει τοῦ ξύλου τούτου, τὸ ἐς τόρμεν πεπηγύουσι. Quem locum tractans *Werfer* Act. Philol. Monac. T. I. p. 112 seqq. commode monuit, particulam δὲ hic similiter poni atque alias γὰρ ponitur in propositione incidente et quodammodo caussali. Nempe, nisi prorsus abundare statueris δὲ particulam, sententia in hunc modum erit concipienda: postquam lignum —— transfixerunt, quum infra emineat pars hujus ligni, hanc partem defigunt in foramen, etc. Sic istud τὸ valebit τοῦτο, sicut τὸν c. 36, 3. valet τοῦτον, et similia multa. S.]

22. ἐς τόρμεον] Τόρμεον Grammaticus (cui glossæ Herodoteæ debentur) reddit τρῆμα. Vide clar. Wess. ad Diodor. lib. II. (c. 8.) p. 121. Valck.—In plerisque quidem Glossarum exemplis Τόρνιον, et Τόρνος apud Suidam legi, monuit idem Wess. in Notis ad Gloss. Sed τόρμεον tenent Herodotei libri omnes, firmatque Hesychius aliique auctores a Schneidero in Lexico crit. laudati. S.

23. ἐπιστήσαντες δὲ κύκλῳ τὸ σῆμα ἐπαίμας ποιεῦνται] Περὶ τὸ σῆμα Reiskius; et sic Valla fortasse legit, sive potius περιστήσαντες δὲ κύκλῳ τὸ σῆμα, etc. Codex scriptus si daret πέριξ, una cum interpretamento κύκλῳ, commode servari posset, ἐπιστήσαντες. Valck.—Malunt docti viri περιστήσαντες, aut τῷ σήματι, aut περὶ τὸ σῆμα, ut niteat oratio. Sed nitori nihil decedet, si verba consideres, στήσαντες δὲ κύκλῳ ἐπὶ τὸ σῆμα, quod Scriptor voluisse censendus est. Wess. —Utique sollicitari ἐπιστήσαντες non debet, quod proprie significat, statuerunt contra, adversus, coram; nempe ita equites illos statuerunt, ut omnes sepulcrum respicerent: ac possis cum Wess. intelligere ac si dixisset Herodotus, στήσαντες αὐτοὺς ἐπὶ τὸ σῆμα, quemadmodum VIII. 79, 5. ait στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον, et καταστὰς ἐπ' αὐτὰ (τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλονίων) III. 156, 7. Sed ad ipsum verbum ἐπιστήσαντες facile etiam per se intelligitur τῷ σήματι aut ἐπὶ τὸ σῆμα, quum præsertim continuo adjiciat auctor κύκλῳ τὸ σῆμα, quod idem valet ac πέριξ τὸ σῆμα: nam, ut πέριξ, sic et κύκλῳ cum accusativo casu construitur. cf. IV. 180, 14. scil. per ellipsin præpositionis περί, quemadmodum ἅμα cum dativo per ellipsin præpositionis σύν. S.

Cap. LXXIII. 3. ἐν ἀμάξῃσι] Male ἐν ἀμάξῃ Mediceus. Wess.

Cap. LXXIV. 1. Ἔστι δὲ σφι κάνναβις, etc.] Antiquitus in his una vox alio forsan ordine fuerit atque ita collocata: Ἔστι δὲ σφι κάνναβις αὐτομάτη φυομένη ἐν τῇ χώρῃ, —— ταύτης (pro ταύτῃ) δὲ πολλῷ ὑπερφέρει ἡ κάνναβις αὕτη, ἣ καὶ σπειρομένη φύεται. Ad istam rationem opponuntur τὰ αὐτόματα φύεται, et τὰ σπειρόμενα φύεται, lib. II. c. 94. Sequentia, (lin. 4.) καὶ ἐξ αὐτῆς θρῆνοι μὲν καὶ εἵματα ποιεῦνται τοῖσι λινέοισι ὁμοιότατα, attigit Hesych. in Κάνναβις: ubi, ἔστι δὲ φυτόν τι λίνῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ αἱ Θρᾷσσαι ἱμάτια ποιοῦσιν. (addit: Ἡρόδοτος. τοῦτο σπέρμα θυμιῶσιν. cf. cap. 75. init.) In Herodoteis incommodum esse μὲν sensit Reiskius: vox forsan intercidit. Fac in antiqua scriptum membrana: καὶ ἐξ αὐτῆς θρῆ (σσαι γυναικήϊον) κόσμον καὶ εἵματα ποιεῦνται: facile vox κόσμον in κις μὲν potuit deflecti. Ex proximis, οὐδ' ἄν, ὅστις μὴ κάρτα τρίβων εἴη αὐτῆς, διαγνοίη, λίνου ἢ καννάβιός ἐσ-

τι: novissima Pollux excitat VII. 72. Conf. Casaubon. ad Laërt. III. 63. VALCK.

2. ταύτῃ δὲ πολλῷ] Non placet ταῦτα δὲ Arch. Docetur, cannabim eatenus lino præstare, quod et crassior et major sit, prætereaque sponte proveniat et sata: quæ utique in lino discrepant. Hesychii verba, leviter prava, huc spectare, docti homines monuerunt. Confer et Valckenarii observationem ad lib. II. 94. WESS.— ταύτῃ, hac parte, hactenus, nil profecto opus est ut cum Valck. in ταύτης mutetur: immo, quo pacto in istius locum repositum hoc Vir doctus voluerit, non exputo. S.

CAP. LXXV. 5. πυρίη] Male thuribulum Laurentius. Πυρίην caldarium sive tepidarium Latini vocant, docente magno viro ad Strabon. Lib. III. p. 232. (p. 154. c. ed. Cas.) Fomentum qui volet, cum eo facilis transactio. Amplior lis et difficultas (lin. 6.) in ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται, quorum ultimum mirifice vexatur. Th. Galei ἐξικμᾶσθαι ἢ πυριασθῆναι alienissimum: ὠρύεσθαι aliud esse, norunt omnes: ejusdem ἰδρόονται haud præstabilius. Corn. de Pauw ὀῤῥόονται, ex ὄῤῥος. Norunt medici ὀῤῥοῦσθαι, et Clemens Alex. ἐξοῤῥοῦσθαι, in lacte serescente: a quo ad suorem incommodus transitus. Reiskius πυριῶνται; Heringa ἀρύονται, hauriunt; ἐριγνῶνται, Abreschius, aut ῥοννύονται, corroborantur. Quorum quidem quid excellentius meliusve, non finio, arbitratus macula verbum non esse adspersum. In ἀγάμενοι hæsito; ἀγαλλόμενοι, delectati, si foret, in expedito et plano, ut equidem opinor, omnia. Memorat Dio Chrysost. Or. XXXII. p. 378. c. apud barbarorum nonnullos μέθην γίνεσθαι κρᾶσιν δι' ἀτμοῦ θυμιωμένων τινῶν, lenem nasci ebrietatem ex suffitu rerum quarundam; tum gaudere, ridentes exsurgere, et omnia facere quæ bene poti solent. Oratorem Scythas, qui læti illo cannabis fomento et suffitu inconditum clamorem edebant, sive βοῶσι ὠρυόμενοι, uti lib. III. 117. respexisse puto. Forte tamen ἀγάμενοι, mirantes et stupentes, sanitatis est indubiæ, siquidem cannabis semen, pollen et suffimen, stuporem et ebrietatis effectus gignere apta sunt. In Perside ac India hanc ejus virtutem usu cognosci Engelb. Kæmpferus Amœnit Exoticar. Fasc. III. p. 645. testificatur. Quare, quæ his cohærent, τοῦτό σφι ἀντὶ λουτροῦ ἐστι, superiora spectant et τὴν ἀτμίδα, Hesychiano καπναβισθῆναι explanata. WESS.

6. ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται] Variis postremum, nemini, quem noverim, suspectum fuit ἀγάμενοι. Ἄγασθαι tamen vel ἀγασθῆναι, valde frequentatum veteribus, illis vereor ut ista fuerit adhibitum structura. Ceteris receptum in his scribendi morem sequitur Herod. IV. 46. τὰ μὲν τοι ἄλλα οὐκ ἄγαμαι. VI. 76. ἄγασθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνεω, οὐ προδιδόντος τοὺς πολιήτας. Verbum ὠρύονται diversimode corrigunt: ἰδρόονται, excogitatum Galeo, destituitur, opinor, auctoritate: (conf. tamen Hesych. in Καναβισθῆναι.) nostro A. H. dubitanter venit in mentem ἀρύενται: (vide Adr. Heringæ Obs. crit. c. 18. p. 151.) πυριῶνται, Reiskio; ἐριγνῶνται, Abreschio. Quando vera vel adinventa, vel adfirmata fuerit lectio, mea cum reliquis refutari poterit conjectura corrigentis ῥύπτονται se abstergunt: hoc, me judice, responderet verbo καθαίρονται, posito c. 74. Θάψαντες δὲ οἱ Σκύθαι καθαίρονται τρόπῳ τοιῷδε: istum, quo funere polluti se purgarent, modum, huc usque exposuit; tandem reliquis subjecisse videtur Herod. hujus ferme sententiæ participium, —— μενοι τῇ πυρίῃ ῥύπτονται, istius vaporis fomento sudantes sudorem et sordes abstergunt; at-

que ita tanquam in cella sudatoria καθιέντας, sicca veluti sudatione. τοῦτό φησι, addit Herodotus, ἀντὶ λουτροῦ ἐστι· οὐ γὰρ δὴ λούονται ὕδατι τὸ παράπαν τὸ σῶμα. Hoc itaque fuerit, quod nescio quis dixerit Καναβιστύνας. Hesychius in Κάναβις, Herodoti facta mentione, ista scribit: Καναβιστύνας, τοὺς τὴν κάναβιν ἐξιδρῶσαι καὶ πυριστύνας. Postremum illud de Græcorum etiam adhibebatur πυριάσεσι. Secundum Palæph. π. Ἀπίστ. c. 44. quæ πυρίας usum prima introduxit, Medea senes ἐπυρία, suisque sæpe fomentis vegetabat; sed Pelias πυριώμενος ἀπέθανε: prout illa codex exhibet scriptus. Dædalus qualis σκυταλείου Selinusiis fuerit architectus docet Diodor. Sic. IV. 78. in quo, naturalis ignis vapore commodum introducto, fecerit utentes illo ἐξιδρῶτι λιληθότας. Timæus Athenæi XII. p. 519. B. apud Sybaritas cellas in usu fuisse scribit sudatorias, ἐν αἷς καταχίμενοι ἐπυριῶντο. Valck. — At, cur sollicitaretur verbum ἀφίστανται, nulla prorsus causa fuisse videtur. Et de ἀγάμενοι quoque cessare dubitatio debet: nec enim cum secundo solum aut quarto casu construitur hoc verbum, sed et cum tertio; ut apud Xenoph. Cyrop. II. 4, 9. et apud Platonem in Sympos. p. 318. Conf. Zeune ad Xenoph. l. c. et quem is laudat Ruhnken. ad Timæi Lexic. p. 8 seq. Quod si cui minus h. l. satis facit usitatior notio mirandi, probandi, laudandi; indicabit huic Ruhnkenius ibid. Philonis locum, ubi idem verbum ἄγασθαι ἐπί τινι cognati verbi ἀγάλλεσθαι notione, lætandi exultandique, usurpatur. S.

9. καταπάσσουσι] Glossator Σώζουσι, τρίβουσι, et Suidas ex eo, nimis licenter, ut solet sæpe. Nicander Ther. v. 696. Σῶχε διαπῆσαι: ubi Critici διάσωχε καὶ τρίβε τῇ κνήστιδι εἰς μικρὰ, et paullo ante ἀνάσωχε τῇ κνήστιδι: adde vers. 590. H. Stephano, merito mirante Abreschio, καταπάσσω suspectum fuit. Mox (lin. 11.) ταχὺ ἰὸν, πάντοθεν abunde. Copula necessaria non erat. Wess.

Cap. LXXVI. [1. Ἑλληνοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φύγουσι, μή τι γε δὴ ἀλλήλων, Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἥκιστα] Locum hunc, quem haud immerito Reitius (in Hermanni Adnot. 266. ad Viger.) difficilem dixerat, obiter attingens *Werferus* in Act. Philolog. Monac. T. I. p. 263 seq. "nihil erit, "sic, cur difficiliorem dicas, si ad ne- "gativam particulam μή τι γε, χρᾶσθαι "cogitaveris. Quippe φύγωσι in eorum "verborum numerum, quæ infinitivus, "negativa particula μὴ adjuncta, consi- "tatur, referri debet. De quo loquen- "di usu conf. Herm. Observ. crit. in "Æsch. et Eur. loc. p. 5 seq. et Heim- "dorf. ad Plat. Parmen. p. 246. atque "ad Soph. p. 339." — Scilicet quoniam, sicut verba prohibendi, negandi et similia, (conf. Adnot. nostram ad II. 27, 2.) sic et fugiendi, abstinendi, etc. notionem habentia, ita construuntur ut sequatur negans particula ad consequentem infinitivum alterius verbi pertinens; ubi ex aliarum linguarum genio negativæ particulæ nullus erat locus; inde facile intelligitur, cur hic post χρᾶσθαι φύγωσι dicat Herodotus Ἑλληνικοῖσι ἥκιστα, ubi in eandem quidem sententiam ex nostri sermonis usu μάλιστα exspectasses. Nempe hoc vehementer cavent Scythæ, ut *minime* instituta sequantur Græcorum: id est, vehementer et *maxime* abhorrent ab usu Græcanicorum institutorum. Sed indidem non dum satis patet quid sit quod dicat, μή τι γε δὴ ἀλλήλων. Illud quidem adparet, non posse μή τι γε h. l. usitata notione nedum, multo magis, aut multo minus, accipi. Ne quidem vertunt vulgo: ne quidem mutuo inter se, *Valla*; et sic fere Wess. cum Gron. At formulam

μή τι γε nusquam alibi ista notione positam reperies. Similiter tamen Hermannus, et ipse hunc Herodoti locum in Vigeri editione secunda p. 804. leviter attingens, Germanice vertit wirklich nicht einmal: at is veterem probat scripturam μή του γε ὤν, quam et equidem repositam velim. Sed, utcumque et de scribendi ratione et de vi hujus formulæ statueris, suspectum h. l. vocab. ἀλλήλων esse debebit: pro quo sicut ἄλλων me maluisse in Var. Lect. (ed. S.) significavi, sic et eumdem Hermannum (cujus novissimam illam Vigeri editionem nunc primum mihi inspicere contigit) video ἄλλων legendum censere. Quo posito, hoc dicere Herodotus videtur: A peregrinorum institutorum usu vehementer abhorrent Scythæ, utique quidem ab aliorum etiam populorum institutis, maxime vero Græcorum. Quod in Var. Lect. (ed. S.) ubi monui codicem F. cum Arch. in μή τι γε consentire, adjeci "nec aliud ex Paris. adnotatum:" id dormitanti excidit, et indictum velim. Quoniam enim Parisienses codices, in usum nostræ editionis, cum ed. Wess. collati fuerunt; hoc ipso, quod h. l. nihil ex illis adnotatum est, declaratur consentire eos cum ed. Wess. S.

3. ὡς δείξειεν Ἀνάχαρσίς τε καὶ —— Σκύλης] Credo voluisse, uti MSS. monstrant, δείξειεν Ἀναχάρσει —— Σκύλῃ. Neque enim Anacharsis et Scyles ostenderunt, Scythas ab aliarum nationum ritibus abhorrere; sed utrique, data necis caussa, Scythiæ patefecerunt, quo ipsi animo in cultus et rituum sint novatores. Wess. — Scripturam a Viro docto commendatam recepi cum Reiz. et aliis. Fortasse tamen eamdem in sententiam teneri debuerat id quod olim vulgabatur, Ἀνάχαρσίς τε καὶ —— Σκύλης, ut exemplo fuere Anacharsis et Scylas. Quod autem in nostra Var. Lect. (ed. S.) scribitur, Σκώλης legi in ed. Wess. id typothetæ errore commissum: Σκύλης habet ed. Wess. cum superioribus. Meum illud erratum, quod scripsi "puto et Paris. cum Arch. et Vind. consentire." Ex Parisiensibus enim codicibus iterum h. l. nullus ab ed. Wess. dissensus notatus est. S.

4. Τοῦτο μὲν γὰρ Ἀνάχαρσις, etc.] Τοῦτο μὲν, ob copiosiorem narrationem, non habet suum τοῦτο δὲ, quo et caruit lib. II. 99. et in Plutarchi Consolat. p. 115. c. Wess. — Isti Τοῦτο δὲ respondent illa, Πολλοῖσι δὲ κάρτα ἔστι ὕστερον, etc. initio cap. 78. Et in hoc quidem nihil inest difficultatis: sed in hac ipsa periodo consecutionem connexionemque orationis non expedio; nisi illa δὲ particula, quæ post πλέον inde ab ed. Med. interserta legitur, aut deleatur, aut certe prorsus abundare statuatur. Quare, quum eam cum Aldo codices Arch. Vind. et Pc. ignorent, deletam velim; et nunc maxime animadverto, merito eam ab accuratissimo Schæfero abjectam esse. S.

5. ἀποδιξάμενος] Quod ἀποδιξάμενος mutatur, inprobo vehementer. Non jam dico, ἀποδίξασθαι ἔργα μεγάλα Herodoti sermone frequentari; id tantum, Anacharsin in Græcia plura prudentis viri argumenta et rerum inventarum, de quibus docti viri in Diogen. lib. I. 105., ostentasse. Simile est, sine caussa a Stephano sollicitatum, Platonis Hipparch. p. 228. B. ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο. Wess. — Quis sit qui probam solicitaverit scripturam, aut quid in ea nonnemo desideraverit, incompertum est mihi. S.

7. ἐς Κύζικον, καὶ, εὖρε γὰρ, etc.] Interpunxi post καὶ, serie rerum expostulante. Confer Abresch. Diluc. Thucyd. p. 373. (et quæ ad Herodot. I. 24, 15. notata sunt.) Matris Idææ

cultum, ni fallunt Cyziceni et poëtæ, Cyzici Argonautæ instituerunt, apud Strabon. lib. I. p. 76. (p. 45. ed. Cas.) Legi dignus est ill. Comes Caylus, Recueil d'Antiquit. T. II. p. 199. Wess.

16. τύμπανόν τι ἔχων] Inspice Apollon. Rhod. I. 1138. Sequens ἐνθουσιάμενος præclare H. Valesius ad Fragm. Polybii p. 36. et Gronovius exposuerunt. (Vide Polyb. nostrum lib. XXII. 20. cum Adnott. T. VII. p. 469 seq.) Nihil tamen accommodatius Clementis Alex. Protrept. p. 20. conplusculis illis, sed mire opportunis: Πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο τῷ τῶν Σκύθων βασιλεῖ, ὅστις ποτὲ ἦν. Ἀνάχαρσιν οὗτος, sic vere Steph. Berglerus, τὸν πολίτην τὸν ἑαυτοῦ, τὴν παρὰ Κυζικηνοῖς μητρὸς τῶν θεῶν τελετὴν ἀπεμιμούμενον —— τύμπανόν τι ἐπικυπτοῦντα καὶ κύμβαλον ἐπηχοῦντα, καὶ τοῦ στραχήλου τινὰ, οἷα Μηναγύρτην, ἐξηντημένον, κατεσόξυσιν. Sic, ex Herodoteis depromta, olim fuerunt; neque fugit eruditos Clementis interpretes, quos adire consultum erit. Wess.

[18. Σαυλίῳ] Ut Σαυλαίῳ Arch. et Vind. sic et Sauleo habet Valla; iterumque extr. cap. Saulei, et Sauleo. S.]

24. Ἰδανθύρσου] Scythicum nomen, etsi Gronovius ad Arrian. Indic. c. 5. aliud decreverit, videtur, modo in barbaricis valeat consensus, plurium auctoritate sic pingendum, etiam c. 127. Ἰδάνθυρσος certe Straboni et Plutarcho, nonnunquam Ἰδάθυρσος, Clementi Ἰδανθούρας, quo de Salmas. in Solin. p. 594. non bene. Wess.

26. εἰ ὧν ταύτης ——, ἴστω ὑπὸ τοῦ ἀδελφιοῦ ἀποθανών.] Formulam expressit, ut Herodotea amat, Pausanias lib. I. p. 17. εἰ δὲ ὁ Πτολεμαίος οὗτος ——, ἴστω τὸ ἐπιμανὲς κεκτημένος. Optime Gronovius ὑπὸ τοῦ ἀδελφιοῦ. (conf. Laërt. I. 102.] Periit enim Anacharsis manu fratris, patruus Idanthyrsi. Idem monuerat Stanleius Histor. Philosoph. Atque ad hæc vellem animum advertissent Editores Histor. Catholicæ T. V. p. 124. (T. IV. edit. Germ. p. 541.) ubi Stephanicam secuti editionem mira conminiscuntur. Wess. — Ἴστω sciat interpretatus sum cum Gron. Videndum vero, ne, ut ἴσθι non modo scias significat, sed et sis, a verbo εἰμὶ, sic et ἴστω subinde dixerint Græci pro eo quod alias, ἔστω, sit, fuerit. Valla h. l. constat posuit; Pausaniæ interpres l. c. facile credi potest. S.

Cap. LXXVII. 7. πίπαισται] Cum præter Eustathium tres manu descripti codices πίπαισται edant, professus in Diss. Herodotea fui, verum videri. Παίζειν, qui per jocum quid produnt, vidimus lib. II. 28. Sunt varia in Platone, Plutarcho et aliis, quæ stabiliendo verbo prosunt; ἄλλως sollicitatum nollem: idem esse ac μάτην docuit Cl. Perizonius ad Æliani Var. lib. II. 13. Wess.

Ibid. ἄλλως πίπαισται ὑπ' αὐτῶν] Sic ex Eustath. et Codd. restitutum iri constat e Diss. Herod. Wess. p. 71. ubi satis illud πίπαισται communitum; inventum etiam Vallæ monstrant ejus Latina: aliter hæc narratio ab ipsis Græcis delusa est: quibus recte substituerunt: temere ab ipsis Græcis ficta est: hic πίπλασται inservire potuit interpretando Herodoteo πίπαισται. Galeum miror, cur ἄλλως voluerit in ὕλως mutatum. Ἄλλως, pro μάτην, quibusvis ferme fuit in usu, non veteribus tantum, quorum loca Clar. noster Ruhnken. exposuit in Tim. p. 144. (p. 199. ed. sec.) sed et Judæis Hellenistis. Ubi Symmachus dedit διανιῦς, interpres Alex. Jobi xi, 12. habet ἄλλως. κατὰ ἀλήθειαν et ἄλλως opponuntur in IV. Maccab. v. 18. Vulgatum a Schotto in App. Vatic. Prov. I. 3. Ἄδεις ἔχων

significare non potuit μάστυν λίγουσι καὶ λαμβῦς. Præfigatur τοῦ Ἄλλαις· Ἄλλαις ἥδιον ἴχουσι purus putus est Atticismus, qualis in λαμβῦς ἴχων similibusque obtinet: ejus loco Ἄλλαις ἥδιον est apud Zenobium. In Scholiis ad Aristoph. Eq. v. 436. scripserim: ἵνα ὁ λόγος αὐτῷ σύστασιν ἴσχοιμι δοκῇ, καὶ μὴ ἄλλως τῆς νοῦ Κλίσωνας ἀμβολῆς λελίχθαι χάριν. Vulgantur ibi ista: καὶ μὴ μάστυν, ἀλλ' ὁμῶς περὶ τῆς; v. K. Ex alio Cod. ad ἄλλως, μάστυν: ad χάριν, περὶ, tanquam diversas lectiones, ni fallor, adscripserant. Valck.

8—10. ὁ δ' ὧν ἀνὴρ, etc.] Duplex epilogus, qui succedit, orationem dedecorat. Adsentior doctis viris Pavio, Abreschio, Reiskio, alterutrum ex scholio venisse, et fortasse priorem, ὁ δ' ὧν ἀνὴρ — διεφθάρη. Melior sane cultiorque qui insequitur. Wess.—Immo vero meminerimus, verbosiorem subinde, quam opus erat, esse Herodotum, et veniam optimo candidoque viro concedamus. Sed, verum si quærimus, ne recte quidem dicitur, esse hic duplicem epilogum. Nam priora verba, ὁ δ' ὧν ἀνὴρ, ὥσπερ περίτριτον εἰρέθη, διεφθάρη, ad proxime præcedentia spectant; videnturque hi, qui a rege in Græciam missum Anacharsidem dicebant, narrationem istam de illius obitu, et de caussa cædis, pro fabulosa habuisse: contra quos contendit Herodotus, ipsorum narrationem temere fictam esse, vere obiisse prædicto modo Anacharsidem. Deinde illis verbis, Οὗτος μὲν νυν οὕτως, etc. (collato principio capitis LXXVI.) transitum sibi parat Scriptor ad alteram, quam promiserat, narrationem, de Scylæ calamitate. S.

Cap. LXXVIII. 4. Ἰστρωνῆς] Passionei Ἰστρωνῆς littera augeri debet. Urbs Ἰστρία Arriano, cives Ἰστριανοὶ Diodoro, lib. XIX. 73. Ἰστρίη Ionibus, inde Ἰστριανοὶ ap. Steph. Byz. (voc. Ἴστρος.) et supra lib. II. 33. (ex scriptura olim ibi vulgata,) tum ΙΣΤΡΙΗΝΩΝ numi apud Vaillantium. Wess.—In Vat. Lect. (ed. S.) monere debueram, Ἰστρωνῆς scribi in ed. Wess. et superioribus, scriptisque omnibus, excepto Pass. pariterque ex uxore istrina dare Vallam; veriorem scripturam Ἰστριανῆς primum a Reizio fuisse receptam. S.

Ibid. ἐξ Ἰστρωνῆς] Ἰστρίης scribi poterat; sed scripserat, ni fallor, Herod. ἐξ Ἰστριανῆς δὲ γυναικός. Urbem ad os Istri sitam, ubi se in Pontum exonerat, Ἴστρον et Ἰστρίαν dixerunt: hinc fit secundum Steph. Byz. Ἰστριανὸς, καὶ κατὰ τροπὴν Ἰστριηνός: hoc Ionicum et Herodoti, II. 33. τῇ Ἰστριηνοὶ Μιλησίων οἰκίσωσι ἄστεϊ: ubi tamen spectabilem nobis optimi duo Codd. præbent scriptionem. τῇ Ἰστρίην οἱ Μιλησίων οἰκίσωσι ἄστεϊ. Horum cum Scythis commercia vel solæ Hesychii demonstrarent Ἰστριανίδες, Holstenio commodum memoratæ. Valck.

[19. λάβισαι ἄν] Vide ad III. 119, 11. not. Similiter, ubi adjicit ἴχων δ' ἂν ταύτην ἠγόρας, particula ἄν non ad ἴχων, sed ad ἠγόρας fuerit referenda. S.]

26. ἐν Βορυσθενίτι] Quia Βορυσθενιτίων ἄστυ et Βορυσθενιτίτων πόλις, et c. 53. ἐπὶ τῷ Ταύρῳ Βορυσθενίταισι κατοικημένοισι, malebat vir doctus ἐν Βορυσθενίταισι, nec confidenter tamen: nihil vulgato verius. Urbs amni Borystheni erat ὁμώνυμος ap. Strabon. lib. VII. p. 470. (pag. 306. ed. Cas.) et Stephan. Hinc cap. 24. τῶν ἐν Βορυσθενίτῃ τι ἱμαιρείου καὶ τῶν ἄλλων. Wess.—Eadem Olbiopolis et Olbia IV. 18. S.

27. γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ] Plenius, ἔγημε καὶ ἠγάγετο ἐς αὐτά: ut lib. IX. 107. καὶ ἠγάγετο ἐς ἰωὐτοῦ. Lysias de Cæd. Eratosthen. c. 2. ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἀγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν. Quales in omni sermone ellipses obviæ. Wess.

Ibid. καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ] In-

tacta hic Latina Vallæ reliquerunt, quæ sane minus tritæ locutionis vim non explanant, significantis, et quam illic sumsit uxorem, in istas ædes deduxit. Inscriptionum Herodis Attici, quas Salmas. illuminavit, secundæ v. 5. de Regilla dicitur Romana puella: Γήμαντο δ' ἐς Μαραθῶνα: quod ita vir summus interpretatur, ut ad minuta talia non satis attendisse videatur. Significant ista: in agrum Marathonium, seu Marathona venit, ut ibi nuberet Herodi. Mulier γήμασθαι, vir dicitur γῆμαι. De *Scyle* Herodotus: οἰκία τε ἰδείματο ἐν Βορυσθενείῃ, (tentari non debuerat:) καὶ γυναῖκα ἤγαγε ἐς αὐτὰ ἐπιχωρίην: ædes sibi curavit in urbe construi Borysthenide, atque in istas ædes uxorem duxit indigenam. Ἄγεσθαι γυναῖκα quum idem vulgo notaret ac Γαμεῖν, novator Herodotus γαμεῖν ἐς οἰκία γυναῖκα dixit, quoniam plena phrasi dicebant et Græci, domum uxorem ducere, ἄγεσθαι εἰς οἶκον. Lysias p. 4. γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν. Pausanias IV. pag. 362. Φιλάμμωνα γὰρ οὐκ ἰδίλιν ἐς τὸν οἶκον αὐτὴν ἄγεσθαι. Theodectes Trag. Stobæi pag. 422, 37., Ὅταν γὰρ ἄλογον εἰς δόμους ἄγῃ πόσις: illud ἄγῃ magistris minus Atticum videretur; et est certe multo minus usitatum ἄγειν γυναῖκα, quam ἄγεσθαι, quod et vulgaris usus fuisse docet Eustath. ad Iliad. ξ'. pag. 954, 35. (p. 969. ed. Rom.) frequentatum Pausaniæ, cui pro ἀνάγεσθαι restituit ἄγεσθαι Clar. Abresch. lib. VII. pag. 571. sicuti lib. X. p. 870., pro ἀγαύμενος οὐκ ἐπὶ ἀμείνοσι σῷ δαίμονι, vir sanissimus primum ἀγάμενος corrigebat, deinde dedit ἀγαίνεσ. Scribi quoque potuit ἀγαγάμενος, illic ἀγαγέσθαι, ut in Epigramm. IX. p. 731. (Anal. Brunck. T. II. p. 179.) Ἀμφιτρύων δ' ἔπειτα Ἀλκμήνην ἀγαγέσθαι θυγατέρα. Valck.

Cap. LXXIX. 2. Διονύσῳ βακχείῳ τελεσθῆναι.] Titulus Dionysi hic et deinceps βάκχιος, estque adeo Dionyso Bacchio initiari. Θεὸς βάκχιος Sophocl. Œd. Tyr. v. 1124., διετόνῳ βάκχιος, tum βάκχιος et βάκχιος in Euripid. Cycl. v. 9. 38. etc. Plura L. Küsterus ad Comici Thesmoph. 997. Mox (lin. 5.) ὀλίγου τι, quomodo c. 81., adscisci posset, nisi in scriptis eadem ibi discordia, quæ multis aliis in locis. Vide lib. VII. 113. et 239. Wess.

11. Θεὸν ἐξιωρίσκειν τοῦτον, ὅστις, etc.] Valla vertit τοῦτο, ἤ, τι μαίνεσθαι, etc. refragantibus MSS. Scythæ, non esse rationi consentaneum deum excogitare, qui homines in furorem agat, innuebant: τοῦτον ἐξιωρίσκειν Θεὸν, ὅστις μαίνεσθαι, etc. Bene poëta de Cupidine, Τίς Θεὸν οἶδεν ἔρωτα; Θεοῦ καλὸν οὐδὲν ἐρῶμεν Ἔργον. Florileg. lib. I. 27. (Anal. Brunck. T. III. p. 249.) Wess.

13. διαιρήσεσθαι] De famoso ἐκρήσεσθαι sive διακρήσεσθαι neque scio quid dicam aut conjectem. Exstant doctorum emendationes διαιρήσεσθαι, ἰδρήσεσθαι, διαιρήσεσθαι, ἐκρήσεσθαι, διαρίβδειν, partim alienæ, partim auctoritate defectæ, sola sermonis ex analogia arcessitæ. Blandiebatur nonnihil Arch. διαίσεσθαι — πρὸς τοὺς Σκύθας λίγων, fidem fecit, seu ut Valla, indicium detulit Scythis dicens. Sed amplius aliquid Scriptor voluisse videtur. Rediit in possessionem διαιρήσεσθαι. Wess.

Ibid. ἐκρήσεσθαι——πρὸς τοὺς Σκύθας] Nihil nos juvat illud ἐκρήσεσθαι ex Med. Cod. positum, pro διαιρήσεσθαι. Varia viri docti excogitarunt: διαιρίβδειν· διαιρήσεσθαι διακρήσεσθαι: quorum primum, Galei, sententiam præbet minus accommodam; reliqua carent auctoritate: διάκρησιν vel διάδρη potuerant exemplis firmari. Pro διακρήσεσθαι præbet Arch. Cod. διαίσεσθαι. Si quis daret διάιστα, vel διάιστα τῶν τις Βορυσθενιτέων πρὸς τοὺς Σκύθας, hoc reliquis omnibus anteponerem: debuit enim, dum portis occlusis sacris

Rex Græcanicis operaretur, insciis custodibus urbe delator elabi: hoc Xenophonti sæpius est διαπιστεῖν. Eadem, qua hic poneretur, structura, Ἑλλ. IV. p. 304, 14. διαπιστεῖν βουλόμενοι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν: mox, παρέντι τοὺς διαπίστουντας: quæ, totidem literis scripta cum vicinis leguntur in Agesil. Encom. p. 35, 36. ed. Hutchins: rursus Ἑλλ. III. p. 285, 14. ἀπιχώρησαν, ἐν τῇ μάχῃ διαπιστώσαντες, ἀμιλησάντων τῶν Βοιωτῶν. Hinc, et a se invicem, nonnihil diversa sunt διαπιστεῖν et διαπαίειν. Valck.—διαδρᾶναι probans Schneider in Lexic. crit., quo auctoritatem aliquam inusitato verbo conciliaret, commode ad Hesychii Δρῆσαι, δραπέται, provocavit, ἄδρησα ἀνδράσοδα dixit Noster IV. 142, 6. S.

16. καὶ βαιχεύει τι καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαιν.] Vel servari debuerat βαιχεύει καὶ, vel, primo καὶ (ex ει nato) prætermisso scribi: βαιχεύει τι καὶ ὑπὸ θεοῦ μαίνεται, Bacchi sacris operatur, Deique furit instinctu. Instinctus divino spiritu, ἐμπνευσθεὶς ὑπὸ θεοῦ, sæpius ἐκ θεοῦ vel ἐκ θεῶν τοῦ κατέχεσθαι dicebatur: junguntur et a Platone κατέχεσθαι καὶ μαίνεσθαι. Dantur loquendi formæ ejusdem ferme significatus. Διονύσῳ μαίνεσθαι et ἐκ Διονύσου: ἐξ Ἄρεος μαίνεσθαι· ἐξ Ἔρωτος· ἐκ Νυμφῶν. Verbis neutris ὑπὸ longe plurimis adjungitur; rarius verbo μαίνεσθαι. Lucian. Dial. Deor. XII. 1. ἐκείνη μέμηνεν ὑπὸ σοῦ. XVIII. 2. μεμηνότες ὑπὸ τοῦ πότου. Valck.

20. ἐπὶ πύργου κάτιεσι] Dedit hoc Med. pro ἐκάθισε: alii forte Codices dabunt κατεῖσι, collocavit. Homericum καθεῖσε, pro ἐκάθισε, Codices etiam præbent scripti Thucyd. p. 501, 95. (lib. VII. c. 82.) probatum Dukero, διαβὰς πρὸς μυτίωρόν τι καθεῖσε τὴν στρατιάν. Euripides Phœn. v. 1195. Ἔξω τάφρου καθεῖσιν Ἀργείων στρατόν. Valck.

Cap. LXXX. 3. ἐκ τῆς Τήρεω θυγατρὸς, etc.] Vere scripti Codices: vere etiam ἐπανεστάσατο Arch., Ionum more, pro ἐπανέστατο. Agnovit hoc librariorum peccatum et correxit Portus; quem ducem, uti solet, sibi Editor Genevensis legit. Confer hujus Musæ c. 167. Wess.

Ibid. ἐκ τῆς Τήρεω] Docte Valla: ex filia Teris genitum; Vallam corrigens Gronovius, dum dat Terei, videri quæ ipse potius reprehendendus; nam sicubi, hic certe, possunt adhiberi verba Thucydidis II. c. 29. Τηρεῖ — τῷ Πρόκνην — σχόντι γυναῖκα, προσῆκεν ὁ Τήρης οὔτος οὐδὲν οὐδὲ τῆς αὐτῆς Θράκης ἐγένοντο· ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ, — ὁ Τηρεὺς, ὥστε — Τήρης δὲ, οὗτος τὸ αὐτὸ ὄνομα ἔχων, rex fuit Odrysarum. Fuerunt itaque, secundum Græcos, diversa nomina Teres et Tereus: alterius sunt generis Ἀχιλλεὺς, Achilles; Περσεὺς, Perses, etc. Rex hic Thraciæ Teres pater fuit Sitalcis. Ista duo Thraciæ regum nomina nota sunt ex historia Græca, etiam Philippica. Teris filius Sitalces bello Peloponnesiaco cum Atheniensibus iniit societatem: hujus filium Σάδοκον, sive patri cognominem, Athenienses civitate donarunt. Hoc ubi tradit Aristoph. in Achar. v. 145., vitiosissimum hoc prostat Scholion: Τοῦτον πολίτην ἐποίησαν Ἀθηναῖοι τὸν παρ' αὐτοῖς παραμείναντα· ἐλέγετο δὲ οὗτος Τήρης· ἦν δέ φασιν, ὅτι ὁμώνυμος ἦν τῷ πατρὶ Σιτάλκει. Συμμαχος Ἀθηναῖος μέμνηται. Θουκυδίδης προστίθησι καὶ τὸ ὄνομα λίγων οὕτως, καὶ Σάδοκον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀθηναῖον. Postrema leguntur ap. Thucyd. p. 115. ult. Jam primum auferatur hinc in indicem relatus Symmachus, alibi sæpius in his scholiis citatus: deinde sic ista me judice sunt redintegranda: Τοῦτον πολίτην ἐποίησαν Ἀθηναῖοι, τὸν παρέα αὐτοῦ παραμείναντες·) patre insuper habito, filium civem fecere:) ἐλέγετο δὲ οὗτος Τήρης· ἦν δέ φασιν, ὅτι ὁμώνυμος ἦν τῷ πατρὶ Σιτάλκῃ, σύμμαχος Ἀθηναίοις·

μίμησιν Θευπομπίδης· προσοίσεται δὲ καὶ τὸ ὄνομα. VALCK.

13. ταῦτα —— ἱππηρυκεύετο.] Neglexit hæc Valla. Qui Latina adposuit, (Gronov. cujus sunt illa, pacem firmabat,) notionem verbi ἱππηρυκεύεσθαι, in missis caduceatoribus obviam, et ab Ammonio indicatam, contemsit. Adi Valckenar. ad Grammaticum lib. I. c. 20. Statim (l. 15.) ἀδελφιδὴς Σιτάλκεω, uti lib. VII. 137. ὑπὸ Σιτάλκεω τοῦ Τήρεω. Neque temere damno περιφυγὰς τῶνδε, tot schedis munitum. WESS.

CAP. LXXXI. [6. Ἐξαμπαῖος. Vide c. 52. S.]

9. ἄσσον ποιέῃ] Lenius hoc ob cap. 52. WESS.—Nempe, quia ibi non diserte dixerat ἄσσον ποιεῖ. At, quod ibi dicebat μετὰ τὸν Ὕπανιν, id, si sententiam spectas, idem atque ἄσσον ποιεῖ valet. Amat autem Herodotus orationem infinitam ita continuare, ut nos, præeuntibus probatis codicibus, edidimus. S.

11. κρητῆρος, τὸν Παυσανίης, etc.] Aheneum Pausaniæ, Cleombroti F., craterem ad os Ponti, inscriptumque illi carmen, Nymphis habet in Athenæi lib. XII. pag. 536. et Pet. Gyllius Bosp. Thrac. lib. III. 5. Tota autem hæc multitudinis Scythicæ indicatio speciem præfert scriptoris conjectantis ac nihil definientis. WESS.

[16. τοῦτον βουλόμενον εἶδέναι τὸ πλῆθος — κελεύειν μὲν πάντας Σκύθας] Vide quæ in Var. Lect. (ed. S.) super hoc loco disputavimus. Si τοῦτον valet, non video equidem quo pacto teneri commode potuerit κελεύειν μιν, ubi ex conjectura μὲν pro μιν posui, quemadmodum video etiam a Reiskio præceptum. Quod vero repetitum βουλόμενον cum viris doctis adjeci; sic solere Herodotum studiosus quisque Lector frequentibus exemplis observaverit: unus tamen mihi occurrit locus, ubi tali in orationis structura verbum ante positum, dein post τούτους non repetitur, c. 172, 16. Itaque non intercedam, si quis hic aut omittendum præeuntibus libris omnibus, aut certe uncis includendum fuisse contendat. Etiam μιν fortasse non debuerat mutari; quia post τοῦτον pluscula verba interjecta sunt. S.]

20. χρῆμα πολλὸν ἀρδίων] Certam præstant Porti emendationem schedæ, et Camerarii (videtur Passionei scribere voluisse) lib. VI. 43. χρῆμα πολλὸν νεῶν. Simile Comici ex Pluto χρῆμα πολὺ τιμαχῶν, (v. 895.) et Nostri lib. I. 36. (ubi quidem non χρῆμα πολλὰν, sed ἐνὸς χρῆμα μίγα.) WESS.—Restituetur χρῆμα πολλὸν ex codicibus, quibus Valla concinit, (magnam vim aculeorum) et VI. c. 43., χρῆμα πολλὸν νεῶν: sic et alibi loquitur Herodotus. ὕδατος χρῆμα πολλὸν dixit Lucian. de Syr. Dea (c. 13.) T. III. pag. 459. Συὸς μίγιστον χρῆμα, Soph. Meleagro; θησαυροῦ χρῆμα ἀμύθητον, Philostratus. VALCK.

20. καὶ οἱ δόξαι——ποιήσαντι λισσέσθαι] Ποιήσας insolentissimum est, et protectum minime. Nam auxilio quæ arcessuntur, (ex I. 19, 9. et V. 109, 6.) ποιήσαντα postularent, qualia in Musis plura. WESS.

CAP. LXXXII. [5. βήματι non tam pedi interpretari debueram, quam vestigio pedis. S.]

CAP. LXXXIII. 4. ζεύγνυσθαι τὸν Θρηΐκ. Βοσπ.] Malo ex schedis Britannicis ζευγνῦναι, quod Scriptori tali in re tritissimum, lib. III. 89. 90. 134. VII. 36. Verius statim (lin. 6.) στρατηΐην —— ποιέεσθαι, nec fugit vulgatæ menda Editorem Genev., etsi male tollentem. Error frequens et manifestus, de quo I. 205. atque alibi. WESS.

CAP. LXXXIV. 6. τοὺς ἱππιστιῶντας] Accedo Gronovio. (scil. duo verba ἐπὶ τουτέων ex codicis auctoritate abjicienti.) Persæ omnes, quotquot militari ætate, ipso rege in hosticum abeunte, obstricti

ut eum armati sequerentur videntur fuisse. Hinc rex iram, quasi insigne regium, in Œobazum stipendia unius e filiis suum in solatium deprecantem, exercuit, et occisos tres in conspectu parentis abjecit, crudelis futurus, si omnes abduxisset, bene Seneca de Ira lib. III. 16. Hinc non dissimilis in Pythium Xerxis crudelitas, ab eodem Philosopho non prætorita, in Nostri lib. VII. 38. Wess. — *Τοὺς ἱστεστῶτας* adstantes interpretatus sum cum Wess. et Gron. Sic I. 59, 6. *λίβητες ἱστεστῶτες*, sunt adstantes, in propinquo stantes. Quod olim editum erat et a Schaef. revocatum est, *τοὺς ἐπὶ τοιοῦτον ἱστεστῶτας*, id Valla parum prudenter præpositos filiis Œobazi; multo rectius H. Stephanus, quorum id officium erat. Et *τὸν ἱστεστῶτα* quidem *τῆς διώρυχος* fossæ præfectum dixit Noster VII. 117, 2. conf. II. 148, 19. Sed, quorum hoc officium est, dicuntur potius Nostro *οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι*, aut *τοῖσι περιεστεῶσι ταῦτα πρήσσειν*, ut VII. 39, 16. S.

Cap. LXXXV. 5. *ἰζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ*] Ex conjectura Pavii *ἐπὶ τῷ βίῳ*, in promontorio, seu vertice Cyanearum, sed incongrua. Elegantior Valckenarii, quam amplecti non possum. Tacet Scriptor de regis in continentem exscensu ac transitu in fanum, quod præter morem minime. *Τὸ ἱρὸν* ad os Ponti erat, sive *παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πόντου* in Philostrati I. Vit. Sophist. XXIV. 1. Ad idem os *πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου* Cyaneæ, Strab. lib. VII. p. 492. (pag. 319. D. ed. Cas. Conf. Nostrum mox cap. 87 extr.) Ex Fano ingens aperiebatur Pontus, patebantque lustrantibus petræ Cyaneæ ipsumque mare clarissime, conspicique in hunc possunt diem, docente Pet. Gyllio Bosp. Thr. lib. III. 5. Wess.

Ibid. *ἰζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ ἱρῷ*] Præter ceteros accurate de templo Jovis *Οὐρίου*, quod ad os Ponti positum eximie dicebatur *τὸ ἱερὸν*, agens Clar. Jo. Taylor in Præfat. ad Marmor Bospor. Jovi Urio sacrum, Herodotea non omisit: meminit certe Herod. c. 87., *μέσον ἐπὶ Βοζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ*. Nostro vero loco quomodo tandem, obsecro, sedisse diceretur in isto templo Darius, qui in navi sederet Ponti spectator? nam *ἐβάδιζε ἐς τὸν Ἕλλαν ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας· ἰζόμενος δὲ ἐπὶ τῷ — ἐθηήτο τὸν Πόντον ἐόντα ἀξιοθήητον*: tandem cap. 86., admirando hoc satiatus spectaculo Darius *Ἕλλας ἐτέρωσε ἐπὶ τὴν γέφυραν*: hic Bosporum contemplabatur; pons autem jungebat eam partem Bosphori, quæ esset media *Βοζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ*. Quid itaque? hic navigans Darius, ut Pontum oculis perlustraret, sedisse videtur juxta navis magistrum in puppi, qui locus Homero dicitur *Ἕκριον*. Quid si scripserit itaque Herod. *ἰζόμενος ἐπὶ τῷ ἐκρίῳ*, sedens in tabulato navis. *Νηῶν ἔκρια* Homero, Hesychio sunt aliisque *τὰ σανιδώματα τῶν πλοίων*. vide Jo. Scheffer. de Mil. Nav. lib. II. c. 5. Valck.

6. *τοῦ τὸ μὲν μῆκος*, etc.] Constat pristina verbis sanitas. Ponti et longitudo, et latitudo, antea deficiens, bene habet. Constat stadiorum numerus, reditque secum in gratiam Herodotus. Scripserat cap. 86. in latum patere stadiis MMM CCC., quot utique ex trecentis et triginta orgyarum millibus, quæ illis æquantur, oriuntur; si quidem decem earum myriades mille efficiunt stadia, cap. 142. hujus libri, et centum pares uni sunt stadio, lib. II. 149. Quæ quidem nullum cum habeant dubium, merito cum Pavio stupemus, monitoris Th. Galei rationem non fuisse habitam, ac contra verum stadia CC. durasse. (Monuerat Galeus: "Cod. Arch. *τριπλόσιοι*, quod verum est, et ex sequentibus confirmatur." Ceterum conf. Var. Lect. (ed. S.) Statim *ὁ αὐχὴν* (lin. 10.) per appositio-

nem, quam dicunt, deponitur; nec superfluus atque ex scholio Abbati Meloto esse debuerat. τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα, c. 89. et ἐπὶ τῷ αὐχένι τοῦ βοσπόρου cap. 118. videbimus. Olim similis in his Maximi Tyr. Diss. VIII. 7. appositio: οἱ ἐσπέριοι Λίβυες οἰκοῦσι γῆν, αὐχένα στενὸν καὶ ἰσθμήκη καὶ ἀμφιθάλασσον. Mutavit D. Heinsius, sequente, sed hæsitante, Davisio, quem adi et Criticos ad Sophocl. Œd. Col. v. 688. Wess. — Turbare l. 10. lectorem non nihil poterat quod τὸ articulus non ad proximum vocab. ὁ αὐχὴν, sed ad remotius refertur: ferendum id tamen hoc ipso, quod vocab. ὁ αὐχὴν velut in parenthesi interponitur. Porro idem τὸ articulus non ad ipsum per se στόμα, sed ad τὸ μῆκος τοῦ στόματος referetur: nec enim ipsum per se ostium maris Euxini *Bosporus* vocatur, sed τὸ μῆκος τοῦ στόματος, longitudo ostii, tota ostii continuatio, nempe universus meatus ab ostio Ponti Euxini usque ad Mæotidem paludem progrediens. Cæterum de usu vocabuli αὐχὴν conf. quæ ad I. 72, 11. notata sunt. S.

Cap. LXXXVI. 3. νυκτὸς δὲ, ἐξαπισμυρίας] Harum omissio vocum (nonnullis in codd.) ex scribarum est socordia. Stadiorum ex diurno nocturnoque navis cursu mire fallax computatio. Aristidi ναῦς πανημερίαν θέουσα, et vento impulsa prospero, absolvit stadia MCC. Or. Ægypt. pag. 360. Theophilus in Ptolemæi Geogr. lib. I. 9. τὸν τοῦ νυχθημέρου φορὸν πλοῦν, unius diei ac noctis secundam navigationem M. tantum stadiis æquiparat. Receptior Herodoti ratio, siquidem ὁμολογημένον τοῦτο seu in confesso erat, navim secundo vento DCC. stadia una die conficere, Marciano in Peripl. pag. 67. indice, justissime adjiciente, arte augeri et hujus neglectu minui eam cursus velocitatem posse. Wess.

[5. ἕνδεκα μυριάδες καὶ ἑκατὸν ὀργυιῶν] Potuerat Herodotus eamdem in sententiam (nempe 1,110,000 org.) ἕνδεκα καὶ ἑκατὸν μυριάδες ὀργ. scribere: sed neutiquam necesse est, ut cum Larchero in Notis ad h. l. et cum Breigero, in Comment. de difficiliorib. Asiæ Herodoteæ pag. 38. istum in modum mutetur constans librorum scriptura. Nec enim ambigua est vis hujus scripturæ: nec significat illa (ut hi sibi persuaserant) 110,100 orgyas. Hoc si voluisset auctor, scripturus erat ἕνδεκα μυριάδες ὀργυιῶν καὶ ἑκατὸν ὀργυιαί, aut, præmisso (ut fere solet) minore numero, ἑκατὸν ὀργυαὶ καὶ ἕνδεκα μυριάδες ὀργυιῶν. Quemadmodum mox (lin. 10.) τρεῖς μυριάδες καὶ τριήκοντα ὀργυιῶν, non sunt tricies mille et triginta orgyæ, sed triginta tres myriades; sic ἕνδεκα μυριάδες καὶ ἑκατὸν ὀργυιῶν, sunt centum et undecim myriades. S.]

8. ἐκ τῆς Σινδικῆς] Quod in Latinis olim e Scythica, inputatur Vallæ injuria: absunt hæc et quæ adhærent principi versionis editioni, addita aut a Phœnice aut Heresbachio. (Immo leguntur ista, e Scythica, in Laurentianæ versionis editionibus, Heresbachiana et Phœniciana vetustioribus, in ea certe quæ mihi nunc maxime sub oculis versatur, anno 1494. in lucem emissa.) Reposui, præposita litera, quam articuli postrema, uti c. 28., deglutierat, τῆς Σινδικῆς. Qua quidem in parte audacior si censear, patroni Cl. viri aderunt P. Bertius de Agger. et Pontib. c. 2., Holstenius ad Steph., Is. Vossius, Gronovius, Berkelius, atque alii. Wess.

16. μήτηρ τοῦ Πόντου] Conmoda, et, quod sciam, nondum publicata hæc Dionysii Byz. ex Anaplo Ponti: Μόνη δ' ὑπὲρ αὐτὸν, Pontum, ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα καὶ τροφὸν τοῦ Πόντου κατιφήμισε λόγος ἐκ παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένος. ταύτης τὸ μὲν περίμετρόν ἐστι

διοχιλίων σταδίων, τὸ δὲ πέρας ποταμὸς Τάναϊς, ὅρος τῶν δυεῖν ἠπείρων: in quibus ambitus paludis nimius, uti Casauboni ad Strabon. lib. VII. 477. (p. 310. ed. Cas.) observatio patefaciet. Mater Ponti, Mœotis; quod hujus gignatur aquis et incrementa capiat. Tzetzæ ὡς μήτηρ καὶ μαιεύτρια γίνους πάντὸς ἰχθύων, Chil. VIII. 773., quæ et Hipparchi professio ap. Voss. ad Melam lib. I. 1. Wess.

Cap. LXXXVII. 3. στήλας ἵστησι δύο ἐφ' αὐτὸν] Si dedisset Med. ἐς αὐτὸν, significari posset: duas columnas illuc deportatas statuit, vel erexit: atque hoc cum aliis Herodoteis etiam comparari. Sed placet conjectura Gronovii, legentis ἐπ' αὐτῷ, ad Bosporum. Quod vero in eam rem excitat e lib. VII. cap. 226. ὁ λίθινος λέων ἵστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ, mallem omisisset: in honorem enim Leonidæ Leo fuerat is erectus. Clem. Alex. Protr. pag. 32, 23., Ἀργύννου νιὸν Ἀφροδίτης ἵστασθαι ἐπ' Ἀργύννῳ τῷ ἰρημένῳ. Valck.—Ἐπ' αὐτῷ scripsi ex schedis, sicuti paullo supra (c. 86, 8.) ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ. (Similiterque frequenter alias.) Si qui priscum ἐφ' αὐτοῦ servatum vult, utatur Pausaniæ, de quo supra, cratere, (vid. Adn. ad c. 81, 11.) Μνᾶμ' ἀρετῆς ἀνέθηκε —— Πόντου ἐφ' Εὐξείνου, et consimilibus. Wess. — Apud prosaicum tamen scriptorem præpositio ἐπὶ ista notione cum genit. constructa ægre (puto) reperietur. S.

[4—6. ἐνταμὼν γράμματα, ἐς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ἐς δὲ τὴν Ἑλληνικὰ, ἔθνια πάντα ὅσαπερ ἦγε. Literæ Assyriæ, eædem quæ Babylonicæ et Chaldaicæ. Assyriæ enim et Babyloniæ nominibus pro synonymis uti Nostrum, ad cap. 39, 3. et ad I. 192, 7. monuimus. Cæterum super hoc loco consulendi viri docti, Anquetil in Actis Acad. Inscript. T. XXXI. p. 486. et Heeren Commentat. Soc. Goett. T. XIII. p. 35 seq. Γράμματα quidem h. l. non potissimum literas sive caracteres intelligi par est: sed idem valet γράμματα atque ἐπιγραφὴ, inscriptio, quemadmodum mox cap. 91, 3. et I. 187, 5. et 18. Et, sicut ibi ait Scriptor γράμματα λίγοντα τάδε, sic h. l. scribere potuerat γράμματα —— λέγοντα ἔθνια πάντα, aut tale quidpiam: verum etiam per adpositionem, quam loquendi formam et alias amat Noster, absque vinculo jungi ista poterant γράμματα, ἔθνια, insculpi jussit inscriptionem, vel titulum, (scilicet) populos omnes; id est, populorum omnium nomina, et copiarum fortasse, quæ e singulis aderant, numerum. S.]

[10. τῆς Ὀρθωσίης Ἀρτέμιδος] De hac consuluisse juvabit quæ Fabricius collegit ad Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 208. S.]

Cap. LXXXVIII. 2. ἰδωρήσατο πᾶσι δίκα] Unice verum hoc. Tale Παυσανίη δὲ πάντα δίκα ἐξαιρίθη καὶ ἰδίθη, lib. IX. 80. et ὑπισχνιύμενοι, τὰ πάντα οἱ μύρια δώσειν, lib. III. 74. Pavius a veritate proxime afuit, πᾶσι δίκα, videlicet ταλάντοις, refingens: talenta enim aliena sunt. Genus hoc egregie magnus Is. Casaubonius ad Strabon. lib. III. pag. 232. (ad p. 155. ed. Cas.) et ad Athen. IV. 10. (cap. 25. nostræ edit.) illustravit. Pessime P. Bertius de Aggerib. et Pont. cap. 2. παισὶ δίκα (quod olim hic legebatur,) abstulit orationi, corona aurea virtutis ergo Mandroclem et aliis muneribus abs rege donatum ex male intellecto, quod sequetur, epigrammate jactans. Παισὶ et πᾶσι commutari docuit Rigaltius in Artemidori I. 47. II. 42. Ego vero (lin. 3.) insuper ζῶα γραψάμενος habere non debui. Ecce tibi Eustath. καὶ παρ' Ἡροδότῳ τὸ, καὶ ζῶα γραψάμενος, ἤγουν ζωγραφήσας, ubi plura. Wess.—Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

3. πᾶσι δίκα] Revocabitur et hoc ex

Codicibus. Verba Herodoti ex lib. I. cap. 50., κτήνεα τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἴδυσι, Galeus commode contulit ad hæc Parthenii π. Ἐρωτ. Παθημ. cap. IX. πάντα ἱκανὸν ἐναγίσαντες αὐτῇ. Omnia centena, Casaubonus interpretatur in Athen. IV. cap. 10. (pag. 144. F.) Homerea, quæ collegit B. Martinus Var. Lect. III. 22., quæque plura simillima videntur, sunt tamen diversa. VALCK.

6. ἀνέβησε ἐς τὸ Ἥραιον] Vellicat Vallam ob Junonis templum doctissimus Holstenius, ipsemet ab errore, si tamen ejus sit, non inmunis: nam Thraciæ urbs Ἥραιον, de qua Stephan. ex Nostri lib. IV., est in cap. 90. ubi Junonis templum inprudenter Valla. Nec plane absolvo Pet. Gyllium, mire fluctuantem lib. II. Bosp. c. 13. Nobilissimum Junonis Samiæ templum, toties Herodoto lib. I. 70. III. 60. et aliis celebratum, indicatur: ipsa loquendi formula fanum requirit, non oppidum; καὶ ἀνέβησαν ἐς τὸ Ἥραιον recurret cap. 152. Pati autem possem, ut Ἀνδρουλίης detracta priore littera pingeretur, ni MSS. contra venirent omnes, et Tzetzes Chil. I. Hist. 31. WESS.

CAP. LXXXIX. [9. τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα] Eam Istri regionem quæ proxime supra illum locum est ubi in duo ostia scinditur, *fauces* fluvii (sic enim hic commodius, quam collum, αὐχένα Latine reddideris) vocat. conf. Adn. ad I. 72, 11. De loco ipso, quem hic designat Herodotus, vide Mannert Geogr. Græcor. et Rom. T. IV. pag. 220. S.]

CAP. XC. 1. Ὁ δὲ Τίαρος] Tearum Thraciæ amnem Plinius habet. Ἐπὶ πρόχοῃσι Θειαίρου ἀεννάου ad eundem ex Epigrammate Simonidis clar. Reiskius refert ad Cephalæ Anthol. p. 241. Citra dubitationem huic admovenda Libanii Orat. Antiochic. p. 346. A. Δαρείῳ μὲν οὖν ἐπὶ Σκύθας ἰλαυνόντι Ταίναρος ἐν Θράκῃ ποταμὸς ἔδοξεν εἶναι κάλλιστος· καὶ στύλον ὁ Δαρεῖος στήσας, τοῦτο ἐπιγράψη (f. ἐπέγραψε) αὐτῷ, Ταίναρον εἶναι ποταμὸν κάλλιστον. Sic Fred. Morellus: quid Sophista reliquerit, Herodotea contendenti adfulget clarissime. WESS.

CAP. XCI. 11. ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΗΠΕΙΡΟΥ] Ambitiosioris jactantiæ ut rex absolveretur, Nobil. Palmerius Exercit. p. 21. vocibus πάσης ἠπείρου non universam Asiam, sed quam minorem vocamus, intelligit; quæ mihi quidem explanatio non ridet. Dario pleraque omnis Asia dicto audiens erat, quam ἤπειρον, lib. III. 134. advertimus. WESS.

CAP. XCII. 2. Ἀρτισκὸς sive Ἀρτησκὸς amnis non alius fortasse ac Hesiodi Theog. v. 345. Ἀρδησκος: ubi ex suspicione Scholiastes, Ἀρδίσκος Σκυθίας fluvius. WESS.

CAP. XCIII. 2. Γίτας τοὺς ἀθανατίζοντας] Non indigemus Eustathiano ἀπαθανατίζοντας, a Fabro non provide arrepto. Simplex æque ac compositum ea in re locum capessere Diodoro lib. I. 94. adscriptum est. Adde L. Küsteri Diatrib. Anti-Gronov. pag. 52. WESS. —Quod mutatum volebat T. Faber ob ista præsertim Eustath. in Dionys. v. 304. Ἡρόδοτος ἀπαθανατίζοντας αὐτοὺς καλεῖ, tuetur non immerito Gronov. Explicuit utrumque de Getis adhibitum Cel. Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 105. habet et ἀθανασιμὸν Diodorus, et rarissimum ἀθανατιᾶν Philostratus. VALCK.

5. Νιψαῖοι] Confidentiam celeb. Gronovii, qua Νιψαῖοι ex correctione Holstenii, fide Stephani et Suidæ certissimi, exploduntur, (defendunturque Μυψαῖοι) demiror; cum Vallæ et Arch., quod ex Galeo cognitissimum erat, Codex ita præferret. Mihi alia mens, Stephani auctoritatem MSS. stabilitam, non esse suggillandam opinato. Σκυρμιάδαι item

videntur boni, liquido docentes, Σκυζμιάδαι, ἔθνος σὺν Γίταις, in Stephano olim fuisse, non Σκυμνιάδαι: cui suspicioni series in Ethnicographo litterarum robur addit. Utrumque amplexus sum. Wess.

Cap. XCIV. 3. Ζάλμοξιν δαίμονα] Male olim aberat postremum, siquidem pro dæmone (pro deo) inter Scythas habitum Lucianus, Clemens Alexandr. atque alii testificantur. Diogenes VIII. 2. καὶ δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γῖται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὡς φησιν Ἡρόδοτος: quorum postrema, nisi cum Steph. Monachio ante Κρόνον posita primitus fuisse arbitreris, erroris Diogenem arguent. Recepi Ζάλμοξιν ex tanto Codicum consensu. Porphyrius Vit. Pythag. sect. 14. sic nuncupatum tradit ex pelle ursina, quæ recens nato fuerit injecta: nam talem Thraces pellem Ζαλμὸν adpellare: unde justa Cl. Alberti divinatio, in Porphyrio etiam Ζάλμοξιν fuisse. Accedit Hesychii, leviter discrepans, ex Herodoto scriptura, et in primoribus editis Æneæ Gazæi, teste Rittershusio. Certissimum est, ab aliis nomen pingi aliter: hoc quæritur, quomodo Herodotus; cujus scriptis membranis si fidere licet, id maluit, quod datum est. Wess.—Herodotea de Zamolxide respicit Diogen. Laërt. VIII. 2., a Steph. le Moine recte emendatus. Secundum Jamblichum Vit. Pyth. §. 173. Zamolxis μίγιστος τῶν θεῶν ἐστι παρ' αὐτοῖς. Herodoto cap. 94. dicuntur Getæ οὐδένα ἄλλον θεὸν νομίζοντες εἶναι, εἰ μὴ τὸν σφέτερον. Valck.

4. Γιβιλέϊζιν, Matth. Prætorius in Orbe Gothico interpretatus est e lingua Lithuanica, qua gyva leysis significat auctorem et quasi datorem quietis, sicuti eadem Zemeluks aut Ziameluks est deus terræ; hæc Th. S. Bayerus Origin. Sinicar. pag. 283. in re lubrica et admodum incerta. Wess.

8. διαλαβόντες τοῦ ἀποτιμωρουμένου——τὰς χεῖρας] Codicum ἀποτιμωρουμένους, quidquid dicatur, tueri ac laudare haud possum. Planum est vetus, ac defensum abs Abreschio ad Aristænet. p. 156. Ῥωστιῦσι et ἀπυλιῦσι (l. 10. et 16.) Ionum dialectus adprobat. Superius διὰ πιστιστηρίδος (lin. 4.) verissimum: Clemens quidem Stromat. lib. IV. pag. 590. singulis annis, κατ' ἔτος, legatum ad Zalmoxin lectum, sed aliunde memorat. Laurentii autem navigium quinque remigum, ex pravis Græcis progenitum, multos, neque indoctos homines, decepit, Latina magis quam Græca lectitantes. Wess.

Cap. XCV. 8. ἤθια βαθύτερα] Valesius indolem dictionis ad Polybii Excerpt. p. 23. patefecit. (Vide Polybium nostrum T. VII. p. 601. Adn. ad lib. XXVII. 10, 3. Conf. eumdem Polyb. VI. 24, 9.) Sæpe Philo Judæus: βαθεῖ δ' ἴμως ἤθει φησὶν αὐτοῖς, in prudente et gravi oratione, Libro de Joseph. p. 550. E. et ἤθει βαρυτάτῳ, sive βαθυτάτῳ potius, φησὶν αὐτοῖς p. 558. B. tum ἀνήσομαί σι, βαθεῖ ἤθει φάναι, sic recte manu descripto Mangeyus, Quod Omn. Pr. Lib. p. 887. Jam οὐ τῷ ἀσοφωτάτῳ σοφιστῇ (pro ἀσθενεστάτῳ lin. 9.) unde Eustath. hauserit, an memoriæ sit peccatum, adfirmare nequeo. Melius certe in tanta MSS. consensione vulgatum, ab Aristide olim, uti adscripta lib. I. 29. ostendunt, spectatum. Wess.

9. οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ] Tanquam Herodotea scripsit Eustath. in Iliad. δ'. p. 365., ὁμιλήσαντα Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσοφωτάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρᾳ: atque ad ista, οὐ τῷ ἀσοφ. posuit, ἀλλὰ δηλαδὴ ἀνάπαλιν τῷ πάνυ σοφῷ. Vocem ἀσοφωτάτῳ, nisi quis forte Codex dederit, neque in suo reperisse videbitur. Pythagoras, Archyta judice, non sordidus auctor Naturæ verique, Horat. I. Carm. 28, 15. His non omissis, multa hujus

generis viri docti collegerunt. Nemo forte frequentius hoc genere loquendi fuit usus quam Thucydides, cujus hoc primum est p. 5, 82. ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατώτατων: sic vocat omnium potentissimos; nam in his μεῖζον ἡ ἀπόφασις δηλοῖ τῆς κατα φάσεως, ut vere judicat Hermogenes pag. 567. Thucydidi Μηθυμναίων οὐχ οἱ ἀδυνατώτατοι memorantur p. 569, 14. quales Xenoph. pag. 349, 27. οὐκ ὀλιγίστου δυνάμενοι ἐν τῇ πόλει. Tritæi meminit Pausan. pag. 656., τῶν οὐκ ἀδυνάτων ἐν Μεγάλῃ πόλει. Quod hæc proximum antecedit, (lin. 8.) ἥδιστα βαθύτερα ἢ κατὰ Θρήϊκας, eleganter dictum; cujus simillima dantur apud Thucyd. Xenoph. Isocratem. VALCK.

[15. ἐν ᾧ δὴ ἐστοίει, etc.] Ἐν ᾧ τόπῳ intellexi, scil. ἀνδρεῶνι, itaque ita in Latinis interpretatus sum. Vereor autem ne minus recte quam alii cum *Valla: Dum* ea —— ageret atque diceret, (agebat atque dicebat malles) *interim* subterraneum ædificium (conclave) struebat. S.]

18. τὸ κατάγαιον οἴκημα] Ἀντρῶδές τι χωρίον vocat Strabo VII. p. 457. A. (p. 298. ed. Cas.) ἄβατον τοῖς ἄλλοις. (δ') καταλαβόντα, ἐνταῦθα διαιτᾶσθαι, σπάνιον ἐντυγχάνοντα τοῖς ἐκτός. Narrat et alia quædam de illo, ab Herodoteis diversa. VALCK.

CAP. XCVI. 3. πρότερον τὸν Ζάλμοξιν τοῦτον γενέσθαι Πυθαγόρεω] Eadem Hellanici apud Suid. et Etymolog. doctrina, neque spernenda. Cauta scriptoris de Zalmoxi, sive dæmone seu homine, admonitio veterum religioni et philosophiæ debetur, in primis præcipienti, nihil εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν· δεύτερον δὲ, εἰς τοὺς θείους ἀνθρώπους: in Platonis Minoë p. 318. F. Hinc ejusdem Philosophi, τὰ μὲν οὖν δὴ τῶν ἀρχαίων περὶ μεθίσθω καὶ χαιρέτω, καὶ ὅσα θεοῖσι φίλον λεγέσθω ταύτῃ, in X. de Legib. p. 886. D. similesque dictionum formulæ, a doctissimo Berglero non neglectæ. Mox ὑπὸ Περσέων (lin. 6.) justum est; accessio uberior ex scholio venit. WESS.

CAP. XCVII. 6. Κώης ὁ Ἐρξάνδρου] Recte, nec discrepat lib. V. 37. Tzetzen scriptura, qualis Arch. et Vallæ, in fraudem induit, cum Chil. III. 465. καὶ Κώης Ὀρειξάνδρου, et brevi post Κώης ὁ Ὀρειξάνδρου aptato inprudenter nomini hominis articulo. Ῥίξανδρος nihili est, natum aberrantis calami ductu ex genuino Ἔρξανδρος. Qui quidem Coës, Dario asseverans, Scythicæ regionis ἀρηρομένον esse, οὐδὲν, novisse non videtur Scythas ἀροστῆρας et γεωργοὺς, descriptos c. 17. et 18. Mox σύ νυν, (ubi vulgo σὺ νῦν lin. 10.) ex Abreschii conjectura, verius. WESS.

10. ἀρηρομένον] Utpote rarissimum, in sua serie debuerat a Porto collocari, æque ac Ἀραιρημένος. Formarum Homeri studiosus ne hanc quidem omissam voluit, quam legerat in Iliad σ', 548. Hinc Hesychio Ἀρηρομένη, redditum ἠροτριωμένη: quod et alibi posuit, Ἀπήρουτον explicans μὴ ἠροτριωμένον. VALCK.— Ἀρηρόμενος antepenacute scribitur in Schneideri Adpend. ad Lexic. crit. casu-ne, nescio, an auctoris consilio. S.

31. ἔστιν ἄποδος ἡμῖν] Non refert multum, hoc retineas, an ἔστι ex manu exaratis libris: quamquam posterius paullo videtur significantius. Additamentum Arch. Herodoteæ abundantiæ præfert specimen, quo nunc non capior. Notabilius post pauca (l. 17.) φαίη τις ἄν μι ἰωϋτοῦ εἶνεκεν, cujus præsidio vir doctus Miscell. Observ. Vol. III. p. 143. usum ἰωϋτοῦ et ἑαυτοῦ in prima etiam persona positi, adstruit. Non refragor, siquidem Sophocl. Ajac. v. 1151. ita nitidissime et plures alii. Parum hic tamen locus proderit, in quo olim, testibus Vindob. schedis, ἄν μι ἰμεωϋτοῦ, more Ionum. (At ex scholio hoc natum debebit videri. conf. Adn. ad III.

52, 15.) Quod quidem sæpiuscule pronomen vexatum a librariis misere laceratumque fuit in fragmento philosophi apud Stobæum Serm. I. p. 20. Statim (lin. 18.) ὡς παραμίνιω (καταμίνιω scribere puto, voluerat, quod commode præfert Arch.) non prorsus damnabile. Wess.

19. ἐς μίσον φίρω] Multo usitatius hoc est altero, quod e Med. promit Gronov. ἐς μίσον φήσω: hoc tamen, vix a librariis exspectandum, si codices adfirmarent alii, vel potius φήσας, nemo jure repudiaret: ἐγὼ γνώμην —— ἐς μίσον φήσας, αὐτὸς μίντοι ἵψομαί τοι, ego, palam animi mei sententia verbis explicita, nihilominus ipse te sequar. ἐς μίσον hic esset in concilio regio: ἐν Ἀργείοις μίσοις et similia prostant collecta D'Orvillio in Charit. p. 547. Ut Herod. VIII. c. 26. ἴστι ἐς πάντας τάδι, sic sæpe loquuntur Tragici. Valck.

Cap. XCVIII. 2. τοὺς Ἰώνων τυράννους] Ostentant membranæ, quod placere poterit. (Ἴωνας τυράννους.) Aderant tyranni ex Hellesponto, Chersoneso, Æolide et Ionia, quos omnes rex si conpellavit, Ionum præcipuam duxit rationem, gratia et auctoritate potiorum; nisi si patrii moris tenax Ionum titulo Græcos conprehenderit. Lege c. 137. 138. Neque neglige lorum istud, fastorum quoddam instar et ruditatis Persicæ illo in genere argumentum. Similes usurpant funiculos, nodis illigatos, ad dierum et temporis notitiam barbarorum Novi Orbis nonnulli, de quibus Nobilissimus Auctor Originum Leg. Artium et Scientiarum Tom. I. lib. III. p. 225. egregie. Wess.

Cap. XCIX. 1. Τῆς δὲ Σκυθικῆς γῆς, etc.] Cum Auctor hæc commentaretur, pictam Scythiæ et Thraciæ ob oculos tabulam habuit, cujus e mediterraneo tractu lapsum Istri atque ostia spectavit. Θάλασσα Pontus est, utramque in regionem sese insinuans: hoc κόλπου ἀγομένου τῆς γῆς ταύτης. Nam, quod vir maluit doctus, κόλπου ἀνομένου τῆς θαλάσσης ταύτης, superato maris hujus sinu, nimium abit a scriptis Codicibus, et progressum itineris, quo de nihil hic, sistit. (Nec tamen satis adparet quid sit quod κόλπου ἀγομένου dicat. Larcher vertit: "à l'endroit où finit le Golfe de Thrace.") Mare ipsum, quatenus Scythiæ et Tauricæ oras adspergit, varie adpellat, modo in orientis, modo occidentis plagam diffusum. Quæ vero adnectit, τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου ἔρχομαι σημαίνων, τὸ πρὸς θάλασσαν αὐτῆς τῆς Σκυθ. χώρης ἐς μίτρησιν. Ἀπὸ Ἴστρου αὕτη ἤδη, etc. dispuncta bene non sunt: voluisse puto, τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου ἔρχ. σημαίνων· τὸ πρὸς θάλασσαν αὐτῆς τῆς Σκυθικῆς χώρης ἐς μίτρησιν ἀπὸ Ἴστρου· αὕτη ἤδη, etc. Res postulat Aldusque cum schedis Parisinis. Plura moveri non patior, nactus adstipulatorem virum clar. Corn. de Pauw. Certe πρὸς μεσαμβρίην τι καὶ νότον, si spectatorem regionis ex Scythiæ mediterraneæ finibus detrectaveris, aberrabunt vehementer. Ab Istro enim versus Borysthenem et Carcinitin urbem septemtrio tendenti objacet, non auster. Wess.—Mihi multo commodior uniceque vera visa est ea dispungendi ratio, qua post ἐς μίτρησιν interpungitur: atque etiam, deleto post σημαίνων commate, cum Schæfero post Τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου incidi orationem, quo significarem, verbum σημαίνων ad τὸ πρὸς θάλ. referri, istud autem Τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου per se stare, valereque Inde ab Istro; sicut c. 100, 1. Τὸ δ' ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς, Inde a Taurica. Istum τὸ articulum jam sæpius eodem modo positum observavimus: (conf. Adn. ad I. 105, 4.) sive per pleonasmum ita dici statuas, sive per ellipsin κατὰ præpositionis, quemadmodum cap. 100, 6. τὰ κατύπιρθε valet κατὰ τὰ κατύπιρθε. S.

[6. αὕτη ἤδη ἀρχαίη Σκυθική] Hæc est

vetus Scythia; nempe prisca Scytharum terra, priusquam illi, pulsis Cimmeriis, versus orientem limites suos promovissent. Quod si ἤδη particulam etiam exprimere volueris, dices, *Hinc jam* incipit. Sic ἤδη habes c. 100, 1. et 5. III. 5, 9. et sæpius alibi. S.]

11. μέχρι Χερσονήσου τῆς Τρηχίης] Stephano Byz. Chersonesus πόλις τῆς Ταυρικῆς, ex Herodoteis; perperam, judice Holstenio. Consequens erit ergo, ut Taurica, tanta hic diligentia et cura expicta, extra Chersonesum fuerit, quorsum et erudita disquisitio docti viri, quæ inter manus, vergit. Nullus equidem infitior, Tauros et Tauricæ partem extra eam sese porrexisse. Fossam Scytharum servi, ut accessu heros prohiberent, a Tauricis montibus ἐκ τῶν Ταυρικῶν οὐρέων ad Mæotin duxerunt c. 3. Scythæque ad Tauricam regionem pertinent c. 20. et 100. At Taurici illi montes ad extimum Carciniten Sinum, ubi Isthmi Tauricæ Chersonesi exordium, semet exigentes ex juxta eumdem sinum longe in Pontum protensi ad urbem Chersonesum, quæ ob situs aspreta τρηχίη, terminabantur. Hæc Noster, nec diversa Scylax et Arrianus in Periplis. Straboni pars Chersonesi majoris ἄκρα μεγάλη, ἐφ' ᾗ ἵδρυται πόλις, αὐτὸ τοῦτο καλουμένη Χερρόνησος. Addit Strabo, peninsulæ quoddam instar habuisse regionem, urbemque Chersonesum, ubi οἱ Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, incoluerint olim, eversam lib. VII. p. 474. (p. 308. ed. Cas.). Non repeto, Stephani judicium et Herodotea hinc stabiliri. Wess. — At recte Holstenius observasse mihi videtur, non *urbem* Chersonesum, sed totam peninsulam hic Χερσόνησον τὴν Τρηχίην καλεομένην dici; quam alii, quo ab aliis peninsulis distinguatur, Tauricam aut Scythicam Chersonesum adpellant. Hanc igitur ad mare, quod est Orientem versus, pertinere ait; αὕτη ἐς Θάλ. τὴν πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον κατήκει. Nec enim de urbe, sed de regione, κατήκειν dici consentaneum est: et Chersonesus urbs, non in orientali, sed in occidentali peninsulæ parte sita erat. Nam, quod Larcherus ait, esse Chersonesum urbem in occidentali quidem parte peninsulæ, sed ab oriente Scythiæ, id rem non conficit: etenim, quod mare hic τὴν πρὸς ἀπηλιώτην Θάλασσαν vocat, idem mare mox τὴν πρὸς τὴν ἠῶ dicit, ubi haud dubie illud mare, quod ab oriente Chersonesi peninsulæ est, intelligitur; nempe Mæotis palus, quam haud multo minorem ipso Ponto Euxino esse, (c. 86 extr.) Scriptor noster existimaverat. S.

[15. παραπλήσια idem valet ac παραπλησίως, sicut ὁμοῖα persæpe idem atque ὁμοίως. S.]

17. γουνὸν] Perrarum in promontorio. Γουνὸς Ἀθηναίων, quorum ager minime uber, in oraculo apud Criticos ad Euripid. Medeam v. 679. Est, cui ἐς τὸν πόντον de Ægæo displicet mari, ἐς νότον, in austrum, reponenti. Dabit infra c. 177. ἀκτὴν προέχουσαν ἐς τὸν πόντον, in Mare Ægæum. ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ, lib. II. 97. Inprobant præterea τὸν ἀπὸ Θορικοῦ, maluntque aut τὸ aut τῶν. Valla verterat, quod a tribu Thorica, videlicet jugum: substitutum in postrema editione, (Gronoviana,) quod magis in pontum, qui a Thorico; me etiam atque etiam mirante. Namque τὸν ἀπὸ Θορικοῦ manifesto ad γουνὸν pertinet Σουνιακὸν, quod *jugum* inter Atticæ pagos Thoricum et Anaphlystum nonnihil artatum longe in Ægæum Mare prominet, prorsus ut Taurica in Pontum Euxinum, et Iapygia in primis, anguste inter Sinum Brundisinum et Tarentum constricta. Quod (lin. 20.) reposui συμβαλλεῖν ratum Auctor habet lib. II. 10. Wess.

17. τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακὸν] Edoceri

cuperem, cur hoc Attices in altum excurrens promontorium, γουνοῦ, soli fertilis, hic honestaretur adpellatione; quum ab ea parte nunquam laudata sit Attica, sterilis in universum et λιπτόγεως, nihilque, quod quidem ego noverim, de Sunio dicatur, ad istius anguli τὸ γόνιμον καὶ πάρφιμον commendandum. Angulus non γωνία tantum, sed et γῶνος dici potuit: Hesych. Γῶνος, γωνία, Λάκωνες: et fortasse Γουνὸς eidem non γουνιαῖος sed γωνιαῖος τόπος fuerat dictus, locus angularis. Sæpe memoratur Attices illud promontorium Orientale, Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν. Herodotea sic primum reddidit Valla, ut eadem quidem legisse videatur, sed ordine a vulgato nonnihil diverso collocata: τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακὸν, τὸν ἀπὸ Θορικοῦ μέχρι Ἀναφλύστου δήμου, μᾶλλον ἐς τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα: quo modo si legerentur in Codicibus, non displicerent. Neglexit in his Herodotus pagum Azeniensium, quem, raro veteribus memoratum, minoris fuisse constat momenti: hoc excepto, in Attices ad Sinum Saronicum latere demus erat Anaphlystus, Sunio vicinus: Sunii promontorium nave flectentibus, sive super Sunium navigantibus, ab altero latere primus occurrebat ad sinistram pagus Thoricus. Quidquid ab Anaphlysto ad usque Thoricum terrarum magis in altum prominebat γουνὸν vocat Σουνιακὸν, μᾶλλον ἐς τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα. Valck.

[Apud Homerum notum est γουνὸν vulgo intelligi τόπον γόνιμον καὶ πάρφιμον: quam quidem notionem alienam prorsus ab hoc Nostri loco esse adparet. Angulum hic significari, ex Hesychii, Γῶνος, γουνὸς, probabile videri poterat: qua notione vocab. istud, cum Valckenario, Schneiderus in Lex. crit. accipiendum h. l. censuit. Cur vero idem Vir doctissimus pro eodem adstruendo vocabuli usu etiam oraculum illud advocaverit, quod ab Euripidis vetere Interprete ad Med. 679. refertur, ubi est περὶ γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι, caussam equidem video nullam. Habet Homerus γουνὸν Ἀθηνέων ἱερέων, Odyss. λ'. 322. et Pindarus εἰν γουνοῖς Ἀθανῶν, Isthm. IV. 42. Quibus in locis, perinde atque in eis ubi apud Poëtam γουνὸς ἀλωῆς nominatur, fœcundum solum γουνὸν vulgo intelligunt. Atqui haud immerito tamen mireris, quid sit quod Attica, cujus utique parum fertile solum fuisse constat, quamque πρανὰς alioqui Ἀθάνας nominare Pindarus solet, (Olymp. VII. 51. XIII. 52. Nem. VIII. 19.) ab eodem Pindaro aliisque fœcunditatis nomine celebretur. Itaque videndum, ne pervulgata illa vocabuli γουνὸς interpretatio nonnisi ex etymologica conjectura a Grammaticis fuerit conficta, longeque diversam vim veteres auctores ei subjecerint. Scilicet, sicut πρανὴ regio dicitur, quæ edita est, montana, multas eminentias habens: similiter fortasse etiam γουνὸς eminentiam, locum editum, veterum sermone significaverit; quam in partem haud absurde olim Pergerus, vir doctus, illud γουνιαῖος τόπος accepit, quod apud Hesychium vulgo post vocem Γουνοῦσθαι legitur, ut sit locus editior, instar genu eminens. Quæ quidem notio, sicut et huic Herodoti loco, et illis poëtarum locis apte convenit, ubi γουνὸς Ἀθηνῶν nominatur; sic nec male congruet istis Homeri locis, ubi γουνὸς ἀλωῆς dicitur, nempe eminentia, altitudo; quandoquidem areas, in quibus frumentum triturabant veteres, editis in locis fuisse constat, quo facilius paleæ a ventis discuterentur. Ista igitur notione vocabulum hoc usurpasse Herodotus videtur; quæ ne ab Etymologo quidem neglecta est, apud quem p. 233, 5. hæc ipsa verba leguntur. Λέγεται δὲ γουνὸς, ὁ ὑψηλὸς

τόπος ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῷ σώματι γονάτων, ἃ ἰξίχνει. S.]

[22. ἐγὼ δὲ ἄλλως δηλώσω] Intellige τούτῳ ἐγὼ, etc. quemadmodum et c. 81, 12. S.]

[24. πολλὰ λίγω παρόμοια, τοῖσι ἄλλοισι ἔοικε ἡ Ταυρική.] Idem hoc valet ac si dixisset, πολλὰ ἄλλα λίγω παρόμοια, οἷς ἔοικε ἡ Ταυρ. S.]

Cap. CI. 8. ὁδὸς ἡ ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια] In singulos dies stadia centum et quinquaginta lib. V. 53. dinumerantur: sed multiplex ex citatiore militarive gressu variatio, a magno viro ad Strabon. I. p. 61. (ad p. 35. ed. Cas.) adnotata. Mox (lin. 9., πρὸς Codd. et sententiæ jussu exterminavi: quæ enim pro voce asserenda vir Clar., non urgent. Wess.

Cap. CIII. 2. Θύουσι μὲν τῇ Παρθένῳ] Mutato leviter articulo fingebat præstantissimus A. Kluitius, Θύουσι μὲν δὴ παρθένῳ. Nihil enim in anterioribus de virgine, mox demum memoranda. Wess. in Addendis.—At nec δὴ particulæ hic erat locus, et percommode habet τῇ Παρθένῳ, nempe immolant ei numini, quam τὴν Παρθένον adpellant. Similiter Strabo, lib. VII. p. 308. ed. Cas. non ante facta virginis mentione, de Chersoneso urbe loquens ait, ἐν ᾗ τὸ τῆς Παρθένου ἱερόν. Cæterum, Tauros istos reliquias fuisse Cimmeriorum a Scythis olim finibus suis pulsorum, probabile fecit Gatterer Comment. Societ. Reg. Goetting. Vol. XI. p. 140. probante Heeren in Ideen, etc. T. I. p. 888. S.

3. καταξάμενοι] Nihil verius liquidiusque. Recurre ad lib. II. 45. et IV. 60. Firmat Euripidis Iphigenia in Taur. v. 38. Θύω γὰρ, ὅστις τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει, Ὅς ἂν κατίλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνὴρ, κατάρχομαι μὲν, etc. Quod sufficit. Wess.

Ibid. κατά ῥ' ἐϋξάμενοι] In Editis antiquis scriptum καταῤῥιυξάμενοι. Qui aliter primus scribendum curavit, (vide Var. Lect. ed. S.) tmesin hic sibi deprehendisse visus est, qualis nulla datur apud Herodotum, voculam etiam ῥα non adhibentem. Duplex fuit in Codicibus lectio καταρξάμενοι et κατευξάμενοι: ad quarum alteram doctum correctorem literis ευ imposuisse suspicor αρ, et utrumque recepit, ut solebant isti sæpenumero, librarius: supra IV. 60. et alibi fuit in eodem verbo variatum. Nostro loco de Scythis Tauris, pro victimis advenas cædere solitis, ut ait Mela, scripserat procul dubio Herod. τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων —— καταρξάμενοι ῥοπάλῳ σφαίρουσι τὴν κεφαλήν: auspicati velut vectimam, clava caput percutiunt; non ut Græci, qui cultro victimam immolationi designabant. Huic adfirmandæ lectioni sufficiet vel unicus locus Eurip. Iphig. in Taur. v. 1154. quo Taurorum Rex Thoas comites interrogat Iphigeniæ sacerdotis, utrum illa jam τῶν ξένων κατήρξατο, hospites sit auspicata. In Græcorum sacris usitatissimum verbum de Indica gente Nicol. ponit Damasc. Stobæi, p. 105. Sed, secundum Herodoti Tauros, non Scythicæ fuit Iphigenia crudelitatis ministra, verum ipsa Dea, cui Græcos immolarent hospites: τὴν δὲ δαίμονα ταύτην, τῇ Θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι. Hesiodus in Heroinarum catalogo non mactatam Iphigeniam dixerat; sed, Diana volente, Ἑκάτην εἶναι: hoc tradens Pausan. in Atticis, c. 43. τούτοις, ait, Ἡσίοδος ὁμολογοῦντα ἔγραψε, κ. τ. λ. Ceterum ista potissimum inhumana Taurorum crudelitas effecisse videtur, ut hoc præsertim nomine Scythæ fuerint a Græcis in universum infamati. In diversis gentibus Scythicis tria potissimum obtinebant, quæ prorsus abhorrerent ab humanissima Græcorum mansuetudine, τὸ ξενοδωτεῖν, τὸ ἀνθρωποφαγεῖν,

καὶ τὸ, τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρῆσθαι. vid. Strabo VII. p. 458 A. et 460. B. (p. 298. D. et 300. B. ed. Cas.) et Jacob. Elsner. Observ. in Ep. ad Coloss. III, 11. VALCK.

15. ζῶσι δὲ ἀπὸ ληΐης τε καὶ πολίμου] Tales Chaldæorum, οἳ ληϊζόμενοι ζῶσι —— εἰθισμένοι ἀπὸ πολίμου βιωτεύειν apud Xenophontem K. Παιδ. III. p. 74. E. — Conf. Nostrum IV. 22, 6. S.

CAP. CIV. 1. ἀζῃρότατοι ἀνδρῶν] Tales in Scythia fuisse vix fidem invenit: de Agathyrsis dixerat, credo, ἀζῃρότατοι ἄνδρες εἰσὶ, sicut in suis legere Codd. L. Valla, et Jo. Stobæus Tit. XLII, p. 294. Habet tamen hinc ἀνδρῶν ἀζηροτάτους Eustathius in Dionys. v. 310. De Agathyrsis Salmasio notata in Solin. p. 188. partim corrigit ad Melam Is. Vossius. VALCK.—Præstat ἀβρότατοι ἄνδρες ex scriptis. WESS.

5. Θερίξι προσκιχωρήκασι] Geminum lib. I. c. 172. προσκιχωρήκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἴθνος. WESS.

CAP. CV. 2. κατίλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην] Male in Vallæ Latinis, coacti fuerant solum vertere. Correxit errorem clar. Lambertus Bos, Observ. Crit. c. 2. p. 9. WESS.—De usu verbi καταλαμβάνειν cf. Valck. ad IV. 11, 19. S.

[5. ἐς ὃ πιεζόμενοι οἴκησαν μετὰ Βουδίνων] Hæc Gatterer l. c. suffragante eodem Heerenio, p. 893. sic vertenda contendit, quamdiu premebantur, cum Budinis habitabant. At id quidem contra Herodoti usum; apud quem ἐς ὅ numquam quamdiu, sed constanter donec (hac notione, donec tandem, usque dum) significat; adeoque commode denique, postremo, reddi potest; qua cum notione frequenter conjuncta illa est, quam ob rem, quam ob caussam. Hoc loco satis erat id quod a nobis in versione positum est, ad extremum, malis pressi, etc. quod quidem nil impedit, quo minus (quod voluere doctit, quos nominavi, Viri) credibile sit, postea Neuros, finito malo, priscas suas sedes repetiisse. S.]

6. κινδυνεύουσι —— γόητες εἶναι] H. Stephani, Vallam corrigentis versio recipi debuerat: verbum hoc usu, quem Portus adnotare neglexit, semel tantum occurrit apud Herodotum. Κινδυνεύουσιν εἶναι notat esse videntur, sive sunt; et δοκεῦσιν εἶναι sæpius adhibetur pro εἰσί. Frequentavit illud inprimis Plato. Xenophon. Ἀπομ. IV. p. 465, 10. κδυνεύει ἀναμφιλογώτατον ἀγαθὸν εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν, et v. 35. φροντίζω μὴ κράτιστον ᾖ μοι σιγᾷν· κινδυνεύω γὰρ ἁπλῶς οὐδὲν εἰδέναι. (IV. 2, 34 et 39.) Sic ille sæpius alibi loquitur, et in Epist. Socrat. XXII. Demosthenes I. contr. Aristog. p. 489. δυσκατάπαυστόν τι κινδυνεύει πρᾶγμ' εἶναι πονηρία. Platonis etiam imitatores Sophistæ hunc flosculum scriptis sæpe suis interserunt: vide Clariss. Ruhnken. in Tim. Lex. p. 116. quique, alienis tamen intermixtis, apta quædam dedit Clar. Wetsten. in S. Lucæ Act. Ap. XIX, 27. Neurorum præstigias hinc attigit Eustath. in Dionys. v. 310. Mela II. 2. fine: Neuris statum singulis tempus est, quo si velint in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutantur. Anilem fabulam tangit Salmas. in Solin. p. 187. VALCK.

10. αὖτις ἐπίσω ἐς τὠὐτὸ κατίστατο] Demuto nihil; nam λυθεὶς Arch. ex αὖθις progenitum librarii negligentia. De Neuris, Mela, Solinus atque alii, consimilia. Durant, ut solent quæ cum primo lacte inbibuntur, similes in inferiore Germania fabellæ. Memini, rusticos et pastores primo ætatis flore videre, quibus hæc metamorphosis insulse inputabatur. Confer Keisleri Antiq. Septemtrional. p. 494. WESS.

CAP. CVI. 4. γλῶσσαν δὲ ἰδίην] Non pendent ex præcedenti φορέουσι, sed alio, quod in Scriptoris mente hærebat. Simi-

les ex Sophocle atque aliis dicendi formulas animadvertimus antea. Dabunt plures Thucydid. I. 17.; Virgilius Æneid. X. 26. ubi Servius; Columella de Re Rust. lib. VI. 32. et Græv. ad Florum III. 21. His vero nexa olim et apta volui, ἀνθρωποφαγίουσι δὲ μοῦνοι τούτων, soli humana carne vescuntur, nunc isthic deposita, ubi seriem turbant. Androphagi sive Anthropophagi ex re ipsa, vorandisque hominibus, titulum habent; sicuti Melanchlæni ex vestitu nigro. Illis notatio ista convenit excellenter, non his. Conjecturæ doctorum hominum, ὄμουρα τούτων, aut μοῦνοι λυκοφαγίουσι sive αἰλουροφαγίουσι, æstus, quibus ex male locatis vocibus fluctuarunt, manifestant. Agnovit Ampl. Nic. Witzen, in Belgica horum versione, librariorum peccatum, et detersit tacens, Tartariæ Description. T. I. p. 199. edit. primæ. Strabo Scytharum nonnullos adeo fuisse inmanes, ἄστε καὶ ἀνθρωποφαγεῖν, lib. VII. p. 463. (p. 302. c. ed. Cas.) ex Ephoro scripsit. Wess. — Vide quæ ad h. l. in Var. Lect. (ed. S.) disputavimus. Quod ad verbum ἔχουσι adtinet, ex conjectura a nobis adjectum, fuerint quidem fortasse qui nil eo opus fuisse contendant, si quidem (docente H. Stephano Thes. T. IV. p. 89 seq.) verbi φορεῖν tam late pateat usus, ut interdum idem atque ἔχειν valeat. Verum tamen, γλῶσσαν φορεῖν pro γλῶσσαν ἔχειν aut γλώσσῃ χρῆσθαι dicturum fuisse Herodotum, etiam atque etiam dubitare licuerit. S.

4. ἀνδροφαγίουσι δὲ μοῦνοι τούτων] Ἐνιοι τούτων venerat in mentem Jo. le Febvre: sed quæ hac legit in sede Eustathius (vide in Dionys. v. 399.) in suam restituet, de Anthropophagis olim script clariss. Wesseling. Vide Diss. Herod. p. 72. Recte Codices MSS. vocant Ἀνθρωποφάγους, (nempe verbo utuntur ἀνθρωποφαγίουσι) et Plinio dicuntur Anthropophagi Scythæ, humanis corporibus vescentes, Hist. Nat. VI. c. 17. similiter Melæ II. c. 1, 120. atque his τὸ ἀνθρωποφαγεῖν tribuit Ephorus Strabonis VII. p. 463. B. Valck. — Proprium hujus populi nomen, ut et Melanchlænarum, Bastarnas fuisse, probatum ivit Gatterer l. c. p. 148. consentiente Heerenio p. 893. Vere quidem a Græcis Androphagos et Anthropophagos fuisse nominatos haud immerito fortasse negavit eruditus auctor Commentationis supra laudatæ, F. W. Beer, in Additament. ad Hist. Univ. ex Anglico sermone in Germ. translatam, T. III. p. 20 seq. Crudis quidem equorum carnibus vitam illos sustentasse credibile fuerit, non humana vesci carne solitos: quali cum feritate parum convenit sapiens illud et æquitatis plenum responsum, Scythis auxilia petentibus datum, in quod horum rex cum aliis regibus consensisse infra (cap. 119.) perhibetur. Cæterum de his finitimisque populis consulendus Bayerus in Actis Acad. Petropol. supra laudatus Wesselingio ad cap. 18, 9. S.

Cap. CVIII. 2. γλαυκόν τι —— καὶ πυῤῥόν] "Ad oculorum colorem refe- "runt. Ego ad totum corpus retule- "rim, glauco vel cæruleo pictum et "rufo: unde Picti Geloni Virgilio "Georg. II. 115." belle Salmas. in Solin. p. 138. Πόλις πεπόλισται recurret lib. V. 52. VII. 59. Homerico more. Wess. — Cum Salmas. et Wess. facit Larcher. Est etiam apud Claudian. in Ruf. I. 314. Heynio ad Virgil. l. c. laudatum, Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. Ad oculorum tamen et naturalem vel comæ vel cutis colorem referre etiam nunc docti viri malunt, ut Heeren l. c. p. 895. et Mannert. T. III. p. 7 seq. S.

Ibid. πόλις —— ξυλίνη] Quæ sequuntur de urbe lignea Gelono in Budi-

nis, quam Persæ narrantur incendisse c. 123., hinc tangunt Steph. Byz. in Γιλωνοὶ, Mela I. c. 19, 140. et Eustathius. VALCK.

CAP. CIX. 1. *οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γιλωνοί*] Herodotea si fuerint, dederat, *τῇ καὶ Γιλωνοί*. Equidem ob Arch. dissensum ambigo: præferunt certe ex eo excerpta, quæ Herodotum non dedecent, et commoda congruaque videntur. Utrumcunque est, vulgatum ab illis premitur maxime. WESS.—Pro *καὶ Γιλωνοὶ* scribi poterit Γιλωνοῖς, aut, quod malim, vocula *τῇ* interjecta: *Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται, τῇ καὶ Γιλωνοί*. Sic et alibi loquitur, et IV. 171. *νόμοισι δὲ τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται, τοῖσι καὶ οἱ ἀπὸ Κυρήνης*. Qui prætulerit alterum, Herodoteis etiam niti poterit ex p. 96, 11. p. 257, 24. (II. 20. et IV. 112.) VALCK. — Scilicet II. 20, 10. et IV. 112, 6. constructio cum dat, obtinet. Sed nec improbanda utique illa structura erat, quam nos ex plerorumque librorum consensu repræsentavimus, quæ sane nihil differt ab ea quam cod. Arch. mox offerebat, *δίκαια ἡ αὐτὴ ἐστὶ Γιλωνεῖσι καὶ Βουδίνοισι*, ubi, ex doctorum duumvirorum præcepto, *ἡ καὶ Βουδίνοισι* oportuerat. Similiter V. 65, 13 seqq. *ἰόντες καὶ οὗτοι——ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότες καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον*: non ἐξ ὧν aut ἐκ τῶν καὶ οἱ, etc. S.

3. *φθειροτραγέουσι*] Dederat, opinor, *φθειροτρηγέουσι*; et *φθειροτρηγέοντας* Arrianus in Periplo Ponti Euxini, p. 18. ubi vulgatur: *Ἡρόδοτος λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτραμπέοντας*: in κτ facile γγ transierint. *φθειροφάγους* vulgo dixere: vid. Strabo XI. p. 754. (p. 492. B.) et ibi Casaub. VALCK.—Phthirophagi occurrunt plures, etiam in Libya, cap. 168. hujus libri. Præclare, ut puto, de similibus, *φθειροφάγοι εἰσὶν, ἀπὸ τοῦ ῥύπου καὶ τοῦ πίνου λαζόντες ὄνομα*, Strabo lib. XI. p. 763. (p. 499. ed. Cas.) WESS. — Notum quidem quod de Sinensium mulierum deliciis hodieque memoratur. Scripturam nec apud Nostrum nec apud Arrianum, necesse erat sollicitare. Quod autem Portus hunc Nostri locum sub verbo *φθειροφαγίειν* retulerit, id imprudenti exciderat: verbum illud nusquam apud Herodotum reperitur. S.

10. *ἰνύδρις*] Porti conjecturam, a Genevensi editore perperam pictam, Pass. codex stabilit, et scriptor ipse lib. II. 72. *Περὶ τὰς σισύρνας* (lin. 11.) jure Cl. Gronov. vindicavit, cui calculum Valckenarius noster ad Ammon. p. 205. adposuit. *Σίσυρα, αἴγιον στίγασσον* veteribus. Theophylacto lib. VII. Hist. Mauric. c. 6. *σίσυρα ἐξ ἐρίου, ἐς τὰ μάλιστα ὑστελῆς*, etiam Apsyrto Hippiatricor. lib. I. 38. p. 135. Sed hoc Ruhnkenius ad Timæum, p. 165. (p. 231. seq. ed. sec.) *Ὀρχεῖς* laudabunt, qui sermonis Ionici genium Hippocratemque et Aretæum amant. WESS.—Licet differentiam quamdam inter *σισύραν* et *σισύρνην* statuerint Grammatici nonnulli; parum tamen, verum si quæris, ac nihil fortasse, interesse videtur. Cur *σισύρας* nos prætulerimus, in Var. Lect. (ed. S.) declaratum est. *Ἐνύδριας*, quæ lutræ sunt, miratus sum canes marinos sive phocas intelligi a Mannerto, III. 7. Cur vero totam *ῥῆσιν* illam, *ἤν τι ταύτῃ ——ὑστερίσῃ ἔπεσι*, l. 10—13. cum Heesenio, p. 919 seq. pro emblemate habeamus, ab aliena manu adsuto, caussam equidem nullam video. Amat sane Scriptor noster qualibet data occasione talia referre. Quænam quidem alia animalia dicat quadrato vultu, definire non ausim. Præter castorem et lutram tria alia quadrupedium genera Aristoteles Hist. Anim. VIII. 6. nominat, quæ ex lacubus et fluviis victum quærunt. S.

CAP. CX. 3. *Οἰόρσατα*] Hoccine, an *Αἰόρσατα*, Scythicum Amazonum sit nomen, non decerno. Si *Αἴρ* Scythis

Armenisque vir sit, quæ Wachteri in Præfat. Glossar. Sect. XII. professio, pristinum ex Aldo et Valla potius erit. Sed in talibus anceps hæsitatio. Male Herodoti fidem Franc. Foris Otrokocksi Orig. Hungar. c. 14. p. 291. suggillat, aliena multa stipans, ut Hungaricum videatur vocabulum; quasi Amazones ex ultima Tartaria, vetere Turcarum et Hungarorum sede, processerint. Quod falsissimum. WESS.

12. *οἱ δὲ Κρημνοὶ, εἰσὶ τῆς γῆς τῶν Σκυθίων*, etc.] Damnantur duæ voces *τῆς γῆς* codicum quorundam judicio; suntque ad rem non necessariæ. (Uni Ask. desunt illæ: commode alii *γῆς τῆς*.) Cremni, liberorum erant Scytharum, ad Mæotin, c. 20. Cultum habent decus ista, (lin. 14.) *ἐντυχοῦσαι —— ἐπιφορβίῳ —— καὶ ἐπὶ τούτων*, etc. Scribentis in animo erant, *ἐντυχοῦσαι —— ἵπποις*, quibus *ἐπὶ τούτων* aptissime adhærent. Talia medicinam respuunt. WESS.

CAP. CXI. 5. *τῶν νεκρῶν ἐκράτησαν*] Docent sequentia, Amazonum aliquas fuisse prælio peremtas: illa quoque, *καὶ οὕτω ἔγνωσαν ἐούσας*, etc. limpide asserunt, non aliud ex Scriptoris venisse calamo, quam *τῶν νεκρῶν* aut *τινὰς τῶν νεκρῶν*, sicuti in Codd. plerisque. WESS. — Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

[9. *εἰκάσαντας*] Sic edd. omnes, nec aliud e MSS. enotatum. Videbatur autem mihi *εἰκάσαντες* scriptum oportuisse: et in nostro cod. F. postrema syllaba eo scripturæ compendio picta est, quo terminationem *τες* indicare scriba adsuevit. S.]

13. *βουλόμενοι —— παῖδας ἐγγενήσεσθαι*] Substituunt clar. Reiskius et Abreschius *ἐκγενήσεσθαι*, sicuti c. 155. *ἐξεγένετό οἱ παῖς*. Schedæ, in quibus *ἐγγίνεσθαι* et *ἐκγίνεσθαι* confunduntur lib. V. 105. h. l. silent. Pugnat etiam hoc Thomæ Mag. decreto in *Βούλομαι*, sæpius fallenti. WESS. — Contendit scil. Magister ille, verbum *βούλομαι* nonnisi cum præsenti tempore aut præterito construi, numquam cum futuro: cui præcepto parere Herodotus recusat. S.

CAP. CXIII. 3. *ἐς ἐυμαρίην*] Ex *αι* et *ει* Iones ejecere nonnunquam *τὸ ἰῶτα*, *Θηλίην* scribentes et *ἐυμαρίην*. Hoc vocab. quo posuerint usu docuerat Eustath. in Hom. Iliad ξ'. p. 970, 13. (p. 980. ed. Rom.) *Ἴωνες*, inquit, *τὸ περί τινα τῶν ἀναγκαίων τῷ σώματι ἐκκρίσιων ἀσχοληθῆναι, οἷον οὐρῆσαι, φασὶν, ἢ ἀποκαθῆσαι, ἐυχέρειαν ἐκάλουν*: scripserat, scribere certe debuit, *ἐυμάρειαν ἐκάλουν*, vel *ἐυμαρίην*: quod vicina monstrant. Suidas: *Εὐμαρίη, ἀπόκατος, παρὰ Ἡροδότῳ*. Formam Codices custodiverunt rariorem lib. II. c. 35. *ἐυμαρίῃ χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι*: quod tanquam diversum a Græcorum usu de Ægyptiis dictum nemo mirabitur, qui Casaubonum legerit ad Theophr. Char. c. XIV. p. 115. Hebræum morem loquendi, præter Casaubonum, Gatakerus explicuit Adv. Misc. II. c. 3. Solita sibi verecundia Persicum morem Xenophon expresserat Κυρ. Παιδ. p. 5, 4. (I. 2, 16.) *αἰσχρὸν ἔτι (Πέρσαις) καὶ τὸ ἰέναι που φανερὸν γενέσθαι*: ubi, qui pueris lectam Cyropædiam suis sæpe contaminarunt adsumentis literatores, adjecisse suspicarer ista, *ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου*: nisi Zonaras eadem in suo Codice legisse videretur Annal. III. p. 110. B. Scriptus Codex in loco huic Herodoti simillimo præbuit Κυρ. Παιδ. I. p. 21, 9. (I. 6, 36.) *ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα —— ἰέσθαι*. Per euphemismum Thucyd. dixit *πάντα ποιεῖν διὰ στενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ*, p. 504, 3. (VII. 87.) Multarum legum conditor S. Petitus, quam inter Atticas suas septimam posuit, illam quoque me judice rectius omisisset. VALCK.

5. *αὐτέων τινὶ ἐπιχειρήσειε*] Vallæ non intellecta nativa se simplicitate præter-

cetera commendabunt elegantiarum spectatoribus Herodoti proxima; qui ubique, sicuti vere Hermogenes observat, p. 509. ἤδη πρόσωπον, εἴπερ τις ἄλλος, κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται. Theocritum non dedecerent ista: καί τις μουνωθυσίων αὐτίων τινὶ ἐνιχρίμπτοιτο, καὶ ἡ Ἀμαζὼν οὐκ ἀπωθίοιτο, ἀλλὰ περιεῖδε χρήσασθαι. Justo diutius Amazo viduata Scytham juvenem οὐκ ἀπωθίοιτο, sive τὸ ἔργον οὐκ ἠναίνετο, sed παρεῖχε βουλομένῳ, καὶ ὧν εἶχε μετεδίδου: quæ singula reperiuntur in talibus adhibita. — Ἐνιχρίμπτοιτο, hic idem ac συνιχρωτίζοιτο, atque Aristophaneum ἥρειδεν, de equo diceretur eximie ad equam admisso: apud Ælian. de Nat. An. IV. c. 7. a Rege Scytha generosus equus adduci non potuit, matrem ut saliret, οὐ μὴν ἐγχρίμπτεσθαι legitur. Darii Œbares marem dicitur Herodoto ἐγχρίμπτων τῇ θηλίῃ, III. c. 85. — (Opportune Tittmannus ad Zonaræ Lexicon. p. 610. monuit, videri huc spectare interpretationem ἀπολαῦσαι, quæ apud Lexicographum illum, sicut et apud Suidam, verbo ἐγχρίψαι adjicitur: Ἐγχρίψαι· ἐμπεσεῖν, παραπολαῦσαι, παρ' Ἡροδότῳ.) — Est et illud pervenustum: (lin. 12.) οἱ λοιποὶ νηνίσιοι —— καὶ αὐτοὶ ἐκτιλώσαντο τὰς λοισθὰς τῶν Ἀμαζόνων: torvas viragines mansuefactas sibi fecere morigeras, ἐτιθάσευον, χειροήθεις αὐτοῖς ποιήσαντες. Socratis Aspasia τιθασὸν ποιῆσαι puerum dixit apud Athen. V. p. 219. F. De uxore juvencula, Xenophontis Ischomachus in Œcon. p. 487, 32. ἐπεὶ ἤδη μοι χειροήθης ἦν καὶ ἐτιθασεύετο ὥστε διαλέγεσθαι. Conf. Eustath. ad Iliad. γ'. p. 305, 50. Valck.

7. τῇ δὲ χειρὶ ἴφρηξε] Idem ac ἰδείκνυσι apud Hesychium. Geminum Diodori lib. III. 18. μιμητικῇ δηλώσει διὰ τῶν χειρῶν διασημαίνειν: sed prorsus Germanum Æschyli Agamemn. 1070. Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε παρβάνῳ χερί. Talia Latinorum, Crudelem infesta sæpe vocare manu; Nudaque vocat dux agmina dextra, alibi conducta. Wess.

10. τῇ δὲ ὑστεραίῃ] Non sperno tritum iteratumque Scriptori: alibi διυτέρῃ ἡμέρῃ, IX. 32 et 83. Optime Gronov. διυτέρην αὐτὴν (lin. 12.) restituit et explanavit. (ipsam cum socia) In Diodoro T. II. p. 577. ἀλύων ὅπου τύχοι δεύτερος καὶ τρίτος, uno aut altero comite. Vide sis ad ejus lib. XIX. 17. et Wetstenium in Epist. II. S. Petri, c. 2, 5. Wess. — Conf. Hoogeveen ad Viger. III. 2, 17. qui hic quidem cum edd. vett. εὗρε διυτέρην, αὐτὸν ὑπομένουσαν, legit; sed plura e Thucyd. exempla adfert, ubi δεύτερος αὐτὸς junguntur. αὐτὸν quidem sive αὐτοὺς subintelligi h. [l. poterat, nec ut adjiceretur erat necesse. S.

13. καὶ αὐτοὶ ἐκτιλώσαντο] Ornat hoc et adauget jucundissimæ narrationis lepores. Pindarus Cinyram, Veneris corculum et suavium, ἱερὰν κτίλον Ἀφροδίτας h. e. Criticis eleganter exponentibus, συνήθη καὶ εἰθισμένον τῇ χειρὶ, descripsit Pyth. Od. II. 30. Addunt κτιλώσασθαι et κτιλεύσασθαι non aliud videri ac τιθασεῦσαι: quod in ferocientes, nec cicurari recusantes, aptissimum. Junge Schol. ad Nicandri Ther. v. 452. Wess. — Conf. paullo ante a Valck. notata. S.

Cap. CXIV. 15. μένουσαι ἐν τῇσι ἁμάξῃσι] Atque adeo velut οἰκουρεῦσαι. Civitatum Græcarum morem in Scythiam transtulit; nam Græcæ mulieris prima virtus habebatur τὸ ἔνδον μένειν καὶ οἰκουρεῖν. Phintis Philosopha apud Stobæum, p. 444, 3. uxoris ἴδια judicabat esse τὸ οἰκουρεῖν καὶ ἔνδον μένειν: cur Wolfius in Mul. Græc. Fragm. p. 196. ad ἔνδον adscriberet οἴκοι causæ nihil habebat. ἔνδον μένειν præter ceteros huic sexui sæpenumero commendavit Euripides; Philo Jud. p. 803. c. et Plutarch. II.

p. 142. c. qui in Quæst. Rom. p. 271. D. suorum tangit popularium in Bœotia consuetudinem; qui, nova nupta in ædes introducta, *καίουσι πρὸ τῆς θύρας τὸν ἄξονα τῆς ἁμάξης, ἐμφαίνοντες δεῖν τὴν νύμφην ἐμβαίνειν*: postremum levi molimine converti poterit in *ἐμμένειν*: menda quoque liberari Hyperidis fragmentum in Stobæi *Γαμικοῖς*, p. 441, 14. *Διὰ τὴν ἐκ τῆς οἰκίας ἐκπορευομένην ἐν τοιαύτῃ καταστάσει εἶναι τῆς ἡλικίας, ὥστε τοὺς ἀπολικόντας* (corrige, sodes, *ἀπαντῶντας*·) *πυνθάνεσθαι μὴ, τίνος ἐστὶ γυνὴ, ἀλλὰ τίνος μήτηρ.* VALCK.

CAP. CXV. 4. *φίβος τε καὶ δῖος*] His usus Ammonius differre docet *Δῖος* et *Φίβον*: quorum, ut ille noverat, plura possent similia proferri. Citat idem Ammon. in voc. *Ἱερεῖον*, velut Herodotea, *κατάπερ ἔτι καὶ νῦν ὅταν χρηστήρια θύωσιν ἐν τῷ ἱερῷ*, quæ, ne quis frustra quærat, apud Herod. non invenientur. Præter Æschylum neminem etiam novi qui dixerit *χρηστήρια θύειν*, qui *χαριστήρια θύειν*, plurimos. VALCK.

CAP. CXVI. 7. *ἐπὶ ἵππων ἐκφυγεῖν*] Nihil de vulgato demutassem, nisi Codices injecissent manum, vix repellendam. Hippocrates Aër. Aq. et Loc. p. 290. de Sauromatarum ad paludem Mœotin uxoribus, *τοιοῦτον αἱ γυναῖκες ἐπασκέουσαί τε καὶ τοξεύουσι καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις.* Unde, aut hoc sane ex fonte, Plato sua hausit lib. VII. Legg. p. 805. A. WESS.

CAP. CXVII. 1. *Φωνῇ — νομίζουσι* explicitum ad lib. II. 43. illustratumque fuit. WESS.

4. *πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα*] Ob oculos Nicolai Damasc. apud Stob. Serm. XLII. p. 292. fuerunt, *παρθένον οὐ πρότερον συνοικίζουσι πρὸς γάμον πρὶν ἂν πολέμιον ἄνδρα κτείνῃ.* Numerosior Cous senex, *οὐκ ἀπαναρθενιούνται δὲ μιχθεῖς ἂν τῶν πολεμίων τριῶν ἀποκτείνωσι.* Profecto dura, quantumvis bellatricibus, conditio. WESS.

CAP. CXVIII. 8. *ἐκ τοῦ μέσου κατημένοι*] Adi sis ad lib. III. 83. (ibique notata,) et VIII. 22. *Τὠὐτὸ νοήσαντες* (lin. 9.) obtrudunt membranæ, videturque ad rem obportunum: frequentius *τὠὐτὸ φρονήσαντες*, I. 59. aut *κατὰ τὠὐτό*, lib. V. 2. Aldi *ἀντιάζωμεν* (ibid.) perperam neglectum fuit. WESS.

8. *ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι*] Herodoto proprium illud satis fuit communitum in Diss. Herod. p. 125. Mox (lin. 10.) littera producta scribi malim: *ἀλλὰ τὠὐτὸ νομίσαντες ἀντιάζωμεν τὸν ἱκτέτην.* In nonnullis, ubi linguæ Latinæ ratio hunc modum poscit, alterum etiam adhibent Græci; (poëtæ præsertim:) verum in talibus, et in dubitationibus, utuntur subjunctivo, sæpius a librariis obliterato. VALCK.

[10. *οὐκ ἂν ποιήσιτε ταῦτα, ἡμεῖς μὲν*, etc.] Pro *εἰ ἂν οὐ ποιήσιτε ταῦτα*. Commode *ἐρωτηματικῶς* vulgo *ῥῆσις* illa effertur, *οὐκ — ταῦτα*; quod in talibus enunciationibus præstare censuit Schæfer ad Bosii Ellips. Græc. p. 758. Exemplis ibi ex Nov. Test. prolatis, poterit hoc adjici Herodoteum. S.]

[15. *ἢ οὐ καὶ ἐπὶ ὑμέας*] Sic solet Noster cum Atticis particulam negativam pleonastice ponere. Vide Gregor. Dial. Att. §. 44. ibique Schæf. p. 102. Cf. infra, V. 94, 12. VII. 16, 28. S.]

22. *διέβη τήνδε τὴν ἤπειρον*] Considerabit Laurentius, quasi *διέβη ἐς τήνδε*, quod supra (lin. 5.) depositum, fortasse injuria: Thraciæ vicinæque regionis transitum Scythæ designant. (Forsan vero idem valet *διέβη τήνδε* ac *διέβη ἐς τήνδε*. conf. Var. Lect. (ed. S.) VII. 20, 12 seq.) Rectius *ἡμιεῦνται*, pacat. Tale, *πᾶσαν πόλιν καὶ πᾶν ἔθνος — ἡμιεύμενος βασιλεύς*, lib. V. 2. Alia in re eleganter *τιθασσεύων καξημιερῶν ἐπεράων*, Philo Jud. Vit. Mos. lib. I. p. 606. D. et Æschyl.

Eumen. v. 14. *χθόνα ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην.* Wess.

Cap. CXIX. 16. *ἄρξῃ τι ἀδικίων*] Verissime ex Med. vir Celeb.; locutio obvia, sive participium putes, seu casum secundum, longe tritissimum. Ælianus Hist. Animal. V. 34. *ἀδίκων μὲν οὐκ ἄρχει* et XVII. 24. *οὐ μὲν ἔστι ἄρχειν ἀδίκων, ἀλλ' ἀμύνασθαι τὸν ἄρξαντα.* Auctior eadem ap. Demosth. ex vetere lege *ἂν τις τύπτῃ τινὰ ἄρχων χειρῶν ἀδίκων* contr. Aristocrat. p. 410. et sæpiuscule. Wess.—Ἀδικίων non aliud esse videtur nisi participium verbi. Si nomen voluisset, *ἀδίκων* puto dicturus erat, aut *ἀδικιῶν*, aut *ἀδικίης* ut I. 130, 13. VI. 119, 5. S.

17. *καὶ ἡμεῖς οὐ πισόμεθα*] Conjectori favet benignum Wesselingi præjudicium in Diss. Herod. p. 126. cui non mirarer si quis alius objecisset incogitantiam sincera tractanti. Talia videri poterunt prima facie veterum loca spectanti, qui quidem *πίσομαι* et *πήσομαι* in istum pæne sensum adhibuerint, quo nostro loco cepit illud Valla; frequenter occurrunt, *δυνὰ πίσομαι*, vel *ἀνόσια, τί πίσομαι*; et similia: *οὐδὲν πίσεται ἄχαρι*, et *ἄχαρι, οὐδὲν παθόντες*, sunt Herodotea II. 141. VI. 9. VII. 50. Verum, aut fallor, aut *οὐ πισόμεθα* significare nequit, haudquaquam tolerabimus, vel non sinemus. In suo forsan Cod. Laurentius invenit, quod præbet Arch. *οὐκ εἰσόμεθα*. Si Græcum esset *πεισιόμεθα*, sicuti *πεισιδίεω* Herodoteum est, ingeniosa videretur Reiskii conjectura: meæ me nondum pœnitet, qua corrigebam *ἡμεῖς σφὶ τισόμεθα*. Vos primi Persas injuria provocastis; neque nos illis ullam fecimus, neque etiam inferemus: quod si tamen Persa nos armis infestis invadens prior affecerit injuria, et nos de illo sumemus vindictam, injuriam illatam propulsando, *καὶ ἡμεῖς σφὶ τισόμεθα*: exemplorum in Τίσασθαι congessit affatim Portus. Crediderunt itaque barbari, contra Scythas justum movisse bellum Darium: a quibus dissentiens Plato in Gorgia, pag. 483. D. *σοίφ*, inquit, *δικαίῳ χρώμενος Δαρεῖος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν, ἢ ὁ παὶς αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκύθας*; Valck. — Istud *οὐ πισόμεθα* molestum est. Vallæ, haudquaquam tolerabimus, congruit Arch. *οὐκ εἰσόμεθα*, adsensionem eblanditurum, ubi verbo similis notio constiterit. Laudavi (in Dissert. Herod.) Valckenarii hariolationem, (ad Euripid. Phœn. pag. 533. prolatam,) doleoque schedis displicere. Relinquo quod reperi. Wess. — Et ego vulgatum prælaturus eram Valckenarii hariolationi. Cæterum vide Var. Lect. (ed. S.) Fortasse verò et ego, si vulgatum (quantumvis suspectum) interim dum certius quidpiam foret repertum, tenuissem, prudentius eram facturus. Etenim blandiri quidem *παυσόμεθα* utique debuerat, si certis exemplis ostendi posset, significare id verbum, otiosi sedebimus, quieti *manebimus*. Vereor autem, ne in eisdem exemplis, ad quæ in Var. Lect. (ed. S.) provocavi, perinde atque alibi, *παύεσθαι* non quietum *manere* significet, sed requiescere, cessare ab opere, desinere, incepto desistere, quæ notio parum opportuna fuerit huic loco. S.

Cap. CXX. 13. Ἰδάνθυρσος optime MSS., uti c. 76. Mox (lin. 15.) *πρόσχυτον μοίρην* Arch. (pro *πρόσχυτον μοίρην*) speciem ostentat, præterea nihil. Diurni enim itineris mentio exsulare non potest ob c. 122. Wess.

22. *ἦν δὲ βουλευομένοισι δοκῇ*] Spectarunt librarii (qui *βουλομένοισι* dederunt) *ἐν ὑμῖν βουλομένοις ἦ* apud Demosth. Orat. Prolog. p. 760., similesque Thucydidis lib. VII. 35. VIII. 93. ac plurium dictiones. Tum non insipide ex Sallustii Jugurth. cap. 84. si volentibus patatur. In vulgato equidem acquiesco. Wess.—Βουλευομένοισι inde ab

H. Stephani edit. 1. receptum ex MSS. et sic Medic. Ask. Pass. F. et tres Paris. S.

Cap. CXXI. 5. τοσαῦτα ὑπολιπόμενοι] Erunt quibus ἀπολιπόμενοι arridebunt. At Noster lib. VI. 7. τὸ δὲ ναυτικὸν πληροῦν, ὑπολειπομένους μηδεμίην τῶν γυναικῶν. Cl. Reiskius distinguit, τοσαῦτα (ὑπολιπόμενοι τὰ ἄλλα) ἅμα, etc. veritus, ne sententia emergat, liberos et uxores a Scythis desertos et hosti permissos, quæ adtendenti nasci vix potest. Wess.

Cap. CXXII. 3. τούτους ἰδόντες, ἡμέρης ὁδῷ προίσχοντις] Rectissime sic Pass. (et F. puto et alii.) Scythæ sunt, quos ex nationis decreto unius diei itinere Persas prægredi oportebat: ἡμέρης καὶ τούτους ὁδῷ προίσχοντας τῶν Περσέων, c. 120. dixit. Neque fugit hoc Reiskii sollertiam. Wess.

4. τὰ—φυόμενα λειαίνοντις] Ἐκτρίβοντες, explicante Hesychio. Ipsi Scythæ decreverant τὴν κοίνην ἐκ τῆς γῆς ἐκτρίβειν, c. 120. Amplius autem λειαίνοντις, quam κόπτοντις. Philo Jud. lib. I. Alleg. p. 58. D. τοῖς ἀθλητοῖς οἱ ἀλεῖπται παραγγέλλουσι μὴ κόπτειν, ἀλλὰ κατὰ σχολὴν λειαίνειν, sed cibum per otium masticare et minutatim conmolere. τὰ φυόμενα ergo λειαίνειν deglabrare, uti in glabretis et glabrentibus locis apud Columellam. Graviter Menander Excerpt. Legat. p. 102. καὶ ταύτῃ λεῖναί τι καὶ ἐκτρίψαι τῶν Λογγιβάρδων τὴν δύναμιν, h. e. friare et obterere prorsus. Wess.—Apud Philonem vero l. c. haud dubie κάπτειν, non κόπτειν, fuerit legendum. S.

8. πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος] Notabilis structura: Potuisset πρὸς ἠόος aut ἠοῦς τε καὶ τοῦ Ταν. ut Cl. Pauw. Verum πρὸς ἠῶ in Musis sexcenties. Variavit, ut in verbis et præpositionibus solent, casus. (Qua de variatione ad I. 202, 14. dictum. conf. II. 121, 5. IV. 17, 10. et 12. VII. 176, 13.) Vide Æschyl. VII. contr. Theb. 930. Raphelium ad Lucæ Eu. cap. 1, 54. ex Polybio, Abreschium in Æschyl. Animadv. lib. I. 21. p. 149. Ipse autem hic Persarum trans Tanain trajectus, tam brevi temporis spatio, nec verus nec vero similis Nob. Palmerio. Ab Istro ad Mæotidem xx. dierum iter est expedito, c. 101.: quanto longius difficiliusque exercitui inmenso, totque inpedimentis præpedito? Confer Exercit. ad Græcor. Auctor. pag. 21. Wess. — Perspecte Palmerius l. c. "Ut Alexander Bessum persequens, postquam "eum in potestate habuit, Iaxartem "usque perrexit, et se Tanain vidisse "vel credidit, vel ad gloriam suam "publicavit: sic et Darius Hypanin "aut forte Borysthenem, Tanaim esse "credidit, vel credere se simulavit, ut "suæ gloriæ audaci mendacio velificaretur." Consuluisse neminem pœnitebit, quæ ad hoc cap. CXXII-CXXIV. spectantia disputavit auctor Commentationis jam sæpius nobis laudatæ, in Additamentis ad Hist. Univ. T. III. p. 9. seq. cum quo conf. Danville, Act. Acad. Inscr. T. XXXV. p. 582. S.

Cap. CXXIII. 9. ἰοῦσα πλῆθος ἐπτὰ ἡμερέων ὁδοῦ] Vere atque ex finitione c. 22., ubi male in Vallæ Latinis octo dierum. Πλῆθος locorum amplitudini quadrare, testabitur lib. I. 203. Wess. — Conf. Adn. ad I. 203. 5. Similiter χῶρος πολλὸς, amplus, vastus locus, IV. 39, 7. ὕλη πολύστη, vastissima sylva, IV. 109, 8. Verborum structura h. l. talis intelligenda, ἰοῦσα ὁδοῦ ἐπτὰ ἡμερέων (κατὰ) πλῆθος. S.

14. Σύργις] Idem Τύργις cap. 57. Ita Halmydessus, Salmydessus: Halmyris, Salmyris, et conplura hoc de genere. Nunc Tanain minorem vocari et Seviersky, quod vestigium veteris vocabuli, testem fero Bayerum T. I. Conm. Petropol. pag. 414. Wess.—Alium esse

Syrgin fluvium, alium Hyrgin, contendit Larcher in Indice Geogr. voc. Hyrgis; item Beer in Addit. ad Hist. Univ. T. III. ubi vide pag. 11. §. 12. et p. 12. §. 14. S.

Cap. CXXIV. 1. *παυσάμενος*] Perperam *παυσαμένου τοῦ δρόμου* ex Medic. Vetat sermonis habitus, quo *οὕτω παυσάμενος τοῦ δρόμου*, c. 126. et II. 159., neque oblitus est Cl. D'Orvillius ad Chariton. lib. I. 7. p. 91. Wess.

5. *πρὸς ταῦτα ἱστάμενοι*] Tentatur *ἰστριύγιτο* ex Hesychii Στριύγισθαι, διατρίβειν. Addi Nicandri Alexiph. v. 290. potuerat, tum *στράτευσον* et *στράγγευσον* manifesto confundi in Alexandr. versione Judic. XIX, 8. Quid porro? Incrustandum-ne propterea, quod toties totiesque in usu versatur? Wess.

Cap. CXXV. 3. *ὑπεκφέροντας*] Vallam non arbitror *ὑπεκφεύγοντας* invenisse; vertit, uti passim, liberius; neque ulla urget necessitas *ὑπερφέροντας*, cui in formæ, virtutis, aliarumque rerum præstantia, sedes lib. VIII. 144. IX. 95., eligendi. Τπεκφέροντας, semet ex conspectu auferentes, illustrat Eustath. in Homer. p. 1478, 7. (Odyss. p. 142, 11. ed. Bas.) Jam, quod (lin. 4.) in membranis *ἀνίει*, dedit lib. II. 113. IV. 28. 152. etc. Wess.—Sed et percommodum et vere Ionicum est id quod plures membr. cum edd. præferunt *ἀνίεσι*, ex quo contractum *ἀνίει*. Et hoc ipsum *ἀνίει* nonnunquam quidem videri potest esse imperfecti temporis, ut II. 113, 5. IV. 152, 8. alibi vero haud dubie præsentis est temporis, ex *ἀνίεμι* per syncopen factum, de qua in Var. Lect. (ed. S.) ad I. 180. 5. monuimus. S.

19. *οὕτι πρὸς ἀλκὴν ἱστάμενοι*] Latina laxius. Τρέπεσθαι πρὸς ἀλκήν, ad vim propulsandum se convertere lib. III. 78. (et sæpius alias, tum) Arrian. Indic. c. 24. Appian. Mithrid. pag. 328. Simili in re sæpiuscule Procopius *ἰδών*, *βλέπων*, *ἐρῶν εἰς ἀλκήν*, quibus non utor. Examinandum est, *οὐκέτι ἀπιόντας*, (lin. 22.) quod Laurentio disjunctim *οὐκ ἔτι*, adprobante Palmerio. Malo Stephani vestigia legere, vertentis, At Scythæ, non jam ad Agathyrsos, quippe qui ingressu regionis interdixissent, tendebant, sed ex Neuride regione in suam Persis præibant. Nusquam Scriptor dixit, Agathyrsos damnasse, quod ante ingressi erant, consilium. Scythæ præterea non ex Agathyrsorum finibus, sed ex Neuride, ad quam devenerant cedentes, suam in regionem Persis præiverunt. Necti debent Ἀγαθ. *ἀπείρ. οὐκέτι ἀπιόντο.* Consimili usu *ἀπείπας* lib. III. 153. Wess.—Locum hunc, ab H. Stephano recte expositum, prorsus a Scriptoris mente aberrans Valla sic converterat: Scythæ partim ad Agathyrsos, jam non recusantes societatem, se conferebant, partim e Neuride regione in suam Persis præibant. De disjunctim scribendo *οὐκ ἔτι*, pro *οὐκέτι*, nec Valla cogitavit, nec Palmerius: nec ista disjunctio ullum momentum in alteram partem erat adlatura. Vallæ versionem neutiquam probans Palmerius: "Credo, ait, *τὸ οὐκέτι* motum "esse loco, et sic legendum puto, *ἐς μὲν* "*τοὺς Ἀγαθύρσους ἀπειπάντας οὐκέτι* "*ἀπιχνέοντο*: id est, versus Agathyrsos "recusantes non amplius iter fecerunt." Atque hoc ipsum haud dubie Herodotus voluerat; sed eamdem in sententiam necesse non erat vocem *οὐκέτι* loco movere: amare novimus Nostrum trajectionem verborum; et ad declarandam illius sententiam satis fuit verba ita distinguere, ut a nobis cum Reiz. et Schæf. factum. *ἀπειπὼν* idem vale ac paullo superius *ἀπαγορεύειν*. S.

Cap. CXXVI. 5. *σὺ δὲ στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι*] Verissi e Gronovius ad Arrian. Ἀναβ. lib. V. 11. pag. 210, antiquissimos MSS. hoc velle

et ex margine in contextum repetendum: hic, quod mirere, altum silentium. Vid. (Var. Lect. ed. S.) Omnia præclara et rege digna. Formula Scriptori familiarissima: Σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι lib. III. 134. Atossa ad Darium. Σὺ δὲ μὴ βουλεύειν Græci ad Gelonem lib. VII. 159. Multa ibidem vir Celeb. congessit, quæ Herodoti amatorem fugere non possunt. Wess.

Cap. CXXVII. 1. Ἰδάνθυρσος ἔλεγε τάδε· Οὕτω τὰ ἐμὸν, etc.] Quæ dicentem acit Idanthyrsum, illa Scythæ Regi mirabiliter congruunt, artisque sunt Herodoteæ plena, qua semper τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι τοὺς πρέποντας ἐφαρμόττει λόγους. Hanc historici hujus virtutem omnes agnoverunt artis bene dicendi magistri veteres, quam, inimitabilem plerisque, expresserunt accurate Lysias et Demosthenes. Hic locum quoque Theonis invenit observatum Progymn. p. 114., βαρβαρικῶς εἰσαῦθις πολλάκις τὸν Ἡρόδοτον, καίτοι Ἕλληνι γράφοντα, ὅτι τοὺς ἐκείνων λόγους μεμίμηται. Quoniam hæc etiam insignita sunt τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ, in exemplum τῆς Σκυθικῆς ἀκλίστητος designat Strabo VII. p. 461. c. (p. 301. ed. Cas.) ἃ λέγει Ἡρόδοτος περὶ τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως, ἐφ' ὃν ἐστρατοπέδευσε Δαρεῖος καὶ τὰ ἐσταλμένα παρ' αὐτοῦ. Valck.

2. ἄν Πέρσαι] Male Πέρσαι Med. et sequaces. Ὁ Λυδὸς, ὁ Μῆδος, ὁ Πέρσης, ὁ Σαυρομάτης, ὁ Βανδίνος, et ceteri nationum earum reges, cap. 119. Attigit Cl. D' Orvillius ad Chariton. VII. 4. pag. 610. Elegantem autem hujus epistolæ sive Scythicæ orationis simplicitatem commendat Strabo lib. VII. p. 461., ubi Casaubonus. (ad p. 301. suæ edit.) Wess.

6. ἡμῖν οὔτε ἄστεα, οὔτε γῆ] Hoc nihil audientem Darium jam ante frater monuerat Artabanus, καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀπορίην, IV. 83. Permanserant idcirco semper invicti, οὐδὲν ἔχοντες ἀνδρὸς οὐ δουλεύσουσι, secundum Ephorum apud Strabon. VII. p. 464. A. (pag. 303. ed. Cas.) et Ægyptii Regis legatis dixisse perhibentur Justino II. c. 3., tam opulenti populi ducem stolide adversum inopes occupasse bellum. Apud eumdem, IX. c. 2, Atheas Philippi legatis vere nullas sibi opes esse dicebat, quibus tantum Regem expleat. Dromichætes apud Strabon. pag. 468. A. ἐκέλευσε τοῖς τοιούτοις μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ φίλοις χρῆσθαι. Valck.

10. φέρεται] Blanditur Arch. φέρει, quod lib. I. 205., alibi φέρε· νυν δή. At vide cap. 115. Valerius Max. hinc culte lib. V. 4. Ext. 5. Responderunt Scythæ: se nec urbes ullas, nec agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Ceterum cum ad parentum suorum monumenta venissent, sciturum quemadmodum Scythæ præliari solerent. In quibus venissent sine gravi sollicitatur ratione. Wess.

19. Τοῦτό ἐστι ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις] Nobilis paræmia, ab Erasmo in Chiliad. illustrata; qui quidem cum Herodoti mentionem neglexerit, Schotto (in Notis ad Paræmiographos, pag. 280.) præbita asseverandi ansa est, in Melpomene de eo dicto sileri. Tetigit errorem Abreschius. Qui in Cyri rebus proverbium adhibuit Ctesias ap. Auctorem περὶ Ἑρμην. cap. 223. aut a vero abiit, aut probavit prolepsin. Wess.—Nisi proverbialis forma loquendi Herodoto statuatur antiquior, videri poterit ista nota fuisse marginalis: nam per τὴν ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσιν, quod e Paræmiographis liquet, intellexerunt illud Idanthyrsi Herodotei sæpius adhibitum κλαίειν λίγω, vel ἀγορεύω. Atticis per euphemismum frequentius dicebatur χαίρειν λίγω, vel κιλεύω. Bias Diogenis Laërt. I. 83. ἐγὼ δὲ, φησὶν, Ἀλυάττῃ κιλεύω πρόμμυνα ἐσθίειν, id est κλαίειν:

notat ibi Menagius. Valck.—Locus ex libello περὶ Ἑρμηνείας a Wesselingio citatus exstat sect. 216. ed. Schneid. At, quæ ibi leguntur, τοῦτο γὰρ ἡ λεγομένη ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσίς ἐστιν, non sunt Ctesiæ verba, sed ipsius Demetrii monitum, qui auctor illius libelli fertur, Ctesiæ verbis intersertum. Videtur autem proverbialis illa formula utique fuisse Herodoto vetustior: cujus proverbii origines auctores ii, quos Diogenes Laërtius I. 101. secutus est, ab Anacharsidis apud Græcos peregrinatione, et ab hujus viri simplici et aperta in dicendo libertate repetierunt. Herodotus vero nunc ait, hoc esse vere Scythicum loquendi genus, si quis recta et sine ambagibus (ἀπροσκόπως, ut est apud Suidam, quasi dicas præcise, et abrupte) *plorare* aliquem jubet, sicut Idanthyrsus fecit in mandato ad Darium dato. Quem ipsum Herodoti locum et Suidas ob oculos habuit in his quæ in Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις scripsit, et auctor Appendicis Vaticanæ Proverbior. Cent. II. num. 7. ubi minus recte ἀπόπως legitur pro eo quod ἀπροσκόπως apud Suidam est. Eumdemque Nostri locum et auctor libelli περὶ Ἑρμην. in animo habuisse videtur, et Clearchus in his quæ apud Athenæum lib. XII. p. 524. E. leguntur. Quo minus caussæ esse mihi visum erat, cur eadem verba apud Nostrum cum viris doctis suspecta haberem. S.

Cap. CXXVIII. 6. Ὀδοῖ πλανῶν μὲν μηκίστοι Πέρσας, etc.] Valla male, errare Persas: male, conmeatu erepto; et distributis illis, qui copiis frumenta auferrent. Correxerat Stephan., quem sequor. Σῖτα αἰρεόμενοι et ἀναιρεόμενοι, qui prandent cibumque sumunt, lib. III. 26. VII. 120. Docte, ut solet, P. Leopardus Emend. lib. VII. 14. Quia tamen αἱρέεσθαι eò in negotio teritur præcipue maluit ἃ ᾑρεομένοισι, et iterum, Abreschius. Platonicum ex Cratylo p. 411. D. τὸ γὰρ νομᾷν καὶ τὸ σκοπεῖν ταυτὸν, Stephani et Porti opinionem (νομῶντες observantes intelligentium) adfirmat, nec minus Æschyli cœcus Tiresias, auribus et mente observans, ἐν ὠσὶ νομῶν καὶ φρεσὶν, in VII. contr. Theb. v. 25., tum Agamemn. v. 791. πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νομᾷ. Wess. —Vallæ Latina, paucis mutatis, tenens Gronovius locum istum sic converterat: At ipsorum illis, qui relinquebantur, visum fuit non amplius errare Persas, sed assidue commeatu erepto insidias tendere. Distributis igitur illis, qui copiis Darii frumenta auferrent, quæ decreta erant exequebantur. Equidem, Wesselingii interpretationem sequutus, tamen in dictionis illius significatu, σῖτα ἀναιρεῖσθαι, hæseram aliquantisper. Nuperrime mihi Vir celeberr. Joh. Henr. Voss, is cui Homerum Germania debet Germanico ore carmina canentem, per literas significavit, tractari a se in Notis ad Homericum hymnum in Cererem hunc Herodoti locum; in eoque quum σῖτα ἀναιρεομένους (fere ut Valla et Gronov.) cibaria auferentes, et νομᾷν (cum eisdem) distribuere intelligat, leviter corrupta censere verba ista, νομῶντες —— τοῦ Δαρείου, nempe in hunc modum refingenda, νομῶντας ὧν σῖτα ἀναιρεομένους τοῦ Δαρείου, hac sententia: quum Darius distribueret (passim dimitteret) homines, qui cibaria auferrent. Jamque ego, perpensis denuo Scriptoris nostri verbis, qualia ex constanti codicum consensu leguntur, reperio, rectissime sententiæ summam, quæ illis continetur, a doctissimo Viro perceptam esse expositamque. Nempe, non cibum capientes Persas, sed frumentantes, cibaria avehentes, asportantes, de improviso adgredi Scythæ statuerant. Quæ interpretatio, ut alioqui multo commodior probabiliorque debuit videri, sic

verbis, quæ hic leguntur, unice consentanea est. Nam cibum sumere, cibum capere, Græce dicitur σῖτον αἱρεῖσθαι, non ἀναιρεῖσθαι: compositum hoc verbum ista notione ignorat Græci sermonis usus: nec opportunus hic locus esse videtur particulæ ἄν, si diviso verbo cum Abreschio ἂν αἱρεῖτο. legere velles, ea voculæ ἄν notione, quam et alibi apud Nostrum et III. 119, 11. locum habere vidimus; quæ ipsa notio h. l. voce ἐκάστοτε disertius expressa est. Denique, etiam si simplex verbum hic positum esset, tamen αἱρεῖσθαι σῖτα Græce non minus incongrue dictum foret, quam si Latine *cibaria* (aut frumentum) capere, *pro cibum* capere diceres: sunt enim σῖτα, frumentum, et cibaria quælibet, annona, commeatus, quum apud alios scriptores, tum apud Nostrum V. 34, 4. 65, 3. Sed, quod ad verbum τωμῶντες spectat, nec sollicitari illius terminatio, nec distribuendi notio eidem tribui debet. Peraptus huic loco significatus est observandi, et abunde firmatus citatis a Wesselingio testimoniis; quibus, si opus esset, adjici poterat illud Euripidis, quod Schneiderus in Lexico crit. adposuit ex Phœniss. v. 1262. ed. Barn. (1271. ed. Pors.) ubi ἰνώμων veteres Grammatici παρατήρουν et ἰσνέστωρ interpretantur.

Cap. CXXIX. 6. τεσσεράκοντα οὗτοι ὄνοι] Clemens Alex. Protrept. pag. 25. Scythis victimas asinorum sollemnes ex Callimacho et Apollodoro dedit, derivatas lutulentis Hyperboreorum e fontibus, quod Pindarus docebit. Tu supra cap. 28. vise. Ὑβρίζοντας, Glossator συιρτῶντας, et cum eo Suidas et Corinthus, (Gregor. Dial. Ion. §. 149. ubi vide Koen.) non explodente (immo comprobante) in Thes. suo Stephano. Verius Valla. (rudentes interpretatus.) Quæ deinceps et c. 135., ea unice animalis ruditum sibi requirunt. Potest alioqui asellus ὑβρίζειν lascivire variis modis. Signate Xenophon Κυρ. Ἀναβ. lib. V. (c. 8, 8.) pag. 433. Ed. Hutch. εἰ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ὕβριζον, ὁμολογῶ καὶ τῶν ὄνων ὑβριστότερος εἶναι· οἷς φασιν ὑπὸ τῆς ὕβρεως κόπον οὐκ ἐγγίνεσθαι. In Pindari Pyth. Od. X. 55. Apollo, dum Hyperborei asininis victimis operantur, γελᾷ δ' ἐρῶν ὕβριν ἑρθίαν νωδάλων: ad quæ Critici, τὴν ἀναίρεσίν φησι, διὰ τὰ συιρτήματα, ἃ ἐν τῇ σφαγῇ ποιοῦνται οἱ ὄνοι: ubi tamen ingratus animalis clamor addi potuerat. Wess. — Utique de ruditu maxime h. l. cogitaverat Scriptor: nec vero idcirco ὑβρίζοντες in Lat. vers. rudentes reddi debuit, sed omnino lascivientes. S.

10. ἐρὰ ἱστάντες τὰ ὦτα] Sumsit forsan a Sophocle, cujus ista nobilis est imago Elec. v. 25. Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων, Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν, Ἀλλ' ἐρθὸν οὖς ἵστησιν: sed potius *aures arrigit*: integrum locum eleganter expressit H. Stephan. App. de Dial. Att. p. 144. Ubi eundem adhibet in Observ. in Æschylum p. 390., hæc in libro Leidensi manu sua Jos. Scaliger adscripserat: Nam sicut acer, sit licet senex, equus Non perdit iras in gravi discrimine. Hinc ad homines illud transfertur qui aures ad audiendum arrigebant. Philostr. p. 687, 2. ἐγώ σου ἀκούων τὰ ὦτα ἵστημι: et pag. 750, 2., ὦτα habet ἑστηκότα πρὸς τοὺς λόγους. Horat. II. Od. XIX., aures capripedum Satyrorum acutas: ut Latinum acuo, sic Græcum ἀκούω peperit vetus Ἄκω. Valck.

12. ταῦτα μέν νυν ἐπὶ σμικρόν τι ἐφέρεντο τοῦ πολίμου] Haud absone Laurentius: (Atque hoc quidem paululum quiddam momenti ad bellum afferebat.) Proderat Persis non nihil, in Scytharum equestri incursu atque impressione, asinorum is clamor, nec multum tamen ad belli successum. Si ver-

ba spectes, convenient ex lib. VII. 211. οὐδὲν ἧσσον ἐφέροντο τῆς στρατιῆς τῆς Μηδικῆς: eritque adeo ἐπὶ σμικρόν τι non diversum ac σμικρὸν, quomodo ἐπὶ σμικρὸν φράσαι paucis eloqui in Sophocle, quod admovit Abreschius. Wess. — Sententia quidem haud obscura: mira vero utique locutio, minimeque conferenda cum ea, quam ex lib. VII. c. 211, 5. vir doctissimus advocavit: quæ, ad sententiam quod spectat, nihil cum hac commune habet. Commodius paullo conferri illud posset, ex III. 134, 8. ἵν' ἀμφότερα δί τοι φέρει ad utrumque tibi hoc prodest; si modo ἔφερεν hoc loco, non ἐφέροντο, legeretur. S.

Cap. CXXX. 3. τῶν πάντων ἰπιδιίης ἐόντες] Non sperno ἰπιδιυίης, gemmulæ instar ex Homerico βίης ἰπιδινίης ἦσαν. Rhianus in Stob. Serm. III. pag. 54. βιότοιο μὲν ὅς κ' ἰπιδινὴς σεσωφᾶται. Scytharum valde miror institutum. Persas conmeatu intercludere volunt, et pecora illis abigenda relinquunt; quæ tique consilio non respondent. Exspectasses ὅπως —— μὴ καταλάβοιεν, μετὰ τῶν νομίων αὐτοὶ ἄν, etc. ne pecora interciperent, cum pastoribus ipsi in alium locum, etc. Id si olim scriptum non fuit, intellexit parvum animalium, quem sibi ἐς φορβὴν, ad victum, servaverant, numerum, reliquis longe in septemtrionem dimissis, ut cap. 121. Hinc rapere, sed non sine difficili opera et periculosa, concessum Persis. Quod statim ἐσῆρεντο ἂν τῷ στοιχιμένῳ, gestientes pecudum abactores et præda lætos sistit. At Darii angustiæ et consilii inopia aliud postulat, cui ἐσιρῶντο, exercebantur, fatigabanturque, ut in scriptis, utcunque satisfacit. Wess. — Immo vero optime habet verbum ἐσῆρεντο. Scilicet (quod perspecte etiam Larcherus monuit) hoc fuit Scytharum consilium, ut spe Dario facta prædæ idemtidem, unde exercitum aleret, faciendæ, retineretur rex cis Istrum fluvium, donec ad extremum, ponte Istri ab Ionibus rescisso, (coll. c. 33.) reditu exclusus exercitus fame esset periturus. S.

Cap. CXXXI. 3. ἄρυβά τι καὶ μῦν, etc.] Hæc non satis accurate Athen. excerpsit VIII. p. 334. A. Δαρείῳ Σκύθαι ἰπιτιχεμίνῳ αὐτῶν τῇ χώρῃ ἔπιμψαν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ἄρυν, καὶ ἰξστὸν, καὶ βάτραχον. Quid sibi vellent ista dona, primum dicit σὺν νόῳ τῶν διδομίνων, tum (lin. 9.) τὸ ἰθίλιν τὰ δῶρα λίγιιν: id est, τί διανοηθίντες, aut πρὸς τί ἀφορῶντες, sive τίνι ποτὲ γνώμῃ χρώμινοι ἔπιμπον. Verbum Noster in talibus adhibet ἰθίλιν, Homerum sequutus. Euripid. Hippol. v. 865., Ἴδω, τί λίξαι βίλτος ἥδε μοι θίλει; Herodotus II. 13. et V. 80. συνίναι, τὸ ἰθίλιν λίγιιν τὸ χρηστήριον. VI. 37. τί θίλιι τὸ ἔπος εἶναι; ut in Homil. Clement. XIV. 9., τί θίλιι τοῦτο εἶναι; Magis usitata sunt τί τοῦτο βούλιται; et βούλιται λίγιιν, vel εἶναι. Etiam apud Herod. δύναται in talibus adhibetur: δύναται τοῦτο τὸ ἔπος, II. 30. Hoc apud quosvis usitatissimum: neque tamen dici solet δύναται λίγιιν, ut mirer cur adjectum sit apud Eunapium pag. 13, 23. Semel apud Thucyd. pro βούλιται εἶναι reperitur φρονῶ, pag. 367, 5. In Lysiacis εἶναι pag. 266. de cujus sinceritate dubito. Valck. — Lysiæ locum habes p. 138. ed. Tayl. p. 505. ed. Reisk. ubi de scripturæ sinceritate immerito dubitasse vir doctus videtur. S.

4. καὶ βάτραχον] Eustathio inter τὰ τοῦ γλυκὺος Ἴωνος Ἡροδότου est βάθραχος ad Iliad. p. 468, 31. (p. 356 extr. ed. Bas. Iterumque ad Odyss. p. 271, 46. ed. Bas. p. 1570. ed. Rom.) Qui nunc in manibus sunt Codices, editum probant. In ranæ nomine Græcos mire, florente lingua, variasse, docet Cl. Al-

berti Peric. Critic. cap. 18. Ceterum Scytharum dona, sed auctiora, ex Pherecyde Syrio, seu Lerio potius, adnumerat Clemens Alex. Strom. lib. V. p. 671. Wess.

Cap. CXXXII. 2. εἰκάζοντος τῇδε] Parum sibi constans vir Cl. hic vellem Herodoto Mediceam restituisset lectionem, εἰκάζων τῇδε, quam et Valla reperit et forte plures dabunt Codices: Δαρεῖον μέν νυν ἡ γνώμη ἦν, —— εἰκάζων τῇδε. Ex usitatissima veteribus scribendi forma, qua non τὸ ῥητὸν respicitur, sed τὸ σημαινόμενον, refertur εἰκάζων ad ἔγνω Δαρεῖος, ut pulcre monuit Cl. Abresch. Dil. Thuc. p. 71. Valck. — εἰκάζων dubio vacat. Wess. — Conf. Var. Lect. (ed. S.) S.

4. ὄρνις δὲ μάλιστα ἴσχει ἵππῳ] Quid hoc ad rem? In Clemente Orthopagas conjectat avicula aërem indicari, τὸν ἀέρα ἀπὸ τῆς ὄρνιθος, quod in eo vagetur. Darii explicationi Cl. de Pauw opitulatur, reponens, τῷ ἵππῳ, τὸν τοὺς τε ὀϊστοὺς, avis equo maxime similis est, quem et sagittas, ut potentiam suam, tradunt. Argute. Wess. — Poterit librorum scriptura in eamdem sententiam locum tueri, ut cogitemus, in equis et in telis positum esse robur Scytharum. S.

6. συνιστήκει δὲ ταύτῃ τῇ γεφύρῃ ἡ Γοβρύεω] Bene schedæ veteres. Viri docti aut ἐνεστήκει, aut οὐ συνεστήκει corrigentes, fruantur arbitrio. Equidem a Codicibus nihil deflecto. Caussam dixi ad lib. I. 208. Congruit autem examussim Gobryæ, donorum Scythicorum et senignatis explanatori, Xiphodreæ ap. Clementem declaratio. Wess. — Adjicit idem Wess. notulam hujusmodi: "Mox τῶν ἀνδρ. τ. ἐπτ. τῶν τὸν —— Arch. et Vind. voluisse videntur, quòmodo lib. III. 153."— In Var. Lect. (ed. S.) ad h. l. notaverat, duo verba ἐνὸς et τῶν non legi in Arch. et Vind. Nunc puto monitum voluit Lectorem, satis commodam fore horum codicum scripturam, si una solummodo vox ἐνὸς abesset. S.

9. Ἦν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι] Huc transtulit ætatis suæ Græcis usitatam proverbialem locutionem, Euripid. Phœn. v. 1222., Ἦν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα, nempe λεκτέον σοι, vel λέξεις. Prostant ibi (in Valckenarii Notis) similia quædam; quale est et hoc Plauti, Amph. I. 1, 294. Quadrigas si nunc inscendas Jovis. Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium. Valck.

Cap. CXXXIV. 4. διῇξις] Sic pingunt omnes, etiam Aldus. Maluit Cl. Abresch. ad Æschyl. Animadv. lib. I. 4. διῆξις ex διήκω. Vulgatum in leporis celeri cursu aptius; estque, uti ejus simplex, in Euripidis et Sophoclis sæpiuscule fabulis. Adconmodatissimum Polyæni lib. VII. cap. 10, 1. locum corrupisse Maasvicum adscripsit Berglerus. Melius ibi Casaubonus. Wess.

Ibid. λαγὸς —— διῇξε] Hinc recte Casaubon. διῆξις Polyæno restituit VII. 10, 1. Δαρεῖος παρεστάσατο Σκύθαις· λαγὼς διῆξε παρὰ τὴν Σκυθικὴν φάλαγγα: pro διήλαξε: nam sua Polyænum ex Herod. sumsisse sequentia demonstrant: attigit hæc D'Orvill. in Charit. pag. 257. Ionico more scripserat Herod. διήϊξις. Atticis veteribus ἀΐσσειν semper scribitur ut dissyllabum, ᾄσσειν, et ᾔξαι, ᾔξις: in his sæpe fuit erratum. Valck.

16. νὺξ ἐπέλθῃ] Res levis, in Codicum discordia non prætereunda: sive ἔλθῃ, seu ἐπέλθῃ amplexere, eadem sententia; ingruenti tamen nocti, posterius propius. Sic τοὺς δὲ —— ἀγωνιζομένους νὺξ ἐπιλθοῦσα διέλυσε, lib. VIII. 11. In talibus judicio et gustui, ut sic dicam, locus est. Wess.

Cap. CXXXV. 4. αὐτοῦ ταύτῃ ἐν τῷ στρατοπέδῳ] Herodoteum est αὐτοῦ ταύ-

τῇ, et idoneis exemplis adfirmatum Gronovio et Abresch. Dil. Thuc. p. 408. Ab aliis scriberetur αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ. αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ, est Thucyd. III. 81. ἐν τῇ Τεγέᾳ αὐτοῦ, Xenoph. Ἑλλ. VII. pag. 374, 23. αὐτοῦ Ἀθήνῃσι, Theopompi Athen. XII. p. 532. c. αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ, Luciani Prom. §. 8. Ut indidem Thebis, indidem Megaris, indidem ex Aventino, sic ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν exstat ap. Thucyd. V. 83. Quia legitur in Schol. Αὐτόθεν) ἐκ τοῦ Ἄργους: Dukero hæc ex interpretamento videbantur adjecta; a cujus hic judicio non dissentio, quia semper sic αὐτόθεν simpliciter ponit Thucyd. cujus etiam Scholiastes p. 402., ad Αὐτόθεν· ἐκ τῆς Σικελίας adscripsit; quantumvis Ἄργος ἐξ ἱεροῦ Αὐτόθεν legatur in Theocriteorum Carm. XXV. 170. Valck.

7. προφάσιος δὲ τῆσδε δηλαδὴ, αὐτὸς μὲν —— ἐπιθήσεσθαι μᾶλλοι] Adstruitur a doctis ὡς εἰ αὐτὸς μὲν, vel ἵνα αὐτὸς, aut ᾗ αὐτὸς μὲν, etc. quibus scripti auxilium libri negant. Wess.—Ad προφάσιος e superioribus repetenda vox ἕνεκα, ut πρὸφάσιος ἕνεκα idem valeat ac διὰ πρόφασιν, VII. 230, 2. hanc, quæ prætendebatur, ob caussam. Tum ad αὐτὸς μὲν μᾶλλοι per ellipsin intelligenda fuerit ὅτι particula. Denique videndum, ne paullo commodius sic distincta foret oratio: προφάσιος μὲν τῆσδε· δηλαδὴ αὐτὸς μὲν, etc. Post δηλαδὴ quidem interpungunt nostræ membr. F. cum edd. neque alia distinctio aliis ex scriptis libris adfertur. S.

8. σὺν τῷ καθαρῷ τοῦ στρατοῦ] De flore exercitus, *Valla;* de integris et expeditis, *Portus.* In Thucydide lib. V. 8. τῶν γὰρ Ἀθηναίων, ὅπως ἐστράτευε, τὸ καθαρὸν ἐξῆλθε: explicant Scholiastæ, οὐχὶ συγκλύδων, οὐδὲ ἐπικούδων, ἀλλ' αὐτῶν τῶν πολιτῶν. Hoc si hic valeat, Persæ præter ceteros erunt. Atque hæc commentanti offerunt se ista Plutarchi in Nicia pag. 535. c. οὐδὲ φυλακὴν ἐποιήσατο καθαρὰν, quæ manifesto prava in ἐποιήσατο ἰσχυρὰν convertit Moses Solanus: præferrem καρτερὰν, quod sæpe prioris sedem nullo jure occupavit. Huc trahitur Appiani Punic. p. 37. (cap. 44. nostræ ed.) καὶ γινομένης τῆς μάχης καθαρᾶς τῶν θηρίων, quoniam in Mithridat. p. 361. (c. 65.) καὶ ἐδόκει ἀμφὶ τῷ ποταμῷ μάχη γίνεσθαι καρτερά: et Iberic. p. 457. (cap. 31.) μάχη γίγνεσθαι καρτερά. At hæc bene quidem, nec prava priora, in quibus καρτερᾶς si elegeris, deturbabitur rei nexus. Μάχη καθαρὰ θηρίων, a qua elephanti absunt; ut sane convulnerati et perterrefacti abierant: unde continuo apud Appian. ὁ ἀγὼν ἐγίγνετο μόνων ἀνδρῶν καὶ ἵππων. Verum alienis his non inmoror. Wess.—Apud Nostrum I. 211, 3. ὁ καθαρὸς στρατὸς opponitur τῷ ἀχρήστῳ, inutili copiarum parti, quæ ibid. cap. 207, 31. τῆς στρατιᾶς τὸ φλαυρότατον. Est igitur, vi oppositionis, ὁ καθαρὸς στρατὸς, melior saniorque pars exercitus. S.

13. οὕτω μὲν δὴ μᾶλλον πολλῷ ἴσαν τῆς φωνῆς] Capitur voculæ μὲν usu Scriptor, neque adeo auferendæ. In Aldo ἴσαν, quomodo II. 2., etsi, quod (ibi, in Adnot. ad II. 2, 10.) adscriptum, contra sermonis indolem. Ibidem φωνὴν εἶναι, atque alibi. Cur ab eo hic more discesserit, fortasse caussam vigens dialectus præbuit. Wess. — τὴν φωνὴν malebat Reiskius. Quod si vero quarto casu uti voluisset Scriptor, non τὴν φωνὴν, puto, sed nude φωνὴν absque articulo erat dicturus. Nunc adjectus articulus significare videtur, a voce μᾶλλον pendere hunc genitivum, et ita accipiendam φῆσιν istam ac si dixisset μᾶλλον ἴσαν (φωνὴν) τῆς (εἰδισμένης) φωνῆς, multo majorem et frequentiorem, quam pro solito, ruditum ediderunt. S.

14. ἀκούσαντες δὲ οἱ Σπ. τῶν ὅπλων] Addit ad ista Polyænus lib. VII. c. 10, 4. καὶ τὰς σπονδὰς ἀπιραίους ὁρῶντες,

φοντο παρεῖναι τοὺς Πέρσας. Darius enim secundum illum, ὅπως λάθοι τοὺς Σκύθας, τὸ στρατόπεδον ὡς εἶχεν ἐφ' κατὰ χώρην μένειν. Fortasse legit in proximis Herodoti: (lin. 14.) πάγχυ κατὰ χώρην ἥλπιζον τοὺς Πέρσας μένειν vel μεῖναι, ubi vulgatur εἶναι. Εἶναι quidem et Μένειν permutantur in nonnullis loquendi formis: sed suo loco manere Herodoti ævo dicebatur κατὰ χώραν μένειν, non item κ. χ. εἶναι. Aristoph. Eq. v. 1331., οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς; Thucyd. IV. 75. οὐ μενεῖν κατὰ χώραν τὰ πράγματα. Plura dedit L. Küster. ad Hesychii Ἐν πείσῃ, et ad Arist. Plut. v. 367. Herod. IV. c. 201. μένειν τὸ ὄρνιον κατὰ χώρην. Adde I. 17. Valck. — Mirari sæpenumero subit longe doctissimum Emendationum venatorem, sed in novandi studio utique nimium. Quod Herodotus κατὰ χώρην εἶναι dixit, id ipsum verbo παρεῖναι Polyænus expressit. Nec vero μένειν huic loco opportunum foret; ne μεῖναι quidem: quo verbo si nunc uti voluisset Auctor, μεμενηκέναι in perfecto præterito dixisset. Atqui κατὰ χώρην εἶναι idem valet ac κατὰ χωρ. μεμενηκέναι. S.

Cap. CXXXVI. 5. καὶ ἡ μία, Σαυρομάται καὶ Βουδ., etc.] Arridebat primo intuitu καὶ ἡ μία Σαυροματέων καὶ ex Arch. Sed Scytharum, Sauromatis junctorum, abesse mentio non potest. Clare c. 120. καὶ πρὸς μὲν τὴν μίην τῶν μοιρέων —— προσχωρέειν Σαυρομάτας. Apertius c. 133. ἡ δὲ Σκυθέων μία μοίρη, ἡ παχθεῖσα πρότερον, etc. Denique c. 128. τὴν μὲν δὴ μετὰ Σαυροματέων μοίρην παχθεῖσαν —— πίμπουσι. An excidit ex Arch. præpositio, olimque ἡ μία μετὰ Σαυροματέων fuit? an Σαυρομάται τε καὶ Βουδ., leniore Cl. de Pauw medicina? Non displicet. Wess.—Post Σαυρομάται quam pronus fuerit librariorum lapsus, τε prætermittentium, in oculos incurrit. S.

8. οὐ τετμημένων τῶν ὁδῶν] Ex Laurentianis, ea præsertim, quæ divortia habebant, Nob. Palmerius, non legisse negantem eum voculam, confecit. Ipse Exercit. p. 22. incisas, id est, signatas orbitis, elegit. Cur non sectas? Quales solum Scythicum, ut olim Macedonicum, vix habuit De Archelao, Macedonum rege, Thucydides lib. II. 100. καὶ ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε. Qua quidem in viarum munitione τέμνειν et ἀνατέμνειν ap. Philon. Jud. sæpe. De Mundi Opif. p. 14. B. πολυσχιδεῖς ἀνατέμνων ὁδοὺς, λειωφόρους ἁπάσας: et Creat. Princip. pag. 723. β. ἐν ἀνοδίαις ἀπλανεῖς καὶ λειωφόρους ὁδοὺς ἀνατεμεῖν, etc. Wess.

Cap. CXXXVII. 4. Ἰστιαίου δὲ τοῦ Μιλησίου] Histiæus Milesius, ne res conficeretur, obstitit; dicens, non idem ipsis qui summas imperii tenerent, expedire, et multitudini; quod Darii regno ipsorum niteretur dominatio, quo extincto ipsos potestate expulsos civibus suis pœnas daturos: Corn. Nepos in Milt. cap. 3. quem D. Lambinus jam monuit Herodoti locum fere expressisse. Quam paucis tradit Noster, Miltiadis sententiam, argumentis adfirmatam, enarrat explicatius Nepos, qui hortatus dicitur pontis custodes, ne a fortuna datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent. Miltiades iste fuit in ista nobili familia Attica hujus nominis secundus. Valck.

8. οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν] Notabilis structuræ ἀλλοίωσις. Debuisset οὔτε ἄλλος οὐδεὶς οὐδαμῶν: verum, tanquam præcessisset, οὔτε αὐτὸν οἷόν τε εἶναι, instruxit orationem. Cujusmodi variatæ dictionis argumenta apud Homerum, Thucydidem, atque alios obvia sæpe. Adi I. Fr. Gronovium ad Senecæ de Benef. lib. IV. 32. Wess.

Cap. CXXXVIII. 6. Στράτις] Ita lib. VIII. 132. ἐπιβούλιον Θάνατον Στράττι τῷ Χίου τυράννῳ. De Samio Tyranno lib. VI. 13. ὁ δὲ Αἰάκης —— παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος τοῦ Αἰάκεος. Rec-

te ergo scriptæ schedæ. Φωκαιεὺς conjectura L. Holstenius ad Stephani Φώκαια extuderat. Wess.

7. Αἰακίδης] Sæpius idem ille Nostro dicitur et aliis Αἰάκης: hoc nisi Codices adfirment, forsan illud inveniet defensores, qui quidem eorum meminerint, quæ summus docuit T. Hemsterh. ad Luciani Timon. p. 157. et ad Schol. in Aristoph. Plut. p. 325. Paulo post (lin. 8.) articulum malim interjectum: τοῦ ἦν γνώμη ἡ προειμένη. Wess.

Cap. CXXXIX. 11. χρηστῶς ὁδεῦσαι] Valla culte satis: ut vos nobis probe viam ostenditis. Prometheus in sui nominis fabula Æschyli v. 497. δυσείμαρτον ἐς τέχνην ἄδυσα θνητοὺς, viam monstravi: et consimiliter Agam. v. 184. τὸν φρενῶν βρυτοὺς ὁδώσαντα. Sed vide lib. VI. 73. Wess.

Cap. CXL. 9. ταύτῃ διεξιόντες] Passionei διεξιλθόντες plus vice simplici legitur in c. 123. Itaque alterutrum ex glossa. Ἀντιπολίμους dabit lib. VIII. 68. 2. (et VII. 236, 17.) habetque Hesychius, Herodotea frequenter excerpens. Mox (lin. 12.) τὸν πρόσιεον ἰωϋτῶν γινομ. στίβον belle Arch. et Suidas. Viderat Pavii et Reiskii opinatio. Wess. — In ἀντιπολιμίων c. 134, 6. consentiunt (quod sciam) libri omnes. Rursus vero iidem omnes VII. 236. et VIII. 68. ἀντιπολίμων præferunt, quemadmodum h. l. ἀντιπολίμους habent MSS. Arch. et Vind. Facileque equidem Schneidero adsentior, unice veram videri breviorem hanc vocabuli formam. S.

13. Οἷα δὲ νυκτὸς, etc.] Nihil verius limpidiusque. (istamque scripturam, ni fallor, Parisienses nonnulli MSS. cum Arch. præferunt.) Justum quoque ἀπίπατε, (lin. 15.) ex formula linguæ sæpe spreta a librariis: vide lib. VI. 118. et 153. VIII. 6. (conf. Adn. ad I. 2, 10.) Abydenus in Præp. Evang. Eusebii lib. X. 12. ἀπίπατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεω τοὺς τροχούς, a quo Vigeri manus abstinere debuerat. Neque caussa aderat (pro λελυμένης τῆς γεφύρης lin. 14.) λελυμένῃ τῇ γεφύρῃ reformandi; siquidem composita servare nonnunquam simplicium adsolent structuram. Æschyl. Suppl. v. 70. ἐν δυσμάτορος πότου τυχών. Sophocles Philoct. 325. οἶδα συντυχὼν πολλῶν ἀνδρῶν. Monuit Abreschius. Wess. — Idem grammaticum præceptum adstruxit Brunck ad Sophocl. Philoct. 320. et ad Orest. Euripidis v. 1291. Videtur tamen hujusmodi enallage poëtis magis licita esse quam prosaico scriptori: ac lubens equidem hic intelligam ἐντυχόντες τῷ πόρῳ, ut λελυμένης τῆς γεφύρης sint genitivi absoluti: ad trajectum pervenerunt, ponte jam rescisso. S.

13. Οἱ δὲ, νυκτός τι ἀπιπ.] Cum præcedentibus ista non satis apte cohærent: οἱ δὲ δὴ Πέρσαι τὸν πρόσθεν ἰωϋτῶν γινόμενον στίβον τοῦτον φυλάσσοντες ἦσαν, καὶ οὕτω μόγις εὗρον τὸν πόρον. Hæc sequentur accommoda, οἷα δὲ νυκτός τι ἀπιπόμενοι, καὶ λελυμένης τῆς γεφύρης. Ex Arch. οἷαδι enotatum Galeo; alterum usus est Herodotei: vide ad II. 28. Valck.

Cap. CXLI. 5. τῷ πρώτῳ κελεύσματι] Κελεύματι Pass. non insuetum. Redibit ex Pass. et Ask. lib. VII. 16. In Dionis Cassii libro L. pag. 51. κ. πολλὰ παρακελεύματα et πολλὰ κελεύματα. Christianis scriptoribus celeuma frequentari Rosweidus docet ad Paullini Nolani Carm. XVII. 109. p. 94. et Munker. ad Hygini Fab. XIV. fin. Wess.

Cap. CXLII. 3. ὡς Ἴωνας Ἴωνας ἐλευθέρους] Vehementer aversor ἀνελευθέρους Arch. et Vind.; Scythæ de Ionibus, et qua liberis et qua servis, sententiam ferunt. Liberos, habent censentque παιδίσκους τε καὶ ἀνανδροτάτους: mancipia vero, φιλοδίσκους καὶ ἄδηκτα. Hæc, meo quidem judicio, verborum ordo modo legitime dirigatur, anxiam

disputationem recusant. Gemina Germana de iisdem Callicratidæ opinio, quærenti ὁποῖοι ἄνδρες οἱ Ἴωνες, regerentis ἀλαζόνες μὲν κακοὶ, δοῦλοι δὲ ἀγαθοί, in Plutarchi Lacon. Apophthegm. p. 222. D. Wess.

3. ὡς ἰόντας Ἴωνας ἀλευθέρους, etc.] Codicis lectionem ἀνηλευθέρους, inventam quoque Vallæ, Galeus adprobat. Est qui participium in his, νομίζοντες, vel quidpiam simile, putet deesse: mihi non videtur a vulgatis secedendum: nomen Ἴωνας, e situ suo naturali studio distractum, fraudi fuit. Nihil his inerit obscuri hoc modo collocatis: τοῦτο μὲν Ἴωνας, ὡς ἰόντας ἀλευθέρους, ναυίσιστους — κρίνουσι εἶναι ἀπάντων ἀνθρ. τοῦτο δὲ, ὡς ἰόντας δούλους (sive prout variata scribit structura, ὡς δούλων Ἰώνων τὸν λόγον ποιούμενοι,) ἀνδρόποδα φιλοδέσποτά φασι εἶναι καὶ ἄδρηστα μάλιστα. Servi fugitivi, δοῦλοι sunt δρηπέται Phocæensi Dionysio, de Ionibus loquenti Herod. VI. 11. Heris fideles et minime δρασίται, sunt ἄδρηστοι. Ex Herod. sua hausit Plutarchus T. II. p. 174. E. ubi Ioniæ Tyrannos Ἰδάθυρσος (Ἰνδαθ. Herod.) rex Scytharum διὰ τὴν πρὸς Δαρεῖον πίστιν ἀνδράποδα χρηστὰ καὶ ἄδρηστα ἐκάλει. Vocem rariorem adhibuit Dion. Chrys. in Corinth. p. 457. B. ab ævo usque Dædali neminem fuisse scribens statuarium, qui valuerit δρασμὸν ἐμποιῆν τῷ χαλκῷ: paulo post τό γε ἐπ' αὐτοῖς, ait, ὅτι χαλκὸς ἄδρηστος. Valck.

6. καὶ ἄδρηστα] Plutarchi rex Idathyrsus, seu, ut alibi scribit, Idanthyrsus, ἀνδράποδα χρηστὰ καὶ ἄδρηστα, T. II. p. 174. E. ubi similis error Latina maculat, qui hæc olim. Dionis Chrysost. χαλκὸς ἄδρηστος, Or. Corinth. p. 457. B. a Casaub. expeditur optime. Wess.

Cap. CXLIII. 4. Μιγάβαζος] Qui hic (et lib. V.) Μεγάβαζος, is in superioribus (III. 70. et 81 seq.) Μεγάβυζος, etiam Eustathio Vallæque. Culpam, tametsi in vocis scriptura varietur, acceptam librariis fero. Valla lib. V. cap. 12. etc. moris sui tenax manet. Wess.

5. ἀφεμένου Δαρείου βοὰς τρώγων, etc.] De Megabazo (vel Megabyzo) dictum Darii per errorem transtulit in Zopyrum Plutarchus in Apophthegm. p. 173. A. vide ad finem libri III. notata. Herodotea paulo aliter expressit Eustath. Iliad. β'. p. 182, 27. ubi Darius, Μιγαβύζους, οὕστινι, ἐφίλειν αὐτῷ τοσούτους εἶναι. De duplici Persici nominis apud Græcos scriptione Ti. egit Hemsterh. in Luciani Timon. pag. 134. Valck.

Cap. CXLIV. 2. γινόμενος γὰρ ἐν Βυζαντίῳ, etc.] Multo concinnius γινόμενος: (quam, quod Gron. e Med. adscivit, ἐρόμενος.) Adsolet quoque in talibus, ἱστορίων —— ἐπύθετο. In tempore conditæ Chalcedonis discrepat Hesychius Miles. Rer. Constantinopol. pag. 48. δύο καὶ ἐνία ἔτεσιν ἔμπροσθεν, XIX. annis ante Byzantium. Nostri numeros Eustathius tuetur. Si Straboni, Tacito, et aliis creditur, cœcos Apollinis oraculum Chalcedonios dixit, ob neglectam aptiorem in urbe fundanda regionem. Docte ad Strabon. lib. VII. p. 494. vir summus. (Casaub. ad pag. 320. suæ ed.) Cives Καλχηδονίους lib. V. 26. et τὴν Καλχηδονίην supra c. 85. vidimus, quo et hic modo mallem. Certum ex numis est veterumque testimoniis, valuisse hanc olim scriptionem. Lege adnotat. L. Holstenii ad Καρχηδὼν Steph. et Sirmondi in Sidonii Carm. II. p. 666. ed. Ven. Wess. — Adde quæ ad Polyb. V. 39, 5. et ad Athen. III. 92. e. et VII. 320. a. notavimus. S.

Cap. CXLV. 4. ἐξελασθέντες ὑπὸ Πελασγῶν, τῶν ἐκ Βραυρῶνος, etc.] A Pelasgis, qui Brauroniæ Dianæ sacra celebrantes Atticas rapuerant mulieres, ejecti Lemno quorumdam Argonautarum posteri, (legerim in Herod. ἐκ τῶν τῆς

Ἀργοῦς ἐπιβατέων παίδων παῖδες.) Minyæ adeoque, narrantur hic in Laconicam venisse, certisque sub conditionibus in Spartanam recepti civitatem; atque horum uxoribus Lacænis laudabilem tribuit Herod. in maritis servandis fraudem. Minyas Lemno exactos Spartam venisse narrat Apollonius Rh. IV. v. 1759. Οἳ πρὶν μέν ποτε δὴ Σιντηΐδα Λῆμνον ἵκανον Λήμνου τ' ἐξελάσαντες ὑπ' ἀνδράσι Τυρσηνοῖσι Σπάρτην εἰσαφίκανον ἐφέστιοι. Illud etiam clarum muliebre facinus enarrans Plutarch. T. II. p. 247., nihil de Minyis tradens aut Argonautarum posteris, uxoribus illud imputat Pelasgorum sive Tyrrhenorum, quos Athenienses exegissent Imbro Lemnoque. Sequutus eundem auctorem Polyænus VII. c. 49., Tyrrhenos horumque commemorat uxores, quæ Lacænæ certe verius dicerentur, quam Tyrrhenides, ut sane dicuntur ipsi quoque Polyæno VIII. cap. 71., quo sequutus Herodotum, Λακεδαιμονίων, ait, αἱ θυγατέρες ἐγήμαντο Μινύαις τοῖς ὑπὸ (lege ἀπὸ) τῶν Ἀργοναυτῶν γεγονόσιν: docte notat ibi Maasvic. Quos Herodotus hic Pelasgos, eosdem Tyrrhenos vocant Apollon. Rhod. et Plutarch. l. c. et ubi tangit eamdem historiam in Quæst. Gr. p. 296. B. Sed priori loco, quum primum Τυρρηνῶν meminisset τῶν Λήμνου καὶ Ἴμβρου κατασχόντων, ἀφανισάντων δὲ Βραυρωνίθεν τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, tandem subjungit, ταῦτα ἔφραττον οἱ Πελασγοί. Zenobius Cent. III. Prov. 85., Πελασγοί τινες τὴν Λῆμνον οἰκοῦντες ἦλθον ναυσὶν ἐς Βαίβρωνα (imo leg. Βραυρῶνα, pagum mari vicinum, ἀγχίαλον Βραυρῶνα dixit Euphorion in Schol. ad Aristoph. Lys. v. 646.) τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὰς γυναῖκας ἐκεῖθεν ἥρπασαν. Sæpe Pelasgos Attica leguntur insulisque exegisse Atheniensis; quod multis narrat Herod. VI. c. 137. Iidem illi nonnunquam dicuntur Τυρρηνοί, Sophocli, Thucydidi, aliisque: vide J. Meursii Cecrop. cap. 5. P. Wess. ad Herod. p. 26. (ad lib. I. c. 57.) Valck.

7. ἱζόμενοι] In Musis ἱζόμενος raro se tutari potuit. Ἑζόμενος ἐπὶ τῷ ἱερῷ exhibent Edd. cap. 85. MSS. frequenter, lib. II. 113. III. 64. IV. 165. Ita ludunt librarii. Wess.—Vide Var. Lect. (ed. S.) II. 113, 14. III. 64, 4. 65. 8. IV. 165, 10. Ἕζεσθαι videtur de singulis magis dici; ἵζεσθαι de multitudine hominum sedes alicubi capientium. In ἵζοντο c. 146, 15. consentiunt omnes. S.

7. τῦρ ἀνίκαιον] Tutum hoc est et munitum ob καὶ πῦρ αἴθειν, quod deinceps, et Homeri Odyss. η'. 13. Confer D'Orvillium ad Charit. p. 633. et hæc Heliodori Æth. II. p. 96. ἐτέρα κάλπιν ἴφρει καὶ πυρὰν ἵκαιε: ubi Codex Falkenb. ex vero πῦρ ἀνίκαιε. (Cf. Nostrum, I. 202, 8.) At in similibus delinquitur sæpe. Strabonis de his *Minyis* narratio, mirifice turbata, lib. VIII. p. 534. A. (p. 347. A.) auxilio (quod viri docti præterviderunt) Eustathii ad Homer. p. 880, 51. (p. 832, 1. ed. Bas.) instaurari potest. Wess.

Ibid. πυρὴν ἵκαιον ex Med. dedit Gronov. pro πῦρ ἀνίκαιον. Hoc mea potius opinione hic servandum, et recte restitutum arbitror πῦρ ἀνακαίειν, lib. VIII. cap. 19., pro πυρήν. In his sæpe variatum docebit Clariss. D'Orvill. in Charit. pag. 633. Ignem accendere, πῦρ ἀνακαίειν, infra dicitur hoc cap. πῦρ αἴθειν, πῦρ αἴθειν et πῦρ ἀναίθειν leguntur aliquoties apud Poëtas Atticos; nuspiam, quantum recordor, πυρὰν αἴθειν. Ut corripi posset syllaba, πυραίθειν scribitur in Eurip. Rheso v. 78. Τίς γὰρ πυραίθει πρόφασις Ἀργείων στρατόν; sed in anapæstico versu 41. boni debuerat Πῦρ αἴθοι στρατὸς Ἀργόλας, Ἕκτωρ: quorum

loco dicitur v. 95. Αἴθουσι πᾶσαν νύκτα λαμπάδας πυρός. Pro αἴθεσθαι, fulgere, more suo Sophocles scribit Αἴθειν, Aj. v. 285., ἠνίχ' ἕσπερος Λαμπτῆρις οὐκ ἔτ' ἦθον: sed, si vera mea est divinatio, verbum jam ante sic adhibuerat Æschyl. Choëph. v. 534. Πολλοὶ δ' ἀνῆθον ἐκτυφλωθέντες σκότῳ Λαμπτῆρις ἐν δόμοισι: ubi vulgatur ἀνῆλθον: alterum, ut puto, spectat in Schol. ἀνέλαμψαν. VALCK.

20. τῶν Τυνδαριδέων ἡ ναυτιλίη] Similiter factum illud Minyis adscribens Valerius Maximus lib. IV. c. 6. ext. 4. Quos, ait, Spartana civitas respectu *Tyndaridarum* —— deductos inde (e Taygeto) legibus commodisque suis immiscuit: sed hoc tantum beneficium in injuriam bene meritæ urbis, regnum affectantes, verterunt: quæ de his expressa sunt Herodoti, οἱ Μινύαι ἐξόδιρσαν, τῆς τι βασιληΐης μετασιέντες καὶ ἄλλα ποιεῦντες οὐκ ὅσια. Tyrrhenos advenas, sive Pelasgos, cur jure donaverint civitatis, probabilem magis reddunt rationem Plutarch. T. II. p. 247. A. et Polyæn. VII. 49. De Spartiatis Herodotus, διξάμενοι, inquit, τοὺς Μινύας, γῆς τι μετίδοσαν καὶ ἐς φυλὰς διαδάσαντο. Postremum illud de receptis in civitatem (lin. 22.) dignum est observatu. Platæënses, in Atticam receptos, καταγινῖμαι εἰς τοὺς δήμους καὶ τὰς φυλὰς, in demos et in certas tribus referre, psephisma jubet apud Demosth. pag. 741. Attigit istam non sane protritam antiquitatis Græcæ partem T. Hemsterhuis (is enim latet sub literis I. E.) in Miscell. Obs. VII. p. 325. et ad Aristoph. Plut. p. 368. Cicero pro C. Balbo c. XII. Vidi egomet nonnullos —— nostros cives Athenis in numero judicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Suspicor a librario vocem numero male repetitam e proximis, et Ciceronem scripsisse: certa tribu, certo demo. Hinc finis Epist. 46. Philostrati explicandus est. VALCK.

CAP. CXLVI. 4. καταίβαλον ἐς ἐρκτὴν] In proximam nempe noctem custodiendos, qua de illis supplicium sumeretur; hunc enim in finem subdit ista Herod. κτείνουσι δὲ τοὺς ἂν κτείνωσι Λακεδαιμόνιοι νυκτὸς, μετ' ἡμέρην δὲ οὐδένα: conf. hujus insistens vestigiis Valer. Max. p. 387. Morem tangunt N. Cragius de Rep. Lac. pag. 457. et J. Meurs. Misc. Lac. p. 139. Diutius Tyrrhenos in vinculis custodivisse dicuntur Plutarcho T. II. pag. 247. ζητοῦντες ἐλεῖν σοφίσι καὶ βιβαίοις ἐλίγχοις, atque interea temporis uxores ipsorum Spartanæ carceris exorasse custodes, ut sibi liceret ingressis morituros alloqui: πολλαῖς ἱκεσίαις καὶ δεήσεσι παρεῖδησαν ὑπὸ τῶν φυλάκων ὅσον ἀσπάσασθαι καὶ προσιδεῖν τοὺς ἄνδρας: hinc Polyænum recte corrigit Casaub. p. 689. Apud Herod. mulieres in carcerem dicuntur intromisisse custodes, εἰδέναι δόλον δοκέοντες ἐξ αὐτέων ἔσεσθαι. (lin. 10.) Sic Valla legit in suo Cod. et e Med. optime reposuit Gronov. In enarrando dolo cum Herodoto conspirant Plutarch. Polyæn. et Valerius Max. qui non absurde addidit ista: per simulationem doloris velatis capitibus eos abire passi sunt, nempe custodes carceris viros velatis capitibus, vestibus indutos muliebribus, quos et ἀστίνας περικαλυψαμένους scribunt Plutarch. et Polyæn. Perperam itaque vulgatur apud Valer. eos abire passæ sunt. VALCK.

8. ἐς ὃ ἐλθεῖν τε] Gronovii explicatio aliis fortasse placebit. Equidem ἐσελθεῖν τε præferrem, nisi si ἐς ἂν ἐλθεῖν. Ionum more, quo de supra c. 60.; ἕως in marg. Stephani huc tendit. WESS. —Stephani ἕως videtur ex ipsius conjectura margini adscriptum, quum ἐσὸ in aliquo codice reperisset. ἐς ὅ, cum Gronovii interpretatione, eo usque ut

intrarent, alienum est ab hoc loco, quoniam deinde demum ait Scriptor, οἱ δὲ σφέας σαρῆκαν. S.

10. εὐδίνα δόλον Med. et sequaces pulcre, conjectaratque Galeus. Tot tamen schedarum λόγον, tantaque consensione propagatum, ducere ad λόχον insidias videtur. Elegans ea Cl. de Pauw suspicio. Wess.—At vocabulum λόχος, quod homines significat in insidiis locatos, non videtur hujus esse loci. S.

15. ἐς τὸ Ταΰγετον] Nihil in his contra usum. Admonuit Steph. (Byz.) montem Laconicæ triplici genere poni. τὸ Ταΰγετον iterum cap. 148., Strabo lib. VIII. pag. 557. c. (p. 362 extr. ed. Cas.) et Pausan. III. 20. In Plutarchi T. II. p. 247. c. τὰ Ταΰγετα, et, qui eadem memorat, Polyæno Strateg. lib. VII. 49. Hinc Taygeta, Laconices, ap. Vibium Sequestr., frustra sollicitante Barthio. Junge N. Heinsium in Claudiani sec. Consulat. Stilicon. v. 259. Atque hæc, ne qui in posterum offendantur. Wess.

Cap. CXLVII. 1. Θήρας ὁ Αὐτεσίωνος] Quando sæpe Nostro concinit in Theræ genere tradendo Pausanias, in hujus lib. III. (cap. 1.) p. 205., pro Θήρᾳ τῷ ἀπὸ Ἴωνος restitui debuerat Θήρᾳ τῷ Αὐτεσίωνος. Palmerii correctio Kuhnio venit in mentem ad p. 245. Ad Herodoti sententiam eidem Pausaniæ, IV. (cap. 3.) p. 285. Theras fuisse dicitur τὸ ἀνέκαθεν Θηβαῖός τε, καὶ ἀπόγονος κάμπτος Πολυνείκους: atque adeo Callimacho ἴωτον γένος Οἰδιπόδαο, Hymn. in Apoll. v. 74. Valck.

[3. ἔστελλε ἐς ἀποικίην] "ἔστελλε, "subauditur ἑωυτόν: sic etiam cap. 148. "Alius dixisset ἐσφίλατο." Reiske. —Sic haud raro etiam apud Tragicos στέλλειν, pro στέλλεσθαι, iter parare, proficisci. Possis vero etiam, ut c. 148, 2. sic et hoc loco, intelligere ἔστελλε λαὸν ἐς ἀποικίην: sed tragicorum exemplis, quæ offert Bruneckii Index Sophocleus, et Schneideri Lexicon criticum, satis firmata prior interpretatio. Alias dux coloniæ dicitur ἀποικίην στέλλειν, ἀποικίαν ἄγειν: coloni vero ἐς ἀποικίην στέλλεσθαι vel στελλῆναι, ut c. 159, 4. S.]

12. Μεμβλιάρεω] Secundus casus est, qualis Βάττεω IV. 160. Κρούσεω VIII. 122. Κλεομβρότεω V. 32. Δημοκρίτεω sæpius in Hippocratis epistola. Critici ad Pindari Pyth. Od. IV. (v. 88.) μετὰ Μεμβριάρεω (quomodo post pauca (c. 148, 9.) Arch.) τοῦ Κάδμῳ συνεξεφυσαντος: cui scriptioni primas dat S. Bochartus, ut Phœnicum e lingua commodior esset originatio, de Phœn. Colon. lib. I. 15. ubi coupluscula de Theræ coloniis. Quæ proxime posita sunt, clarissime expressit, Nostri sæpe æmulus, Callimachus apud Strabon. lib. VIII. p. 534. A. et XVII. p. 1194. B. (p. 374. B. et 837. B. ed. Cas.) nec non Apollon. Rhod. IV. 1763. Wess.

17. τῶν ἑωυτοῦ συγγενίων Μεμβλίαρεον] Quem alii sic vocant, Μεμβλιάρεα dixisse videtur Herodotus. Non illum Cadmi συγγενίαν Pausanias III. (c. 1.) p. 206. sed Phœnicem de plebe fuisse scribit, ἄνδρα τοῦ δήμου, atque isthac de causa sibi persuasisse Theram, quod et evenit, futurum, ut Membliari posteri Callistes insulæ sibi facile cederent imperium. Valck.

Cap. CXLVIII. 1—3. Ἐπὶ τούτους δὴ ὧν ὁ Θήρας, λαὸν ἔχων ἀπὸ τῶν φυλέων, ἔστελλε, συνοικήσων τούτοισι] Dedi schedis mutandi arbitrium: alioquin prius ἐπὶ τούτοις non damnabile. Iisdem συνοικέσων, sine quo oratio hiabat, debetur. Geminum c. 159. χρήσασα ἡ Πυθίη πάλιν, συνοικήσοντας Κυρηναίοις Λιβύην ex MSS. Wess. — Ubi Theras profectus dicitur συνοικίσων τούτοισι, et λαὸν ἔχων ἀπὸ τῶν φυλέων, tribuum numerus, olim

verisimiliter adjectus, determinari non poterit: sed scribendum puto *συνοικήσαν*: nam ante octo generationes cum Membliare a Cadmo relicti, hi tum insulam jam *συνῴκισαν*. VALCK. — Commodius utique est Ἐπὶ *τούτους*. Ad hos, quam Ἐπὶ *τούτοις*, quod sonat Adversus, Contra hos: non enim contra illos profectum esse, mox diserte declarat Scriptor. *ἀπὸ φυλίων* idem valet ac si dixisset *ἀπὸ ἀστῶν* vel *πολιητίων*, e civium Spartanorum numero; quemadmodum ipse Valck. ad c. 145, 22. adnotavit *ἐς φυλὰς διδάσαντο* intelligendum de receptis in civitatem: quare nil opus est, ut *numerum* tribuum h. l. olim adjectum fuisse statuamus. Ferri utique *συνοικήσαν* potuit, quod nos etiam, a Wess. primum receptum, tenuimus. Sed verbum *συνοικεῖν* non nisi de conjugibus fere usurpat Noster: et VII. 73, 4. ubi de populis una habitantibus alii libri *συνῴκουν* dabant, alii *συνοίκησαν*, ibidem ipse Wxss. cum aliis *σύνοικοι ἦσαν* vel *ἴσαν* probavit. Nec vero video, cur h. l. hiatura statuatur oratio, si *συνοικίσαν* teneretur, quum e proximo intelligi possit *τὸν λαὸν συνοικίσαν*. cf. ad c. 147, 3. notata. Denique nulla urget necessitas, ut (quod Valck. statuere videtur) *συνοικίζειν* non nisi de *primis* coloniæ *conditoribus* dici posse arbitremur: quin potius percommode, ac fortasse etiam commodius, poterit id verbum de his etiam usurpari qui *novis* colonis urbem aut regionem quampiam frequentant. S.

9. *οὔ τι* (perperam *ὅ τι* MS. F.) *πέντας ἄγων τοὺς Μινύας*] Minyas istos, *τοὺς ἐκβληθέντας ὑπὸ Πελασγῶν* (sic leg. pro Πελασγοῦ) *ἐκ Λήμνου*, cum Lacedæmoniis colonos in insulam Callisten duxisse Theram narrat Pausan. VII. (c. 2.) p. 524. De iisdem Apollon. Rhod. IV. 1761. *ἐκ δὲ λιτόντας Σπάρτην Λυκοσίμοιο ἰὼς πάϊς ἦγαγε Θήρας Καλλίστην ἐπὶ νῆσον.* Qui Minyis Pelasgos sive Tyrrhenos substituit Plutarch. T. II. p. 247. D. p. 296. B. hos veluti coloniam Lacedæmoniorum e Laconica deducit in insulas Melum et Cretam; dicuntur ibi Πόλλιν ἡγεμόνα καὶ ἀδελφὸν καὶ Κρηταῖδα Λακεδαιμονίους λαβόντες: quæ, certo mendosa, fortasse non male sic legerentur, *καὶ τὸν ἀδελφὸν Καλλικρατίδαν*. Secundum Herodotum, Minyæ plerique, manentes in Peloponneso, *ἱζόμενοι* (lin. 11.) *ἐς τοὺς Παρωρεάτας καὶ Καύκωνας*: quibus antiquis incolis *τῆς Τριφυλίης* ejectis sex in ista parte Peloponnesi dicuntur urbes condidisse, (lin. 13.) Λίπορεον, Μάκιστον, Φρίξας, Πύργον, Ἦπιον, Νοῦδιον: sic cetera videntur nomina integranda, partim jam emendata Clar. Wesseling. ad Diodor. (lib. XIV. c. 17.) T. I. p. 653. qui, mihi nuspiam inventum, postremum etiam illuminabit. Περὶ *τῶν ἐν Τριφυλίᾳ Καυκόνων* egit Strabo VIII. p. 531. (p. 345. ed. Cas.) cui p. 532. C. (p. 346. B.) Παρωρεάται tenuisse traduntur olim montanam Triphyliæ regionem *περὶ τὸ Λίπορεον καὶ τὸ Μάκιστον*. Hi Ionice Herodoto sunt Παρωρεῆται VIII. c. 73. Cur ibi fuisse dicantur origine Lemnii, hic narrata manifestant. VALCK. — Cur Παρωρεάτας non absurde dare Arch. dixerit Wess. in Var. Lect., (ed. S.) non magis equidem exputare possum, quam quid sit quod etiam Valck. in proxima adnotatione constanter Παρωρεάτας scripserit: quandoquidem et origo nominis, et constans aliorum auctorum usus, et apud Herodotum editionum omnium et MSS. (uno Arch. excepto) consensus, Παρωρειάτας aut Ionico idiomate Παρωρεήτας requirit. Operarum puto incuria turbas istas peperit. S.

14. Μάκιστον, Φρίξας] Sic oportuit. Prius habet Valla, quorsum codicis Arch. Κάκιστον aurigatur: nam Μάκιστον, quod Galeus excitavit, non ita scriptum. Μάκιστον *τῆς Τριφυλίης* Stra-

bo lib. X. p. 687. A. (p. 447. D.) et Steph. Byz. ubi bene Holstenius. Φρίξας Pass. cum Stephani margine constabilit, Φρίξα constanter Polybio lib. IV. 77. et 80. Xenophonti atque aliis. Ἔπιον, (lin. 14.) sive Arch. Ἔπιον, itidem Polybius: quo tamen in oppidi nomine turpis apud plures discordia. Verum in his occupabar olim ad Diodor. lib. XIV. 17. Νοῦδιον prorsus ignorans. Sunt Triphyliæ quidem oppida, quæ scriptura non longe deflectunt; electio anceps et difficilis. Wess. — Quum Φριξὰς (acuto tono) casu in ed. Wess. irrepsisset, inde eadem scriptura in posteriores editiones atque in nostram propagata est. Rectius Φρίξας penacute scribetur, quod et ipse Wess. voluisse videtur. De alterius oppidi nomine, quod Ἔπιον h. l. aut Ἔπιον scribitur, conf. Var. Lect. (ed. S.) apud Polyb. IV. 77, 9. et 80. 13. et quæ ad priorem Polybii locum olim notavimus; ubi quidem tunc præterierat me Wesselingii ad Diodorum Adnotatio. Verum oppidi nomen Ἤπιον esse censuit Vir doctissimus cum Holstenio. S.

Cap. CXLIX. 2. ὅτι ἐν λύκοισι] Memorabile illud Christi Nostri ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων cum Herodoteis prudenter contendunt præclari viri, S. Bochartus Hieroz. lib. II. c. 43. p. 438. Raphelius, et Wetstenius ad Matth. Evang. c. x, 16. Oiolyci, Theræ F. patris Ægei, conmeminit Pausanias lib. III. 15. p. 245. Wess.

4. καί κως τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπικράτησε] Non male Valla Scriptoris sui mentem expresserat: et id nomen alteri prævaluit. Machon apud Athen. XIII. p. 578. E. Μᾶλλον τὸ πάρεργον ἐπικράτησ' ἢ τοὔνομα, de muliere, quæ vulgo Μανία nuncupabatur, infans olim nomine proprio dicta Μίλιττα. Idem in centenis obtinuit, ut nomini cognomen prævaluerit. Plato proprio nomine dictus fuerat Aristocles; Tyrtamo Theophr sti nomen tribuit Aristoteles, quod et, altero propemodum obliterato, evaluit, ἐπικράτησε: Diog. Laërt. III. 4. V. 58. ibique Æg. Menag. Quem pater velut ὅτι ἐν λύκοισι reliquerat, Theræ filium Οἰόλυκον bis terve adpellat Pausan. III. p. 245. IV. (c. 7.) p. 296. ubi Lacedæmonius Euryleon antiqua dicitur origine Thebanus a Cadmo, Λιγίως τοῦ Οἰολύκου τοῦ Θήρα τοῦ Αὐτεσίωνος ἀπόγονος πίμπτος. Valck.

7. ἱδρύσαντο] Vallæ Latina, Ex hac tribu viri — exstruxerunt, conjecturæ Cl. de Pauw materiem dederunt, οἱ δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ ἄνδρες —— ἱδρύσαντο, admodum labanti et omni tibicine defectæ. Itaque in ἵδρυτο vel ἱδρύνθη inclinavit; cui accedere possem, si per Codices liceret. Ut nunc sese verba dant, ἱδρύσαντο de Lacedæmoniis, qui fanum tribui Ægidæ, (cujus illustris in Pindari Od. IV. Pythion. memoria,) excitarint, accipiendum cum Reiskio. Excitarunt autem, quod Ægidarum stirps Furiis Laii et Œdipodis inminui et succidi putaretur. Τῶν δὲ Ἐρινύων τῶν Λαΐου καὶ Οἰδίποδος μήνιμα alia in re apud Pausaniam lib. IX. 5. p. 723. Wess.

7. ἱδρύσαντο ἐκ Διοκροσίου, etc.] Ἵδρυτο vel ἱδρύνθη si Codex exhiberet scriptus, mihi aptius in hac sede videretur; et σφι ἤμυναν, quam ὑπέμυναν. Τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ ἀνδράσι (οὐ γάρ σφι ἤμυναν τὰ τίκνα·) ἱδρύνθη ἐκ Διοκροσίου Ἐρινύων τῶν Λαΐου τε καὶ Οἰδιπόδεω ἱρόν· καὶ μετὰ τοῦτό σφι ἤμυνε. A viris ex hac tribu, quum liberi ipsorum in vita non manerent, oraculo monitis delubrum fuit dedicatum Dirarum Laii atque Œdipi; hoc postquam fecissent, ipsorum liberi manebant in vivis, neque adeo pueri πρὸ ὥρας rapiebantur. Ἱδρύσθαι hac adhibetur structura quum alibi, tum bis lib. II. c. 44. ἐπὸς χρόνος εἴη ἐξ οὗ σφι τὸ

ἱρὸν ἱδρύσατο. In his diræ, quibus Ægidarum progenitor Œdipus, Furiis agitatus, filios suos devovit, a Thera quodammodo renovatæ, filium se dicente καταλείψειν ὄϊν ἐν λύκοισι, dicuntur Œdipodis Ἐρινύες. Laïum quoque diræ dederant præcipitem, quibus illum Pelops devoverat ob raptum Chrysippum. Ἐρινῦς Œdipi diras vocant Tragici, Æschylus Theb. v. 70. Sophocles Œd. in Col. 1294. (v. 1434. ed. Br.) Euripides Phœn. 627. VALCK.

[Nec sollicitari verbum ἱδρύσαντο, recte habens, debuit: nec vero Lacedæmonii (ut Wess. interpretatur) communi civitatis nomine fanum illud tribui Ægidæ excitarunt: sed ipsi tribules hujus tribus, quoniam liberi eorum in vita non manebant, sui caussa (hæc vis est verbi medii) fanum illud Diris Laii et Œdipodis dicatum exstruxerunt, quo illas placarent, quibus calamitatem eam acceptam ferebant. Hoc ipsum suo loquendi more Scriptor noster diserte et perspicue declarat. Est enim hic usitata illa Nostro ἀνακολουθία et hyperbaton, et familiaris particulæ γὰρ usus, de quo ad I. 24, 16. dictum est, et quem jam sæpius deinde observavimus. Quæ loquendi forma paullo minus fortasse offensionis habuerit, si post ἀνδράσι comma deleatur. Valet autem τοῖσι δὲ —— ἀνδράσι οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἱδρύσαντο —— ἱρὸν, idem ac si dixisset, ὅτι δὲ (vel ἐπειδὴ δὲ) τοῖσι —— ἀνδράσι οὐκ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἱδρύσαντο —— ἱρόν. Recte idem Reiskius, cui alteram istam interpretationem Wesselingius tribuit, in editis Animadverss. monuit, similem huic loco esse illum, qui eodem hoc libro cap. 200, 4 seq. τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μιταίσιον, οὐκ ἰδέκοντο τοὺς λόγους. Adde I. 114, 8 seqq. ubi εἰς δὲ sive ibi εἰς δὲ málueris) τούτων τῶν παιδίων —— οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, ἐπίλεπτε αὐτὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβέειν. Immo vero haud admodum dissimile est quod in ejusdem hujus capitis, in quo versamur, initio legitur: Ὁ δὲ παῖς, οὐ γὰρ ἴφη οἱ συμπλεύσεσθαι, τοιγαρῶν ἴφη αὐτὸν καταλείψειν, etc. S.]

[8. Si sana atque integra esse statuas ista, quæ vulgo et in editis et in scriptis omnibus hic leguntur: καὶ μετὰ τοῦτο ὑπέμειναν ὡυτὸ τοῦτο καὶ ἐν Θήρῃ, etc. sententia hæc erit: et postea mansit idem hoc (nescio utrum templum, an malum) etiam in Thera, etc. Sed persuasum equidem habui, et adfectum esse locum, et tali quodam modo curari debuisse, quo a nobis (præeunte Reiskio in Animadverss. editis) factum. Eamdem Reiskii emendationem ex Miscellan. Lips. nov. T. VIII. p. 111. laudavit Larcher, et in Gallica Herodoti versione expressit. S.]

CAP. CL. 5. ἵζωντο δέ οἱ καὶ οἱ ἄλλοι] Delendum est secundum illud οἱ. Scripserat suo more: ἵζωντο δέ οἱ καὶ ἄλλοι τῶν πολιητίων, καὶ δὴ καὶ Βάττος ὁ Πολυμνήστου, ἐὼν γένος Εὐφημίδης τῶν Μινυίων. In his mirum est quantum a vero Valla aberrarit; sed illud magis etiam mirandum, a Palmerio repertam veritatem a Gronovio tamen fuisse repudiatam. Nobilis fertur inprimis inter Jasonis socios Minyas, Euphemus, de quo præter ill. Spanhem. in Callim. Hymn. in Apoll. v. 75. cel. Burmannus egit in Argonaut. Catal. Hujus compressu gravida puella Lemnia Batti pepererat progenitorem: erat itaque Battus γένος Εὐφημίδης (lin. 7.) τῶν Μινυίων, e posteris vel genere Euphemi, unius e Minyis. Εὐθυμίδης hic olim vulgabatur; Εὐθυμίδης prodiit e Med. Εὐφημίδης ex Arch. dederat Galeus: hæc veræ proxima scriptio; veram conjectura Palmer. fuerat adsequutus in Exercit. p. 23. Sicuti sæpe patronymica facta sunt propria, in vera historia Græca veteri et recentiori memorantur Euthymidas, et Euphemi-

das vel Euphamidas. Restituendum hoc nomen in Schol. ad Aristoph. Eq. v. 791. Εὐφαμίδας Ἀριστωνύμου, pro Σισυφαμῆδας Ἀριστοδήμου, ex Thucyd. IV. c. 119. ubi nomen Ἐυξιλαΐδα convertendum est in Ἐυξιλαΐδα: idem vitium Spartiatæ nomen corrupit in Æliano de Nat. An. XI. 19. Παντιλίδας verum nomen fuit, non Παντιδίδας: noti sunt Lacones Pasitelidas, Epitelidas, Eutelidas. Sed Corinthium Euphamidam in Thucyd. V. 55. præbent septem minimum MSS. : cur itaque forma non Græca Ἐφαμίδας in Thucydide fuit relicta? Valck.

7. Εὐθυμίδας] Elegantem veramque Palmerii correctionem Εὐφημίδης, Ed. Simsonius Chron. An. 3389. antevertit, laudavitque meritissime Bouherius Diss. Herod. c. 12. Pindarus Battiadas, Euphemi posteros, laudibus ferens, locuples suasor auctorque. Τόθι γὰρ, Cyrenis, γένος Εὐφάμου φυτεύθη, λοιπὸν αἰεὶ φίλλεται, Od. IV. Pyth. prope finem. (v. 455 seq. ed. Heyn.) Quamquam autem nihil in hoc genere liquidius, relinquere pravum debeo, sine hæsitatione instauraturus, modo Εὐφημῆδης, sicuti Galeus ostentavit, in schedis Arch. foret: at secus habet. Wess.—At ea quidem cautio nimia profecto: scripturam, quam liquido veram agnoscas, non audere in locum haud dubie pravæ substituere; præsertim ubi, quam pronus fuerit librariorum lapsus, satis constabat. Taceo vocalium η, ι, υ, confusionem. Literas Φ et Θ et alibi temere a librariis inter se permutatas observavimus, et haud multo ante, cap. 148, 14. ubi ex Φρίξας, Θρίξας fecerant. Sic apud Polyb. XV. 34, 6. εὐφυέστατον ab ingenti scribarum numero in εὐθυέστατον vidimus detortum. Mitto reliqua: conf. quæ ad Herod. II. 44, 5. notavimus, et quæ ab eodem ipso doctissimo Wesselingio ad II. 48, 6. adscripta sunt. S.

7. χρωμένῳ —— περὶ ἄλλων, χρεῷ ἡ Πυθίη] Hoc illi sæpe in more. Exempla Valckenarius conduxit ad Tragici Phœniss. p. 678. Illud Grini καὶ βαρὺς ἀείρεσθαι (lin. 10.) senii inconmoda, quibus difficulter erigebatur, explicat. Ἀείρεσθαι, ἄνω αἴρεσθαι, Hesychio ex Sophoclis Trachin. v. 220. cui senex χρόνῳ βαρὺς in scriptis Codd. Œd. Colon. v. 926. et νόσῳ βαρὺς Trach. v. 239. Wess. — Possis ἀείρεσθαι interpretari loco me movere, quemadmodum ἀερθέντες, IX. 52, 5. idem valet ac κινηθέντες, coll. v. 7. S.

Cap. CLI. 1. οὐκ ὗει τὴν Θήρην] Hoc sanequam insolens. Aliis etiam usitato more scribi potuit οὐκ ὗε, non pluebat; in insula nempe Thera: hanc enim designatam fuisse vicina satis manifestassent. ὁ Ζεὺς vel ὁ Θεὸς ὕων vulgo dicebatur etiam Herodoto; ὕω simpliciter etiam ponitur; pluit: εἰ ὗε, c. 185. hujus libri. Fortassis ut alibi ὁ Θεὸς, hic quoque lectori relinquitur supplendum. Sæpius ὁ Θεὸς, vel ὁ Ζεὺς dicitur ὕσαι χρυσὸν, τίφραν, ut λίθους, βατράχους. Utrumque etiam Latinis: lapidibus pluit; et pluit carnem vel sanguinem. Priori ratione hic οὐκ ὗε ὁ Θεὸς τὴν Θήρην significaret, Theram pluvia non irrigavit: atque ita semel Pausaniam loquutum memini lib. II. (c. 29.) p. 179. αὐχμὸς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ χρόνον ἐπίσχε, καὶ οὔτε τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν, οὔτε Πελοποννησίους ὕσαι ὁ Θεός. Idem ille Herodotei forte loci recordabatur p. 186. novem annorum siccitatem memorans, quæ Troezenios adflixerit. Valck.— De subintelligendo nomine ὁ Θεὸς vide ad c. 28, 12. notata: et locis ibi citatis adde Herod. II. 13, 17. Tum, quod ad verbi ὕειν constructionem cum accusativo casu adtinet: qua ratione dicitur ἡ χώρη ὗσαι, II. 13, 14. IV. 50, 8. eadem etiam ratione dici poterat ὁ Θεὸς ὗειν τὴν χώρην. S.

4. *καιοῦ οὐδὲν ἦν σφι μῆχος*] H. Stephano *μῆνος* debetur, id sero in recensione Voc. Herodoti corrigenti. Eurip. Androm. v. 535. *τί δ' ἐγὼ καιῶν μῆχος ἰξανύσαιμ' ἄν.* Tale et Æschyli Suppl. 743. *μῆχος δ' οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνῳ.* Nam *μῆνος*, quod Stanleio explicare et tueri visum, non respondet satis puellarum timori. Wess.—Perperam etiam *μῆνος* vulgatur in Æschyli Agam. v. 2. ubi vox Homerea *μῆχος*, vel Æschyli *μῆχαρ*, quod et Stanleius suspicabatur, sine controversia restitui debet. Theocritea Eid. II. 95. *χαλεπᾶς νόσου ἰδρί τι μῆχος*, haud sane felicissimus Poëtarum interpres Jac. Palmerius sollicitabat legendo, *ἰδρί τι μ' ἄνος*. Herod. II. c. 181. *τοῦτο γάρ οἱ καιοῦ εἶναι μῆχος.* Conf. Eurip. Androm. 536. Valck.

9. *ἀντιαιχθῆς ἀντιάσθαι ἰς*] Arch. *ἀντιαγίσθαι* speciem habet allicientem, solidi nihil. Insulam sive tu Πλατέαν scripseris, seu Πλάταιαν, minimi referet. Stephanus Byz. utrumque edit. Scylaci Πλάτεια. Infra c. 156. et 169. idem, qui hic, in MSS. dissensus. Wess.

14. *στείλα καταλιπ. ὅσον δύο μηνῶν*] *Ὅσων δὲ μηνῶν*, quod præbent cod. Med. et Vallæ, reponerem. Valck.—Vitiosam veterem scripturam h. l. in contextu reliquerat Gronovius, sero demum in Notis professus se, ut alibi, sic et hic codicis sui auctoritatem colere debuisse. S.

Cap. CLII. 10. *τὸ δ' ἐμπόριον τοῦτο ἦν ἀκήρατον*] Ἀτιήρατον offert Galeus ex Arch. intentatum. Ἀτιήρητον est apud Herod. p. 384, 11. (VII. 9, 39.) Hoc si plerique darent Codd. alteri non postponerem. Emporium Græcis usque in hoc tempus intactum, solis ante Phœnicibus notum mercatoribus, Græcis *intentatum* dixerit noster, ut puto, potius ἀντιήρητον, quam ἀκήρατον. Ἀκήρατον tamen etiam purum vocat, et intaminatum; quo usu vox Platoni præsertim et philosophis frequentatur æque ac ἀκίρατον: quæ duo permutat et in eadem locutione Eurip. Or. v. 574. et Helen. v. 48. De urbibus etiam et regionibus adhibetur integris sive nondum hostili ferro violatis: Herod. ἀκίρατον τὴν πόλιν, III. 146. Thucyd. II. 18. Xenoph. Κυρ. Παιδ. VI. p. 96, 4. Valck.

16. *πέριξ δὲ αὐτοῦ*] Postulat hoc schedarum concors edictum, patiturque usus. Adi sis Portum, et cap. 15. (ubi vide quæ a Valck. et a nobis ad lin. 17 et seq. adnotata sunt.) Accessit crateris picturæ ex schedis pronomen, (lin. 18. *κεφαλαί οἱ περίκρεσσοί εἰσι.*) quo gryphum capita prominentia clarius signantur. Confer Eustath. in Hom. p. 903, 5. Wess.—Pronomine *οἱ*, (i. e. *αὐτῷ*) quod ex Arch. et Vind. receperat Wess. carere utique potueramus: satis enim erat *περὶ αὐτοῦ*. Sed, quoniam passim et alibi per abundantiam adjectum illum dativum vidimus, (Adn. ad I. 86, 26 seq.) facile patiar si quis loco suo repositum voluerit. Apud Eustath. loco ab eodem Wess. citato (qui est p. 862. ed. Bas. ad Iliad. μ'. 258.) nihil aliud, quod huc utcumque faciat, reperio, nisi quod ait, *κρέσσαι* —— *οἷον κίρσαι καὶ κεφαλαί.* Insequente quidem pag. 863. med. adfert idem illa ex Athenæo verba, (I. 30. a.) *περίκρεσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον*: quæ, pro significatu paullo ante prolato vocabuli *κρέσσαι*, intelligere potueras *præcipites* in periculum; (vel, in pugnam ruebant; sed aliter ille, et quidem variis modis interpretari conatur, *βαδηδὸν κλιμακηδὸν, κατὰ στίχος, κατὰ ἐπαλληλίαν, εὐτάκτως*. Alibi idem Eustathius (ad Iliad. ξ'. 35. p. 949, 24. ed. Bas. p. 965. ed. Rom.) adfert ex Herodot. VII. 188, 6. naves quæ *περίκρεσσαι ἐρμίσντο ἐς πόντον*, quas præeunte fere ipso Herodoto *ἄλλας ἐπ' ἄλλαις, ἀντιπρώρους*, interpretatur; hunc vero, in quo

versamur, Scriptoris nostri locum nusquam, quod sciam, attingit. Mihi, fateor, quidnam potissimum hoc vocabulo significatum voluerit Herodotus, haud satis liquet. Alterq loco, VII. 188. hariolando interpretatus sum naves rostris in mare spectantes, et octo deinceps ordinibus in *quincuncem* locatas: et sic ibi fortasse non male. Sed, quod hoc item loco gryphum capite in *quincuncem* disposita scripsi, id vereor ut eruditis sim adprobaturus. Fortasse satis fuerat gryphum capita prominentia cum Wess. interpretari. Vallæ versionem, quam tenuerant fere Herodoti editores, gryphum capitibus in circuitu altrinsecus obversis, his Gallicis reddidit *Larcher*, " des tetes de gryphons, l'une vis-à-vis de l'autre." S.

21. *συνιχρίθησαν*] Miror cur dubio vacuum *συνιχρήθησαν* a Gronovio non fuerit in contextum receptum. Valck.

Ibid. *φιλίαι μεγάλαι συνιχρίθησαν*] Belle Gronovius. (scilicet qui in Notis scripturam hanc commendavit.) Putes hoc Epicharmi apud Plutarch. T. II. p. 110. A. pugnare, *συνιχρίθη, καὶ διιχρίθη· καὶ ἀπῆλθεν, ἴδιον ἦλθεν, πάλιν*: at hoc aliud est, ex Philosophiæ adytis sumtum. In coalitis et consociatis artissime animis illud valet. Scriptor incertus Stobæi Serm. XXVIII. p. 197. *δοκίσεός γε δὴ, ὡς τὰ πρὸς ἑωυτὸν ἀρτίως ἐν φιλίῃ συγκεχρῆσθαι.* Philostratus Vit. Soph. II. 2. p. 566. *τοῖς γοῦν ἀμφὶ τὸν Δημόστρατον οὕτω συνεκέκραστο, ὡς*, etc. Talium apud alios magna merx. Wess. —Nonnulla huc spectantia collegit Porson ad Euripid. Med. v. 136. S.

Cap. CLIV. 4. *ἔστι τῆς Κρήτης Ἀξὸς πόλις*] Stephanus Byz. Ἀξὸς πόλις Κρήτης, *ὡς Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ*. Docti interpretes Ethnicographo errorem, quo *ὁ Ἀξὸς* fecerit ex *Οαξὸς*, inputant, ipsimet aberrantes. Humanius Meursius Cretæ suæ lib. I. 8. verbo hominem defendit, Ἀξὸς hic fuisse olim decernens; cujus quidem suspicionem MSS. egregie tuentur. Cretenses *ἄξους* suo vocabant sermone *κρημνώδεις τόπους*, loca prærupta, qui Græcorum aliis *ἀγμοὶ*, Stephano in Οαξὸς teste. Urbi ergo nomen ab indole situs et posituræ. Sit-ne vero Ἀξὸς, Οαξὸς et Σαξὸς quorum ΣΑΞΙΩΝ superant numi, eadem urbs, ab Edm. Chishull docte anquiritur, Antiq. Asiatic. p. 125. Wess.

6. *ἐπὶ ταύτῃ ἴγνμι ἄλλην*] Multum distat hoc Andocidis de Myst. p. 16, 44. *ἐπίγνμι τῇ Συγατρὶ τὴν μητέρα*, ab Euripideis in Alc. v. 305. *καὶ μὴ 'πιγήμης τοῖσδε μητρυιὰν τέκνοις.* Andocidis ista rem continent Græcis propemodum inauditam, filiam et matrem simul uxores habere; Euripidea concinunt Herodoteis: *ἐπὶ Συγατρὶ ἀμήτορι* —— *ἴγνμι ἄλλην γυναῖκα*, quæ *τῇ ἴεγγι* Phronimæ fuerit *μητρυιή*. Dici quoque potuerat Etearchus *ἐπὶ Συγατρὶ ἀμήτορι ὑπολειφθείς*. Valck.—*ὑπολειφθεὶς* scripserat aut scribere voluerat Vir doctissimus. Vide Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. VII. 1. et quem is laudat Berglerum ad Alciphr. I. Ep. 3. S.

9. *μαχλοσύνην ἐπενείκασα*] Mutatum indignor, siquidem Ἰακὸν, atque idem ac *κατηγορήσασα*, monente Eustathio. Sic hoc libro c. 167. *αἰτίην οἱ ἄλλην ἐπενείκας*, cui persimile lib. I. 68. Quod deinceps (lin. 13., *παραλαβὼν ἐπὶ ξείνια*,) in controversia hæret, de qua olim ad Diodori lib. XIII. 80.; dubium enim in Codd. differitate, quid ipsi maluerint Scriptores Ἐπὶ ξείνια, lib. II. 107. VI. 94. IX. 88. at *ἐπὶ ξενίῃ*, V. 18. quod tamen Ionismo non facit satis. Wess.—Conf. Var. Lect. (ed. S.) S.

8. *ἀπεσυλήμενος τὴν ἐξέρκασιν*] Sinceram scripturam hic et infra IV. 203. dudum jam detexerat ante Portus, quam hic in Med. illic in aliis inveniretur Codicibus. Usitatam verbi formam præ-

bet in voc. Βάττος Herodotea transscribens Suidas, ἀφοσιούμενος τὴν ἐξόρκωσιν: id est, ut exsolveret se jurisjurandi religione. Poterit et eodem hic modo verbum accipi, quo apud Isæum illud interpretatur Harpocrat. τὸ μὴ ἐντελῶς τι ποιῆσαι, ἀλλ' ὥσπερ ὀσίας ἕνεκεν, Ἀφοσιώσασθαι εἶπεν Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα: leviter et dicis causa re defungi. Ista periit oratio; sed et in sexta superstitum Isæi adhibetur illud eodem modo; nam dicitur patriæ civis utilissimus Apollodori pater solus ornasse triremem, οὐκ ἀφοσιούμενος, ἀλλ' ὡς οἷόν τι ἄριστα παρασκευαζόμενος. p. 67, 19. vide ad Harpocr. Mauss. et H. Vales. p. 259. Exstat insignis Isocratis locus p. 289. B. (Panathen. sub finem, T. II. p. 612. ed. Auger.) Plato de Legib. VI. p. 752. D. μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι περὶ τῆς χώρας, —— συντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι τὰς πρώτας ἀρχὰς εἰς δύναμιν, ὅπως ἂν σπῶσιν ὡς ἀσφαλέστατα καὶ ἄριστα. Valck.

Cap. CLV. 2. χρόνου δὲ περιϊόντος] Is. Vossius περιϊόντος adscripserat, quod lib. VI. 36. VII. 197. ut χρόνου προβαίνοντος, V. 58. Addi conplura aliunde possunt: sed cui bono? Utrumque usus patitur. χρόνου δὲ περιϊόντος vidimus lib. II. c. 121. et 133. Memorabilius Scholion San-Germ. (ad lin. 3. spectans:) Ἰσχόφωνος· τὸν μογιλάλον οὐκ ἴσμεν λίγειν, ἀλλ' ἀπιλαύνουσι· Ἡρόδοτος ἰσχόφωνον. et hoc amplius, quod Budæus in antiquo Herodoti exemplari idem invenerit, Comment. Ling. Gr. p. 345. adprobaveritque Paul. Leopardo Emend. lib. III. 11. Scaligeroque ad Eusebium. Battus sane non erat λεπτόφωνος, exili linguæ et gracili sono, quales ἰσχνόφωνοι: sed vitio naturæ innato lingua in proferendis animi sensis offendebat ac hæsitabat; et tales ἰσχόφωνοι: siquidem eorum præpeditur lingua, ὅτι ἴσχονται τοῦ φωνεῖν, ut loquitur Aristoteles Problem. Sect. XI. 35. ubi docte Sylburgius ἰσχοφώνους Philosopho, ex adjuncta originationis caussa, instaurat. Mihi eruditorum consilium placet. docto Battum obligatione linguæ laborasse primum et deinde linguæ nodis solutis loqui cœpisse ex Justini lib. XIII. 7., sequi non licet, quoniam omnibus in MSS. variatur nihil, et de Batto Heraclides Pontic. ἦν γὰρ ἰσχνόφωνος in Cyrenensium Politia. Wess. — Paulum *Leopardum* fefellerat memoria, Emend. III. 11. hæc scribentem: "Admonuit "Budæus, se in antiquo Herodoti ex- "emplari legisse ἰσχόφωνος, i. e. hæsi- "tans." Nam, ubi de hoc vocab. egit *Budæus*, (eodem loco qui est a Wess. indicatus, in Comment. Ling. Græc. p. 345.) ne nominat quidem Herodotum, nec antiqui meminit exemplaris in quo ἰσχόφωνος legatur: sed locum Aristotelis ex Probl. XI. 35. tractans, ait: "Hu- "jusmodi homines ἰνίσχονται τῇ φωνῇ "ἐν τῷ διαλέγισθαι. Quare ἰσχόφωνοι "fortasse legi posset, et, ut ἴσχουροι et "ἰσχουρία ab urinæ suppressione dicun- "tur, sic ἰσχόφωνοι, quibus vox suppri- "mitur et sistitur inter loquendum "apud Aristotelem." Quæ verbo tenus huc transscribere visum est, ne quis Wesselingii, præstantissimi viri, auctoritate commotus, (qui se a Leopardo in errorem passus est abduci) existimet, in prisco aliquo Herodoti codice scripturam istam fuisse repertam. Denique, librorum consensu nisus, ita statuendum arbitror, probum esse vocabulum ἰσχνόφωνος, eademque notione, qua ἰσχόφωνος docti viri maluere, olim illud in usu fuisse, scilicet per syncopen ex ἰσχανόφωνος natum: ἰσχάνω autem idem atque ἴσχω valuisse constat. Est etiam apud Hesych. in Βάττος, τραυλόφωνος, ἰσχνόφωνος: et apud eumdem, ubi Ἰσχνόφωνος exponitur ἀπεχόμενος τὴν φωνὴν, haud dubie ἰσχόμενος legendum: sic quidem Schol. Pind. ad titulum Pyth.

IV. *τὸ ἰσίχιεσθαι τὴν γλῶτταν βαττακρίζειν φαμίν*: ibidemque plus semel *ἰσχνόφωνος* scribitur. S.

7. *ἀπὸ τῆς τιμῆς τὴν ἴσχυν*] Nihil verius. Batti pristinum nomen Aristoteles, apud Euseb. Chron., ubi p. 73. doctissime, ut solet, ill. Scaliger, ex Callimacho, Pindarique Criticis ad Pyth. Od. V. 117. Multa quoque Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Apoll. v. 75. Ex oraculo autem, (lin. 14.) *Βάττ' ἰπὶ φωνὴν ἦλθες*, liquidissima verbis Plutarchi T. II. p. 205. medela, *καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν φωνὴν παραγινόμενον* Battum, nam *ἐπὶ τὴν Ῥώμην*, quod nunc est, longe ineptissimum. Idem Cl. Reiskium Animadverss. ad Plutarch. p. 261. couperio observasse. Wess.

14. *Βάττ' ἰπὶ φωνὴν*, etc.] Eadem habet Tzetzes Chil. VI. v. 349. (et Scholiast. ad Pind. Pyth. IV. 10. ubi etiam ex aliis auctoribus alia caussa, cur oraculum Battus consuluerit, aliudque responsum refertur.) Paulum diversa prostant in Schol. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 76. *ἄναξ δέ σε Φοῖβος ἀνώγει ἐς Λιβύην ἐλθεῖν μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.* His proxima, nisi fallor, Herodotus ista subjecerat: (lin. 17.) *Ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε, Ὦ ναξ*, etc. Intermedia quæ leguntur, mea quidem opinione, literatoris notam sapiunt marginalem: *ὥστε εἰ εἶπεν Ἑλλάδι γλώσσῃ χρεωμένῳ, ὦ βασιλεῦ ἐπὶ φωνὴν ἦλθες.* (Me vero non pœnitet, Scriptori nostro, verborum neutiquam ita parco, eadem adseruisse.) Herodotum utique sola decent ista: *Λίβυες τὸν βασιλέα Βάττον καλέουσι, καὶ τούτου εἵνεκα δοκέω Θεσπίζουσαν τὴν Πυθίην καλέσαι μιν Λιβυκῇ γλώσσῃ, εἰδυῖαν ὡς βασιλεὺς ἔσται ἐν Λιβύῃ.* Ad interrogata non respondere mos Deo fuit Delphico, quem attigi in Schol. ad Phœn. p. 678. Quod suspicabatur Herodotus, aliud olim Batto proprium inditum fuisse nomen, aliorum firmatur testimoniis, collectis ill. Ez. Spanhem. in Callim. Hymn. Apoll. v. 75. Valck.— Hesychius: *Βάττος· βασιλεὺς, τύραννος, Λίβυες.* Videtur alium etiam, præter Herodotum, secutus auctorem. S.

22. *εἴχετο μιταξὺ ἀπολιπὼν — ἐς τὴν Θήρην*] Sedandæ sunt turbellæ, quas innocens illud *μιταξὺ* fecit. Sive enim ex Hesychio, *Μιταξὺ, ἐξαίφνης, μετ' ὀλίγον* interpreteris; sive cum Porto, *μιταξὺ ἀπολιπὼν (τὸν περίσκεμμα τόπον)* interea relicto priore loco abiit; quid tandem in sermone salebrosi? Recurret c. 160. *ἐς ἃ μὲν οὕτω ἀπολιπόντες εἴχοντο ἐς ἄλλον χῶρον.* In Platonis Lysid. p. 207. A. *ἔπειτα ὁ Μενέξενος —— μιταξὺ παίζων εἰσέρχεται.* Geminum dabit Isocrates Evagor. p. 200. E. Ex Plutarcho *μετ' ὀλίγον* Hesychii lucem mutuatur, referente Philippum, a Græcis terra marique imperatorem salutatum, *καὶ μιταξὺ δὲ Ἀλέξανδρον — μετὰ τὴν Θηβαίων κατάστροφὴν*, tum de insecutis deinde regibus, *τοῖς μιταξὺ Μακεδονικοῖς βασιλεῦσι*, T. II. p. 240. At horum satis. Wess. — Pro *μιταξὺ ἀπολιπὼν*, Reiskius *μετὰ ξυμπολιτῶν* aut Ionice *μιταξὺ ξυμπολιητέων* legendum conjectaverat: quæ violenta utique foret mutatio. *Μιταξὺ* quidni, ut alibi, interim intelligeremus? scilicet, interim dum occasionem nacturus esset oraculo obtemperandi; dum ei *δύναμις* et manus hominum adfutura esset, qua ad coloniam in Lybia condendam proficisceretur. Sic *ἀπολιπὼν* intelligi debebit *αὐτὴν*, scil. *τὴν Πυθίαν*, aut *ἀπολιπὼν Δελφούς*, interim relictis Delphis Theram abiit. Possit vero etiam *ἀπολιπὼν*, significare desiit, destitit: scil. desiit urgere Pythiam, et aliud responsum petere; atque interim (scil. dum accidit id, quod continuo deinde narratur) Theram rediit. S.

Cap. CLVI. 1, 2. *αὐτῷ δὲ τούτῳ — συνῳρίσατο καλιγκότως*] Παλίγκοτος et *καλιγκότως* illuminat Galenus ad Hip

pocrat. de Fractur. p. 547. Wess. — Vide Foësii Œcon. Hippocr. voc. Παλίγκοτος. Sunt παλίγκοτα παθήματα, recrudescentes, denuo excandescentes dolores. Et homo παλίγκοτος Aristophani Pac. 389. dicitur, qui ἐξ ὑποστρεφῆς πάλιν ὀργισθείς. Itaque non satis est quod in Gronovii Latinis positum, male cessit; aut quod in nostris, ira dei incubuit: oportebat, *denuo* incubuit; *denuo* male cessit: respicitur enim ad ea quæ cap. 151. dicta sunt. Ad verbum συνεφέρετο videri τὸ θεῖον deesse monuit Reisk. similique ratione Portus nominativum ἡ Πυθίη subintelligebat. At verbum προσφέρεσθαί τινι isto modo construitur, non συμφέρεσθαι. Legimus c. 157, 1. οὐδὲν γάρ σφι χρηστὸν συνεφέρετο, nihil illis prosperum accidit: et VIII. 86, 5. ἄμεινον τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι, οἷόν περ ἀπίβη. Tum vero impersonaliter, I. 19, 2. συνηνείχθη τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα. Sic II. 111, 3. συνενειχθῆναι δὲ οἱ τυφλὸν γενέσθαι. Quoniam tamen, quando impersonaliter ponitur hoc verbum, constanter aliud adjicitur in infinitivo; si qui h. l. codices συνεφέρετο παλίγκοτα dedissent, id prælaturus etiam: quemadmodum IV. 15, 14. ait, πυθομένοισι δὲ ἄμεινον συνοίσεσθαι, nisi ibi ἄμεινον non nominativum adjectivi esse statuas, sed adverbium, sicut hic παλιγκότως. S.

2. ἀγνοεῦντες δὲ τὰς συμφορὰς] *Caussas* calamitatum; ut tritissima Novi Fœd. ζωὴ, ἀνάστασις, (Johann. XI, 25.) atque hoc de genere plura. Wess.

[4. συγκτίζουσι Βάττῃ — ἄμεινον πρῆξαι] "Aut συγκτίζονται legendum, (adnotavit *Reisk.*) aut εἰ συγκτίζουσι." Copiose de hoc loco, in Var. Lect. (ed. S.) disputavi: sed, ut tunc, sic etiam nunc, quidnam potissimum probem, incertus hæreo. Erunt quibus expeditissima Schæferi ratio videatur, παρίξιον corrigentis: meliora se (nempe Dei nomine Pythia loquitur) illis daturum, Cyrenen cum Batto condentibus. Sicut πόνον aut πρήγματα, sic et ἀγαθὸν et ἄμεινον παρίχειν τινὶ dici potuerit. Mirum vero, in vulgatam scripturam libros conjurasse omnes. S.]

11. ἀπίπλωον] In Ionum πλώειν, derivataque, amanuensium grassatur licentia. Ἀπίπλωον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην MSS. lib. VI. 116. ἀπίπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον concorditer plerique omnes lib. VIII. 14. Hic manum injicit et moratur (lin. 12.) ἐρέσθη Codd. ex Poëtæ ἐρρίζη, quod lib. VI. 15. sicuti prius supra in Edd. c. 77. et VII. 184. in scriptis. Utrumque genio Ionismi minime pugnare ex Eustath. ad Homer. p. 1540, 12. (Odyss. p. 230, 32. ed. Bas.) certum est. Wess. — Vide Var. Lect. (ed. S.) ubi etiam significavi, non Πλάτια, (lin. 12.) sed Πλατία editum me voluisse, sicut Πλατίαν c. 151. et 152. Stephanus Byz. Πλατιῖαι, νῆσος Λιβύης. S.

Cap. CLVII. 7. Αἴ τυ ἰμιῦ] Principis poëtæ πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστια, et μεγάλα ἄστια ἀνθρώπων Nostri lib. I. 5. vereor, ut efficiant, Libyam ἄστυ, quod hic antea, optime dici. ("Ἄστυ bene habet. (ait *Reiske*, in Animadv. editis) Non urbem modo, sed provinciam quoque significat; proprie populum cœtumque. Vid. I. 5. Hinc emendandus Plutarch. in Opusc. T. I. p. 726, 2.") Mihi αἴ τυ blanditur mirifice, solo ingenii remiglo a Cl. de Pauw productum, atque a Gronov. ex manu exaratis assertum quidem, sed haud feliciter explicitum. Sententia gravis est et εἰρωνική: Si tu Libyam, ovibus fœcundam, neque a te aditam melius, quam ipsemet ego, nosti, sapientiam huc accedentis nimis miror. Αἴ Dorum, vice εἰ, et μιμητικὸν, non nesciunt Grammatici. Wess.

Ibid. Ἄστυ ἰμιῦ Λιβύην, etc.] Edixit nonnemo, Ἄστυ omnino rectum esse, neque debere sollicitari. Perversa vir

Cl. (Gronov.) interpretatione corrupit inventam a se lectionem in Med. Codice, αἴ τυ, vel αἰ τὺ, reddens Eia tu: non recordabatur εἰ, si, Dorice pronunciatum αἰ. Hujus oraculi leni medela persanati laudem Adrianus noster Heringa reportabit, qui mihi aliquando domi suæ facile persuasit scribendum: Αἰ τὺ ἰμεῦ Λιβ. — Μὴ ἰλθὼν ἰλθόντος, ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σεῦ. Sua Dialecto Cyrenæi vel acceperant vel certe mutuati erant oraculum, quod æstimare licet ex Plutarchi T. II. p. 408. A. Βάττος ἦλθε δεύτερον παρὰ Ἀπόλλωνος· ὑπατικὸν οὖν ὁ θεὸς — μὲ Λιβύαν μαλοτρόφον οἴεσθαι ἔρχεσθαι, Μὴ ἰλθών· ἰλθόντος ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σεῦ· οὕτω πάλιν αὐτὸν ἐξέπεμψε. Sententiam prorsus obscurat inter voces ἰλθὼν et ἰλθόντος perperam posita distinctio, recte prætermissa in antiquis Edd. Hic naturalis esset ordo verborum, Αἰ τὺ, μὴ ἰλθὼν, Λιβύαν οἶδας ἄρχειν ἰμεῦ ἰλθόντος, etc. Tuam ego valde miror sapientiam, si tu, qui Libyen nondum adiisti, melius illam nosti quam ego, qui illuc venerim. Proclive nunc erit suam oraculo formam indere, Plutarcho repertam:

Αἰ τὺ ἰμεῦ Λιβύαν μαλοτρόφον οἶδας ἄρχειν
Μὴ ἰλθὼν ἰλθόντος, ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σεῦ.

Ore loquens Ionico Noster, quandoquidem Dorica quoque dedit in oraculo sequenti c. 159. fortasse ne hic quidem Doricum in Λιβύαν μαλοτρόφον evitaverat πλατυασμὸν, sicut αἰ pro εἰ. In Doricis reliquiis, Sophronis inprimis et Epicharmi, pro εἴ κε, vel ἐὰν, frequentatur αἴκα, subjunctivis modis junctum. Commodum hic locum inveniet ingeniosa Medici nostratis Heringæ conjectura, in Hesychio pro Βαΐκαν· Κρῆτες· corrigentis, Βαΐκα, ἰὰν, Κρῆτες. Valck.

13. τῷ οὔνομα ἦν Ἀζίρις, τὸν νάσσαι] Conspirant in voce Ἀζίριστον divellenda doctissimi homines Is. Vossius, Pavius, Berglerus, Melotus, Bouherius, Bondam, (Petr. Bondam, I. C. Var. Lect. lib. I. c. 3. Zutphan. 1759.) a quibus non dissentio. Herodotus præivit omnibus c. 169. Locus ipse promiscue Ἄζιλις ac Ἄζιρις, ut sæpiuscule in talibus; ap. Steph. Byz. Mox συγκλῄουσι ex dialecti formula, qua συγκεκλῄσμένη lib. VII. 129. etc. Wess.

Cap. CLVIII. [3. ἦγον δέ σφεας — πρὸς ἑσπέρην· καὶ τὸν κάλλιστον τῶν χώρων, ἵνα — μὴ ἴδοιεν — νυκτὸς παρῆγον.] In ed. Wess. et superioribus edd. post χώρων interpungebatur oratio, ut verba καὶ τὸν καλλ. τῶν χώρων ad præcedentia referrentur: et Vallæ interpretationem (vesperam versus et ad locorum speciosissimum duxerunt, et quidem noctu, ne Græci — diurnum spatium metiendo animadverterent:) ipse etiam Wesselingius, nihil ad hunc locum monens, tenuerat. Veram verborum distinctionem et auctoris sententiam primus *Reizius*, quum in contextu, tum in Præfat. p. x. — xii. aperuit. Cujus in distinguendis verbis rationem quum Borheck esset secutus, Larcherus, eamdem rationem merito probans, in MS. codice fuisse eam a Borheckio repertam putavit. Ita constanter ille, etiam tunc quam alteram Versionis suæ editionem procuraret, *Reizii* de Herodoto merita ignoravit, et, quidquid hic ad expoliendum Scriptorem nostrum contulerat, id Borheckio suo acceptum retulit. Eamdem vero verborum distinctionem in uno ex Parisiensibus codicibus a se repertam esse idem Larcherus significat. At noster quidem MS. F. et post ἑσπέρην, et post χώρων interpungit. Pro πρὸς ἑσπέρην, πρὸς ἑσπέρης se maluisse Reizius l. c. professus est: idque opportunum utique foret, sed et perinde ferendum vulgatum, in quod consentiunt libri. S.]

9. ἐνθαῦτα γὰρ ὁ οὐρανὸς πίτρησι] Virulentum est Comici, Jovem pluvium διὰ κοσκίνου οὐρεῖν per cribrum meiere

Nub. v. 372.; Afrorum, *ὁ οὐρανὸς τέτρηται*, de copiosa isthic cœlesti aqua, suavius multo; Hebræorum Genes. c. VII. 11. ראובת השמים נפתחו, et cœli fenestræ reseratæ sunt, excellentissimum. Audiatur Eustath., *ὁ δὲ περί τινα Λιβυκὴν γῆν* Nostrum spectans, *τετρῆσθαι τὸν οὐρανὸν, φάμενος* —— *ἱστορεῖσθαι. ἰδίλια γὰρ εἴπτιν, τὸν οὐρανὸν, ὡς οἷά τινα δεξαμενὴν, ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις γαίαις ἐστηγανῶσθαι· περὶ δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον, οἷον συντετρῆσθαι, ὡς ὑετὸν συχνὸν ἐξειρύγεσθαι, καὶ ἄρδειν τὰ ἐκεῖ πρὸς τροφιμότητα*: quibus ad loci explanationem nihil nitidius clariusve. Rem perspectam habuit citra Eustathii auxilium Ampl. Bouherius Diss. Herodot. c. 12. p. 138. Wess.

Ibid. *ὁ οὐρανὸς τέτρηται*] Galeo significant ista loci fertilitatem et ubertatem: vellem docuisset, quo modo tandem fertilitas per cœlum possit foratum designari. Dum quis ista nobis probabilius interpretetur, interea quæ mihi venit olim in mentem conjecturam proponam. Οὐρανὸς in antiquis scribi solet Codd. *ουνος*: unicam his literam præfigamus, recuperabimus vocem *βουνὸς*, quam ego hic valde commodam judico, ut Battum et comites quum ad fontem indigenæ duxissent Libyes, dixisse perhibeantur: *ἄνδρες Ἕλληνες, ἐνθαῦτα ὑμῖν ἐστιν ἕδριον οἰκίου, ἐνθαῦτα γὰρ ὁ βουνὸς τέτρηται*: hoc in loco commoda vobis erit sedes, heic enim collis vel ager perforatus est; fontibus nimirum: est id *γῆ ἐστι ἔυδρος πίδαξι*, quod legitur c. 198. Primum Βουνὸς vox fuit Cyrenæis usitata: Herod. IV. 199. *χώρων τὰ μέσα* —— Βουνοὺς καλέουσι: attigit Casaub. in Athen. III. c. 22. (ad III. pag. 100. f.) Eustathius in Hom. Od. τ'. p. 680. 37., Κεῖται καὶ ἐν Ἡροδότῳ βάρβαρος λέξις ὁ Βουνὸς, Λιβυκὴ γάρ. Idem in Iliad. λ'. p. 831, 32. ἡ δὲ κολώνη καὶ λόφος ἂν λέγοιτο καὶ Βουνὸς, ὅπερ Ἡρόδοτος μὲν Λιβύων λέξιν εἶναί φησιν, Αἴλιος δὲ Διονύσιος λέγει, ὅτι Φιλήμων ἐπισκώπτει τὸ ὄνομα ὡς βάρβαρον, λόφον γὰρ καλοῦσι. (Eustath. p. 1854. et p. 880. ed. Rom.) Quos respicit Ælius Dionysius comici Philemonis duo senarios Jo. Clericus e Phrynichi repetere potuerat Ecl. p. 156., cui Βουνὸς etiam *ὀθνεία* dicitur *φωνὴ τῆς Ἀττικῆς*. A Doriensibus in Sicilia vocem transsumsisse videtur Æschylus; a Cyrenæis accipere potuerunt Alexandrini: recentiores Græci quivis colles et tumulos *βουνοὺς* dixerunt et *μαστοὺς*, Ætoli veteres *βωμούς*. Cyrenaicæ regionis *βουνοὶ* similes fuere *βουνοειδέσιν ἀναστήμασι τόπων γεωγνησίμους*, Diodoro memoratis V. 40. Præterea tumulum hic a Batto occupatum fontibus fuisse constat irriguum: vide P. Leopard. Em. III. cap. XI. S. Bochart. Geogr. Sacr. II. 1. c. 25. et Ez. Spanhem. in Callim. Hymn. Apoll. v. 88. Justinus XIII. 7. Montem Cyram et propter amœnitatem loci et propter fontium ubertatem occupavere. Fons Apollinis Herodoto dictus et Pindaro, Callimacho est Κύρη, unde nomen acceperit Κυρήνη. *κρήνην Θέστιν* memorat Herodot. c. 159. Valck.

Cap. CLIX. l. 2. Ἐπὶ —— *τοῦ οἰκιστέω τῆς ζόης*] Inprudens Valla, vertendo qui condidit Zoam, urbem extruxit, nequaquam a viro Celeb., quod demiror, destructam, quandoquidem interpretis lapsum eruditissimus P. Leopardus dudum detexerat Emend. lib. III. 11. Potuerat Scriptor *ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω*, (absque *τῆς ζόης*) sicuti mox; elegit aliud, æque adconmodatum et jucundum. Battus, Cyrenarum conditor, *οἰκιστὴς* Pindaro Callimachoque, nactus apud populares honores, quales *οἰκιστῇ* mos deferebat lib. VI. 38. Facessat ergo in Morboniam, quorsum a Pavio et Bouherio amandatur, urbs Zoa, addita in Abr. Ortelii Thesaurum Geographicum et pictas tabulas inpru-

denter: facessant irrita aliorum molimina. Wess.—Non modo Vallæ Latina intacta h. l. reliquerat Gronovius, verum etiam primus, pro excellenti suo nimirum judicio, Ζόης majuscula litera initiali curaverat edendum: neque in Notis retractavit errorem. S.

Ibid. Ἐπὶ μὲν νυν Βάττιω τοῦ οἰκιστέω τῆς Ζόης] Hic etiam Thesaurum Ortelii locupletavit urbium populorumque conditoris Vallæ versio: illa Battum nobis dedit qui condidit Zoam. Error absurdus propagari per Edd. non debuerat, quem ante annos ducentos jam indicatum sustulit Leopardus Em. III. c. XI. Vita, ἡ Ζωή, Herodoto scribitur Ζόη. ἐπὶ μὲν νυν τῆς ζόης Βατ. τοῦ οἰκιστέω. Errorem peperit e situ suo, Herodoto more, distracta vocula. Nihil est in his aut vicinis nodosi. Dum viveret Cyrenes conditor Battus, qui per annos regnavit quadraginta, hujusque filio Arcesila per annos XVI. regnante, res Cyrenæorum in eodem ferme statu permanserunt: sub tertio demum rege, qui fuit Battus istius nominis II. Εὐδαίμων dictus, Græcis divinitus in Africam evocatis, amplificatæ. Sed, si licet, suspicor equidem, ante hæc verba, Ἐπὶ μὲν νυν Β. τοῦ οἰκιστέω τῆς ζόης, olim alia quædam lecta, quæ nobis perierint de condita Cyrene, quo referretur, adpellatio τοῦ οἰκιστέω, atque in his forte traditum, quando Battus expeditum acceperit usum linguæ: Monte Cyra occupato, secundum Justin. XIII. 7., Battus linguæ nodis solutis loqui primum cœpit; quæ res animos eorum, ex promissis Dei jam parte percepta, in reliquam spem condendæ urbis accendit. Auctore Pausania X. (cap. 15 extr.) p. 834. vidit Battus leonem, καὶ αὐτὸν τὸ δεῖμα τὸ ἐκ τῆς θέας βοῆσαι σαφὲς καὶ μέγα ἠνάγκασεν. Instar Batti forte τραυλὸς Crœsi filius in subito terrore vitium nodumque linguæ rupit, planeque et articulate eloquutus est, Gell. Noct. Att. V. 9. Ἔρρηξε φωνὴν ὑπὸ δέους τι καὶ κακοῦ, Herod. I. 85. Valck.

4. 5. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου, Βάττιω τοῦ Εὐδ.] Optime ad hunc modum interpunxit Nob. Palmerius Exercit. in Gr. Auctor. p. 24. Nam Battus, ejus nominis secundus, *Felix* adpellatus est, non tertius. Ἐπὶ τρίτου successionis ordinem requirit. Bene Plutarchus in Coriol. p. 218. E. εὐτυχίας δὲ (Græci ἐπώνυμον ἔθεντο) τὸν Εὐδαίμονα, τῷ δευτέρῳ τῶν Βάττων. Attigi ad Diodorum T. II. p. 551. Wess.

22. ἀντὶ τούτων Alg. κατὰ ταὐτὰ ἐτιμεμφόμενοι Ἀπρίῃ, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ] Adi sodes lib. II. 161. ubi ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι, de hac Melpomenes parte. Wess.—Κατὰ ταὐτὰ, ut apud alios, sic constanter alias apud Nostrum, quoad quidem aut memini aut adnotavi, eodem modo, significat. Sic II. 48, 4. 104, 16. 105, 3. III. 48, 14. etc. Sic item II. 30, 12. ubi quidem etiam eisdem in locis intelligi possit. Quarum notionum quum neutra huic loco opportuna esset, de eodem tempore accepi, et protinus interpretatus sum; idem significare posse κατὰ ταὐτὰ ratus atque αὐτίκα, quod adverbium eodem de fonte derivatum est: in eamdemque sententiam Scriptor noster, de eadem re agens II. 161, 16. ἀπέστησαν ἐκ τῆς ἰδίης dixerat. Eamdem formulam κατὰ ταὐτὰ de tempore etiam Wess. accepit: qui eam, quum in Vallæ Latinis nihil ei responderet, adverbio temporis tum expressit, qua de re Ægyptii *tum* succensentes Apriæ, ab eo defecerunt: et sic ille quidem κατὰ ταὐτὰ cum ἐτιμεμφόμενοι junxit, ego vero ad ἀπέστησαν referens, comma post ταὐτὰ interserui. Quodsi κατὰ ταὐτὰ cum ἐτιμεμφ. jungi debeat, tum vero κατὰ ταὐτὰ ἐτιμεμφόμενοι Ἀπρίῃ significabit hoc ipsum exprobrantes Apriæ, *propter* hoc ipsum succen-

sentes Apriæ. cf. ad V. 33, 11. notanda. Atque hæc verissima explicandæ hujus ῥήσιως ratio esse videtur; quare deletum comma post ταὐτὰ, et ante κατὰ repositum velim: sic vero etiam, pro κατὰ ταὐτὰ, commode cum MS. Arch. κατὰ ταῦτα (aut potius κατὰ ταὐτὰ ταῦτα, coll. cap. 160, 8.) legetur. In eamdem sententiam II. 161, 11. absque κατὰ præpositione ait, Αἰγύπτιοι ταῦτα ἰατρεύμενοι. S.

Cap. CLX. 1. Ἀρκεσιλάου] Sic (loco olim vulgati Ἀρκεσίλεος et Ἀρκεσίλαος) ob secundum quartumque casum Ἀρκεσίλεω, Ἀρκεσίλεων: et quoniam toties totiesque in sequentibus Ἀρκεσίλεως. Similis sunt flexionis Μινίλεως, Χαρίλεως, etc. Wess.—Pari ratione Attica forma λεὼς, pro λαὸς, utitur Noster I. 22, 9. II. 129, 3. VIII. 136, 11. S.

[11. ἐν Λεύκωνι] Apud Ptolemæum lib. IV. c. 5. p. m. 104. memoratur Μαρμαριτῶν κώμη μεσόγειος Λευκόη, nescio an eadem quæ Herodoto Λεύκων. S.]

[15. φάρμακον nescio an δηλητήριον (venenatum) intelligatur, quod ei a fratre paratum fuisset, nec vero lethalem exercuisset vim, quare dein strangulatus ab eodem fuisset. S.]

15. ὁ ἀδελφιδοῦς Λίαρχος] Habeat suum sibi nomen homo infelix et ingratus. Plutarcho Virtut. Mulier. pag. 260. E. Λάαρχος, quod idem nomen, non tamen Arcesilai frater, sed φίλος τοῦ πατρὸς, per amici nomen regis mortem architectatus et tyrannidem; ubi de perditi hominis interitu et Eryxo, animosa matrona, plura. Quod ibidem de Amasidis, Ægyptiorum regis, militibus, id suspicionem firmat, qua de lib. II. 181. Polyæno consimiliter Λάαρχος lib. VIII. 41. sed ex Plutarcho. Wess. —Vide Var. Lect. (ed. S.) S.

16. Ἀλίαρχος] Cyrenaica, ni fallor, nominis forma Λάαρχος in Ἄλαρχος vel Ἀλίαρχος facile transiit. Amicus infidus, qui secundum Arcesilam suffocavit, quique tyrannus evasit patriæ, frequenter Λάαρχος dicitur Plutarcho T. II. pag. 260. et 261. etiam in Λάαρχος concinit Plutarcho Polyænus VIII. c. 41. Arcesilai viduæ Eryxus uterque virtutes prædicat. Valck.

Cap. CLXI. 2. χωλός τε ἰὼν καὶ οὐκ ἀρτίσους] Cl. de Pauw καὶ οὐκ ἀγχίνους, et minime sollers. Quo non indigemus. Est inter exempla Herodoteæ περισσολογίας. Claudum præterea hunc Battum Plutarchus prædicat, non insulsum neque stupidum, nedum Herodotus. Wess.

5. ἐκ τῆς Μαντινίης] Secum in Africam ducere jubentur, qui ipsorum componeret dissidia, καταρτιστῆρα, sive reconciliatorem pacis; qualis petentibus concessus fuit a Mantinensibus Demonax. In Excerptis etiam e Diod. Sic. p. 550., τῆς Κυρηναίων στάσεως διαιτητὴς fuisse dicitur Δημώνακτ Μαντινεὺς, συνίστει καὶ δικαιοσύνῃ δοκῶν διαφέρειν. Arcasin his non vulgaris honos iste fuit a Deo Delphico tributus tanquam εὐνομωτάτοις. Ælian. Var. Hist. II. 22., εὐνομωτάτους γενέσθαι καὶ Μαντινίας ἀκούω, οὐδὲν ἧσσον Λοκρῶν, οὐδὲ Κρητῶν, οὐδὲ Λακεδαιμονίων αὐτῶν, οὐδ' Ἀθηναίων. Ex hac gente magistram Socrates, discipulam habuit Plato. Dissidentes inter se Milesii Parios ex omnibus Græcis sibi delegerunt καταρτιστῆρας, Herod. V. 29. Valck.

6. καταρτιστῆρα] Demonax, τῆς Κυρηναίων στάσεως διαιτητὴς in Diodori T. II. p. 550.; Nostri ex nationis dialecto prius lib. V. 29. Pervenit in hanc usque ætatem aureus Cyrenæorum numus, ab Harduino indicatus, in quo partim ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ, partim ΚΤΡΑΝΙΩΝ. Dubium non est, quin Mantinensem Demonactem, ejusque egregiam operam, haud ingratis Cyrenæis inpensam, posteris ille tradiderit: an vero sub hoc

tempus procusus, mihi quidem valde ambiguum. At vide Ampl. Bouherii Diss. Herod. c. 12. p. 142. super illa quæstione. Wess.

13. τιμίνια ἐξελῶν] Laurentius fana. Melius certas agri portiones, quales et illæ, in quibus Silphii proventus ap. Hesychium Βάττου σίλφιον. Vetus consuetudo, a Poëta Iliad. ζ'. 194. signata, et Aristide T. I. p. 12. ὅστις τοῖς βασιλεῦσι τιμίνη καὶ χώρους ἐξαιροῦσι. Addidit Demonax ἱρωσύνας, quoniam τὰ γέρεα regum olim sacerdotia, uti Spartæ lib. VI. 56., conplectebantur. Vallæ lapsum tetigit consultissim. Barbeyracius Histor. Fœder. T. I. p. 58. Wess. — De vocab. τίμενος vide Homeri Interpretes ad Iliad. ζ'. 194. Equidem sacros agros τιμίνια hic interpretatus sum, ratus agros intelligi e quibus sacerotes reditum percipere soliti erant. Facile autem certas agri portiones cum Wess. repoui patiar. S.

Ibid. τιμίνια ἐξελὼν καὶ ἱρωσύνας] Itaque adeo, si sana est lectio vulgata, populi Demonax adsuetus imperio Regem fecerit sacrificulum; cui sane mirarer si nullam ille voluerit relictam præterea honoris prærogativam, quam legitimam habuerant majores. Diis solebant fatoque functis heroibus regibusve τιμίνη ἐξελεῖν: vivo Batto cur τιμίνια voluerit ἐξελεῖν non exputo. Ne rigida quidem Arcadis severitas alia majorum ῥητὰ saltem γέρεα denegare Regi potuit, præter ἱρωσύνας, sive curam sacrorum administrandorum. Legisse videtur a vulgatis diversa Valla, qui proxima, τὰ ἄλλα —— ἐς μίσον τῷ δήμῳ ἔθηκε, cetera in medium posita populo restituit, minus commode expressit. Legitur lib. III. c. 80. ἐς μίσον Πίρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα: qui a patre acceptum imperium sponte sua populo restituit, dicitur ἐς μίσον Κόωισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν, lib. VII. 164. Græcorum more, in medium ponere, dicere non recusant Latini. Valck.

Cap. CLXII. 10. ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ] Non Corinthiorum populus dedicarat, sed Cypselus, Herod. I. 14. Quam Olympiæ dedicarat Sicyoniorum tyrannus Myron, ædicula tamen dicebatur Σικυωνίων θησαυρὸς, teste Pausan. lib. VI. c. 19., quo capite in Alti Olympiaca superstites sua ætate recenset ædiculas sive θησαυροὺς καλουμένους Sicyoniorum, Carthaginiensium, (de horum spoliis a Gelone fuit is thesaurus consecratus:) Epidamniorum, Sybaritarum, Cyrenæorum, Metapontinorum, Megarensium, Geloorum: initio capitis, καὶ ἐν Δελφοῖς, inquit, Ἑλλήνων τινὲς ἐποιήσαντο τῷ Ἀπόλλωνι θησαυροὺς: in quibus sua quæque civitas donaria, aurum etiam et argentum Apollini sacrandum, deponeret, sive τὰ ἀναθήματα et τὰ ἱερὰ χρήματα. Civitatum thesauros hic Apollinis veluti fidei commissos, quibus ubi posceret usus illinc repetitis uterentur, mihi quidem non liquet. Τὸν ἐν Δελφοῖς τῶν Ἀθηναίων θησαυρὸν memorat Xenoph. Κυρ. Ἀναβ. lib. V. p. 206, 33. Clazomeniorum, Herod. I. 51. Siphniorum, idem III. 57. Sicyoniorum, Thebanorum, Cnidiorum, Syracusanorum, Potidæatarum, Pausanias lib. X. c. 11., cujus ævo nihil in his erat pecuniæ sacræ. Hæc addantur H. Valesio notatis in Exc. Peiresc. p. 77. Valck.

Ibid. ἀπικομένη δὲ παρὰ τοῦτον] Operarum Aldi socordia τοῦτο peperit et secuturis reliquit. Critici ad Pindari Od. Pyth. IV. pr. de Pheretima filioque, πίμπτος δέ ἐστιν Ἀρκεσίλαος, Φερετίμης υἱὸς, ὡς Ἡσίοδος μνημονεύει. Falso de Hesiodo, qui de eo nec scripsit, neque potuit. Voluerunt ὡς Ἡρόδοτος. Falso insuper πίμπτος. Arcesilaus hic

regum fuit sextus. Salaminius *Euelthon* locum occupat in Polyæni lib. VIII. c. 47. Wess.

13. λαμβάνουσα τὸ διδόμενον] Syllabam effecisse suspicor postremam, ut vocula nobis *αἰεὶ* perierit, reponendumque ἡ δὲ λαμβάνουσα τὸ αἰεὶ διδόμενον. De sibi invicem continua serie succedentibus sic solet *ἀεὶ* venuste poni pro *συνεχῶς*. Homerus *μιλτοπάων* meminit, Πίτνης ἐν γλαφυρῇς αἰεὶ νέον ἐρχομένῳσιν, Iliad. β'. 88. Vide Hesych. in Αἰεὶ νέον. Thucyd. p. 277, 78., Ἀθηναίων ὁ αἰεὶ ἐντὸς γενόμενος. Herod. II. 168. ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφορέουσι ἐδίδοτο: et sæpius alibi. Vocem autem istam, quod fatendum est, valde accommodam, hoc in loco legisse videtur Eustathius, ex Herodoto sic historiam enarrans in Ἰλ. ζ'. p. 523. (p. 657. ed. Rom.) *ἀεὶ γὰρ ἐκείνη τὸ μὲν διδόμενον, φησὶν, ἐλάμβανε, καὶ καλὸν ἔλεγε, κάλλιον δὲ ἔκρινε* (lege ἐκεῖνο,) τὸ στρατιὰν λαβεῖν. τελευταῖον ἐξέπεμψεν αὐτῇ δῶρον ἄτρακτον χρύσεον καὶ ἠλακάτην, ᾗ καὶ εἴριον προσέκειτο, καὶ προσεπεῖπεν, ὅτι γυναῖκα τοιούτοις δωρεῖσθαι χρὴ, ἀλλ' οὐ στρατιῇ ϑηησούσῃ ἐκ τῶν τρωμάτων. Miror ultima, et in his vocem Ionicam Herodoti. Pæne ultima lectiones adfirmant a Gronovio rejectas. Homerica, Ἴστόν τ' ἠλακάτην τε, etc. Aristophanis etiam expressit Lysistrata v. 519., Ὃ δέ μ' εὐθὺς ἔφασκεν ὑποβλέψας, εἰ μὴ τὸν στέμονα νήσω, Ὁποτοῦζεσθαι μαπρὰ τὴν κιφαλήν· πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει: sic modulus versui reddendus est, vitiatus in vulgatis, Ὃ δέ μ' εὐθὺς ὑποβλέψας ἔφασκε, κεἰ μὴ, etc. Valck.

19. ἀλλ' οὐ στρατιῇ] Unde Eustath., qui excerpsit, *στρατιῇ* adstruxerit ϑηησούσῃ ἐκ τῶν τρωμάτων, cum illis scio, qui penitissime ignorant. Sibi habeat servetque: ad Herodotum nihil. Wess.

Cap. CLXIII. 5. Ἐπὶ μὲν τέσσερας Βάττους, etc.] Quæ de quatuor Battis totidemque Arcesilais hic leguntur, illuminarunt Palmerius in Exercit. pag. 24. H. Valesius et P. Wesseling. in Exc. Diodori T. II. p. 550. 551. Valck.—Oraculum de quatuor Battis totidemque Arcesilais, ex tripode dictum. Valuit in illa regum stirpe et serie, quod celebri olim in usu, ut nepos avi nomine insigniretur. Multa ad Diodor. T. II. p. 550. H. Valesius, et Bouherius in Diss. Herodotea. Wess.

10. ἀπόπεμπε κατ' οὖρον] Trade secundo vento, præstiterat; ex formula Sophocl. Trach. v. 474. ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ῥίπτω κατ' οὖρον, et Æschyli VII. Theb. v. 696. ἴτω κατ' οὖρον. Adde Schol. ad Trachin. v. 828. Wess.

12. ταῦρος ὁ καλλιστεύων] Maxima taurus victima, *ὁ καλλιστεύων τῶν ταύρων*, Diodoro lib. IV. 23. Pythia obscure Alazirem, Arcesilai socerum, indigetasse videtur, una cum genero interiturum, prorsus ut *ταύρου* titulo Philippum, Alexandri Magni patrem, apud Diodor. lib. XVI. 91. Wess.

Cap. CLXIV. 11. ἐπ' ἐξεργασμένοισι] Sic vere ex Aldi ἐπεξεργασμένοισι. Pravum idem in Plutarchi Malignitate pag. 870. B. e Nostri lib. VIII. 94. Elegans Euripidis Bacch. v. 1037. πλὴν ἐπ' ἐξεργασμένοις Κακοῖσι χαίρειν, ὦ γυναῖκες, οὐ καλόν. Utitur plus simplici vice Æschylus, in Pers. v. 526., Agamem. v. 1388. etc. Wess.

13. ἔργετο ἐκ τῆς] Hic quoque vetus et Vallæ reperta lectio revocabitur, ἔργετο ἐκὼν τῆς Κυρηναίων πόλιος, urbe Cyrene *ultro* abstinebat; sive, semet ipse *volens* arcebat urbe. Male vir Cl. verbum ἔργετο reddidit arcebatur: apud Herod. ἔργεσθαι, formæ mediæ verbum, significat semet arcere, adeoque abstinere. Lib. II. c. 18. ϑηλέων βοῶν μὴ ἔργεσθαι, idem est ac ϑηλέων βοῶν γεύεσθαι, IV. 186. Similiter πολλῶν ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι, lib. V. c. 57. Valck.

Cap. CLXV. 6. Εὐεργεσίαι ἐς Κυμ-

βύσια] Non neglexit in Polyæni lib. VIII. 47. apud Aryanden τὰς ἐς Καμβύσην ἰὼ ἐργασίας Pheretima. In pingendo Satrapæ nomine libri Strategematum et Pollucis (vide mox ad cap. 166, 9.) discordes quoque sunt, in vulgatum tamen proniores. Wess.—Arcesilai non meminit Herodotus III. 13. ubi donorum mentionem facit, ad Cambysen a Cyrenæis missorum: quæ quidem dona neutiquam benigne a Cambyse accepta esse ait, sed per contemtum militibus ab illo projecta. Videtur deinde Arcesilaus tradita Cambysi Cyrenaica melius de illo voluisse mereri. In Græcis nostris lin. 8. vitiosum ἴδεκτι, pro ἴδωκτι, facile vel tyro quilibet corriget. S.

Cap. CLXVI. 3. ταριστύμενος;] Jonum ex more, sæpe spreto. Dederunt schedæ ἀποσιούμενος, c. 154., præbebunt illud ipsum c. 203. tum ἀνταγωνιυμένους, lib. V. 109. atque his similia. Ex Darii studio, quod Aryandes stolide æmulabatur, aurum multo purissimum ψῆγμα Δαρείου χρυσοῦ apud Plutarchum in Pactolo, et numi aurei Δαρεικοὶ, Darici. Negant Critici ad Comici Ἐκκλησ. v. 589. appellatos ἀπὸ Δαρείου, τοῦ Ξέρξου πατρὸς, sed ab alio rege Dario: sequitur Suidas, et omnibus Harpocratio prior. Equidem his dicam inpegi Observ. lib. II. 24., nec pœnitet: nihil ad arguendos manifestius Herodoteis. Succurrit tamen labanti Grammaticorum fidei amicissimus H. Venema, Herodotea probans, Dariumque Hystaspiden Persis Daricos cudisse, Medis vero antiquiorem Darium, nomine Medum, cujus exemplum rex Persa fuerit imitatus, Dissert. ad Vaticin. Daniel. p. 160. Wess.

9. καὶ νῦν ἐστι ἀργύριον] Ita ex schedis oportuit. Pollux argentum Ἀρυανδικὸν lib. III. 87. VII. 98. hinc derivavit: quæ de Daricis ibidem, ἀπὸ Δαρείου, ὡς ὑπ' ἐκείνου ἀκριβωθέντος εἰς κάθαρσιν τοῦ χρυσίου, ostendunt originem. Statim ἐπανιστίατο (lin. 11.) dubio caret. Wess.

Cap. CLXVII. 4. ἄνδρα Μαράφιον] Vide I. 125, 12. S.]

Ibid. Βάδρην] Hæsito, quid verius certiusque. In propriis nominibus frequentissima MSS. discordia. Idem classis præfectus c. 203. Βάρης, ubi Badres Laurentius, quod retineo: Μάδρης codicis Vind. huc ducit, ex confusione litterarum β et μ in codicibus tritissima. Mox (lin. 8.) αὐτοὶ ὑπεδεκίατο ex c. 200. liquidissimum. Wess.—Infra c. 203., ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγὸς dicitur Βάρης: ob tantillam scriptionis, librario procul dubio imputandam, differentiam non debuerant tanquam diversi considerari Badres et Bares: genuinum forte nomen Βάρην onerat littera male repetita. Alexandri Macedonis sororem habuisse dicitur Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης, VIII. 136. et V. 21. qui idem videtur, cujus nomen scribitur Βούβαρις VII. 21. Persam Καντίβαριν ex Clearcho memorat Athen. X. p. 416. B. hinc Ælian. Var. Hist. I. 27. Ab Ægypti satrapa Aryande classem et exercitum accepisse Pheretimam, Herodoto consentit Polyænus VIII. 47. Valck.

11. προόσχημα τοῦ λόγου] Ex Latinis titulus inferendi belli, putes προόσχημα τοῦ πολέμου Vallam vidisse, quale Polybii ὄνομα καὶ προόσχημα τοῦ πολέμου, lib. XI. 5. (XI. 6, 4. nostræ ed.) sed ejus nec vola nec vestigium in manu descriptis. Reiskii elegans conjectura προόσχημα τοῦ στόλου, obtentus expeditionis, in eadem hæret difficultate. Potius erit novationi vale dicere. Λόγου προόσχημα velamentum et color sermonis est, quo veritatem dissimulabant Persæ. Geminum Germanum lib. VI. cap. 133. τοῦτο μὲν δὴ προόσχημα λόγου (sic MSS.) ἦν: hoc colore inter fandum

Miltiades utebatur. Post nonnulla, ἐφρόντιζε Δαρείου (lin. 14.) ex Aldi et aliorum præscripto; ingrata erat βασιλέος iteratio. Confer cap. 197. Wess.

12. ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐπὶ Λιβύων κατασταφῇ] Ista Herodotum adjecisse ceteris opinor, ut commodam hoc in loco sibi pararet occasionem gentes recensendi Libycas: nam libenter ille narrationibus interjectis sic passim ab instituto sermone digreditur, ut lectorem semper jucunda varietate teneat et oblectet, ποικίλην βουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφὴν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γινόμενος, ut scribit Dionysius Halic. in Ep. ad Pomp. p. 208., hac etiam in parte Thucydidi Herodotum præferens, et fatetur ipsemet Herodotus, quæsivisse se digressiones, lectoribus velut ἀναπαύσεις: IV. 30. προσθήκας δή μοι ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἰδίζητο. Istiusmodi Thucydidis imitatori Philisto prorsus evitatas digressiones supra modum ineptas et fabulosas ubique captaverat Theopompus: hoc ubi tradidit Dionys. in ejusdem Epistolæ fine pag. 213., Critici mentem vox obscuravit perperam scripta: nam ubi peccasse dicitur Theopompus κατὰ τὰς παραβολὰς, in comparationibus, corrigi debet παρεμβολὰς, quod p. 126, 8. dicitur κατὰ τὰς τῶν παρεμβάσεων εἰσαγωγὰς, ubi eadem designantur exempla: e quibus in transcursu redintegrari poterit Theon. Soph. pag. 15. Theopompi Philipp. VIII. narratio ἡ τοῦ σιλίνου, de apio, nulla fuit; emendandum, ἡ τοῦ Σιληνοῦ, vel περὶ τοῦ Σιληνοῦ, de Sileno, qui in Macedonia ferebatur adparuisse. Valck.

Cap. CLXVIII. 12. Πλαῦνος] Tzetzes ad Lycophron. v. 149. Πλανὸν, πόλιν Λιβύης habet; quæ huic lacui si accubuerit, Πλανὸς, ut veteres schedæ, optabilior. Wess.—Scylaci, plurali numero, Πλάνοι λιμναι, pag. 106. ed. Gron. S.

Cap. CLXIX. 1. Γιλιγάμμαι] Stephani Byz. Γιλιγάμβαι, ἔθνος Λιβύης, Ἡρόδοτος δ'. robur accipit ex Med. et sequacibus, vicissimque addit. Recepi Γιλιγάμμαι et Γιλιγαμμίων ex ductibus Codicum et Stephani, obsecutus Gronovio, cujus laudatio libri Florentini modum excedit. Recepi tanto autem promtius, quod Brit. A., quo sicuti et altero deinceps utar, clare Γιλιγάμμαι, Γιλιγάμμιοι, Γιλιγαμμίων. Wess.

5. Ἄζιρις] Callimachi πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιλιν ἔναιον Hymn. in Apoll. v. 89. stabilit hæc et superiora, cap. 157. nec nocet diversior, quæ in Aldina ejus et Basileensi constat editione, scriptura, uti monitum antea (ad c. 157, 13.) Quod de laserpitio, (lin. 5.) καὶ τὸ σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου, sive ἐκ τούτου: in Scylace, p. 108. ed. Gronov. post insulam Plateam, ἐντεῦθεν ἄρχεται τὸ Σίλφιον φύεσθαι γύης: ubi Gronov. quid velit postrema vox, nec exprimit Vossius, nec ipse assequor, pro qua repono γυῆσιον. Nonne φύεσθαι γύαις, aut γυίαις, in arvis, lenius et propius? Multa de Silphio Salmas. in Solin. p. 262. et ex Scylace φύεσθαι γῆς Wess.

Cap. CLXX. 2. Ἀσβύσται] Irrita opera Viri Celeb. (Ἀσύνται, qui nulli sunt, defendentis.) Ἀσβύστας in Libya norunt conplures, ab Holstenio ad Steph. Byz. signati, tum Lycophron quoque, v. 895. Quis Ἀσύνται tandem? Liquidus Medicei lapsus ex schedis est Pass. Neque officit hilum, quod Asbystarum sedes latius in Africæ mediterranea porrigatur ab aliis: siquidem in talibus multiplex variatio, et Asbystæ minime maritimi. Wess.

Cap. CLXXI. 1. Αὐσχίσαι] Stephani Αὐσχίσαι, ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάρκης, optime hinc Holstenius emendat et Cuperus in Syllog. Epistol. Burmanni T. II. p. 690. Certe Αὐσχισαι in Codicibus Diodori et Ptolemæi, sicuti ad prioris lib. III. 49. adnotatum. Wess.

3. κατ' Εὐεσπερίδας] Promiscue, Ἐσ-

περίδες et Εὐεσπερίδες, cives Ἑσπερῖται et Εὐεσπερῖται: quod in promtu magno viro non fuit, Strabonis lib. XIV. p. 957. D. (pag. 647. B. ed. Cas.) καὶ ἔτι ἐν τοῖς Ἑσπερίταις Λίβυσι, reformanti ἐν τοῖς ἑσπερίταις Ἴβηρσι. Amnis enim Lethæus, quo de Geographus, correctionem non postulat, siquidem similis tituli fluvius apud Libyæ Hesperitas. Iterum Strabo lib. XVII. p. 1193. c. (p. 836. D. ed. Cas.) ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων, καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάθων, seu, uti aliis, Λήθων. Qui sequuntur (lin. 4.) *Cabales*, verius-ne *Bacales* scribantur, non finio. WESS.

CAP. CLXXII. [2. Νασαμῶνες] Horum jam facta mentio lib. II. c. 32. Confer vero paullo post, cap. 182. hujus libri, ubi et de loco cui *Augilæ* nomen. S.]

5. τοὺς δὲ ἀστιλίβους, etc.] Credo ob oculos hæc Arriano fuisse de piscium apud Indos captura, Indic. c. 29. p. 344. ὑπὸ ἡλίῳ αὐαίνοντες, ἵν' ἂν ἀφανισθῶσιν, κατακλῶντες: ubi mira Celeb. viri in participio isto fluctuatio. Ἀστιλάβους Arch. et Vind. habet Eustath. in Dionys. v. 209. (ubi quidem mendose vulgo ἀστισλάβους, et εἶδος δὲ ἀκρίδος ὁ ἀστίσλαβος.) novitque Græcus Nahumi interpres, c. III. 17. Editum Iones maluerunt. Vallam autem, graviter in palmulis hic lapsum, primus adjuvit P. Leopardus Emend. lib. VII. c. 16., tum Portus, Heraldus, et L. Bos Obs. Critic. cap. 7., cui optimo viro temeritatem acerbius exprobratam nollem. Hæret adhuc animo justa ejus de malignitate Gronoviana querela, sancte testati, se, cum Observationes digereret, Leopardum, et quos nominavi, nondum lectitasse. Et quid si eorum aliquem versavisset, quis continuo omnium recordatur? Obsoleta hæc quidem, sed memoriæ præclari Præceptoris debita. Mox (lin. 7.) ἐπὶ γάλα ἐπισάσσοντες ex schedis non sine consilio Th. Galeus laudavit; nam locustis, in pulverem conminutis, bene congruit ἐπισάσσειν, non lacti. Erunt tamen, qui ἐπὶ γάλα πάσσοντες explicabunt. WESS.

8. ἐπίκοινον αὐτίων τὴν μίξιν ποιοῦνται] Quæ posui verba sunt quidem Herodoti; sed nunquam mihi persuadere potui, hæc illa loco fuisse ab auctore collocata; quoque adeo visum fuit probabilius, aliis etiam reddere nitar verisimile. Duæ sunt res sanequam diversissimæ, tametsi de iisdem dici possint, ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῖσθαι, et ἐμφανίως, vel κτηνηδὸν, μίσγεσθαι. Utrumque facere sueverant secundum Herodotum Ausenses in Libya, cap. 180., μίξιν ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτι συνοικέοντες, κτηνηδόν τε μισγόμενοι: quod ibi addit de liberis, habet et Mela I. cap. 8, 50. Alterum in Scythia molles probarunt Agathyrsi, IV. 104., ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται, hac addita ratione, ἵνα κασίγνητοί τε ἀλλήλων ἐόντες, καὶ, οἰκήϊοι ἐόντες πάντες, μήτε φθόνῳ μήτε ἔχθεϊ χρέωνται ἐς ἀλλήλους: quæ a Platonica hæresi non abludunt; ut non injuria Strabo dixerit τὰς γυναῖκας Πλατωνικῶς ἴσχοντας κοινὰς καὶ τὰ τέκνα, lib. VII. p. 461. A. (p. 300. D. ed. Cas.) Gindanes Africanos promiscuos etiam probasse concubitus liquet ex Herod. IV. 176. Jam vero verba, ἐπίκοινον αὐτίων τὴν μίξιν ποιεῦνται, bis apud Nostrum de aliis posita, hinc arbitror aliena, atque a sciolo priorum memore primum in margine scripta, postea, ut fit, in contextum recepta. Primo ne Valla quidem ista legisse videtur in suo Codice; deinde quæro quem habeant inter se nexum μίξιν ποιεῦνται·—μίσγονται? Præterea, si dederat ista, cur tandem tanquam rem miram prodidit memoriæ, novam nuptam prima nocte διὰ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτυμόνων μισγομένων? quale Diodorus etiam Sic. institutum in in-

sulis obtinuisse narrat Balearibus, lib. V. c. 18. Neque Mela legit, quæ rejicienda censeo; dum sic vertit Herodotea lib. I. cap. 8, 55., Feminis eorum solemne est nocte qua nubunt omnium stupro patere; —— et tum cum plurimis concubuisse, maximum decus; in reliquum pudicitia insignis est. Evincit illud tandem, meo saltem arbitratu, comparatio moris Massagetarum. Istis autem rejectis, apte sibi respondent Herodotea: Γυναῖκα; δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος, τρόπῳ παρακλησίῳ τῷ καὶ Μασσαγέται ἐπιὰν σκίπωνα προστήσωνται μίσγονται. Liquet, opinor, non quod cum multis habuerint commune Massagetæ, sed horum peculiarem quandam respici consuetudinem: quænam autem illa? Herod. I. 216. ait: Μασσαγέτης ἀνὴρ, τὸν φαρετρεῶνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης, μίσγεται ἀδεῶς: similiter Nasamones. Supra dixerat lib. I. cap. 203. (Sic haud dubie distincta verba in sua Adnotatione voluerat Valck. non (uti hic editum erat) "similiter Nasamones "supra dixerat I. c. 203." quasi id quod I. 203. scribit Herodotus, ad Nasamones pertineret.) μίξιν τούτων τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα κατάπερ τοῖσι προβάτοισι. vide Zenobii Prov. p. 122, 17. Valck.

[Zenobius l. c. (nempe Proverb. Cent. V. 25.) nil aliud, quod huc utcunque spectet habet, nisi quod de Massagetis ait, ἐν ταῖς ὁδοῖς πλησίαζουσι. Verba ista, ἐπίκοινον — μίσγονται, quæ cum Valckenario aliena ab hoc loco judicaverat Reizius, prorsusque Borheck abjecit, eadem eodem hoc loco minutissima differentia libri omnes agnoscunt: pariterque Eustath. ad Dionys. v. 209. de Nasamonibus loquens, ἄλλοι δὲ καὶ πολυγυναῖκας τούτους ἱστοροῦσι, καὶ τὴν μίξιν τῶν γυναικῶν ποιουμένους ἐπίκοινον: quæ ex Herodoto desumta esse, liquido adparet ex eis quæ continuo deinde de divinatione ex somniis adjecta sunt. Et, cur ea verba ne Vallam quidem videri suo in codice legisse dixerit Vir doctus, nihil caussæ erat. Legerat eadem Valla, hisque Latinis interpretatus erat, et cum eis in propatulo coëunt; quam in sententiam *Coray* apud Larcherum, ῥῆσιν istam servans, pro ἐπίκοινον censet ἐπὶ κοινοῦ legendum, quod idem valeat ac ἀμφιλῶς, I. 203, 13. et III. 101, 2. Sed ne hac quidem ut novatione utamur ulla necessitas urget: nec enim video quid prohibeat quo minus constantem librorum scripturam teneamus, et ἐπίκοινον μίξιν, ut IV. 104. 2. et 180, 21. de promiscuo coitu intelligamus: qua item notione I. 216, 2. de Massagetis ait, ταύτῃσι (ταῖς γυναιξὶ) ἐπίκοινα χρέωνται: nempe ἐπίκοινα adverbialiter, pro ἐπικοίνως: mulieribus in commune utuntur, promiscue coëunt. Et sicut hic mos apud Massagetas non impedit, quo minus (ut ibidem refert Noster) uxorem quisque ducat: sic non secum pugnant quæ hic de Nasamonibus traduntur. Quærit Valckenarius, quem habeant inter se nexum μίξιν ποιεῦνται —— μίσγονται? At perapte ista nexa sunt, ἐπίκοινον — μίξιν ποιεῦνται τρόπῳ παρακλησίῳ, τῷ καὶ Μασσαγέται μίσγονται, ἐπιὰν, etc. Videtur Virum doctissimum turbasse distinctio paullo fortior post verbum ποιεῦνται interposita: quæ si cui incommoda videtur, tolli prorsus nullo incommodo poterit, aut simplici commate mutari. Illud quidem negare nolim, si abesset h. l. μίσγονται, neminem id verbum magnopere desideraturum fuisse. S.]

10. ἐπιὰν σκίπωνα προστήσωνται] Strabo in Arabum consimili ritu ὁ δὲ φθάσας ἰδιῶν μίγνυται, προθεὶς τῆς θύρας ῥάβδον, plura absurditatis pro nostro more plenissima adjungens lib. XVI. p. 1129. D. (p. 783. A. ed. Cas.) De Massagetis ad lib. I. 216. Wess. — Gronovius e

Med. σκίπωνα recepit: nihil interest, hoc probetur, an ante receptum σκίμπωνα. Venit in mentem aliquando diversum ab utroque, ἐπιὰν σκίμποδα πρεβήσωνται, in propatulo posito grabatulo. De Mosynœcis legatur Apollon. Rhod. II. 1025. et Scholiasta. Valck. — At apud Apollon. l. c. nihil, quod pro ista conjectura faciat, reperies: quin potius inde intelliges quam sit ridiculum de grabato h. l. cogitare. Mox lin. 14. vitiosum διαιτυμένων, pro δαιτυμόνων, e Reiziano exemplo in nostrum irrepsit. S.

18. ἐπικατακοιμίωνται] Servat verbum Ionismi indicia, servandumque fuerat. In illa incubandi superstitione ἐγκοιμᾶσθαι, κατακοιμᾶσθαι, et ejusdem originis alia teri, dixi ad Diodori lib. I. 53. Constat quoque, Tertullianum de Anima c. 57. ad hæc allusisse. Quæ statim e MSS. mutata fuerunt, rata hac lege habeo, si τούτῳ etiam χρᾶται locum recipiat. Non obliviscor moris, in vocabulorum numeris sæpiuscule variantis, qui suum tamen modum habet. (Quoniam ἴδῃ, ut par erat, in contextu cum Gron. posuit Wess.; mireris cur non perinde χρᾶται, quod ei MSS. offerebant, haud continuo receperit.) Illa vero dandæ accipiendæque fidei, quæ subsequitur, consuetudo, necdum in Africa prorsus eviluit, teste sollertissimo Shaw Itiner. T. I. p. 309. Wess.

Cap. CLXXIII. 5. ἐστρατεύοντο ἐπὶ τὸν Νότον] Fabulam enarrans ex Herodoto Gellius Noct. Att. XVI. 11., Psyllos, ait, re aquaria defectos, eam injuriam graviter Austro succensuisse; decretumque fecisse, uti armis sumtis ad Austrum (proinde quasi ad hostem, jure belli res repetitum,) proficiscerentur, etc. Ista forsan in vulgus vicini sparsere Nasamones, a quibus gens Psyllorum prope internecione sublata dicitur Plinio Nat. Hist. VII. c. 2. Herodotus fabulam se tradere formula significat adjecta: λίγω δὲ ταῦτα τὰ λίγουσι Λίβυες: qualibus utitur in fabulosis aut certe rebus dubiæ fidei. Qui lenem non sentiunt historici nostri suavitatem, Herodotum ob ista talia, si lubet, exagitent hujus seculi sophi! Quas innumerabiles esse scribit apud Herodotum fabulas, (de Legib. I. 1.) ne Cicero quidem vitio vertit historiæ patri, neque severissimus ipsius Thucydidis et Platonis censor Halicarnassensis Dionysius; qui et antiquioribus et Herodoto necesse fuisse docet, quas a singulis sibi gentibus traditas accepissent, fabulosas etiam narrationes tradere memoriæ, atque ita παραλλάττειν τοῖς μυθώδεσιν ἱστοριδίοις τὰς τοιαύτας ἀναγραφάς, T. II. pag. 226. 32. (de Thucyd. c. 7. T. VI. ed. Reisk. p. 823.) Valck.

7. ἔχουσι τὴν χώρην οἱ Νασαμῶνες] Superiora culte, sed liberius, Latine expressit A. Gellius Noct. Att. XVI. 11. Etsi autem Psyllorum natio internecione sublata fuerit, durarunt nonnulli in seriora ævi tempora. Plinius, qui Nasamonibus excidii caussam adsignat: Genus hominum, ait, ex iis qui profugerant, aut, cum pugnatum esset, adfuerant, hodieque remanet in paucis: Hist. Nat. lib. VII. cap. 1., ubi Harduinus. Wess.

Cap. CLXXIV. 3. οὔτι ὅπλων ἐκτίσαται ἀρήϊον οὐδέν] Rectum est ὅπλον ἐκτ. ἀρήϊον. Argippæi IV. 23. ἐοὶ λίγουται εἶναι, οὐδέ τι ἀρήϊον ὅπλον ἐκτίσαται. Apollonius Rhod. inter se permutat τεύχεα δῆϊα, et τεύχε' ἀρήϊα. Philostratus Aeëten pingit ὅπλα μὲν ἐνδιδυκότα ἀρήϊα γίγαντός τινος, Icon. pag. 882. Eustath. in Dionys. v. 217., οἱ Γαράμαντες — οὔτε ὅπλα ἔχουσι πολεμικὰ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, οὔτε ἀμύνεσθαι οἴδασιν. Gentis illud nomen servandum statuit Salmas. in Solin. p. 384. mihi Pintiani non displicet sententia ad Melam p. 52. Valck. — Scil. Pintianus ad Me-

læ I. 8. sub fin. statuit, Γαράμαντις hoc cap. ex Melæ codicibus in Γαμφάσαντις esse mutandos, quo distinguatur hic populus ab illis Garamantibus, de quibus infra cap. 183. agitur. Ac sane ita diversa sunt quæ de utroque populo memorat Noster, ut vix credibile sit, utrobique de eodem populo agi. Quod si etiam cum Larchero (in Not. ad h. l. et in Indice Geogr.) aliisque viris doctis, duas ejusdem populi tribus statuas, quarum altera, de qua hic agitur, fixas tranquillasque sedes in oasi quadam habuerit, altera nomas fuerit atque errans; mireris a Scriptore nostro cap. 183. nullo verbo significari, Garamantes illos, de quibus ibi agitur, esse eumdem populum, aut aliam ejusdem populi tribum, aut certe cognominem illius, de quo hic. Quare quum de Garamantibus cap. 183. ita loquatur, tamquam de populo cujus nullam antea mentionem fecisset; quumque et ex eodem Mela et ex compluribus aliis auctoribus noti sint iidem illi Garamantes, de quibus ibi agitur, sane quam probabile fit, hujus populi, qui hic memoratur, diversum fuisse ab altero illo nomen. At Herodotei quidem libri, qui hodie supersunt, nihil hic variant, nisi quod Γαράβαντις nostræ membr. F. præferunt: Γαράμαντις vero suis in Herodoti exemplaribus h. l. non solum Eustathius legerat, sed jam olim multo vetustior Stephanus Byz. Verum cum Mela consentit Plinius, eumdem hunc Herodoti locum ob oculos habens, quum lib. V. cap. 8, 8. scriberet: Gamphasantes, nudi (scil. sine armis; γυμνοὶ, ut Græci dicunt;) prælioramque expertes, nulli externo congregantur. Quod ad scripturam ὅπλον adtinet, recte eam restituit Wess. et recte sic MS. F. cum aliis, non ὅπλων, ut per operarum socordiam in nostra Var. Lect. (ed. S.) positum. S.

Cap. CLXXV. 2. ἴχνεται τὸ πρὸς ἑσπέρης] Cum Abreschio τοῦ πρὸς ἑσπ. malo ob scriptoris adsuetudinem. Quid propter λόφους κείρονται (lin. 3.) Portus et Salmasius de Coma p. 541. fuerint machinati, Gronovius, a cujus judicio non discrepo, docebit. Κροτάφους κείρονται, quod in conjecturam docti viri venit, nimium est, adversosque experitur Codices cunctos. Wess. — Bene habet τὸ πρὸς ἑσπέρης, nec sollicitari debuit: est abundans ille τὸ articulus (sive per ellipsin pro κατὰ τὸ positus) centies Nostro frequentatus in hujusmodi formulis, sicut proximis in verbis τὸ δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν. conf. c. 191, 2. Genitivus casus ad verbum ἵχνεσθαι pertinens, in proximo est, nempe Νασαμώνων: unde hic facile αὐτῶν subintelligitur. λόφους κείρονται, ad verbum, cristas sibi tondent: id est, capillos tondendo (eo modo qui mox exponitur) cristas sibi efficiunt. S.

5. στρουθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι] De Æthiopum armatura, προβλήματα δὲ ἀντ' ἀσπίδων ἐποιεῦντο γεράνων δορὰς, lib. VII. 70., ut absonum adeo non sit quod proditur, eoque minus, quoniam Arabes struthophagi ταῖς δοραῖς τῶν στρουθῶν σκιαζεσθίντες avium earum venatui indulgebant, si Straboni, quem Pollux I. 138. spectasse videtur, fides, lib. XVI. p. 1117. c. (pag. 772. B. ed. Cas.) Jam cur Valla hic et cap. 192. subterraneos struthiones elegerit, causam habuit ex Græco nimis presse sumto: Latine qui ita adpellarit, novi neminem. Στρουθοὶ χερσαῖοι, passeres terrestres, quomodo præstat, Æliano de Animal. XIV. 13. Alios bestiæ magis quam avis, licet pennatæ, ut. Tertullianus Veland. Virgin. c. 16, titulos cumulatim doctissimi viri N. Heinsius ad Carm. de Phœnice v. 145. et S. Bochartus Hieroz. Part. II. p. 211. congesserunt. Wess.

8. ἐκ λόφου καλουμένου Χαρίτων] Λόφου Χαρίτων mentionem Critici deposuerunt ad Pindari Pythiop. Od. V. v. 32. ex Callimachi fragmento: Ἡ ὑπὲρ αὐσταλίου, sive, ex Ruhnkenii emendatione ἀσταλίων, Χαρίτων λόφου: de quo et Nicæneti Epigrammate in Dissert. Herodotea cap. 2. plura. Wess. — Vide Callimach. ed. Ernest. p. 534. S.

Cap. CLXXVI. 2. στιφοσφύρια δερμάτων] Aut falsus aut mendosus est Sextus Empiric. Hypotypos. lib. III. 24. p. 177. cum de Ægyptiis, ὅτι αἱ πλείστοις συνοῦσαι, καὶ κόσμου ἴχνουσι στιφοσφύρια, σύνθημα τοῦ παρ' αὐταῖς συμπλοκήματος. Nihil tale de ejus nationis feminis. Scribi potest in Philosopho παρὰ δὲ πολλοῖς τῶν Λιβύων, loco Αἰγυπτίων, cum Berglero. At sunt in illa Sexti disputatione alia, negligenter posita, ut alias observabitur. Wess.

Cap. CLXXVII. 3. ὁ δὲ τοῦ λωτοῦ καρπὸς, etc.] *Loti* Cyrenææ habitum attigit lib. II. 96., nihil dissentiente Polybio, sicuti animadvertit Athenæus lib. XIV. 18. pag. 651. Utrum autem eadem ex loto cibum et vinum Lotophagi confecerint, Is. Vossius ad Scylac. p. 114. ed. Gron. et Bod. a Stapel in Theophrastum Hist. Plant. lib. IV. 4. p. 327. operose disputant. Wess. — Lib. II. 96. *loti* arboris vel arbusti mentionem obiter fecerat Herodotus: hic de fructu agitur. De utroque Polybius disseruit, referente Athenæo lib. XIV. cap. 65. nostræ ed. Vide Polybium nostrum lib. XII. cap. 2. et quæ ad eum locum *Hermannus* olim noster, Tom. VIII. Polybii nostri pag. 121. disputavit. Conf. *Munko Park*, Voyage dans l'Intérieur de l'Afrique p. 157 seq. ubi et icon arbusti et fructus. Iconem etiam exhibet Desfontaines, in Comment. de Loto Lotophagorum, inter Acta Acad. Scient. Paris. 1788. pag. 443. S.

4. γλυκύτητα δὲ] Eustathii γλυκύτατος aberrat, nec laudatorem Th. Galeum merebatur. Herodoti amatorem talia non morabuntur. Wess.

Cap. CLXXVIII. 2. Μάχλυες] Is. Vossius Nostri Μάχλυας et Nicol. Damasceni Ἰαλχλιυῖς apud Stobæum eosdem incertissima censuit conjectura: probabiliore Holstenius et Berkelius Μάχμυς in Stephani Μάζυες hinc instaurant. Machlyas non neglexit Plinius Hist. Nat. VII. 1. Wess. — Literarum venatores hujus nominis invenient vestigia in Ἰαλχλιυῖς, quorum Λιβύων morem enarrat Nicolaus Damasc. Stobæi pag. 292, 50. atque ibi restituent mecum Μάχλυες. Qui Herodoto c. 191. Μάξυες, similiter dicti fuerant in Hecatæi Periegesi: Μάζυες invenit in suo Cod. Stephanus Byz. et probabiliter scripserat in ista voce, εἰσὶ δὲ ἔτεροι Μάξυες, καὶ ἕτεροι Μάχλυες, uti corrigit Berkel. pro Μάχμυς: facilem errorem fuisse monstrant sæpius a librariis confusa συνέκαμψιν et συνεκάλυψι. Valck.

[3. ἐπὶ ποταμὸν μίγαν] Locum hunc tractans *Heeren* in Ideen, etc. T. II. p. 42 seq. suspicatur ex Argonautico quodam poëta exaggeratam esse fluminis magnitudinem. Auget eam etiam Steph. Byz. (voc. Φίλα) in citando hoc Herodoti loco ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μίγαν scribens. S.]

5. τῇ οὔνομα Φλά.] Quæ in palude Tritonide fuisse dicitur insula Φλὰ, Φίλα dicta videtur in Cod. Steph. ut illa nobilior inter Ægyptum et Æthiopiam sita: prostant hinc descripta verba quædam apud Steph. ubi pro ἐκδιδόντος scribi debuerat ἐκδιδοῦ οὗτος. Valck. — Dubium est, an Φίλα Stephan. Byz. hic invenerit olim. Excitat Nostri verba illa in voce, nomen Φίλα non adjungens. (Postrema ad Epitomatore forsan omissa.) Utcunque fuit, extre-

mæ Ægypti Φίλα, sive Φίλαι potius apud Diodorum lib. I. 25. longissime a Tritonide absunt palude. Sequentia, Λακεδαιμονίοισί φασι λόγιον εἶναι, a Laurentio male reddita, P. Leopardus Emend. lib. VII. 16. explanavit. Wess. — Bene H. Stephan. in ora: Aiunt editum esse Lacedæmoniis oraculum de deducenda in hanc insulam colonia. S.

13. ἐνθυσιάσαντά τι τῷ τρίποδι] Considerandæ docti homines viderunt, tanquam θυσιάσαντα ἐπὶ τῷ τρ. super sive ex eo tripode vaticinantem. Non discrepat ex Oraculo in Eusebii Præp. Evangel. lib. V. 12. καὶ ἀγάλματι πολλὰν Κίνυρ ἐφιυχόμινος. De tripode isto multa ex his Herodoti in Alex. Lycophron v. 887., tum Pindarus, (Od. Pyth. IV.) Apollonius Rh. (IV. 1548 seqq.) non usque quaque concordes, et Diodorus lib. IV. 56. Wess.

Cap. CLXXX. 1. Αὐσιῖς] Is. Vossius adscripserat Αὐσχίσαι: quos amplo hinc intervallo c. 171. Herodotus removet, et Stephanus damnat, Αὐσιῖς optime legens. Attica Αὐσῆς, βασιλῆς, ἱστῆς, Herodotus inprobat: sicubi occurrunt, librariis debentur. Adi sodes lib. VI. 57. Wess.

Ibid. Αὐσῆς] In Apollodori Periegesi (apud Steph. Byz.) Αὐσιῖς, dicti videntur Ionico Herodoti flexu Αὐσῆις. Attica veteri dialecto nomen scriberetur Αὐσῆς. Valck.

7. τὰ πάτρια ἀποτελίειν] Laudo Arch. ἱστελίειν, quale c. 186. καὶ ἱρτὰς ἱστελίουσι, et conplura ap. Portum. (Nec vero improbandum ἀποτελίειν, hac præsertim notione, officium præstare, debitum honorem habere.) Laudo quoque καλίομεν, a Gronovio præclare illustratum. Τρωϊμάτων vocabulum (lin. 9.) dialectus tuetur, et Lucianus Dea Syr. c. 20. Wess. — Sed vide Var. Lect. (ed. S.) S.

16. τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ πρόνος] In Platonis Tim. p. 24. B. Ægyptius sacerdos genti suæ præ omnibus Asiaticis ἀσπίδων καὶ δοράτων usum et originem vindicat; mirifica de illis Porphyrio et Jamblicho nugantibus apud Proclum in Comment. pag. 48. Fabulam de Minervæ natalibus spectavit Pausanias lib. I. 14. Kühnio monitore. Adde Æschyl. Eumen. v. 292. Wess.

18. Ποσειδέωνος εἶναι Θυγατέρα] Libycam attigit fabulam Pausan. in Att. p. 36., qua perhibebant illi Minervam Ποσειδῶνος καὶ λίμνης Τριτωνίδος Θυγατέρα εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο γλαυκοὺς εἶναι ὄφθαλμοὺς τῷ Ποσειδῶνι ὁφθαλμούς. Habet ista, partim et quæ sequuntur, ex Herodoto Eustath. in Dionys. v. 267., λίγει δὲ καὶ —— ὅτι μιμφθεῖσά (τι) ἡ Ἀθηνᾶ τῷ πατρὶ Ποσειδῶνι ἐπαιήθη εἰς Θυγατέρα (τουτέστι Θεὰν Θυγάτηρ ἐγένετο,) τῷ Διΐ. Adoptare sibi filium, υἱὸν τινὰ ποιήσασθαι, frequens apud Oratores; Θυγατέρα ποιήσασθαι qui præter Herodotum dixerit, neminem novi, nisi Isæum p. 84, 12. et pag. 88, 15. Junonem permovit adulter υἱοποιήσασθαι τὸν Ἡρακλέα: ridiculum commemorat Diodor. Siculus ritum, quo hoc in cœlo fingeretur peractum, lib. IV. c. 39. Valck.

[21. Μίξιν δὲ ἐπίκοινον] Vide ad c. 172, 8. not. Mox lin. 24. τρίτου μηνὸς cum superioribus interpretibus pro διὰ τρίτου μηνὸς accepi: de reliqua orationis structura conf. mox c. 181, 15. et III. 108, 19. IV. 53, 21. S.

Cap. CLXXXI. 1. Οὗτοι μὲν οἱ —— εἰρίαται] Corrigitur Οὕτω μὲν ex c. 186, οὕτω μὲν τέιχει τῆς Τριτωνίδος λίμνης —— νομάδες εἰσί. Verum recurrit c. 196. οὗτοι μέν εἰσι τοὺς ἡμεῖς ἴσμεν Λιβύων ὀνομάσαι: positaque in superioribus similia sæpe sunt. Wess.—Locum istum Herodoti (a Cap. CLXXXI. usque Cap. CLXXXV.) quo Via publica describitur, qua mercatorum et omnino

itineratorum societates jam olim media Africæ deserta peragrare consueverant, post *Rennellum* et *Larcherum*, exquisita diligentia solertiaque *Heeren* T. II. operis jam sæpius a nobis laudati p. 226 et seqq. tractavit, et, quæ ab Herodoto traduntur, cum præcipuorum Itineratorum, in his recentiorum, Brownii et Hornemanni, contulit observatis. Nostrum quum non ferat institutum, ut singula persequamur, ad illorum virorum scripta remittimus Lectorem. S.

3. ὀφρύη ψάμμης] Ὀφρύη ψάμμος, si ψάμμινος foret, uti lib. II. 99. aut ψάμμου, sicuti deinceps, neminem offenderet: nunc suspecta merito manet. ψάμμης ex codicibus sententiam rotundat, alibi vix obvium. Wess.—Apud Aristoph. Lysistr. 1260. Dorico idiomate senex ait, ἦν γὰρ τῷνδρες οὐκ ἐλάσσους τᾶς ψάμμας. S.

8. ἀναπνοτίζει ἐκ μίσου τοῦ ἅλὸς ὕδωρ] Convenit Callistrati Ecphras. Stat. c. 14. ὡς καὶ ἀναπνοτίζειν θαλασσίους αὔρας, et quæ Eustath. in Hom. p. 995. 30. (p. 990, 45. ed. Bas.) Hinc vero, et post deinde iteratis, H. Stephani Thes. T. I. p. 365. et Palmerii Exercit. p. 793. arguitur lapsus, confidentius asseverantium, vocem ἅλς, ἁλὸς, (in sing.) de sale non usurpari, sed semper de mari. Alia omnia docte Cl. Alberti Observat. in Matth. c. v. 13. De salis autem ubere per Libyæ hos tractus copia, et caussa fertilitatis, prudenter accuratissimus Shaw Itiner. T. I. p. 296. Wess.

12. ὡς καὶ πρόσ. ἴδηταί μοι] Dixit lib. II. 54. et de Jove κριοπροσώπῳ, qui Athanasio κριοκέφαλος Ἄμμων Orat. ad Gent. T. I. p. 9. cap. 42. ejusdem libri. Wess.

14. ὕδωρ κρηναῖον ἰὸν, etc.] Ex illis qui de mirabili hoc Solis apud Ammonios fonte egerunt, Herodotea mihi videntur vestigia sequuti Arrianus Ἀναβ. Ἀλ. III. c. 4. Curtius IV. 7. et Mela, I. 8. Unius Curtii ponam verba: Fontem aquam Solis vocant: sub lucis ortum tepida manat; medio die, quum vehementissimus est calor, frigida eadem fluit; (contra τὸ ὕδωρ μεσημβρίας γίνεσθαι ψυχρὸν, tradiderat Aristoteles, testibus Sotione π. Τὸ. Παραδ. p. 125. et Antigono Carsyt. c. 159.) inclinato in vesperam calescit, media nocte fervide exæstuat; quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit; donec sub ipsum diei ortum adsueto tepore languescat. Singula cum Herodoteis comparari poterunt. Valck.—Conf. quæ ad Antigonum a Beckmanno adnotata sunt. S.

17. ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης] Mutari non debet. Lib. III. c. 104. ἀποκλινομένης τῆς μεσαμβρίης; sole a meridie devexo. Vulgo Sol in vesperam inclinatus κλίνειν dicebatur: vide Lucæ Ev. IX. 12. et Wetsten. Valck. —Nempe duobus vocabulis ἀπὸ κλινομένης scriptum voluerat Reisk. S.

19. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν, etc.] Hæc mutanti docto viro in Miscell. Lips. Vol. VIII. p. 112. non accedo: deest caussa, et vetant Codd. Posset ἐπὶ δὲ porro, deinde, uti in Indic. Arriani p. 316. sumi, si necessitas, quæ nulla, urgeret. Vide lib. III. 104. (ἐπὶ μᾶλλον ἰὸν, magis magisque progrediens.) Πιλάζει justum et satis protectum est. (conf. II. 19, 9.) De miraculo hujus fontis Diodorus etiam lib. XVII. 50. et isthic advocati. Wess.—Similem quodammodo fontem eisdem in locis Brownium et Hornemannum vidisse refert Heeren l. c. p. 239. S.

Ibid. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν —— πιλάζει] Illud ipsum ἐπὶ μᾶλλον Codex præbet Arch. in loco simillimo III. c. 104. ἀποκλινομένης τῆς μεσαμβρίης γίνεταί σφι (Indis) ὁ ἥλιος κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι ὁ ἑωθινός· καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐπιὼν ἔτι μᾶλ-

λον ψύχει, ἐς ὃ ἐπὶ δυσμῇσι ἰὼν καὶ τὸ κάρτα ψύχῃ: cui lectioni nisi faveret Cl. viri præjudicium, alteram ego neque hic postposuissem. Arrianus de re eadem, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἴστι θερμότερον ἔστε ἐπὶ μέσας τὰς νύκτας. In proximis nunc tandem mihi quoque sincera scriptio videtur Med. Cod. πελάζει, adpropinquat; quod verbum apud Hesychium etiam in Πελαγίζειν male fuit transformatum. Credo equidem Gronovium, quum huc pervenisset, veterem voluisse lectionem suo loco relictam p. 95, 38. (II. 19, 9.) Statuit Is. Vossius πελαγίζει a Mela conversum perfervet; sed nuspiam illud in talibus legerat adhibitum. Erat, nam illuc abiit ante diem raptus, cui παφλάζει venerit in mentem, aptissimum quidem in talibus verbum; sed hic tantum locum invenit πελάζει: illud autem alterum sequente colo sic expressit Herod. τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην. Curtius: media nocte fervide exæstuat. Idem dicitur παφλάζειν de fonte bulliente ad Tyana Philostr. Vit. Apoll. I. c. 6. παφλάζει ὥσπερ ὁ θερμαινόμενος λέβης: de crateribus fratrum Palicorum Polemonis nobis locum e lib. de admirandis Siciliæ fluv. servavit Macrob. Saturn. V. 19. qui, τὸ ὕδωρ, ait, φέρεται κολπούμενόν τι καὶ παφλάζον, οἷά εἰσιν αἱ δίναι τῶν ζεόντων ἀναβολάδην ὑδάτων. Valck.

Cap. CLXXXII. 4. [Αὔγιλα] Conf. cap. 172. Locus hodieque eodem nomine celebratus ab Itineratoribus. S.]

Cap. CLXXXIII. [3. καὶ ἄνθρωποι εἰκέουσι ἐν αὐτῷ, τοῖσι οὔνομα Γαράμαντές ἐστι] Sic plane de hoc populo verba facere instituit, ut parum credibile videatur eumdem hic populum significari, de quo haud multo ante jam ex professo disseruerat Scriptor. Vide quæ ad c. 174, 3. notavimus. Quod mox adjicit auctor de triginta dierum itinere a Garamantibus ad Lotophagos: de illo itineris spatio consuli Heeren potest l. c. p. 255 seqq. S.]

8. οἱ ἐπιστάμενοι βόες] Boves ἐπιστάμενοι hinc Aristoteles, Mela, Plinius, Ælianus, mutuati sunt; quos magnus Animadversor (Is. Casaubonus) contra Athenæum lib. V. c. 20. antestatur. (Vide Animadv. in Athen. V. p. 221. E.) Id addo, Plinium lib. V. c. 4. Hist. Nat. Garamantas ab Augilis dierum XII. itinere separare; qui διὰ δέκα ἡμερέων ὁδοῦ (ut ait Noster lin. 1.) distabant tantum. Adjuvandus ergo optimus scriptor. Wess.

12. ἐς παχύτητά τε καὶ τρίψιν] Τρίψιν duritiem Laurentius; qua notione τρίψιν ignoro: attritum frictionemque indicare certum est: παρὰ τὴν τρίψιν, inter fricandum, in Polyæni lib. VI. 1, 7. Wess.—Sed haud immerito cum Larchero quæras, quid sit quod dicat corium horum boum *frictione* præstare? Nec vero cum eodem Larchero intelligenda mollities videtur. Duritiem cum Schneidero tenendum putavi, firmitatem intelligens, attritui frictionique diutissime resistentem. S.

17. σαύρας] Hoc sibi postulant schedæ et Auctor ipsemet c. 192. nec minus στιγίγασι. quo de ad lib. III. 110. Wess.—Σαύρας an σαύρους legas perinde est: atque hoc, quod e superioribus editis revocavi, probatorum etiam codicum auctoritate nititur. Quoniam vero cap. 192. fœmininum genus communi consensu præferunt libri, facile patiar σαύρας hic reponi. Cæterum conf. ad cap. 201, 5. notanda. S.

Cap. CLXXXIV. 3. Qui succedunt Ἀτλαντις, ex probabili Cl. Salmasii judicio ad Solin. p. 292. Rhiani Ἀτέραντις sunt in Steph. Byz. voc. Ἄτλαντις, et Nic. Damasceni Ἀφάραντες. Nam qui deinceps memorantur Atlantes, utique ab his diversi situ et omni vitæ nstituto apud Diodorum lib. III

54. et 56. Plerique tamen veterum unis iisdemque Atlantibus cuncta tribuunt, quæ Herodotus. Wess.

Ibid. Ἄτλαντες, οἳ ἀνώνυμοι, etc.] Parum videtur credibile, hos nominibus propriis carentes Africanos eodem universos designatos fuisse nomine quo decem ab his dierum itinere remoti, de monte nobilissimo Ἄτλαντις dicti; quantumvis, quæ diversa veluti de diversis gentibus tradidit Herodotus, ad unos Atlantes retulerit Mela I. c. 8, 39. Atlantes solem exsecrantur et dum oritur et dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum; nomina singuli non habent; non vescuntur animalibus; neque illis in quiete qualia ceteris mortalibus visere datur. Melam sequuntur alii. Mihi quidem verisimillima Salmasii videtur sententia, in Solin. p. 410. vetustissimum mendum in Herodoto hæsisse judicantis: corrigendumque Ἀτραντες, atque hos esse, qui Ἀτάραντες Rhiano dicuntur, et perperam Ἀφάραντες apud Stobæum. In eadem opinione videtur Is. fuisse Vossius; nam Atlantes hos ad Melam vocat Atarantes. Vide jam mihi quæso quam parum ab Ἄτλαντις distent Ἀτάλαντις et Ἀτάραντις: postremum, opinor, mecum genuinum judicabis munitum auctoritate Rhiani. Eustathius in Dionys. v. 66. Ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας ἔθνος Λιβυκὸν λίγυι τοὺς Ἄτλαντας. Ῥιανὸς δέ, ὅς φησιν, Ἀτάραντας ἱστορεῖ, καὶ μιτ' ἐκείνους λίγυι κεῖσθαι τοὺς Ἄτλαντας, οἳ καὶ λίγυσται μὴ βλέπειν ὀνείρους: hinc Stephanum Byz. emendandum vidit L. Holsten. Ad mentem Herodoti Rhianus Ἀτάραντας ἱστορεῖ, καὶ μιτ' ἐκείνους λίγυι κεῖσθαι τοὺς Ἄτλαντας, οἳ καὶ, etc. Nam Atlantes Herodoti λίγυσται οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτίσεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν. Atarantes, ut opinor, ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων, et τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται. De his Nicolaus Damasc. Stobæi p. 293. Ἀφάραντες (lege Ἀτάραντες) (sive Ἀθάραντες) Λίβυες ὀνόματα οὐκ ἔχουσιν, ἡλίῳ δὲ ἀνίσχοντι λοιδορεῦνται, ὡς πολλὰ κακὰ φήσαντι. Horum prius attigit et Eustath. in Od. ϑ'. p. 327, 41. (p. 1609 extr. ed. Rom.) sequutus nobis etiam vulgatam in Herodoto scriptionem, (nempe Ἄτλαντας nominans,) οὐδείς, ait, τῶν ἐκεῖ κυρίου ἐκλεγομένου ὀνόματος. Alterum de malis precibus verbisque impiis in solem jactis, gente non nominata, prodiderunt præterea Strabo XVII. p. 1178. A. (p. 822. ed. Cas.) et Diodor. III. p. 179. f. Utriusque verba quædam cum Herodoteis operose compararunt Salmas. et Is. Vossius. Valck.

4. ἀλίσι μὲν] Sales, quos Valla ineptius verterat, Græce doctissimus et pariter humanissimus P. Leopardus Emend. VII. 16. removit. Homero, ob Odyss. Θ'. 552. οὐ γάρ τις πάμπαν ἀνώνυμος ἐστ' ἀνθρώπων, Atlantes, sive Atrantes, ignorati fuerunt, ubi Eustathius non male, judice Steph. Berglero. Mox ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι, soli superantissimo vertit Vossius ad Melæ lib. I. 8, 28. quem vide. Wess.

14. οὐδέκοτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείψειν νίφα] Vero fortasse respondet, quod hic de nimboso Atlante. Cum tamen ex aliorum sermone fluxerit, placuit scriptura codicum; qui τὴν κίονα si dedissent, in ampliore fuissent honore. Namque Herodoti lib. I. 92. et Ionum ἡ κίων (fœminino genere) apud Criticos ad Sophoclis Ajac. v. 108. et Eustathium et H. Stephanum de Dialect. p. 153. Κίονα οὐρανοῦ καὶ χθονὸς alia in re Æschylus Prometh. v. 349., Homerum æmulatus. Κίων οὐρανία συνίχει, νιφόεσσ' Αἴτνα, Pindarus Pyth. Od. I. 35. audaci translatione. Stanleium ad Æschyl., Abreschium Animadv. in eum Tragicum lib. I. c. 5. p. 30. et Alberti Peric. Crit. cap. I. adi. Wess. — Quamvis præcipiant Grammatici (in quibus et Etymologus, p. 514. extr.)

ὁ κίων dicere Atticos, ἡ κίων Ionas; licitum tamen, puto, fuit Herodoto promiscue et masculo et fœmineo genere usurpare hoc vocabulum: quare, quum τὸν articulum longe plurimi probatissimique agnoscant libri, ferendum illum putavi; quem qui rursus eliminatum cupient, eos suo frui judicio lubens patiar. Conf. ad c. 201, 5. not. S.

16. ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος] Hujus montis accolæ si de monte suam traxerunt adpellationem, oportet ante memorati, atque ab his itinere decem dierum discreti, alio fuerint Herodoto nomine designati, cujus ut plerorumque Libycorum rationem ignoraverit. Ab his Atlantibus, qui neque animalibus vescebantur, neque insomnia visebant, qualia reliqui mortales, diversi fuerunt, si fuerunt uspiam, quos Ἀτλαντίους nobis humanissimos memorat et fortunatissimos Diodorus Sic. lib. III. c. 54. VALCK.

CAP. CLXXXV. 4. ἔστι δὲ ἀλός τι μίσταλλον] Codicum ἐν δὲ videtur ex lib. II. 176. ἐν δὲ καὶ ἐν Μέμφι adfirmari; discrepat tamen, ut attendenti patebit. WESS.

6. τὰ δὲ οἰνία τούτοισι, etc.] Domos ex sale structas (ἁλίνας οἰκίας) Gerrhæorum Strabo memorat lib. XVI. p. 1110. c. (p. 766. B. ed. Cas.) WESS.

CAP. CLXXXVI. 5. διακωλύει κατίσθαι] Displicuit κατίσθαι Is. Vossio, Cornelioque de Pauw, κάσασθαι vel διατίσθαι amplexis; quorum utrumque posterius Medicei et aliorum ἄπτισθαι Tale Apost. Pauli μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, in Epist. ad Coloss. II. 21. Plutarchi de Sanit. Tuenda, p. 123. B. ἄπτεσθαι γὰρ αὐτῶν διὰ χρόνου παρῄνει καὶ γεύεσθαι: et Philonis Jud. Exsecrat. p. 931. D. ἅψεται γὰρ καὶ πανὸς νιοῦ σαρκῶν. Quæ usum quidem ejus stabiliunt, minime vero, hoc legitimum esse loco. Πατίσθαι Ionum librarii scholiis explicant, quale ἄπτεσθαι. Dedit sese instituti exemplum lib. II. 66. ibidem profligatum. Cl. Bos Observ. Critic. c. 7. πατίσθαι defendens, asperam iterum in reprehensionem (Gronovii) incurrit, ad S. Bochartum permeantem, quippe paria Phal. IV. 33. professum, Ὀρτὰς ἐπιτηδεύουσι (lin. 7. pro ἐπιτελέουσι) etiam Valla vidit, blanditurque primo obtutu, ob καὶ εὐπαθείας —— ἐπιτηδεύουσι, lib. I. 135.; ex grammatici tamen, nisi omnia me fallunt, interpretamento. WESS.

5. ἄπτεσθαι] Ionicum et rarius πατίσθαι, Lamberto Bos probatum Obs. Critic. p. 40. Si plerique tamen codices Mediceo concinunt et Vallæ, ἄπτεσθαι non temere rejicerem: de re eadem ponitur lib. II. c. 18. μὴ ἅπτεσθαι, id vero est ἄπτεσθαι, sive γεύεσθαι, κάσασθαι, πατίσθαι. Adhibetur apud alios interdum ἄπτεσθαι gustandi significatu. et apud Herod. II. 32. ἄπτεσθαι τοῦ ἰητέος ἐπὶ τῶν δενδρέων καρπόν. VALCK.

CAP. CLXXXVII. [3. ποιεῦντες, οἷόν τι] Commodius tolletur post ποιεῦντες incisum. S.]

6. Ἐὰν τετραίτια γένηται, etc.] Τετραίτια ex Aldo et scriptis: nam τετραετὴς postremæ editionis operarum est delictum. Οἴσυπη legatur, an οἰσύπῃ, minimi refert. Prius ob eos, quos adpellavi, Galenumque in Exegesi Hippocrat. et Hesychium retinui. Quid sit, disquiritur. Hier. Mercurialis Var. Lect. II. 2. stercus ovillum, διαχώρημα, ex Erotiano interpretatur: Steph. Monachius ad Barnabæ Epist. p. 727. sordes ovium crassas et pingues, fortasse præter rem. Οἴσυπη, lana succida, (sive ἔριον τὸ ἀπὸ τῆς ὄϊος ξὺν τοῖς λύμασι, in Aretæo Cappadoc. lib. II. 5. de Morb. Diuturn.) ignis ob sordes concretas satis est patiens. Melius Monachius, et prior eo ill. Scaliger Emend. Temp. lib. VII. p. 682. durare apud Æthiopas Christia-

nos, Muhamedanos, Paganosque similem ad destillationes vitandas ustionis consuetudinem, ab aliis in superstitionem versam, docuerunt. Wess.

12. *πάντων ὑγιηρότατοι*] Aliam dat et magis probabilem rationem lib. II. c. 78. cur sint Ægyptii *μετὰ Λίβυας ὑγιηρότατοι πάντων ἀνθρώπων*. Istam vocis formam ne hic quidem spernerem a Codd. oblatam. Proverbium erat Græcis in usu, *Κρότωνος ὑγιέστερος*, cujus originem pandunt Strabo VI. p. 414. A. (p. 269. ed. Cas.) et Schol. in Aristoph. Eq. v. 1089. Valck.

Cap. CLXXXVIII. 2. *ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον*] Postremum sincerum non puto. Valck.—Suspicio Reiskii, *ὑπὲρ τὸν ὦμον* super humerum, uti in Virgilii Pharmaceutria, Fer cineres Amarylli foras, rivoque fluenti, Transque caput jace, ne respexeris: aut *ὑπὲρ τὸν βωμὸν* super aram. Alia Pavii, *ἀποστρέφουσι τὸν αὐχένα αὐτῶν*, avertunt cervicem suam, quale quidpiam in sacris olim piacularibus. Neutra ad palatum, quippe meri arbitrii, et Afris morem obtrudens, cujus an calluerint notitiam, ostendendum in primis fuerat. Wess.

6. *καὶ τῇ Τρίτωνι*] Ecce aliam tibi Cl. de Pauw correctionem, *καὶ τῇ Τριτωνίδι*, cui adsensum, modo quid præsidii ex schedis adesset, non recusarem. Minervam Libyes Tritonide et Neptuno satam fabulabantur, c. 180. unde parem matri patrique cultum potuerunt tribuere. Potuerunt profecto: Quidni et Tritoni, ad quem fluvium nata ferebatur? In talibus frequens hiatus, ex locuplete divinantium penu vix explendus. Wess.—Quod *καὶ τῇ Τρίτωνι* in Adnot. scripsit Wess. casu adjecta est *καὶ* particula, quam ibi et editi omnes et MSS. ignorant. Pavius, puto, post *τῇ Τρίτωνι* excidisse *καὶ τῇ Τριτωνίδι* conjectaverat. S.

Cap. CLXXXIX. 4. *αἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇ εἰσι, οὐκ ὄφιές εἰσι*] Haud paulo melius, et genuinum procul dubio, quod insipidum videbatur viro Clarissimo, *αἱ Σύσανοι, αἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῆσι* (nempe Libyssis) *οὐκ ὄφιές εἰσι*. Valck. —Examen merentur *αἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇ εἰσι*, sumpta ex Med. et laudata: quæ boni si coloris, Palladis ægidem, non loris serpentinis, sed coriaceis ornabunt. Atqui Cyclopes Ægidaque horriferam, turbatæ Palladis arma Certatim squamis serpentum auroque polibant, Connexosque anguis, Æneid. VIII. 435. Hoc amplius, Libyssarum vestis pellicea describitur, quaque ille re a Minervæ ægide discrepant: hanc serpentium in modum fimbrias ostentasse, illam coriaceas. Quare congruentior scriptura *αὐτῆσι* videlicet *Λιβύσσῃσι*: forsan etiam *ἐκ τῶν αἰγίων*, quales erant. Wess.

[5. *τὰ δὲ ἄλλα* —— *ἴσταλται*] Minus curate hæc a nobis sic conversa: reliqua omnia eodem modo instructa sunt. Oportebat: in reliquis vero omnibus (s. quod ad reliqua omnia adtinet) eodem modo instructa est, nempe vestis Libyssarum. S.]

7. *αἰγίδας γὰρ περιβάλλονται*] Ob sequentia placebit plerisque *αἰγίας*, Maussaco probatum ad Harp. in *Αἰγὶς*, et repertum in Codd. etiam Eustathio in Iliad. ε'. p. 459. (p. 603. ed. Rom.) Eadem tamen Libyssarum amicula pellicea dixit et *αἰγίδας* in proximis. (sc. l. 4. ubi quidem *αἰγίων*, pro *αἰγίδων*, scribendum conjectavit Wess.) Glossar. Herod. *Αἰγὶς, ἣν Λίβυες* (*Λίβυσσαι*, Hesych.) *φορεῦσι δορᾶ*. Vid. Meurs. Lect. Att. VI. 10. et Wess. ad Diodor. T. I. p. 217. (lib. III. c. 49.) Valck.

Ibid. *αἰγίας γὰρ περιβάλλονται*] Sequentia, *ἐκ δὲ τῶν αἰγίων τουτέων*, desiderant talem scripturam, nec veteres Grammatici et Codd. aliam. Docte

Maussacus ad Harpocrationis Αἰγίς. (e quo sua hausere Suidas et Zonar. in Lexic. h. v.) Illud autem vestimenti genus Afris omnibus unicum olim et familiare: ἐν αἰγυίοισι δέρμασι κατακείονται, καὶ περίκεινται αἰγυίοισι χρῶνται· ἱματιὰ οὐκ ἔχουσι οὔτε στρῶμα, οὔτε ἰμάτιον, οὔτε ὑπόδημα, ὅτι μὴ αἴγειόν ἐστιν· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἄλλο προβάτιον οὐδὲν ἢ αἶγες καὶ βόες, notabiliter Hippocrates de Afris, mediterraneam regionem habentibus, de Morb. Sacr. p. 302. Wess.

11. καὶ ἡ ὀλολυγὴ] Sacrum mulierum jubilum, ὀλολυγμὸν ἱερὸν Æschyli, doctissimi homines, ad Diodori lib. XVI. 11. laudati, præclare exposuerunt. Nostri ob oculos fuit Poëtæ ex Iliad. Z'. 302. Αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνίσχον. Hinc illa observatio. Prorsus autem Herodoti genium habet, χρίωνται αἱ Λίβυσσαι καὶ χρίωνται καλῶς, quod Galeo obsecutus scriptori ex Codd. redonavi. Wess.

Ibid. καὶ ἡ ὀλολυγὴ ἐν ἱρεῦσι] Sic legit interjectum ἡ articulum, ut sane requiritur, Eustath. in Hom. Iliad. ζ'. p. 503, 48. rectius etiam proxima, quam vulgantur, et prout exhibent Codd. Arch. et Vallæ: κάρτα γὰρ ταύτῃ χρίωνται αἱ Λίβυσσαι, καὶ χρίωνται καλῶς. Sacer ululatus mulierum ὀλολυγὴ dicebatur: et, frequentatum veteribus in re ferme tantum læta verbum ὀλολύζειν, planissime constat. Valck.—Pro eo, quod apud Herodotum est, ἐν ἱρεῦσι, suo arbitratu aut memoriæ lapsu Eustathius l. c. ἐπὶ ἱερῶν scripsit, quod idem valet. S.

13. τίσσερας ἵππους συζευγνύναι] Ζευγνῦναι (cum Aldo) legit et Eustath. in Dionys. v. 175. et simplici verbo facile poterimus esse contenti. A sua fortasse Minerva Neptunine hoc didicerunt Libyes, Λίβυες ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται, Sophocli Elect. v. 704. Vid. Steph. Byz. in Βάρκη, Harpocr. in Ἱππία Ἀθηνᾶ, ibique Valesius, et in Sophocleis Βαρκαίοις ὄχοις Hesychius. Valck.

Cap. CXC. [3. ἐπιὰν ἀπίῃ (scil. ὁ ἀποθνήσκων) τὴν ψυχήν. Transitus a plurali numero ad singularem, familiaris Nostro. Conf. I. 195, 1 et 3. S.]

4—6. οἰκήματα δὲ σύμπηκτα —— περιφορητά.] Idem tradidit Hellanicus, quem scribit Athen. XI. p. 462. ἐν Ἔθνων ὀνομασίαις λέγοντα, ὅτι Λιβύων τῶν Νομάδων τινὲς —— οἰκίας ἔχουσιν ἐξ ἀνθερίκου πεποιημένας μικρὰς ὅσον σκιᾶς ἕνεκα, ἃς καὶ περιφέρουσιν ὅπου ἂν νομεύωνται. Multa περὶ ἀνθερίκων, omissis tamen Herodoteis, notavit ill. Ez. Spanhem. in Callim. hymn. Del. v. 193. aptiora quædam L. Bos. Obs. Crit. p. 40. Sumsit et ista forsan Milesius Hellanicus ex Herodoto; nam et τὰ Βαρβαρικὰ Νόμιμα Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάστου (lege Δαμάστου· Damastes enim intelligitur, Sige natus:) συνῆκται, teste Porphyr. in Euseb. Præp. X. p. 466. Valck.

5. ἐξ ἀνθερίκων] Laurentii lentiscos explosit Nob. Palmerius Exerc. p. 25. et copiosius Cl. Bos. Observ. Crit. c. 7. Wess.—Suidas: Ἀνθέρικες· ——Ἡρόδοτος τοὺς παυλοὺς φησι τῶν ἀσφοδίλων. S.

Cap. CXCI. 2. 3. οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι —— Μάζυες] Afri Maxyes abs Steph. Byz. in Μάζυες agnoscuntur: (conf. Adn. ad c. 178, 1.) et horum quidem οἰκίαι veri nominis domus fuerunt; superiorum duntaxat οἰκήματα, tuguria; eaque περιφορητὰ, sicubi usus requireret. Wess.—Quæ de eorumdem tonsura subjiciuntur, conferenda cum cap. 180, 4. S.

13. καὶ ἄρκτοι] In Africa ursum non gigni confidenter Plinius Hist. Nat. VIII. 36. Sequitur Lipsius Elect. II. 4. pellem Libystidos ursæ (Æneid. V. 37. ubi vide Interpp.) leoninam interpretatus, similemque in modum

alia. Contra Plinium olim venerat Bodinus ad Oppiani Cyneget. lib. II. p. 76. contra vero utrumque, Lipsium et Plinium, operosa ac erudita disputatione Cl. Salmasius ad Solin. p. 220. abducto in partes, alia prius arbitrato, G. Jo. Vossio, lib. III. Idol. c. 52. Harduinus tamen Plinio suo adstipulatur, errorem de ursis Afris ex commutatione vocis Λιγυπὶ in Λιβυστιπὶ late sparsum conjiciens, quæ utique in Herodotum, ἄρκτους sine eo titulo recensentem, non quadrat. Mihi Salmasiana non displicent, stabilita testimonio doctissimi Shaw Itiner. T. I. p. 323. Statim Gronov. belle, καὶ οἱ κυνοκέφαλοι καὶ οἱ ἀκέφαλοι, οἱ etc. (lin. 14.) quomodo Corn. de Pauw ex ingenio. Blemmyis, verba Plinii Hist. Nat. V. 8. traduntur capita abesse, ore et oculis pectori affixis, ad hæc alludentis. Wess.— De his vide quæ ad Plin. ab Harduino notata. Ut *cynocephalos* (simiorum quoddam genus, de quo Diodor. Sic. III. 35.) sic et *acephalos*, non ut populum aliquem memorat Herodotus, sed in bestiarum numero refert, et quidem in fabulosarum (ut ipsi videbatur) bestiarum numero, quod his verbis satis significat, ὡς δὴ λίγυσταί γε ὑπὸ Λιβύων. S.

18. ἀκατάψυστα] Scinduntur eximii viri Montfauconius et Gronov. in contraria studia hanc ob vocem: illi θηρία ἀκατάψαυστα, feræ intractabiles; huic ἀκατάψυστα, haud ementitæ, ut olim *Valla*, veriores. Litis arbitrium ad priscos et manu exaratos Herodoti codices venit, quorum in locupletibus Italiæ Galliæque bibliothecis decem Montfauconio, totidem Gronovio favent, sicuti Histor. Acad. Inscript. T. VI. p. 264. testificatur. Ita in æquilibrio negotium, quod ubi nostrorum pondus accesserit, prægravabitur. Verum in talibus numerari suffragia, non ponderari, iniqua lex. Ut ἀκατάψαυστα valeant, series urgetur narrationis, fabulosa animalia ex Afrorum fide repetentis. Neque enim tam anilis Scriptorem fuisse credulitatis, ut hujusmodi monstra, Cynocephalos et sine capite homines, reapse exstitisse sibi persuaserit: cavisse ipsum præstruendo, ὡς δὴ λίγυσταί γε ὑπὸ Λιβύων, ut quidem illi ab Afris memorantur. Nusquam quidem, quod Gronovius objecit, ἀκατάψαυστα (apud Græcos scriptores) nunc haberi; succurrere tamen analogiam, in haud paucis solidam et sufficientem, præsertim cum ἀκατάψυστα non exemplis et scriptorum auctoritate, sed parili ratione nitantur. Id non injuria D'Orvillius arripit ad Chariton. lib. III. p. 241. ἀκατάψαυστα, nisi si ἐυκατάψυστα, de quibus facile quis mentiatur, præferendum, eligens. Atque hæc viri doctissimi. Equidem pronior in ἀκατάψαυστα olim fui; quam muto sententiam, arbitratus καὶ ἄλλα —— ἀκατάψυστα, et alias feras —— nullo mendacio fictas, clare a præcedentibus segregari. Libyum e fabulis cynocephalos et acephalos, quorum in pectore oculi, dederat. Qui copulantur viri feminæque feræ, non item inde: sunt enim et fuerunt olim in Africa, sicuti multæ aliæ non fictæ, θηρία ἀκατάψυστα, bestiæ, sive, ut alia in re Jamblichus, ἀδιάψυστα, Protrept. p. 137. Wess.—Merito mireris Reizium Schæferumque, prudentissimos viros, hisce rationibus non persuasos, rejecta certissima plerorumque et probatissimorum codicum scriptura, præter necessitatem locum dedisse conjecturæ, ne unius quidem veteris libri auctoritate comprobatæ. S.

Cap. CXCII. 4. καὶ ὄρυες] Passim ὄρυγες corriguntur, invito Corn. de Pauw. ad Horapollin. c. 49. ubi peregrinum animal, atque ex Ægypto, ὄρυς, ὄρυος, ὄρυϊ: ex illo ὄρυες, ex altero ὄρυγες

venisse, conjectatur dubie. Ὄρνις in nostris Codd. constanter. Wess.—Videntur ὄρνις Nostro dici qui aliis ὄρνυγες; quo de genere dixi ad Athen. V. p. 200. f. T. III. Animadvers. p. 113 seq. S.

4. τῶν τὰ κέρεα τοῖσι Φοίνιξι οἱ πήχεις ποιεῦνται] Plus difficultatis (quam scriptura ὄρνις) verba trahunt τῶν τὰ κέρεα, etc. quomodo Med. et alii. (In nostra Var. Lect. (ed. S.) per operarum socordiam "τὰ κέρα Med." pro τὰ κέρεα Med. editum.) Gronovii sententiam utcunque evolvunt Latina, in quis normæ fidium obscuriores. Sæpe πήχεις citharārum cubita, sive ἀγκῶνας, dant, nec raro ulnas, quibus metimur: has Reiskius, damnatis, quæ in Miscellan. Lipsiensibus deposuerat, sibi sumit, ut H. Steph. ante, τοῖσι οἱ πήχεις ποιεῦνται Φοίνιξι ordinans vertensque, e quibus fiunt ulnæ Phœnicibus. Sunt Salmasio in Solin. p. 157. et Bocharto Hieroz. p. 946. φοίνικες citharæ, punicæ dictæ, quod Græci orygum cornua haberent ex Africa, Pœnis deferentibus. Memorantur sane Φοίνικες inter Musica instrumenta, ab Athenæo lib. XIV. p. 636. B. parcius, quam certi ut quid statui queat, descripti. Citharæ si fuerint, πήχεις recte aptabuntur. Ex vetere scriptura τῶν κατὰ τὰ κέρεα, etc. (At non κατὰ τὰ κέρεα dabat vetus scriptura: sed κατὰ κέρεα: sub quo fortasse καὶ τὰ κέρεα latebat.) ad modulum cornuum orygum Pœnis citharārum ἀγκῶνας, cubita fieri, tradetur, sententia satis adconmodata. Mihi res anceps. Wess. —Non erat cur hæsitaret Vir præstantissimus. Jam ante Salmasium et Bochartum perspecte Conr. Gesnerus, De Quadruped. p. 770. ὄρνυγες pro ὄρνις legens, et τῶν καὶ τὰ pro olim vulgato τῶν κατὰ legendum suspicans, sic interpretatus erat hunc locum: ex quorum cornibus cubiti fiunt instrumentis musicis quæ *phœnices* vocant. De instrumento musico, cui φοῖνιξ nomen, paullo copiosius, quam p. 636. B., idem Athenæus, a Wesselingio citatus, disseruit, p. 637. B. quem ad locum et nos in Animadverss. T. VII. p. 475. quid sit quod πήχεις in instrumentis musicis Græci dixerunt, declaravimus. Verborum structura, τῶν τὰ κέρεα — οἱ πήχεις ποιεῦνται, similis est illi VIII. 27, 19. ἡ δὲ δικάτη ἐγίνετο τῶν χρημάτων —— οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες, etc. S.

[6. βασσάρια] Hesychius: Βασσαρίς· ἀλώπηξ. Et Βασσάρια· τὰ ἀλωπέκεια (Βασσάρια debuit, et ἀλωπέκεια) οἱ Λίβυες λέγουσι. Suidas: Βάσσαρος, ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον. Etymologus, p. 190 extr. Λέγεται Βάσσαρος ἡ ἀλώπηξ ὑπὸ Κυρηναίων. S.

[7. δίκτυες, καὶ Θῶες] Thoëm consentiunt fere docti bestiam esse illam, aut ei similem, de canino aut vulpino genere, quæ chakal vulgo nominatur. Qua de bestia Aristot. Hist. Anim. IX. 44. Plin. VIII. 34. Arrian. Indic. p. 329. et Belin ad Oppian. Cyneg. III. 338. laudati Schneidero in Lexic. crit. quibus adjici potest Camus in Notis ad Aristot. Hist. Anim. Dictys nulli alii scriptori nominatus: nec enim huc facit quod milvum apud Lacedæmonios δίκτυν nominatum fuisse Hesychius tradit: quandoquidem non de ave, sed de quadrupede hic agi, consentaneum est. S.]

[8. τῇσι σαύρῃσι] Conf. ad IV. 183, 17. not. S.]

11. ἴλαφος δὲ, etc.] Nihil ab hac assertione abeunt Aristoteles, Antigonus Caryst., Plinius, Ælianus, alii. Falsam aiunt Virgilius, Oppianus, Philostratus, quorum testimoniis Brodæus Miscell. VIII. 13. et Bodinus ad Oppiani lib. II. Cyneget. p. 76. utuntur. Herodoti ævo cervi et apri Libyæ si defuerint, dicendum erit, aliunde in regionem devenisse: nam conspici isthic et venatu

intercipi, docuit Th. Gatakerus Miscellan. II. 8. et Shaw Itin. T. I. p. 323. Wess.

13. δίποδες καλίονται] Satis erit, si Bochartum Hieroz. p. 1010. et Scultensium ad Salomonis Proverb. c. xxx, 26. δίποδας hos *mures* uberrime magnaque eruditione ex Græcorum et Arabum copiis illustrasse dixero. Mures ζιγίρεις, (lin. 14. et 16.) Hesychio ζιγιρίαι, explicantur βουνοὶ, colles: an quod in collibus cubilia posuerint? Quæ quidem inpeditior foret vocabuli expositio. Bochartus Colon. Phœnic. lib. II. c. 3. βουνῖνοι refingit, formatum ex βουνιόν: eam enim herbam esse, quæ Punice zigar: inde ζιγίρεις, sive βουνίνους, hos mures, quod plantæ ejus esu aut umbra delectentur, dictos; eleganter, modo vere. Wess. — Conf. Beckmann ad Aristot. Mirab. Auscult. cap. 27. De mure dipode, indigenis Ierboa dicto, conf. Schaw, Voyage, T. I. p. 321 seq. et Bruce, Voyage aux Sources du Nil, T. V. p. 146 seqq. laudatos Larchero in Adnot. ad h. l. S.

14. ἔστι μὲν Λιβυκὸν] Arch. Λιβύστινον: quam formam adfirmat exemplis Wetsten. ad Lucæ Act. Ap. VI, 9. Si Libystina Ζιγίρις est adpellatio, quomodo tandem in barbaræ vocis vi reddenda illa βουνῶν uteretur? quod noster vocabulum veluti proprium tribuit Cyrenæis IV. c. 199. De his diversis murium generibus agentes Aristot. Theophrast. Ælian. nihil juvant ad hæc illuminanda. Βουνῖνοι venit in mentem Bocharto Geogr. S. II. II. cap. 3. et Hieroz. I. III. c. 33. Βουνιάδις etiam dici potuerunt ob quamdam cum napis similitudinem. Valck.

[15. ἰχνιάς] Ἐχῖνες probat Schneid. in Lex. crit. Conf. Sylburg. et Beckmann ad Aristot. Mirab. Auscult. c. 27. Commodius vero ἰχνιάς videtur, a sing. num. ἰχνιύς. S.]

16. τῆσι Ταρτησίῃσι] Docte de his mustelis, Jac. Perizonius ad Ælian. Var. XIV. 4. Animalculum, quod cum his contenditur, numi Cyrenæorum sub silphio ostentant in Haymii Thes. Britan. T. II. p. 124. ubi ejusdem accuratior ex Africa pictura. Id nollem, idem a doctissimo viro censeri, ac μῦν δίποδα, quippe, ut superiora postulant, alium. Vidit descripsitque, in paucis discrepans, animal, quod hic adcommodatius, sollertissimus Shaw Itin. T. I. p. 321. Wess. — Dipodi nomen est a brevissimis pedibus anterioribus. S.

Cap. CXCIV. 2. Γύζαντις] Sic oportebat. Erroris Steph. Byz. reus est in Βύζαντις, quando καὶ Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ' Γύζαντες. Longe hinc distabant Afri Byzantes et Byzacium, infra Carthaginem Syrtibus adfines. Γύζαντις sunt et in Apollonio (Dyscolo) Hist. Mirab. c. 38. ubi his de mellificio artificioso ex Eudoxo Cnidio consimilia. Bonum itaque factum Bocharti, Holstenii, Gronovii, judicium et crisin Stephani inprobantium. Wess. — Errorem suum ipse Stephanus tacite retractavit in voc. Γύζαντις et Κυραυνίς. Apollonii locum, ubi de melle arte facto agitur, exhibet Holstenius in Notis ad Steph. Byz. voc. Γύζαντις. Et hos quidem e collectis floribus mel parare *Eudoxus* ait, alibi vero (in Cariæ oppido quodam) ex myrica et tritico confici Herodotus tradit VII. 31, 6. Qui conficiendi mellis (cujus in bellariis apud veteres maximus usus) artem exercebant, hi, ut h. l. δημιουργοὶ ἄνδρες, sic et VII. 31. ἄνδρες δημιοεργοὶ vocantur: unde colligi par est, non ita male, ut Casaubono visum erat, apud Athenæum IV. 172. A. legi, τὰς τὰ πίμματα, προσίτι δὲ τοὺς ποιοῦντας τοὺς πλακοῦντας (eos qui bellaria conficiebant) οἱ πρότερον δημιουργοὺς ἐκάλουν: ubi τὰς — ποιούσας scriptum oportuisse doctissimus Animadversor censuit. S.

Cap. CXCV. 2. Κύραυνιν] Ejusdem Ethnicographi (Stephani Byz.) scripturam amplector, Κύραυνιν reducendo. (Κυραυνὶς quidem acute scribitur apud Steph.) Præeunt Arch. et Ask. Non obliviscor schedarum Stephani Perusinarum, quarum auctoritatem potiorem non arbitror. Ad lacum, unde Afræ virgines aurum egerebant, (lin. 4—6.) Achilles Tat. Amor. lib. I. p. 97. in paucis dissentiens, digitum intendit. Wess.—Nescio qui factum, ut pro Cyraunis temere Ceraunis in Latinis nostris sit positum. S.

7. ἴλη δ' ἂν πᾶν] Claudicare hoc Reiskio videbatur ratiocinium; nec miror. Tota periodus ista, ἴλη δ' ἂν πᾶν, ὅκου —— usque ad αὐτὸς ἐγὼ ὤρεον, in sua mihi sede legi videretur ad finem capitis, post vocem λίμνης collocata; atque his ista proxime subjecta mea sententia responderent aptissime: οὕτω ὦν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς νήσου τῆς ἐπὶ Λιβύῃ κειμένης εἰκότα ἐστὶ ἀληθηΐῃ. Formulæ, ἴλη δ' ἂν πᾶν, habet alibi similem in re diversa, γίνοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ: qualibus utebantur fabularum et ἀπίστων narratores. Prudenter Pausan. in Arcad. et vere p. 601. ἐν τῷ παντὶ, inquit, αἰῶνι πολλὰ μὲν πάλαι συμβάντα, μηκέτι δὲ γινόμενα, ἄπιστα εἶναι πεποιήκασιν ἐς τοὺς πολλοὺς οἱ τοῖς ἀληθέσιν ἐπιποδομοῦντες ἐψυσμένα. Ab hac culpa vereor ut noster ille censeri queat immunis. Valck. —Sunt sane res non admodum similes, quæ hic inter se conferuntur: et poterat utique, quæ de Zacynthio fonte subjicitur παρενθήκη, loco non commodissimo interserta videri. Sed veniam concedamus Scriptori, hujusmodi παρενθήκας amanti, et occasione illius in Libyæ insula fontis, de alio memorabili fonte, quem alibi ipse viderat, verba facienti; neque obtrudamus ei transpositionem verborum, quam ipse deprecaturus erat. Ex ratione a Valckenario proposita, fons ille, qui mox describitur, e quo pix asphalti odorem habens hauritur, in Libyca insula Cyrauni fuerit. Atqui Cyraunius fons nonnisi ex incerta Carthaginiensium fama innotuerat Scriptori nostro: de illo autem, e quo pix hauritur, ita enucleate et particulatim loquitur, ut qui cuncta ipse viderit: et fontem, de quo hic agitur, in Zacyntho fuisse, ex diserto Eudoxi Cnidii testimonio apud Antigonum Caryst. c. 169. constat. S.]

12. ἐπ' ἄκρῳ μυρσίνην προσδήσαντες] Zacynthii lacus miraculum attigerunt Antigonus Caryst. c. 169. et Vitruvius lib. VIII. c. 3. Βυρσίνην et βυρσίνῃ qui instaurant, (ut Reiskius,) præter scriptionis vicinitatem, quo nitantur, haud perspicio: dubium mihi quoque, an unquam βυρσίνη sola amphora sit coriacea. Wess.—Percommode sane μυρσίνη myrti ramus potuerit intelligi. Ex Agragantino in Sicilia fonte liquidum bitumen incolæ arundinum paniculis, citissime sic adhærescens, colligunt, Plinio teste, XXXV. xv. 51. quo loco etiam Zacynthium liquidum bitumen laudatur. S.

14. τῆς Πιερικῆς πίσσης ἀμείνω] Τῆς πιευκίνης πίσσης codicis Arch. (quam scripturam Galeus probavit) illaudatum transmiti debuerat. Asia olim, Plinio auctore Hist. Nat. XIV. 21. picem Idæam maxime probabat, Græcia *Pieri*cam. Wess.

Cap. CXCVI. 3 seqq. ἐπιὰν—ἐξέλωνται τὰ φορτία, etc.] Merces navibus exemtas deponere dicuntur παρὰ τὴν κυμματωγὴν, in litoris crepidine, prout in Luciani Timone, §. 56. dedit Hemsterhusius. Sophoclis Œd. in Col. v. 1237. ἀκτὰ κυματοπλὴξ, aliis κύματος ἀγὴ et Apollon. Rhodio I. 554. aliquoties etiam Herodoto dicitur κυματωγὴ, vide Celeberr. Wess. Diss. Herod. p. 207. Rarius illud Archilochi apud Etymol.

p. 47, 22. Ἀκὴ, ἡ ὀξύνης· οὕτως Ὦρος· (præbet ista Cod. MS.) Ἀρχίλοχος, Ἴστη καν' ἠκὴν κύματος κυανίου; vitiatus senarius attento mendæ moveret suspicionem; corrigatur Ἴστη καν' ἤκην κύματός τι κἀνέμου, ex p. 424, 18. Enarrans Herodotea Eustath. in Dionys. v. 752. αἰγιαλὸν habet, et, τὰ φορεία ἐξιλόντις, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, ὑποτύφουσι καπνόν: ubi rectius ex Herod. posuisset ἐξιλόμενοι: in talibus enim apud veteres ἐξιλίσθαι vel ἐξαιρεῖσθαι adhibetur; nunquam, opinor, ἐξιλεῖν. Qualis de his Africanis absque linguæ usu propositarum rerum pretia æstimantibus Herodotus, de Seribus sæpius in eam rem citati tradiderunt, Plinius, Solinus, et Ammianus Marcell. ex Uranii forsan Arabicis petita; ex quibus Stephano Σῆρες esse dicuntur ἔθνος Ἰνδικὸν ἀτροσμιγὲς ἀνθρώποις. Cum Herodoteis componi poterunt Eustathio l. c. narrata de Seribus: τῶν παλαιμένων τὸ τίμημα σαπρίως ἐπιγράψαντες ὑποχωροῦσιν, εἶτα ἀλόντες οἱ ἔμποροι καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωροῦσιν· ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ, εἰ μὲν ἀρίσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμὴν, εἰ δὲ μή γε, τὰ ἴδια. Valck. — Nondum exolevisse permutandarum hanc mercium in interiore Africa Nigritas inter et Mauros consuetudinem, luculentus testis Shaw Itin. T. I. p. 393. Valuit eadem, valetque in pluribus utriusque Indiæ nationibus apud amplissimum Orig. Legum, Art. et Scientiar. scriptorem, T. I. lib. IV. c. I. p. 265. Wess.

Cap. CXCVII. [2. καὶ τουτέων οἱ πολλοὶ —— ἐφρόντιζον οὐδέν. Sic filum narrationis cum superioribus, unde digressus erat, paullatim rursus nectere instituit. conf. cap. 167 extr. S.]

4. τίσσεται ἴθηα νέμεται αὐτήν] Quod invexit vir Cl. (ταύτην) si lectum fuisset in Editis, alterum ego quidem censuissem restituendum. Quatuor gentes, in quas Africa fuerit Agathoclis ætate divisa, commemorat Diodor. Sic. XX. 55. Eidem lib. III. c. 49. quatuor αὐτοχθόνων genera tantum recensentur, Νασαμῶνες, Αὐχίσαι, Μαρμαρίδαι, Μάκαι: ceteros iisdem, Marmaridas diversis adpellationibus Herodotus designavit. Valck.

Cap. CXCVIII. 1. εἶναί τις Λιβύη σποδαίη] Putares ob cap. 23. οὐ γάρ τι σποδαῖαι νομαὶ αὐτόθι εἰσί, hoc etiam loco εἶναί τι ἡ Λιβ. σποδ. oportere cum viro erudito. At hoc vide Philostrati Epist. 38. Οὐσά τις ξανθὴ, ῥόδα ζητεῖς: inque primis Sophocleum Ajac. v. 1283. τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς χάρις διαῤῥεῖ, ubi docte Critici veteres. Non adjicio ex Act. Ap. cap. VIII, 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν, tametsi adsimile. Homeri γαιάων, de quo Eustath. p. 1598, 46. (Od. p. 311, 41. ed. Bas.) non me, quominus γαιῶν post pauca (lin. 4.) revocetur, inpedit. Posterioris usum ex Democrito et Crinagora alias adfirmavi. Wess.

4. ἀρίστη γαιῶν Δήμητρος καρπὸν ἐνφέρειν, etc.] Cinypis comparat fertilitatem cum illa agri Babylonii; Cinypis enim ager ἐνφέρει —— ἐπὶ τριηκόσια: Babylonius minimum ἐπὶ διηκόσια, ἐπιὰν δὲ ἄρίστα αὐτὴ (ἡ χώρη) ἐωυτῆς ἐνίκῃ, ἐπὶ τριηκόσια ἐνφέρει, lib. I. cap. 193. ubi præterea dicitur esse χωρίων αὕτη ἀπασέων μακρῷ ἀρίστη Δήμητρος καρπὸν ἐνφέρειν. Pro χωρίων ἀρίστη hic legitur ἀρίστη γαιῶν: multum me judice præstat γιῶν, munitum auctoritate Democriti in Diss. Herod. p. 183. Plurativum γᾶς vel γαίας qui adhibuerit veterum novi neminem, qui quidem scripserint accuratius; restituendum forsan Aristoteli ap. Demetrium π. Ἑρμ. §. 233., εἰ δὲ πρὸς ἀπόσας οἴχεται γᾶς φυγὰς οὗτος, ubi vulgatur τὰς φυγ. Τὰς ἀρίστας τῶν γαιῶν, Schol. Thucyd. p. 3., similesque dixere. Γαιῶν habet aliquoties interpres Gr. semibarbarus libri Esdræ:

superest, quod ab aliis non animadversum miror, ejusdem libri Græca multo elegantior interpretatio, quam Hellenistæ Judæi cujusdam additamentis auctam inter libros perperam retulerunt; quos vocant Apocryphos: ubi γαιῶν dederat alter ille, hic formam semper adhibuit usitatam γῆς: quod ille, ἐπιγαμβρεῦσαι τοῖς λαοῖς τῶν γαιῶν, IX, 14. id hic dixit (VIII, 84.) ἐπιμιγῆναι τῇ ἀκαλαφσίᾳ τῶν ἠθνῶν τῆς γῆς. Quæ de hac regione subjungit Herod. pervenusta sunt: et in seq. cap. quo de Cyrenaicæ regionis agit fertilitate, est elegantissimum illud, (cap. CXCIX. 4.) ἐργᾷ ἀμᾶσθαί τι καὶ τρυγᾶσθαι, perdocte tractatum Ruhnkenio nostro ad Tim. p. 104. In talibus adhibitum (alias verbum) ἰδίλει nativum tamen istum e succi plenitudine tumorem non demonstrat. VALCK.

7. ἅμβρον πλέον πιοῦσα] Veram præstant hanc Raphelii conjecturam schedæ. Jovis erat in Græcia, cum plueret, πωτῶν ὕδωρ, in Theophrasti Charact. cap. 3. cum Casauboni observatis: terræ vero, πίνειν sive πιεῖν τὸ ὕδωρ, unde γῆ —— πίνουσα τὸ ὕδωρ, lib. III. 117. et frequentissime alibi. Librariorum aberratio in πωτῶν et πτῶν exposita satis est Diss. Herod. c. 11. pag. 182. Mox (lin. 8.) τῶν δὲ ἐκφορίων bene habet. Τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς, terræ proventus, (sc. ἃ ἡ γῆ ἐκφέρει) illustrantur ad Hesychii Ἐκφόρια. Minime autem displicet (l. 9.) τῇ Βαβυλωνίῃ γῇ ex lib. I. 193., ubi de ubertate et multa ejus fruge. WESS.

CAP. CXCIX. 2. τριῶν ὡρέων ἐν ἰωνῇ] Hoc, apud H. Stephanum laudatum, multo potius. Ingratum certe ἴσχει —— ἡ Κυρηναίη χώρη —— τριῶν χώρας. Diversa et sibi succedentia autumnitatis tempora elegantissime pinguntur. Ὀργᾷ (lin. 4.) ornat hinc Timæi Lexicon, p. 104., ubi Ruhnkenius erudite. (pag. 193 seq. ed. sec. Conf. Valck. supra, ad c. 198, 4 seqq.) Illa autem, (lin. 6.) τὰ βουνοὺς παλίουσι, ad fructus non refero, verum ad τὰ μέσα, quæ collibus videntur excelluisse. Profecto sanequam inconcinne βουνοὶ fruges dicentur, quod ἐν τοῖς βουνοῖς adolescant. Simile, controversum tamen, de muribus Afris cap. 192. Eustath. ad Hom. p. 1854, 21. (Od. p. 682, 37. ed. Bas.) vocabulum habuit in oculis. WESS.—Conf. Valck. ad c. 158, 9. S.

CAP. CC. 1. Οἱ δὲ, etc.] Interruptum longa digressione redordiens sermonem suam forsan et hic voculam posuerat, Οἱ δὲ δὴ Φερετίμης τιμωροί. VALCK.

4. τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν, etc.] Idem sonat, ac si dixisset ὅτι (vel διότι) δὲ τούτων πᾶν τὸ πλῆθος, etc. Vide Adn. ad I. 24, 15. et ad IV. 149, 6 seqq. supra p. 305. S.

8. τὰ μέν νυν ἐρύγματα, etc.] Barcæi χαλκίως laudabile factum hinc enarrans Eustath. in Iliad. N'. pag. 883, 40. firmat lectionem (πρεσίσχει) a Gron. mutatam: et ἐρύγματα ὑπόγαια dicta Herodoto vocat ὑπόνομον, cuniculos. Alio modo Demetrii cunicularios Rhodii, (simili vero quadam ratione) Romanos fefellerunt Ambraciotæ, apud Diodor. XX. 94. Livium lib. XXXVIII. 7. et Polyæn. VI. 17. VALCK.—Confer Polyb. XXII. cap. XI. nostræ editionis; fragmentum Polybii ab Herone in libello de repellenda Obsidione conservatum. S.

10. πρεσίσχει πρὸς τὸ δάπιδον] Reduxi, quod errans Med. et alii mutaverant aberrarunt pariliter in secuturis Pass. et Ask. Optime, etsi nunc luxatus, Æneas Poliorcet. c. 37. ex Herodoteis, ἴσωτα ἀνὴρ χαλκιὺς ἀνῦρεν, ἰθυμήσας ἀσπίδος χάλκωμα ἐπιφέρειν, καὶ ἐντὸς τοῦ τείχους πρεσίσχειν πρὸς τὸ δάπιδον· τῇ μὲν δὴ ἄλλῃ, καφὰ ἦν πρὸς ἃ πρεσίσχει τὸ χάλκωμα· ᾗ δ' ὑπωρύσσετο, ἀντήχει. Sic, puto, hiatibus consarcitis, dederat primitus. WESS—Non verbo tenus Æneas transscripsit Herodoti locum in quo versamur: nec est in illius verbis, uti edita

leguntur, tantus hiatus, quantum doctissimus Wess. æstimavit. Non nisi unum verbum ἐντὸς deest, latens in vitioso ὄντος, quod illius loco exhibent duo Codices MSS. Parisienses, quorum penes me sunt Lectiones a Godofredo Schweighæusero, filio, nunc collega meo, olim excerptæ. Ista adjecta voce, et verbo ἐπιφέρων in περιφέρων mutato, (quæ mihi necessaria emendatio videtur,) sana atque integra fuerit oratio, in hunc modum distincta: Ἵππισι ἀνὴρ χαλκεὺς ἀνιῦρεν, ἐνθυμήσας, ἀσπίδος χάλκωμα περιφέρων ἐντὸς τοῦ τείχους, ἐπάνω προσίσχειν. πρὸς τάδε, τῇ μὲν δὴ ἄλλῃ, etc. Ad προσίσχειν facile τῷ τείχει intelligitur: ἐπάνω, superne, super toto tractu sub quo cuniculi agi posse videbantur: πρὸς τάδε, ad hæc, quo facto: ἀνιῦρεν, invenit, reperit locum, quo cuniculos agebant hostes. S.

Cap. CCI. 5. τάφρην] Maluit τάφρον c. 3. 20. 28., aliisque in locis. Suidas, hæc excerpens, τάφρην pro notabili deposuit in voc. Τάφρος. Cognitissimæ quoque ex Stephan. Byz. Τάφραι et Τάφρη, et plures ejusmodi voces, ut maculæ suspicio cessare queat. Wess. —Τάφρης etiam pro vulgato τάφρου dant codd. Arch. et Vind. IV. 28, 6. quæ ibi fortasse perinde atque hic, utpote rarior, vocis forma recipi debuerat. Quum vero apud eumdem Nostrum, mox lin. 11. tum IV. 3, 4. alibique constanter ἡ τάφρος mascula terminatione, ut apud alios scriptores, frequentetur; intelligi par est id de quo jam sæpius monuimus, nulla necessitate se adstrictum putasse Herodotum religiosissimam talibus in rebus constantiam servandi. Igitur similiter et ἡ ψάμμος et ἡ ψάμμη promiscue dixit, IV. 181, 3. 182, 2. itemque σαῦρος et σαύρη, IV. 183, 17. 192, 8. et ὁ κίων et ἡ κίων, IV. 184, 15. I. 92, 5. et similia. S.

11. ἥς τ' ἂν ἡ γῆ αὕτη, etc.] In fœderis formula Latinos inter et Romanos, citra fraudem omnem, μίχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι, apud Dionys. Halic. lib. VI. p. 415. Mox (lin. 13.) ὑποστιλίσιν Aldi et aliorum longe verius. Namque ὑποστιλίη, de tributo, novum atque invisitatum; et ἀξίη Nostro omne, quod ex æquo jure debetur. Habe hoc ex VII. 39. τὴν μὲν ἀξίην οὐ λάμψεται, ἐλάσσω δὲ τῆς ἀξίης. Wess. —Ἡ ἀξίη, scil. τιμή. S.

12. μίνειν τὸ ὄρειον] Parum refert, hoc probetur, an futurum tempus μενέειν. Nostrum sequutus in hac fraude Persica narranda Polyæn. VII. 34. tempus habet in talibus usitatius: στὰς μετὰ τῶν τὰ ὄρεια ταμνόντων ὤμοσεν, ἐφ' ὅσον οὗτος ἡ γῆ μένει, φυλάξειν τὰ συγκείμενα: Herodoteo enim verbo respondet τὸ φυλάξειν, neque in istis μένει mutandum, nisi scripserit: ἐφ' ὅσον ἂν οὕτως ἡ γῆ μένῃ: sicut in simillima fraude eidem narrata, VI. 29., nihil se novaturos jurant Locri Italici ἐφ' ὅσον ἂν τὴν γῆν αὐτῶν πατῶσιν, καὶ τὰς κιφαλὰς ἐπὶ τοῖς ὤμοις φέρωσιν: alliorum capita sub tunicis occultata humeris imposuerant. Κιφαλὰς in oraculo Dodonæo Pelasgis edito capita non viventium, sed fictilia, laudabili fraude Hercules interpretabatur ab. Macrob. I. Saturn. c. VII. Valck.

Cap. CCII. 3. τοὺς μαζοὺς ἀποταμοῦσα] Ammonius: μαστὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ γυναικῖος κυρίως, διὰ τὸ εἶναι μετὰς γάλακτος, in codice Bibliothecæ Trajectinæ. Paria Grammaticorum complures. Herodotus passim μαστὸν feminis tribuit lib. III. 133. V. 18.; μαζὸν tamen lib. II. 85. et IX. 3., ubi, uti hic, MSS. μαστὸν malunt. Labare vero criticorum illorum observationem docent ad Thom. Magistrum a doctis viris conducta. Significantissimum autem περιέσχιξε, tanquam punctis mœnia distincta mulierum fuisse mammis ab

inmani regina, testatur. Wess. — Conf. IV. 2, 9. ibique notata. S.

Cap. CCIII. 5. *ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγὸς*] Hinc tamen distant quæ similia videntur Homerica: et debetur forsan errori describentis vox *στρατοῦ*. *ὁ τοῦ πεζοῦ* et *ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγὸς* sæpius occurrunt apud Herod. Qui Persis paulo post (lin. 11.) *οὐδενὸς μαχομένου φόβος ἐνίστησι*, terror fuit Græcis Panicus dictus, cujus utpote divinitus immissi non adpareret ratio. Thucydid. lib. VII. cap. 80. *φιλεῖ πᾶσι στρατοπέδοις, μάλιστα δὲ τοῖς μεγίστοις, φόβοι καὶ δείματα ἐγγίνεσθαι*: et IV. 125. Euripid. Rhes. v. 36. *Κρονίου Πανὸς τερομερῆ Μάστιγι φοβῇ, φύλακάς τε λιπὼν Κισσῖς στρατιάν. Πανικὰς ταραχὰς* vocat Cornutus de Nat. Deor. cap. 27. *Πανικὰ δείματα*, Eustath. in Iliad. O'. p. 1021, 32. De adpellationis egerunt origine Eratosth. Catast. c. 27. Plutarch. de Is. et Osir. §. 14. et Polyæn. I. 2. Valck.

Cap. CCIV. 3. *ἀνασπάστους ἐποίησαν*] Præstantius hoc, atque in aliorsum ex patrio solo abductione in Musis tritissimum lib. V. 12. VI. 32. et pluries: in quibus *ἀναστάτους ποιῆσαι* amplius conplectitur, ipsamque patriæ eversionem. Solent ea in dictione varios se scribæ dare, et *ἀνάρπαστον*, *ἀνάστατον*, *ἀνάσπαστον* conmutare, in Demosthen. Philipp. IV. pag. 81., Joseph. Ant. Jud. lib. XIV. 8, 4. etc. Wess. — *Ἀνασπάστους*, (pro *ἀναστάτους*, quod Gron. tenuerat) recipietur ex Codd. in contextum: vide Diss. Herod. p. 114. Docta sunt quæ dedere Vales. in not. Mauss. ad Harp. p. 212., et D'Orvillius in Charit. p. 318. necdum tamen liquido constat, quid distent in talibus *ἀνάστατον*, *ἀνάσπαστον*, et *ἀνάρπαστον*. Multa dici possent quæ hujus non sunt loci: vid. interim A. Dounæus in Demosth. p. 8. Valck.

Cap. CCV. 1. *Οὐ μὲν οὐδὲ ἡ Φερετίμη*] Crudelissimæ mulieris fatum non illibenter commemorat, et ut ingenio suo malorum osor Herodotus satisfaceret, et ut formidine pœnæ lectores a talibus absterreret; adparet ubique historici *διάθεσις*, qualis Dionysio dicitur Halicarn. II. p. 209. (Epist. ad Cn. Pomp. T. VI. ed. Reisk. p. 774.) Herodoti Pheretima (lin. 3.) *ζῶσα ἰυλίων ἐξίζησι*. Qui hoc genere morbi perierint plures enumerantur Menagio ad Laërt. IV. 4. et Kühnio ad Æliani Var. Hist. IV. 28. In Æthiopiæ gente *Ἀκριδοφάγοις*, qui secundum Diodor. III. 29., teterrimo hoc morbo passim adfecti moriebantur, non potuit illud ut pœna divinitus inflicta considerari: mihi de morbis similibusque non absurdum videtur Hieroclis judicium in Stobæi Ecl. Phys. p. 10. Secundum Herodotum, pessima mulier viva a vermibus erosa mortalibus fuit documento, *ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται*. Ob Dircen crudeliter raptatam Antiopæ furorem divinitus immissum ubi scribit Pausanias IX. (c. 17.) p. 744., expressit hæc etiam Herodoti, ista interserens: *ἐπίφθονοι δέ πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσι*. Superbos et crudeles si lento pede Deus sequitur ultor, tamen

Ὁ Ζεὺς κατῦδε χρόνος ὡς τὰς διφθέρας.

Valck. — Conf. ad I. 32, 5. et ad III. 40, 7. notata. S.

3. *ζῶσα γὰρ ἰυλίων ἐξίζησι*] Posses ex Tertulliano ad Scapul. cap. 3. cum viva vermibus ebullisset. Alexander Pseudomantis Luciani, c. 59. *καὶ σκωλήκων ζέσας* quomodo et schedæ quædam heic loci et in versione Alexandrina Exodi XVI, 20. Id nollem, turpem Vallæ errorem, quo *Φερετίμης τῆς Βάττου*, (lin. 5.) Pheretimæ Batti *filiæ*, per omnes editiones sine animadversione

propagari. *Uxor* Batti fuit, non filia; quod evidentissime, c. 162. signatum. (Etiam mihi, quum nec capitis 162. meminissem, nec Latinam versionem a Wesselingio h. l. emendatam, nec Ejusdem Adnotationem inspexissem, imprudenti accidit, ut Pheretimen, quæ *uxor* Batti fuerat, *filiam* interpretarer.) Vertenti Laurentio non obversabatur Ἔκτορος Ἀνδρομάχη: ceteri prætervidérunt, non item doctissimi viri Bouhierius et Pavius, quos sequi justissimum. Literæ, quibus Melpomenes calcem Codex Passion. instruxit, numerales sunt, creberrime in Oxoniensi et Sandvicensi marmore obviæ; indicantque, nisi fallor, hanc Musam στιχηρῶς olim exaratam, versus sive στίχους MMMCCLIII. habuisse. Similes fini aliorum librorum adposuisse, adparebit deinceps. Wess.

FINIS VOLUMINIS TERTII.

Excudebant Andreas et Jacobus Duncan,
Academiæ Glasguensis Typographi. 1820.